IOANNIS CAROLI ANTONELLI

DE LOCO LEGALI.

IOANNIS CAROLI ANTONELLI
PATRICII VELITERNI, EPISCOPI FERENTINI,

Tractatus

DE LOCO LEGALI
IN TRES LIBROS DISTRIBVTVS,


In quibus nedùm vtriusque Iuris Controuersiæ difficiliores, & in Foro frequentiores, quoad locum singulariter tractantur, & resoluuntur.

Opus omnibus tam in Scholis, quàm in Palatijs versantibus, Theoricis, & Practicis apprimè vtile, & necessarium.


Argumentis, Summarijs, & diuersis Indicibus, & præsertim Materiarum decoratum.

ILLVSTRISSIMO D. D.

IOANNI PAVLO CÆSAROTTO
NOBILI PATAVINO,
PRO SER.mo RAYNVTIO II. PARMÆ &c. DVCE
Consiliario, & Placentiæ Gubernatori.







VENETIIS, MDCLXXXVII.

Apud Nicolaum Pezzana.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



ILLVSTRISSIMO DOMINO.



APud Ethnicos, oblationes inter, ac Numina, Religiosa custodiebatur proportio: nam iuxtà diuersum Deorum Genium distinctà rerum designabantur indoles: & piaculum putabatur, non Religio; si, tentato veluti transfugio, ad incongruas aras non suæ concidissent victimæ. Non absimili lege obligari debent quotquot in dicandis, quos edunt, libris, ex ingenti aliquo nomine aut ornamentum Obsequio, aut præsidium operi mutuantur. Eligendus quippè Patronus, cui maximè Argumentum conueniat; & ex cuius eminente Famà in ipsà facultate, ad quam spectat volumen, materiæ succrescat exemplo

Nobili dignitas. Hæc ratio me præsertim, Vir Illustrissime, impellit, vt meis Typis recudens has celeberrimi Auctoris, De Loco Legali, lucubrationes, non ad aliud nomen, aut Patrocinium respexerim, quàm Tuum. In nemine alio, quàm in Te, vix arctissima illa detegi posset Analogia, quæ & librum Tibi, & Te libro aptissimè commendat. Operis Argumentum discutiens quidquid ex loci respectu ad Prudentem Iuris Trutinam reuocari potest, Tibi debetur in primis, qui iamdiù locum omnem Perfectissimi Iurisprudentis perfectissimè imples tribus, ex locis præcipuè deducitur. Excellentioris Iurisprudentiæ Ideæ: ex Theoricæ subtiliore notitiâ: ex Praxeos frequentiore, ac promptiore vsu: ex versatili in agendis rebus dexteritate. Singula hæc in Te Felicissimè iuncta, eminent adeò; vt incertum relinquas, an ea Tuas dotes constituant; an potiùs Tu earumdem dotum emendatissimam, & spirantem Imaginem exhibeas. Theorica Iuris arcana hausisti solertissimè Alumnus in Patriâ, exposuisti solidissimè Præceptor Parmæ. Vtramque vniuersitatem, alteram discendo, alteram docendo illustrasti, & quos Legalis eruditionis Fontes, iuuenili ardore, Patauino in Gymnasio intimiùs suxisti, eosdem Parmensi in Lycæo, maturato acumine, pleniora in flumina deriuasti. Pari vbertate, seu sudorum, lauream Tuam, seu auspiciorum, alienas corollas nobilitasti: eàdemque Gloriâ, quâ Iuris Oracula ex aliena Disciplina excepisti, ex Tua ceteris insinuasti. Nec segniùs Parmâ Placentiam, hoc est è cathedrâ translatus ad tribunal, probasti, quid post vmbratiles Palæstræ pugnas posses in regendis frequentissimis feruentissimi Fori dissidijs. Excitata Tuis vigilijs Iustitia, ne suo custode minùs oculata videretur, nouo Ritu, detractâ ex oculis vittâ, Tuo exemplo repentè in Argum migrauit. Timuit inquietus litium Genius insomnem Iudicem: didicitque litigantium versutia pudorem, vbi caussas agi sensit sub eo, qui nihil pudendum aut admitteret, aut admitti permitteret. Ipsæ controuersiæ vigilantissimo Iudici debuerunt, quòd mori cogerentur innocentes in sua Infantia, nec senij malignitatem expectare debe-

rent.

rent. Horruerunt caussarum Patroni vendere iurgia illicò peritura, & locare iras protinùs extinguendas. Hęc indefessa vigilantiæ Tuæ Industria, præter Iuris summam peritiam, Te gerendis rebus opportunissimum Serenissimo Parmensi Duci aperuit. Hinc Te ad Placentinæ suæ vrbis præfecturam, nempè à mero Iudiciali, ad mixtum, ac Politicum magistratum vastà difficultatum mole obsitum euexit. In eo probas in dies, quæ facilis perspicacia parabili Tuæ Prudentiæ Genio insit. Publica incommoda anteuertis oculatissimà Prouidentià: communis vtilitatis priuatos corruptores cohibes præsentissimà solertià: Populi metus prohibes neminem timens: quia ex Tuà constantià stuporem audacia, securitatem timor concipit: nam postquam per Te aliorum insolentiam nemo extimescere potest, nec in Te superest, quæ timeri possit, aut seueritas, aut incuria. Tot ergo ingenitæ virtutis locos iustissimà mensurà Gloriosissimè implens, prę cæteris visus es capax, qui nomine, ac Dotibus & hanc de Loco Legali tractationem, & Typos meos illustrares. Consilium ne improbes, Tua ipsa obstabit Prudentia: Obsequium vt probes, Tua satis suadebit humanitas. Vale.

Dominationis tuæ Illustrissimæ

Venetijs Kalendis Octobris.
anno 1687.

Addictissimus, & Obsequentissimus Seruus
Petrus Groppus.

CAPITA CONTROVERSIARVM.



Et quamplurimæ aliæ Quæstiones in Foro, & Praxi quotidie occurrentes summo studio, pleno calamo, & noua Doctrina explicantur, & resoluuntur.

INDEX

INDEX
LIBRORVM, ET CAPITVM, QVÆ IN PRÆSENTI TRACTATV Continentur.

LIBER PRIMVS.

Quæ-

LIBER SECVNDVS.

Quæ-

Quæ-

Quæ-

LIBER TERTIVS.

Cap.

NOI RIFORMATORI
Dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per attestato del Segretario nostro nel Libro intitolato, *Ioannis Caroli Antonelli Episcopi Ferentini, Tractatus de Foro Legali*, stampato in Veletri, non v'esser cosa alcuna contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo licenza à Nicolò Pezzana di poterlo ristampare, osseruando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venetia, e di Padoua, &c.
Dat. li 16. Agosto 1686.

{ Girolamo Basadonna Procurator Reformator.

{ Nicolò Venier Procurator Reformator.

{ Gierolemo Gradenigo Procurator Reformator.

Gio: Battista Nicolosi Segretario.



IOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC I.V.D. VELITERNI



LIBER PRIMVS. DE LOCO LEGALI.

PVS, de tempore legali, quod præcedentibus annis in lucem edidimus, eò animum impulit, vt hunc etiam, de loco legali, tractatum ederemus: valet enim argumentum de tempore ad locum, & è contra, *l. continuus, §. cum ità, ff. de Verbor. obligat. l. vinum, vbi Bart. ff. si cert. petat. Carleual. in tract. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 5. num. 379. & seq. Barbos. in tract. locor. commun. &c. loc. 65. num. 2. Gratian. discept. for. cap. 128. num. 8.* vbi obseruat, quod valet etiam argumentum de re ad locum, & ad tempus, & è contra, *Gait. de Credit. cap. 2. num. 2348.* variæ quoque, ac difficiles inde resoluuntur difficultates, nam ex varietate locorum variantur contractus, & cœteri actus hominum, *l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. l. pretia rerum, §. fin. ff. Ad l. falcid. l. nummis, ff. de legat. 3. l. hæredes palam, §. si quid post factum, vers. sed etsi notam, ff. de Testam. l. semper in stipulationibus, ff. de Reg. Iur. Innoc in cap. qualiter, & quando, num. 4. de Accusat. Alba cons. 209. num. 18. Corn. cons. 205. num. 13. vol. 2.* vbi dicit, quod loci diuersitas inducit factorum diuersitatem, *Scaccia in tract. de Commer. §. 1. q. 7. num. 76. vers. sed in mercatoribus &c.* vbi dicit, quod sicut interesse potest deberi ratione temporis, ità etiam ratione loci, *latè Mantica de Tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. num. 3. & seq. Socin. sen. cons. 64. num 6. lib. 3. Paris. cons. 20. num. 55. lib. 1. Rimin. cons. 452. num. 17.* in pœnis etiam locus attendi debet; quia si locus est publicus, iniuria fit grauior, & pœna durior infertur, *l. Prætor, §. fin. vers. atrocem, & l. sed est quæsitum, ff. de Iniur. l. aut facta, ff. de Pœn.* vnde qui in acie fugam prior fecerit, propter exemplum, capite puniendus est, *l. omne delictum, §. qui in acie, ff. de re milit.* licet secus sit, si ex alio loco, *Luc. de Penn. in l. vni. col. 5. C. de Colon. Illyric. lib. 11.* item in domo grauiùs delinquitur, quàm extra domum: multoque grauiùs in propria, quàm in aliena, *l. lex Cornelia, & ibi DD. ff. de Iniur.* & longè grauiùs, si in Ecclesia, vel in foro, *d. l. aut facta, §. locus, vbi DD. ff. de Pœn. Luc. de Penn. in l. si apparitor, col. 8. C. de Cohortal. lib. 12.* quisque igitur facilè colligere poterit, quàm sit necessarius hic tractatus, cum in omnibus ferè legalibus dispositionibus, loci ratio habeatur: vt autem faciliori, ac rectiori, quo possumus, ordine procedamus, in primo libro Deo adiuuante agemus de loco, quatenus spectat ad causas Ecclesiasticas, & spirituales: in secundo, quatenus respicit causas ciuiles, contractus, & negotia: in tertio, quatenus respicit causas criminales.

SVMMARIVM.

1 *De loco tractant non solum Philosophi, sed etiam Legistæ.*
2 *Quid sit locus.*
3 *Qualiter accipiatur locus in iure, & nu. 4. & 6.*
5 *Quid nomine ædis, villæ, areæ, agri, & fundi intelligatur.*
7 *Quid sit territorium, & quid importet, nu. 11.*
8 *In mari non dicitur territorium, sed districtus.*
9 *Iurisdictio est in territorio tanquam in re inanimata, sed in Magistratu est tanquam in subiecto animato.*
10 *An concessa iurisdictione censeatur concessum territorium, & an concesso territorio videatur concessa iurisdictio.*
11 *Territorium non importat proprietatem, & dominium prædiorum.*
12 *Clericatus non eximit aliquem de territorio, seu de districtu.*
13 *Clerus appellatione populi comprehenditur in fauo-*

rabilibus, non in odiosis.

14 *An præscribens territorium, præscribat etiam iurisdictionem.*

CAP. I.

An sit, & quid sit locus secundum leges.

1 DAri locum, nemo est qui dubitet, quamuis multi nesciant quid sit; de eo tractant non solum Philosophi, sed etiam Legistæ *in l. 1. & seq. ff. Ne quid in loc. sacr. fiat. l. 1. cum seq. ff. de loc. & itiner. publ. l. 1. & tot. tit. ff. Ne quid in loc. pub. l. 1. cum seq. ff. de eo quod cer. loc. &c. & alibi passim.*

2 Est autem locus superficies corporis continentis aliud corpus, *vt inquit Aristot. lib. 4. Physic. cap. 2. tex. 14. & cap. 8. tex. 41.* superficies verò alia est immediata, alia mediata: superficies immediata dicitur locus proprius, quia intra eamdem plura corpora simul contineri non possunt, alioquin penetrarentur: ac proindè ità conuenit vni, vt non conueniat simul alijs; talis est superficies, qua aer primò, & immediatè tangit, seu ambit turrim: illa enim est locus, in quo est turris; quemadmodum superficies immediata aquæ circumdantis piscem,
3 est locus, in quo est piscis, & de hoc loquitur *Aristot. loc. cit.* superficies verò mediata ità continet, vt non tangat contentum, diciturque locus communis, quia intra eamdem plura simul corpora contineri possunt: & ideò ità conuenit vni corpori, vt etiam conueniat alijs: talis est Ecclesia, Ciuitas, Prouincia, Territorium, &c. & de hoc loquitur etiã
4 *Arist. vbi supra d. cap. 2. text. 14.* & ita accipitur in iure, *vt constat ex extrauag. prouidè, vers. præsentis constitutionis, de sent. excom. cap. alma, vers. sanè eod. tit. in 6. cap. postulastis §. fin. de Cler. excom. min. l. ciuibus ff. de reb. dub. l. decernimus C. de Aquæduct. lib. 11.* vbi locus accipitur pro Congregatione hominum intra metas vnius loci habitantium, *l. locus vbi Glos. ff. de verb. sign.* vbi, quod loci appellatio non solum ad rustica, verum ad vrbana quoque prædia pertinet, *l. fundi ff. eod. tit.* vbi, quod vrbana ædificia ædes,
5 rustica, villæ dicuntur; locus verò sine ædificio in Vrbe, area: rure autem ager appellatur: idemque ager cum ædificio fundus dicitur, *l. 1. §. ibi autem ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. eodem, ff. ad Syl. l. fin. C. de Præscript. long. temp. Spec. in tit. de Arbitr. & arbitrat §. sequitur num. 66. & 67. Panorm. in cap. abolendæ de Sepult. Luc. de Penn. in l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. Sylu. in*
6 *ver. loca.* vbi, quod locus in iure accipitur pro humanis habitationibus in vita, vel post mortem, *Cepoll. in tit. de Vsucapion. pro donato, §. fine Dominus, nu. 4.* vbi, quod loci appellatione propriè loquendo veniunt immobilia tantum, *Boer. decis. 99. nu. 1. & seq.* vbi, quod locus accipitur pro territorio, vel districtu, seu Parochia, vel iurisdictione, *Rosenth. de feud. cap. 12. conclus. 15. nu. 20.*

7 Territorium verò nihil aliud est, quam vniuersitas agrorum, siue certum terræ spacium iurisdictionem munitum, *l. Pupillus §. territorium ff. de verb. signific. Bart. cons. 189. Alex. cons. 35. num. 2. volum. 4.*
8 *Bald. super rubr. Quæ sint regal.* subdens, quod in mari non dicitur territorium, nisi fortè habito respectu ad alueum maris: sed dicitur districtus, idest aquæ spacium, seu latitudo similiter munita iurisdictione, & imperio, *& in cap. 1. num. 4. in tit. de Al-*
9 *lodiis, Socin. cons. 74. col. 2. vers. primò quis ex quo &c. lib. 1.* vbi, quod iurisdictio est in territorio tamquam in re inanimata, sicut seruitus in fundo: sed in Magistratu est tanquam in subiecto animato, sine quo iurisdictio per se nihil agit, *Boer. decis. 237. numer. 7. & sequent.* vbi dicit, quod
10 concessa iurisdictione non censetur concessum territorium, sicut e contra territorio vniuersaliter, & simpliciter concesso videtur concessa omnis iurisdi-
11 ctio, *vide Bart. in l. 2. in fin. C. de bon. vacan. lib. 10.* vbi, quod territorium regulariter non importat proprietatem, & dominium prædiorum, ac rerum particularium, sed iurisdictionem, quæ in his exercetur, & coerctionis superioritatem, *Luc. de Penn. in l. Duumuirum, 53. C. de Decurion. lib. 10.* vbi, quod interdum habent iurisdictionem qui non habent territorium, *Merlin. decis. 655. nu. 8.* vbi dicit, quod etiamsi totus Regionis, seu Prouinciæ ambitus sit tributarius vni soli Principi, non præsumeretur tamen, vt quidquid est intra fines Regionis, subsit quoad vtile, & directum dominium ipsi Principi, sed solum quoad iurisdictionem, & quamdam protectionem.

12 Notandum est etiam, quod Clericatus non eximit aliquem de territorio, seu de districtu, licèt eximat de qualitate populari, quæ respicit personam, *Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 34. & seq. de Constit.* subdens *num. 36.* quod in materia odiosa ap-
13 pellatione populi Clerus non comprehenditur; secus in materia fauorabili, *per tex. in cap. dilecti, de for. compet. & cap. si sententia, de Sent. excommun. in 6.*

14 An verò possit quis præscribere iurisdictionem tanto temporis spacio, quanto præscriberet ipsum territorium, & sic spacio longi temporis? affirmat *Boer. loco cit. num. 9. vbi alios refert:* sicut enim præscribens fundum, præscribit quicquid est ibi plantatum, vel radicatum, ità præscribens territorium, præscribit iurisdictionem, tanquam annexam territorio, a quo auelli non potest, *l. in modicis, ff. de Contrah. empt.* Sed de hoc vide quæ fusè scripsimus *in tract. de Tempor. Legal. lib. 2. cap. 105.*

SVMMARIVM.

1 *Locus diuiditur in plenum, semiplenum, vacuum, priuatum, religiosum, publicum, & insignem, & num. 2. 4. & 7.*

An in loco publico possit aliquid fieri, ibid. num. 4.

3 *Quando præsumatur locus auctoritate Episcopi ædificatus.*

4 *An quis teneatur viam publicam munire iuxta domum suam.*

Quando structa via veniat appellatione melioramentorum, ibidem.

5 *An quis sine licentia Episcopi construere possit Hospitale, vel Oratorium.*

6 *Quando Hospitale, vel Oratorium possit ad prophanos vsus conuerti.*

8 *Quando locus dicatur insignis.*

9 *In loco insigni præsumitur ipso iure copia peritorum.*

10 *Quando vir priuetur lucro dotis.*

11 *Qui ægroto non adhibuit medicum, vel imperitum adhibuit, dicitur præstitisse occasionem mortis.*

12 *Hæres, qui Testatori non adhibuit medicum, vel malum adhibuit, priuatur hæreditate.*

13 *Quando vulneratus præsumatur culpâ sua decessisse, ita vt non imputetur vulneranti.*

14 *Quando locus dicatur vicinus, vel remotus, & nu. 17. 18. & 19.*

15 *Si ex statuto damnum à vicinis emendari debet, vicini dicun-*

dicuntur, qui acclamantis vocem ex loco commissi delicti exaudire possunt.

16 *An dictum statutum comprehendat pupillos, & mulieres, & alios inhabiles ad auxilium ferendum.*

17 *Quando agitur de distantia milliarium, mensura non fit per aerem, sed per itinera consueta.*

19 *Statutum disponens, quod offendens aliquem iuxta domum, puniatur certa pœna, quando locum habeat.*

20 *Quando reputetur vnus locus.*

CAP. II.

Quatuplex sit locus.

1 LOcus, alius est plenus, vt qui possidetur: alius est semiplenus, vt ille, in quo aliquis est causa legatorum, vel rei seruandæ causa, *l. 3. § fin. ff de Acquir. possess. l. 2. §. 1. ff. de Action. empt.* alius est vacuus, qui ita dicitur tribus modis, vel propter absentiam, vel negligentiam Domini, aut quia sine successore decesserit, *§. quod autem, iuncta glos. ibidem, Inst. de Vsucap. l. si id quod, ff. de Acquir. possess.* vacuus etiam dicitur, quando est sine ædificio, *leg. Prætor ait, §. sine autem, vbi glos. ff. de Nou. oper. nunciat.*

2 Item alius dicitur priuatus, vt quia non est deputatus ad vsum publicum, *cap. aurum, 12. quæst. 2. Afflict. dec. 62. num. 2.* vbi dicit, quod viæ vicinales sunt priuatarum personarum, & ideò non obstante via vicinali in medio, habet locum ius congrui, *& dec. 265. num. 108.* vbi, quod tenetur Vasallus præstare viam Domino suo per sua prædia, si Domino hoc expediat; alius est religiosus, sed non sacer, vt ille, in quo sepultus est aliquis de voluntate Domini, *l. 2. C. de Religios. & sumpt. fun.* vbi etiam, quod talis locus vendi, aut obligari non potest: licèt secus sit de iure canonico, secundum quod locus non efficitur religiosus, nisi auctoritate Pontificis deputetur ad talem vsum, *cap. ad hæc, de Relig. dom.* vt latiùs infra dicemus *cap. sequent.* alius est religiosus, & sacer, qualis est Ecclesia, cœmeterium, capellæ, & monasteria, auctoritate Papæ, vel Episcopi ad cultum Diuinum deputata, *vt in d. cap. ad hæc, vbi DD. Sylu. in ver. loca, num. 4.* vbi dicit, quod præsumitur locus
3 auctoritate Episcopi ædificatus, quando longo tempore ibi fuerunt celebrata Diuina officia publicè omnibus admissis indifferenter, & erecta campana, *ex trad. per Panorm. in cap. inter dilectos, num. 8. de*
4 *Donat.* alius dicitur locus publicus, qui videlicet ad vsum publicum deputatus est, vt si ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertineat, *l. 2. §. publici, ff. Ne quid in loc. publ. Vrsill. ad Afflict. ad dict. dec. 62. num. 3.* vbi, quod via vicinalis, de qua non extat memoria hominum in contrarium obtinet ius viæ publicæ, *Boss. in tit. de via publ. num. 4.* vbi dicit, quod in loco publico non licet aliquid facere, etiamsi nihil noceat loco publico, nisi consentiente Principe, subdens *ibidem num. 5.* quod non potest etiam aliquid fieri in loco publico, per quod fiat præiudicium priuato, *Vermiglial. cons. 424. num. 1. & seq.* vbi dicit, quod quilibet Dominus, vel possessor viam publicam in Ciuitate, vel in Burgis existentem munire tenetur iuxta domum suam.

Addit *Vermigliol. ibidem num. 11.* quod structio viæ reddens habitantibus vsum domus magis commodum, venit appellatione melioramentorum, *vide textum in l. ædiles, ff. de via publ. Bart. in l. pet Bithyniam, num. 3. C. de Immun. nem. conced. lib. 10. Veronen. de seruit. rust. præd. cap. 3. de Seruit. viæ, num. 47. Rom. singul. 817.*

5 An verò possit quis sine licentia Episcopi construere Hospitale ad pauperes ibi recipiendos? affirmat *Innoc. in d. cap. ad hæc, Sylu. in d. ver. loca, num. 3.* vbi, quod potest etiam erigere Oratorium simplex, vt ibi oretur, dummodò ibi non celebrentur Missæ, nec erigantur campanæ, *cap. vnicuique, & cap. clericor, de consec. dist. 1. cap. patientibus, de Pri-*
6 *uil.* sed talis locus non erit religiosus, quia potest per ædificantem ad prophanos vsus conuerti, *secundùm glos. in clem. quia contingit, de Relig. dom. vt in sequenti cap. declarabimus.*

7 Item locus, alius dicitur insignis, alius non insignis dicitur is, qui in ordine locorum quiddam habet præcipuum, vt si haberet iurisdictionem magnam, mero, & mixto imperio insignitam, vel qui ex communi Prouinciæ opinione pro tali reputatur, *arg. l. Labeo, vbi DD. ff. de Supell. leg. l. si duas, §. decet, ff. de excus. tut. cap. ex litteris 7. de Sponsal. Spec. in tit. de Citation. §. 1. num. 17. Bart. in l. in bonorum, num. 2. ff. de Bon. possess. Alex. in l. si ab hostibus, num. 13. ff. Solut. matrim. Mascard. de Probat. conclus. 1037.*
8 *num. 9.* vbi etiam quod talis locus dicitur insignis, etiamsi esset castrum, & non Ciuitas; nec requiritur, quod sit muris cinctus, dummodò habeat no-
9 tabilem municipum numerum, *glos. in cap. statutum, ver. Ciuitatibus, de Rescript. in 6. Nauar. cons. 1. de Verb. sign. Innoc. in cap. præsenti decreta, num. 2. de rescript.* vbi, quod sufficit, Ciuitatem Episcopalem esse, vt ibi causæ agitentur, etiamsi non sit magna, nec habeat peritos; sed in alijs locis non Episcopalibus requiritur, vt sint magna, & habeant peritos, & propter hoc dicuntur loca insignia, quod arbitrio Iudicis relinquitur, *Spec. loco cit. num. 17. Mascard. loco supra cit.* vbi quod in loco insigni præsumitur ipso iure copia peritorum, *per text. in l. si*
10 *duas, § est autem, ff. de excus. tut.* vnde si in loco insigni infirmetur vxor, & ibidem decedat, satis erit probare tantùm, quod vir medicum non adhibuerit, vt priuetur lucro dotis, *secundùm Bart. in l. idemque erit, ff. pro Soc. & in l. si seruum, num. 6. ff. de Verb. oblig. Bald. in l. iuris ignorantiam, Cod. Qui admitt.* tunc enim mulier præsumitur decessisse culpa ma-
11 riti, *l. quod si nolit, §. culpam ff. de ædil. edict.* vbi, qui ægroto non adhibuit medicum, vel imperitum adhibuit, dicitur præstitisse occasionem mortis, *glos. & DD. in l. si ab hostibus, §. si vir, ff. Solut. ma-*
12 *trim.* quemadmodum hæres, qui testatori non adhibuit medicum, vel malum adhibuit, priuatur hæreditate, *l. indignum, ff. de his, quibus vt indign. glos. in dict. §. culpam, versic. adhibuit medicum;* & vulneratus non adhibens medicum, vel imperitum adhibens præsumitur culpa sua decessisse, ità vt non imputetur vulneranti, *vt tradunt Doctores, in dict. §. culpam, Boer. quæst. 323.* & de eo qui tardè adhibuit medicum, respondit *Marsil. consil. 7. numer. 49. quem refert Mascard. vbi supra numero 4.*

14 Denique locus, alius dicitur vicinus, alius remotus, vicinus dicitur, etiamsi distet per centum milliaria *secundùm glos. l. 4. §. si tam vicinum, ff. de damn. inf.* sed verior est aliorum Doctorum sententia, qui id arbitrio Iudicis remittunt, inspecta qualitate personarum, loci, & factorum, *gloss. in cap. felicis, §. præsenti, ver. vicinarum, de Pæn. in 6.* vbi, quod loca dicuntur vicina, si sint infra Prouinciã, vel non distent vltra vnam, aut duas dietas vul-

 gares,

gares, & in cap. cum nullus, ver. remotis, de Temp. ordin. eodem lib. vbi, quod locus remotus dici potest, qui est extra Prouinciam, vel vltra vnam, aut duas dietas, Bald. in l. si vicinis, in fin. C. de Nupt. Alex. cons. 57. num. 6. lib. 3. quibus adde Bart. in d. §. si tam vicinum, num. 2. & in l. si tertius, num. 2. & seq. ff. de Aqu. pluu. arc. vbi dicit, quod cum agitur de vicinis ratione domus, & habitationis, vel ratione certi actus, vicinus dicitur vsque ad locum, à quo potest

15 exaudiri vox hominis acclamantis: & ideò stante statuto, quod damnum datum, à vicinis emendetur, vicini dicuntur, qui acclamantis vocem ex eo loco commissi delicti exaudire possunt: cum enim ea ratione conditum sit statutum, vt exaudientes opem ferre possint oppressis, illi omnes dicuntur vicini, qui oppressi vocem exaudire potuerunt, Tiraq. de Retr. lignag. § 1. glos. 9. num. 21. latè Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 222. num. 14. & seq. vbi etiam,

16 quod dictum statutum non comprehendit pupillos, mulieres, & similes inhabiles ad auxilium oppressis ferendum.

17 Notandum est etiam, quod ad effectum exaudiendi, distantia, atque etiam vicinitas consideratur non ratione itineris, sed in aere; si verò agitur de distantia milliarium, non fiet mensura per aerem, sed per itinera consueta, Paul. de Castr. in l. t. ff. Si quis caut. quem refert, & sequitur Alex. cons. 22. nu. 6. vol. 4. Menoch. d. cas. 222. nu. 20. in fin.

18 Notandum 2. quod quando dubitatur, quis locus vicinus dicatur, & quis remotus, in primis spectanda est locorum consuetudo, vt d. Bart. in d. l. si tertius, nu. 2. Menoch. loc. cit. nu. 13.

19 Notandum 3. quod non est habenda ratio vicinitatis domorum, si vna in vna via ianuam habeat, altera in alia, etiamsi ratione parietum contiguæ sint: non enim considerari solet pars posterior domus; vnde statutum disponens, quod offendens aliquem iuxta domum, puniatur certa pœna, non haberet locum, vbi quis alium offenderet iuxta domum, sed à parte posteriori, Bart. in d. l. si tertius, nu. 4. Menoch. d. cas. 222. nu. 17. & seq.

20 Quæres, quando reputetur vnus locus? Resp. quod vnus locus reputatur, quando non apparent signa separationis, l. 1. ff. de Reb. dub. Rimin. cons. 554. num. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 Quando locus dicatur pius, & quando religiosus, & Sacer, & nu. seq.
2 Quando loca priuata, in quibus pietatis opera exercentur, visitari possint ab Episcopo, & nu. 9.
3 Pijs locis datur restitutio in integrum, etiamsi prophana sint.
4 Hospitale, & alia loca fundata auctoritate Episcopi, dicuntur loca religiosa, & gaudent ecclesiastica immunitate.
5 Leges ciuiles disponentes, locum fieri religiosum per illationem humani cadaueris, correctæ sunt de iure canonico, & nu. 6.
7 Hospitale erectum sine auctoritate Episcopi, an, & quando redire possit ad humanos vsus.
8 An in tali Hospitali eri i possint campanæ.
10 An huiusmodi Hospitale priuata auctoritate erectum, immune sit à collectis, & alijs exactionibus, & an Episcopus possit illud grauare.
11 Laicus sine auctoritate Episcopi potest fundare Hospitale cum Oratorio, dummodò non habeat formam Ecclesiæ.
12 Tenentes hospitalitatem in aliquo Hospitali priuato, an possint iura Collegij exercere.
13 Hospitalia non fundata auctoritate Episcopi, non dicuntur propriè Hospitalia, sed domus deputata ad hospitalitatem.
14 Locus sacer est etiam religiosus, non autem è conuerso.
15 Ad erigendam Ecclesiam Cathedralem requiritur auctoritas Papæ, in Ecclesijs verò inferioribus sufficit auctoritas Episcopi.
16 Locus non desinit esse sacer, etiamsi captus fuerit ab hostibus.
17 Signum loci sacri est, si in eo adsit campana, & ibi omnes admissi fuerint ad audienda Diuina.
18 Cœmeterium quando præsumatur benedictum, & auctoritate Episcopi sacratum.
19 An locus priuata auctoritate adiectus cœmeterio, habeatur pro sacro.
20 Hospitale quando præsumatur publicum, & religiosum, & quando priuatum, ac prophanum.

CAP. III.

De loco Sacro

Quæstio Prima.

Quinam dicatur locus pius, religiosus, & Sacer.

1 Locus pius dicitur, in quo opera pietatis exercentur, & sic iudicatur ex opere, & effectu, auth. hoc ius porrectum, C. de Sacrosf. Eccles. Roman. cons. 477. num. 21. Petr. de Anchar. cons. 139. num. 2. cum autem opera huiusmodi exerceri possint tam in locis publicis, ac religiosis, & sacris, quàm in priuatis, seu prophanis, & non religiosis, vt infra dicemus, & obseruat etiam Roman. vbi supra num. 16. in fin. constat, locum pium, horum respectu se habere tamquam genus, & per consequens locum sacrum, & religiosum tamquam species, ex trad. per Abb. in cap. ex Xenodochijs, num. 3. de Relig. domib. vbi etiam

2 dicit, quod non tantum loca religiosa, & sacra ab Episcopo visitari possunt, sed etiam loca priuata, in quibus huiusmodi pietatis opera exercentur, defuncto tamen eo, qui hæc loca construxit, etiamsi à testatoribus, seu fundatoribus id fuerit Episcopo interdictum, Clem. quia contingit, de Relig. dom. cap. si hæredes, & cap. tua, & ibidem glos. & DD. de testam. sufficit enim ad hunc effectum, vt locus sit pius, licet nondum sit religiosus, aut sacer, vt obseruat Mascard. de Probat. conclus. 869. num. 34. de quo vide etiam glos. in cap. in ecclesiastico, ver. si terram, 3. quæst. 2. Bald. cons. 465. vol. 1. vbi dicit, quod pijs locis datur

3 restitutio in integrum, etiamsi essent prophana: tum quia ex fine, & opere sunt sancta, cum in eis opera pietatis exerceantur, tum etiam quia non reguntur nisi per Curatores, idest ministros, cum per se regi non possint, Roman. cons. 407. nu. 2. Abb. in cap. 2. nu. 2. de consuet.

4 Locus verò religiosus dicitur qui sine piaculo violari non potest, vt tradunt DD. in l. 2. ff. de Relig. & sumpt. fun. vbi, quod talis locus desinit esse in commercio nostro, non tamen consecratus est; tale est hospitale fundatum auctoritate Episcopi, & similia, DD. in cap. ad hæc, extr. de Relig. domib. Host. in sum. eod. tit. nu. 1. Dian. resol. moral. par. 6. tract. 1. res. 6. vers. sed transeamus &c. vbi dicit, quod huiusmodi locus gaudet ecclesiastica immunitate.

Notandum tamen est, quod de iure ciuili religiosus censebatur locus, in quo aliquis fuerat se-
5 pultus, vt ibi perpetuò remaneret, *d. l. 2. ff. de Relig. & sumpt fun. l. si necdum, C. eod.* vnde si corpus humanum in aliquo loco inferebatur, vt ibi esset ad tempus, locus remanebat prophanus, *l. si quis eo animo, ff. eod. tit.* nec totus, qui sepulturę destinatus erat, locus fiebat religiosus, sed quatenus corpus humatum esset, *vt in d. l. 2. §. Celsus*, talis autem locus ven-
6 di, aut obligari non poterat, *l. 3. Cod. Quæ res pign. oblig. poss. vel non &c.* cuius textus dispositionem hodie etiam locum habere, senserunt *glos. in c. abolendæ, ver. sepultura, de Sepult. Dec. in cap. quanto, nu. 52. de Iudic. Ang. in §. religiosum, Inst. de rer. diuis.* asserentes, quod iura ciuilia quoad hoc non videntur correcta; sed verior est contraria sententia, *per tex. in cap. ad hæc, de Relig. dom.* vbi locus religiosus dicitur, qui auctoritate Pontificis fundatus est: & ità resoluit *Alex. in l. quid ergo, § si quis duos, num. 4. ff. de leg. 1.* vbi dicit, quod hodie requiritur factum Episcopi benedicentis pro cœmeterio, *Roman. cons. 477. num. 3. & seq. Add. ad Bart. in l. 2. C. de Relig. & sumpt. fun.* vbi, quod omnes huiusmodi leges disponentes, per illationem humani cadaueris fieri locum religiosum, correctæ sunt de iure canonico, quod in hac materia præualet, *Innoc. & Abb. in d. cap. abolendæ*, vbi, quod laicus hodiè non potest constituere locum religiosum, & per consequens talis locus, vbi homo sepultus est, vendi potest, *vide Card. in Clem. 1. q. 7. de Sepult. Gratian dec. Marcb. 26. nu. 4. & seq. & discept. forens. cap. 110. nu. 2. 4 & seq. Iordan. de Re sac. lib. 5. tit. 11. de Cœmet. benedict. num. 10.*

7 Idem dicendum de hospitalibus ędificatis auctoritate priuata: quamuis enim hæc de iure ciuili vendi similiter non possent, *auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles.* secus tamen est de iure canonico, quia eo casu non efficiuntur religiosa; vnde nec gaudent immunitate ecclesiastica, *vt in d. cap. ad hæc*: & ideò vendi, aut obligari non prohibentur, *Abb. in d. cap. abolendæ, num. 4. & in dict. cap. ad hæc*, vbi dicit, quod hospitale ædificatum sine auctoritate Episcopi potest redire ad humanos vsus: quod intellige eo viuente, qui ædificauit, secus eo defuncto; *Sylu. in ver. loca num. 3. & 6. Roman. d. cons. 477.*
8 *num. 1. & seq.* vbi, quod in talibus hospitalibus fundatis auctoritate priuata sine Episcopali consensu, non possunt erigi campanæ, *Mascard. de Probat. conclus. 869. num. 33. & 34.* vbi etiam obseruat, quod non potest Episcopus visitare hospitale priuatum viuente eo, qui illud erexit, *latè Quaran. in versic. alienatio rer. Eccles. nu. 28. & 41. vers. quinto limita &c. Gratian. d. decis. 26. nu. 5.* huiusmodi tamen hospita-
10 lia, priuata auctoritate erecta immunia sunt à collectis, atque alijs exactionibus, *per textum in auth. item nulla communitas, l. omnia priuilegia, C. de Episc. & Cleric. Anchar. d. cons. 129. Abb. in d. cap. abolendæ, nu. 4. & in cap. de Xenodochijs, nu. 3. de Relig. domib. Mascard. de Probat. conclus. 869. nu. 32.* vbi, quod neque posset Episcopos talia loca grauare, quia id esset contra volunratem fundatoris, cuius voluntas seruanda est, non alteranda, *vt in d. Clem. quia contingit, vers. cum tamen ea, & in d. cap. tua, in fin.*

11 Hæc autem loca erigi possunt priuata auctoritate, non tantum attenta dispositione iuris ciuilis, sed etiam iuris canonici, *vt constat ex l. sancimus res, C. de Sacros. Eccles. cap. vnicuique de consecr. dist. 1. Host vbi supra num. 1. Anchar. dict. cons. 129. num. 2.* vbi, quod laicus sine auctoritate Episcopi potest fundare hospitale cum Oratorio dummodò non habeat formam Ecclesiæ, *Abb. in d. cap. abolendæ, nu. 4. & in & in cap. inter dilectos, num. 7 & sequent. de Donat.*
12 vbi addit, quod tenentes hospitalitatem in aliquo hospitali priuato, possunt iura Collegij exercere, quia exercent actum licitum, & pium, cuius ratione possunt conuenire, & Collegium licitè instituere, ac sibi eligere Rectorem, & Syndicum, alijsque Collegij iuribus vti, *vide Roman. d. cons. 477. num. 15.*
13 *versus fin.* vbi subijcit, quod talia loca, cum non sint fundata auctoritate Episcopi, non dicuntur propriè hospitalia, sed domus deputatæ ad hospitalitatem.

14 Locus verò sacer dicitur, qui ritè, idest iuxta Ecclesiæ formam Diuino cultui auctoritate Ecclesiastica dedicatus est, qualis est Ecclesia, Oratorium, &c. *cap. quidam, 18. q. 2. Abb. in d. cap. ad hæc, de Relig. domib. & in cap. inter dilectos, n. 7. & seq. de Donat. Host. in sum. eod. tit. de Relig. domib. num. 2. & 3.* vbi, quod locus sacer est etiam religiosus, non autem è conuerso, *Mascard. de Probat. conclus. 289. num. 2. Roman. cons. 477. num. 3. & seq.* & quidem quoad erigen-
15 dam Ecclesiam Cathedralem requiritur auctoritas Papæ, *cap. 1. Ne sed vacan.* in Ecclesijs verò inferioribus sufficit auctoritas Episcopi, *d. cap. ad hæc de Relig. domib. gloss. in cap. pastoralis 7. quæst. 1. Roman. loco cit. num. 4.* vbi addit, qood huiusmodi loca, etiamsi
16 capta fuerint ab hostibus, non desinunt esse sacra; in hoc enim per ius Canonicum correctus est textus aliter disponens *in l. cum loca ff. de Relig. & sumpt. funer.*

17 Signum autem loci sacri est, si in eo adsit campana in altum eleuata, & ibi omnes admissi fuerint ad audienda Diuina, *Abb. in d. cap. inter dilectos, num. 8. de Donat.* vbi dicit, quod non sufficeret, quod ibi aliquando missæ fuerint celebratæ, quia in domibus magnarum personarum quandoque celebrantur missæ in earum oratorijs, non tamen ex hoc concluditur, quod talis locus sit sacer, vel religiosus, *Dec. in cap. patentibus, num. 1. & 2. de Priuileg. Mascard. conclus. 869. Dian. part. 6. resol. moral. tractat. 1. resol. 1.*

18 Item Cœmeterium præsumitur benedictum, & auctoritate Episcopi sacratum eo ipso, quod ab Episcopo fidelium sepulturæ destinatum est, vel si aliquis cum Ecclesiasticis officijs cum licentia Episcopi, & consensu Domini loci ibi sepultus sit, vel si locus huiusmodi diu habitus fuerit pro Cœmete-
19 rio, *Mascard. de Probat. conclus. 289.* subdens, quod locus priuata auctoritate àdiectus Cœmeterio, non habetur pro sacro, neqoe Cœmeterij priuilegio, gaudet, *Dian. d. par. 6. tract. 1. res. 6.*

20 Similiter hospitale præsumitur publicum, ac religiosum, si institutum sit sub nomine alicuius Sancti, & visitetur ab Episcopo; vel si institutio, vel destitutio Rectoris hospitalis ad Episcopum spectet; aut si huiusmodi hospitale impetretur à Papa; vel aliquis habeat ius præsentandi ad illud, *Bald. in auth. hoc ius porrectum, nu. 2. C. de Sacros. Eccles. Roman. cons. 477. num. 8. & seq. Calder. cons. 4. vers. item institutio de Religios. domib. Rota dec. 725. par. 1. Diuers.* vbi subijcit, quod censetur priuatum, ac prophanum, si institutio, vel destitutio Rectoris spectaret ad laicos.

S V M M A R I V M.

21 *Appellatione Ecclesiæ venit Capitulum.*
22 *Appellatione Capituli non venit Prælatus.*

23 *Ecclesia repræsentatur per Canonicos, non autem per Beneficiatos.*
24 *Ecclesia in gestis per eius Prælatum, non potest tanquam tertia considerari, sed est eadem cum Prælato.*
25 *Legatum factum Canonicis, videtur factum Capitulo, nisi aliud ex coniecturis colligatur.*
26 *Verbum, Canonici, indefinitè prolatum, idem significat, quod capitulum.*
27 *Appellatione Ecclesiæ veniunt etiam loca pia, ac Monasteria, ac etiam Monachi, & personæ ipsius Monasterij, præsertim in fauorabilibus.*
28 *Materia fauorabilis quæ dicatur.*

Quæstio Secunda.

An appellatione Ecclesiæ veniat Capitulum.

21 RESp. affirmatiuè, *Abb. in cap. eam te, num. 3. de*
Rescript. subdens *num. 13.* quod ex propria, &
22 stricta significatione vocabuli, appellatione capi-
tuli non venit Prælatus, quia licèt sie caput, non ta-
men est de capitulo, *Dec. ibidem num. 22. Paris. consil.*
27. num. 9. lib. 4. Cardin. Seraphin. decis. 426. num. 4.
23 vbi dicit, quod Ecclesia repræsentatur per Cano-
nicos, non autem per Beneficiatos, & *decis. 20. in*
24 *fin.* vbi subijcit, quod Ecclesia in gestis per eius
Prælatum, non potest tamquam tertia considera-
ri, sed est eadem cum Prælato, *Mantic. de Coniect.*
25 *vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 24.* vbi dicit, quod
legatum factum Canonicis, videtur factum Capi-
tulo, nisi ex coniecturis aliud concipi possit;
26 nam verbum, Canonici, indefinitè prolatum,
idem significat, quod Capitulum, *cap. cum omnes,*
& cap. cum accessissent, cum ibi not. per DD. extr. de
Constitut.
27 Præterea appellatione Ecclesiæ veniunt etiam
loca pia, ac Monasteria, ac etiam Monachi, &
personæ ipsius Monasterij, præsertim in materia
28 fauorabili, *Cardin. in Clem. 2. q. 3. de Iudic. Card. Sera-*
phin. dec. 606. nu. 5. & dec. 1025. nu. 10. vbi, quod ma-
teria fauorabilis dicitur, quæ nos ad iuris dispo
sitionem reducit.

S V M M A R I V M.

29 *Ecclesia, seu alius locus pius latiùs accipitur, si consideretur quoad effectum immunitatis, quàm si consideretur ad effectum, vt polluta dicatur.*
30 *Immunitate gaudet tota Ecclesiæ fabrica videlicet tectum, sacristia, Campanile, scalæ, cæmeterium, porticus, & atrium.*
31 *Quid si Ecclesia nondum fuerit consecrata, sed tantum benedicta.*
32 *Et quid si Diuina officia nondum cœperint in ea celebrari.*
33 *Immunitate gaudent ædes Ecclesiæ, seu Clericorum existentes intra 30. vel 40. passus.*
34 *Quid veniat nomine Ecclesiæ ad effectum, vt dicatur polluta.*
35 *An Ecclesia violetur, si effusio sanguinis, vel seminis humani, aut hominis mors sequatur super tectum Ecclesiæ, aut subtus eam.*
36 *Et quid si sequatur in Sacristia, vel Campanili, seu alio loco, à reliquo Ecclesiæ corpore per parietem intermedium seiuncto.*
37 *Polluta Ecclesia censetur pollutum etiam cæmeterium, si Ecclesiæ sit contiguum.*
38 *In Cæmeterio polluto non debet aliquis sepeliri, antequam reconciliatum fuerit.*
39 *Quid requiratur ad hoc, vt Ecclesia polluatur per sanguinis, aut seminis effusionem, & nu. 42. & 44.*
40 *Ecclesia non polluitur, neque reconciliatione indiget, nisi sit consecrata, vel saltem benedicta.*
41 *Copula, aut pollutio sequuta in Monasterijs, dormitorijs, cubiculis Sacerdotum, vel Religiosorum, an habeat specialem Sacrilegij malitiam.*
42 *An Ecclesia polluatur per nocturnam pollutionem, aut sanguinis effusionem factam ad sui defensionem, vel ad correctionem, aut ioco, vel ab ebrio, vel amente, vel à puero vsum rationis non habente.*
43 *Et an polluatur per copulam coniugalem.*
44 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
45 *Pollutio occulta non impedit celebrationem Missarum.*
46 *Occultum qualiter intelligatur.*
47 *An in dubio Ecclesia præsumatur consecrata.*
48 *Consecratio probatur per scripturam, vel per vnicum testem etiam de auditu.*
49 *Ad probandum clericatum, vel baptismum vnicus testis admittitur.*
50 *In dubio Ecclesia inferior consecranda est.*
51 *Ecclesia Cathedralis diu ædificata, præsumitur consecrata.*
52 *An Ecclesia præsumatur benedicta.*
53 *Quam pœnam incurrat celebrans in Ecclesia polluta ante reconciliationem.*

Quæstio Tertia.

Quid nomine Ecclesiæ intelligatur quoad effectum immunitatis, & quoad effectum, vt polluta dicatur.

29 ECclesia, seu alius pius locus, si consideretur
quoad effectum immunitatis latiùs accipitur,
quàm si consideretur ad effectum, vt polluta dica-
30 tur; nam immunitate gaudet tota Ecclesiæ fabri-
ca, videlicet tectum, sacristia, campanile, scalæ,
cœmeterium, porticus, & atrium quolibet modo
Ecclesiæ adhærentia, *cap. si quis in atrio, & cap. si quis*
contumax, vbi glos. in vers. adhærentibus, 17. quæst. 4.
31 quod procedit, siue Ecclesia sit benedicta, & con-
secrata, siue non, dummodo auctoritate Episcopi
ædificata fuerit, *cap. Ecclesiæ, & ibi DD. de Immunit.*
Ecclef. Bellet. Disquis. cleric. par. 1. tit. de fauor. cleric.
real. §. 4. num. 27. subdens, hoc procedere, etiamsi
32 Diuina officia nondum cœperint in ea celebrari;
eademque immunitate gaudent ædes Ecclesiæ, seu
Clericorum existentes intra 30. vel 40. passus, *iux-*
33 *ta textum in cap. sicut antiquitus, 17. q. 4. de quo latè di-*
ximus in tract. de Regim. Eccles. lib. 1. cap. 9.
34 Sed ad effectum, vt Ecclesia dicatur polluta, eius
nomine intelligitur totum illud spatium, quod per-
tinet ad internum corpus Ecclesiæ, à tecto interio-
ri vsque ad pauimentum, & à parte interna Portæ
maioris ipsius Ecclesiæ vsque ad vltimum parietem
Capellæ maioris, *fagund. in quinq. Eccles. præcept.*
par. 1. lib. 3. cap. 14. num. 37. quem refert, & sequitur
Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 28. num. 25.
35 vnde non violatur Ecclesia, si effusio sanguinis,
vel seminis humani, aut hominis mors sequatur
etiam super tectum Ecclesiæ, aut subtus eam, *glos.*
in cap vnic. versic. sanguinis, de consecr. eccles. in 6.
Sylu. in vers. consecratio, 2. num. 5. Ricc. in Prax.
forens. eccles. part. 1. resol. 479. Nauar. in man.
cap. 27. numer. 256. Layman. in Theolog. moral. lib.
36 *5. tract. 5. cap. 5. numer. septimo,* neque si sequa-
tur in Sacristia, vel campanili, aut cœmete-
rio,

terio, seu alio loco, à reliquo Ecclesiæ corpore
per parietem intermedium seiuncto, licèt de vno ad
alterum ingressus pateat; tunc enim vno ex dictis
locis violato, alter violatus non censetur, *cap. vnic.*
de Consecr. eccles. in 6. latè Barbos. d. allegat. 28. num. 45.
37 quamuis polluta Ecclesia pollutum etiam censea-
tur cœmeterium, si Ecclesiæ sit contiguum: & ideò
38 antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo
aliquis sepeliri, *vt in d. cap. vn.*
39 Addit *Barbos. d. alleg. 28. num. 24. & 51.* quod, vt
Ecclesia polluatur per sanguinis, aut seminis effu-
sionem, duo copulatiuè requiruntur, videlicet,
quod vulnus, vel actus luxuriosus fiat in Ecclesia,
& quod sanguinis, vel seminis effusio intra eamdem
Ecclesiam sequatur, ita vt non sufficiat, si vulnus
tantùm infligatur in Ecclesia, vel actus luxuriosus
in eadem Ecclesia fiat., si effusio extra Ecclesiam
contingat: quia iura tantum loquuntur de effusio-
ne sanguinis, vel seminis intra Ecclesiam, non au-
tem de vulnere, aut actu luxurioso, *d. cap. vnic. de*
Consecr. Eccles. in 6. & cap. vlt. extra eod. tit. & cap. tua-
rum, de Priuil. quæ quidem sententia non improba-
bilis videtur, quia violatio est pœna, & ideò strictè
interpretanda, *l. si Præses, ff. de Pæn.* sed communis
sententia est in contrarium, quod videlicet Ecclesia
polluatur, si vulnus, aut actus luxuriosus intra Ec-
clesiam contingat, licèt effusio sanguinis, aut semi-
nis extra eam sequatur, *vide Sylu. in ver. consecratio*
2. nu. 5. Dian. par. 6. ref. mor. tract. 6. ref. 47. Bonacin. de
matr. q. 4. punct. vlt. num. 20.
40 Obserua tamen, quod ad effectum huiusmodi
violationis strictè accipitur locus sacer pro eo so-
lummodo, qui vel consecratus, vel benedictus est;
& ideò si Ecclesia non esset saltem benedicta, non
pollueretur, neque reconciliatione indigeret, *Bar-*
bos. in cap. tuarum, nu. 10. de Priuil. & de offic. & pot.
Episcop. par. 2. d. alleg. 28. num. 22. Nau. in man. cap. 16.
num. 3. vers. interrogatus autem &c. Bonacin. de matrim.
q. 4. pun. vlt. num. 9. vbi subijcit, quod copula, aut
41 pollutio sequuta in Monasterijs, dormitorijs, cubi-
culis Sacerdotum, vel Religiosorum, non habet spe-
cialem sacrilegij malitiam.
42 Item requiritur, quod actio sit voluntaria, &
iniuriosa, *Sylu. in ver. consecratio 2. num. 5. Layman.*
loco cit. num. 8. vbi dicit, quod requiritur iniuria ad
culpam mortalem, *Nau. cap. 27. num. 256. Ricc. in*
Prax. par. 1. ref. 479. & alij apud Barbos. d. alleg. 28. nu.
1. & 43. asserentes, quod Ecclesia non polluitur per
nocturnam pollutionem, aut sanguinis effusionem
factam ad sui defensionem cum moderamine incul-
patæ tutelæ, vel ad correctionem, aut ioco, vel ab
ebrio, vel amente, vel à puero vsum rationis non
habente, *Bonacin. de matrim. d. qu. 4. pun. vlt. num. 6. 19.*
& seq. vbi addit, quod neque polluitur Ecclesia,
43 quando coniugalis copula occultè habetur ex legi-
tima necessitate, vt accidit, quando coniuges lon-
go tempore in loco sacro obsidentur, & periculum
esset incontinentiæ in aliquo coniuge, nec alibi
adest opportunitas explendi talem actum, *vt sensit*
etiam glos. in cap. vnic. ver. seminis, in addit. de Consecr.
Eccl. vel alt. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 5. vers. tertius
casus, & alij communiter.
44 Obserua 2. quod, vt Ecclesia polluta dicatur, re-
quiritur, vt factum sit notorium, iuris, aut facti
notitia, quia Ecclesia non iudicat de occultis, *Sylu.*
in ver. consecratio 2. num. 5. vers. tertius casus, Layman.
lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 8. Ricc. in Prax. for. eccles. par.
1. ref. 479. Barbos. de offic. & pot. episc. par. 2. alleg. 28. nu.
37. & alij communiter. Vnde pollutio occulta non
45 impedit celebrationem Missarum, *Nau. cap. 27. nu.*
256. occultum autem in hoc casu dicitur non solum
46 quando nulli adsunt testes, sed etiam quando id
per testes probari potest, non tamen est publica
fama notatum, *glos. communiter recepta in cap. de ma-*
nifesta, 2. q. 1. Barbos. d. alleg. 28. num. 39. vbi quod oc-
cultum dicitur, si actus in præsentia paucorum
priuatorum hominum contingat, quia taliter ge-
stus, interim dum non publicatur propter eorum
taciturnitatem, occultus dicitur, ex quo infert
Ricc. in Prax. par. 3. ref. 260. quod non censetur Ec-
clesia polluta ad effectum vt indigeat reconcilia-
tione, si tres, aut quatuor testes id sciant, modò au-
ctor criminis non sit accusatus in iudicio.
47 Sed quæres, an Ecclesia præsumatur consecrata?
Resp. quod aut loquimur de Ecclesia inferiori, &
hæc non præsumitur consecrata, nisi probetur, *Al-*
ciat. reg. 2. præsumpt. 4. num. 2. Mascard. de Probat. vol.
2. conclus. 582. num. 1. & seq. Vnde si in Ecclesia non
appareant cruces, quæ dum Ecclesia consecratur,
pingi solent in parietibus, probanda est consecra-
tio vel per scripturam, vel saltem per vnicum te-
48 stem de visu, vel etiam de auditu, *secundùm ali-*
quos: nam in omni casu, in quo de tertij præiudi-
cio non agitur, vnicus testis sufficit, *Mascard. loco*
cit. num. 5. Azor. par. 1. lib. 10. cap. 26. Alter. de censur.
tom. 2. disp. 3. cap. 4. Alzed. de Præcell. episcop. dignit. p.
2. cap. 4. num. 27. & alij quos refert, & sequitur Barbos.
de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 27. num. 5. & sequent.
49 vbi ex hoc infert, quod ad probandum clerica-
tum, vel baptismum vnicus testis admittitur,
50 quare in dubio Ecclesia consecranda est, *secun-*
dùm gloss. recept. in cap. proposuisti, de Consecrat.
Eccles.
51 Aut loquimur de Ecclesia Cathedrali diù ædifi-
cata, & hæc præsumitur consecrata, cum regulari-
ter semper consecrari consueuerit, *Mascard. d. concl.*
582. nu. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. ref. 479. nu. 5.
52 Præsumitur verò benedicta, si in ea Diuina offi-
cia publicè celebrentur, siue Ecclesia sit Cathedra-
lis, siue inferior: solent enim Ecclesiæ communiter
benedici, antequam in eis celebrentur Diuina, *Sylu.*
in ver. Ecclesia 2. nu. 1. & seq. Mascard. loco cit.
53 Quæres 2. quam pœnam incurrat celebrans in
Ecclesia polluta ante reconciliationem? Resp. quod
in iure certa pœna est expressa, *vt d. Megal. var. re-*
sol. tom. 2. ref. 168. num. 17. Nau. in man. cap. 25. nu. 83.
Bonacin. loco cit. num. 26. potest tamen suspendi, *iux-*
ta text. in cap. tuarum, de Priuil. vel alia pœna extra-
ordinaria erit puniendus, *secundùm Megal. vbi supr.*
vide quæ diximus in tract. de Regim. eccles. cap. 16. num.
19. & seq.

SVMMARIVM.

54 *Laicus ex tolerantia, vel licentia Episcopi potest aliquem locum, seu ius sedendi, vel sepulchrorum in Ecclesia sibi vendicare, non quoad dominium, vel proprietatem, sed tantum quoad vsum.*
55 *Hoc ius largo modo iuspatronatus appellatur.*
56 *An ad hoc requiratur expressus consensus Episcopi, vel potius sufficiat tacitus.*
57 *Hoc ius est transitorium ad quoscunque hæredes etiam extraneos, sicut iuspatronatus ad beneficia.*
58 *Ius sedilium, & sepulchrorum in dubio præsumitur hæreditarium.*
Iuspatronatus in dubio præsumitur similiter hæreditarium, ibidem.
59 *In tali casu competit laico interdictum vti possidetis,*

pro conseruatione suæ possessionis, quæ per vnicum actum acquiritur.

60 *An hoc ius sit irreuocabile.*

61 *An etiam hæredes manutenendi sint in possessione eiusdem sedilis, vel sepulchri.*

62 *An apprehensa possessione vnius rei hæreditariæ censeatur apprehensa possessio cæterarum rerum eiusdem hæreditatis.*

63 *Possessio an transeat ad hæredes.*

64 *Quo iudicio hæres agere debeat contra possidentem rem aliquam hæreditariam.*

65 *Contra amouentes sedilia agi potest actione iniuriarum, etiamsi amouens esset administrator Ecclesiæ.*

66 *Vnicus actus sufficit pro quasi possessione sepeliendi.*

67 *Per constructionem sepulchri dicitur quis esse in possessione illius.*

68 *An, & quando Episcopus, vel Rector Ecclesiæ possit amouere sedilia laicis concessa.*

69 *Ius sedendi, vel sepulchrorum concessum alicui familiæ, vel descendentibus, an extincta familia transeat ad hæredes extraneos.*

An Iuspatronatus gentilitium in tali casu similiter transeat ad extraneos hæredes, ibidem.

70 *An habentes ius sepulchri in aliqua Ecclesia, prohibere possint, ne alij ibi sepeliantur.*

Quæstio Quarta.

An, & quando laicus acquirere possit locum, vel ius sedendi irreuocabile in Ecclesia.

54 RESp. quod inuito Episcopo laicus non potest
aliquem locum, seu ius sedendi, vel sepul-
chrorum in Ecclesia sibi vendicare, *cap. sacrosancta,*
cap. Maysana, de Elect. cap. quanto, & cap. decernimus,
de Iudic. l. in tantum, §. sacræ, ff. de Rer. diuis. Abb. in
cap. 1. num. 1. in fin. & cap. abolendæ, num. 5. de Sepult.
sed ex tolerantia, vel licentia Episcopi, seu Eccle-
siæ Rectoris tale ius acquirere potest, non quoad
55 dominium, vel proprietatem, sed tantum quoad
vsum: quod quidem ius largo modo iuspatronatus
appellatur, quia est ad eius similitudinem, *Abb. &*
alij in d. cap. abolendæ, de Sepult. Gratian. discept. forens.
cap. 110 num. 19. & cap. 210. num. 32. 46. & 50. Giona-
56 *gnon. cons. 8. num. 8. 9. & 23. lib. 2.* vbi, quod in hoc
non requiritur expressus consensus Episcopi, sed
sufficit tacitus, *Vinian. de iurepatr. lib. 3. cap. 2. num. 55.*
Rot. decis. 787. par. 1. Diuers, vnde tale ius est transi-
57 torium ad quoscunque hæredes etiam extraneos,
sicut iuspatronatus ad beneficia, *glos. in cap. conside-*
randum, 16. q. 7. Abb. & alij in cap. 1. de Iurepatr. Couar.
var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 6. Cardin. Seraphin. dec. 364.
num. 4. & decis. 378. num. 1. Vinian. lib. 4. cap. 2. num. 1.
& sequent. Gratian. d. cap. 210. num. 36. & seq. vbi,
58 quod ius sedilium, & sepulchrorum in dubio præ-
sumitur hæreditarium, sicut dicimus in iurepatro-
natus, *& cap. 110. num. 13. & sequent.* vbi, quod in ta-
59 li casu datur laico interdictum vti possidetis, pro
conseruatione suæ possessionis, quæ per vnicum
actum acquiritur, quia licèt hoc ius ab initio sit
60 gratiosum, tribuit tamen ius irreuocabile, *cap. li-*
cèt causam, vbi Bald. & alij, de Probat. Bart. in l. 1. §.
hoc interdicto, ff. de Itin. actuque priuat. Abb. in cap. cum
Ecclesia Sutrina, de Caus. possess. & propriet. ità vt
61 etiam hæredes manutenendi sint, si in possessione
eiusdem loci continuarunt, *Gail. pract. obseruat. lib.*
2. obseruat. 129. num. 6. & seq. subdens, quod appre-
62 hensa possessione vnius rei hæreditariæ non cense-
tur apprehensa possessio cœterarum rerum eius-
63 dem hæreditatis, cum possessio ad hæredes non
transeat; vnde contra possidentem rem aliquam
64 hæreditariam hæres agere non potest interdicto
retinendæ, vel recuperandæ, sed petitorio iudi-
cio agendum erit, petitione hæreditatis, vel rei
vendicatione, *Ciarlin. contr. for. cap. 210. num. 21. lib.*
2. Paris. cons. 49. num. 12. 16. 24. & sequent. lib. 4. vbi
65 addit, quod contra amouentem sedilia agi etiam
potest actione iniuriarum, etiamsi amouens esset
administrator Ecclesiæ, *Post. in tract. mandat. de ma-*
nutenen. obseruat. 73. num. 62. & obseruat. 18. num. 25.
66 vbi, quod vnicus actus sufficit pro quasi possessio-
ne sepeliendi, *Rot. decis. 227. num. 6. & 7. par. 1. Diuers.*
67 vbi, quod per constructionem sepulchri dicitur
quis esse in possessione illius, *Gratian. d. c. 210. nu. 44.*
Franc. Marc. decis. 275. par. 2.

68 Quare non potest Episcopus, sicut nec Rector Ecclesiæ, laicis auferre huiusmodi ius, si ab initio passus est, eos habere, seu retinere sedile in aliquo Ecclesiæ loco, *arg. cap. quod semel, de reg. iur. in 6. Gionagn. d. cons. 8. num. 22. lib. 2. Gratian. d. cap. 210. nu. 46. & seq. Ciarlin. contr. forens. d. cap. 210. num. 16. 18. & 25. lib. 2.* nisi sic exposceret seruitium, vel commodum Ecclesiæ, vel laicus prætenderet habere illud ius quoad proprietatem, quia tunc non censetur acquisitum ius irreuocabile, *Gionagn. d. cons. 8. num. 19. & seq. Ciarlin. vbi supra num. 37. & seq. Paris. d. cons. 149. num. 25. lib. 4.* subdens, quod vbi sedile remouendum esset ob commodum Ecclesiæ; eo casu collocari debet in alio eiusdem Ecclesiæ loco æquè digno.

Notandum est autem, quod extra tempus concionum sedes in Ecclesia tolerari non debent, *vt pluries resoluit Sac. Congreg. teste Nicolio in suis floscul. sine notabil. in ver. Ecclesia, nu. 11.*

69 Notandum 2. quod si ius sedendi, vel sepulchrorum concessum simpliciter fuerit alicui familiæ, vel descendentibus, adhuc extincta familia transiret ad hæredes extraneos, sicut & iuspatronatus gentilitium in tali casu ad extraneos hæredes transiret, nisi taxatiuè concessum fuisset illis de familia dumtaxat, vel solis descendentibus, *Anchar. cons. 81. Calderin. cons. 4. de iurepatron. Vinian. in Prax. iurispatr. lib. 4. cap. 9. nu. 1. & seq. Card. Seraph. dec. 364. nu. 2. & seq. & dec. 378. per tot.*

70 Notandum 3. quod habentes ius sepulchri in aliqua Ecclesia prohibere possunt, nè ibi alij sepeliantur, *Rot. d. decis. 787. num. 4. par. 1. Diuers. post Abb. in d. cap. abolendæ nu. 5. de Sepult.* vbi tamen subdit, quod in casu necessitatis potest ibi extraneus sepeliri, vt quando alibi humati non posset.

SVMMARIVM.

71 *Ad construendam Ecclesiam in locis exemptis requiritur auctoritas Papæ, in non exemptis sufficit licentia Episcopi.*

72 *Ad transferendam Ecclesiam de vno ad alium locum concurrere debet iusta causa, & licentia Papæ in locis exemptis, vel Episcopi in non exemptis, & nu. 73.*

73 *Et quid in translatione Ecclesiarum, & Monasteriorum Regularium, & nu. 74.*

75 *Quando Vniuersitas loci, vbi situm est Monasterium, possit impedire huiusmodi translationem.*

76 *Hodie non possunt de nouo erigi Monasteria, seu Conuentus Regularium, nisi de speciali licentia Sedis Apostolicæ.*

Quæ-

Quæstio Quinta.

An requiratur Episcopi licentia, quando Ecclesia de vno ad alium locum transfertur.

71 PRæmittendum est primò, quod non cuique passim templa construere est permissum, sed his tantum, quibus Diœcesanus Episcopus in locis non exemptis, in exemptis verò Papa licentiam concesserit, *cap. nemo, de consecrat. dist. 1. cap. auctoritate, de Priuil. in 6. Conc. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin.* vbi de erectione Monasteriorum, & domorum tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, idque præcipuè inductum est, vt dos congrua à fundatore assignetur pro manutentione Ecclesiæ, & ministrorum, & ne alijs Ecclesijs aliquod inferatur præiudicium, *vt not. in cap. ad audientiam, de Eccles. ædific. & obseru. Card. Mantic. dec. 131. in princ.*

72 Præmittendum 2. quod ad transferendam Ecclesiam de vno ad alium locum concurrere debet iusta causa, qualis est intemperies aeris, incommoditas situs Monasterij, deficientia victus, & similia, *Rota dec. 721. par. 4. tom. 3. Recent.* his præmissis.

73 Ad quæsitum resp. quod etiam in translatione Ecclesiæ de vno ad alium locum regulariter requiritur Episcopi, vel Papæ licentia, vt supra; nam, etsi cesset ratio dotis in tali casu, ad Episcopum tamen spectat prospicere, ne fundetur Ecclesia in loco minus congruo, aut ne alijs Ecclesijs præiudicium fiat, *iuxta textum in cap. si quis vlt. 16. qu. vlt.* quod etiam procedere in translatione Ecclesiarum, & Monasteriorum Regularium, resoluunt *Portell. in dub. regul. ver. Monasterium, nu. 5. Flau. Cherubin. in Compend. bullar. tom. 3, bull. 99. Hyeron. Roderic. in Compend. q. regul, ref. 55, nu. 4. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 26. nu. 8.*

74 Notandum tamen est, quod Sixtus V. concessit Generali S. Benedicti, vt in capitulo generali de consensu Capituli possit mutare Conuentus de locis incommodis ad loca commodiora, non petita licentia Episcopi: idemque Minoribus concessit Sixtus IV. *prout refert Diana part. 3. resolut. mor. tract. 2. resol. vlt.* vbi etiam dicit, quod huiusmodi priuilegijs non derogatur per Concilium Tridentinum *d. sess. 25. de Regular. cap. 3.* quia ibi sermo est de noua erectione, & ædificatione, non autem de mutatione.

75 Notandum 2, quod Vniuersitas loci, vbi situm est Monasterium, potest impedire translationem faciendam propter deficientiam victus, si se obligauerit ad subministranda necessaria, *Rot. d. decis. 721. par. 4. tom. 3, Recent.*

76 Notandum 3, quod hodie non possunt de nouo erigi Monasteria, conuentus, vel collegia, seu loca quæcumque Regularium tam mendicantium, quam non mendicantium, absque speciali Sedis Apostolicæ licentia, præuia examinatione Sacræ Congregationis negocijs Episcoporum, & Regularium præpositæ; alioquin erectiones sunt ipso iure nullæ, & personæ in eis degentes omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Ordinarij loci plenè in omnibus subiacent, *ex constit. 27. Innocentij X. in nouo Bullario, incip. Instaurandæ regularis disciplinæ opus* §. 5.

S V M M A R I V M.

77 *Destructa Ecclesia, vel collegio ob delictum, amittuntur eius priuilegia, secus si ob aliquam calamitatem, & numer. 83.*

78 *Quid si destruatur Ciuitas, vel Castrum, & nu. 83.*

79 *Destructo principali destruitur etiam accessorium.*

80 *Destructa Ciuitate, vel alio loco sacro, vel prophano ob delictum, Canonici eius loci desinunt esse Canonici cum amissione præbendæ, & Ciues desinunt esse Ciues.*

81 *Destructo Castro destruitur etiam territorium Castri, eiusque iurisdictio, & ad Principem reuertitur, seu ad Ciuitatem dominantem.*

82 *Destructo collegio ob delictum, eius bona vacant, & ad fiscum pertinent.*

83 *Ciuitas extincta ab hostibus, iuris intellectu adhuc extare censetur.*

84 *Legatum annuum Ecclesiæ relictum, an debeatur destructa Ecclesia.*

85 *Ecclesia, in alium locum translata, vel alteri Ecclesiæ æquè principaliter vnita, retinet priuilegia, quæ prius habebat.*

86 *Missæ, quæ sub pœna caducitatis celebrari debebant in aliqua Ecclesia, absque caducitatis timore celebrari possunt in alia Ecclesia, ad quam Monachi, seu alij fuerunt translati.*

87 *Missæ celebrari possunt in alia Ecclesia, si constet, Testatorem non habuisse deuotionem in Ecclesia designata, vel si nequeant celebrari in loco constituto.*

88 *Reædificatio Castri penitus destructi non est permissa sine licentia Superioris, licèt secus sit in restauratione.*

Talis auctoritas facit idem Castrum cum primo, ibidem.

89 *Si Rex vniuerit Regno aliquem locum, seu Castrum, locus ille debet regi suis legibus, & non Regni, nisi aliter constet de mente Regis.*

90 *Ponte destructo non potest exigi vectigal à transeuntibus per aquam in eo loco, vbi erat pons, nec in nouo ponte inf. 3, vel supra constructo; secus si in loco veteri pons reficiatur.*

91 *Quando sæpius in die visitans Ecclesiam, cui concessa est indulgentia, toties eam lucretur, & quando vna vice.*

Quæstio Sexta.

An destructa Ecclesia, vel collegio amittantur eius priuilegia.

77 IN hac quæstione distinguendum est: aut enim talia loca destruuntur facto Superioris, ob delictum, puta ob crimen rebellionis, vel violatæ pacis publicæ, aut ex causa scandali &c. sine spe nouæ constructionis, & tunc priuilegia, & iura
78 amittuntur; idemque dicendum est, si ob delictum destruatur Ciuitas, vel Castrum; ratio est, quia eo casu huiusmodi loca maximam patiuntur capitis diminutionem, & per consequens in totum consumuntur omnia eorum iura, vt est iurisdictio, merum, & mixtum imperium, statuta, consuetudines, & similia: destructo enim prin-
79 cipali destruitur etiam accessorium, *l. si vsusfructus, ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. pater, §. Tusculanus, ff. de leg. 3. l. cognitionum, §. consumitur, ff. de Var. & extraord. cognit. Bart. in l. fin. in fin. ff. de Colleg. illic. Alex. cons. 43. num. 2. lib. 1. Paris. cons. 101. num. 32. vol. 1. Andr. Gail. obseru. 61. num. 1. & seq.*

80 *seq. lib.2.* vbi etiam dicit, quod quando Ecclesia, vel Ciuitas, vel alia loca sacra; vel prophana Superioris auctoritate destruuntur ob delictum, de coetero nullus vocari debet clericus illius Ecclesiæ, vel municeps illius loci, hoc est Canonici desinunt esse, & habere nomen Canonicorum, amittuntque, præbendas suas, & Ciues desinunt esse Ciues, *Gra-*
81 *tian. discept. for. cap.396. num.1. & sequent.* vbi dicit; quod destructo Castro destruitur etiam territorium Castri, eiusque iurisdictio vti pendens à iurisdictione, quæ inerat in Castro, & ad Principem reuertitur, seu ad Ciuitatem dominantem, *vide Bald. cons.322. num.1. lib.4. Oldrad. cons.121. num. 15. Peregr. de Iur. fisc. lib.3. tit.12. num.6.* vbi subijcit,
82 quod si collegium destructum fuerit auctoritate Superioris ob delictum, bona per collegium possessa vacant, & ad fiscum vti vacantia pertinent, *Laym. in Theol. mor. lib.5. tract.7. cap.3. nu.5.*
83 Aut talia loca destruuntur ob aliquam facti calamitatem, puta si à Tyranno, vel belli tempore ab hostibus Ecclesia, vel Ciuitas, aut Castrum destructum, soloque æquatum sit, & tunc priuilegia, & iura sua non amittunt, etiamsi in alio loco reædificentur; quia bellum inter casus fortuitos connumeratur, sicut etiam vis latronum, & prædonum, *Bald. in l. Ciuitates, §. in Decurionibus, num.3. ff. Quod cuiusque Vniuers. nom.* vbi dicit, quod collegium casu destructum, retinet priuilegia, ità vt necesse non sit, quod ea renouentur, *Gail. d. obseru. 61. num.5, & seq.* vbi quod Ciuitas extincta à Tiranno, vel hostibus, iuris intellectu adhuc extare censetur, *Grat. disc. for. c.396. n.1. & seq. Tiraq. de Priuil. piæ caus. pri-*
84 *uil.91.* vbi dicit, quod legatum annuum Ecclesiæ relictum, debetur etiam destructa Ecclesia, *Bonac. tom.1. disput.6. qu.1 pun.8. num.5. vers. si verò priuilegium &c. Dian. resol. mor. par.6. tract.7. res.32. Nicol. in Floscul. siue notab. in ver. Ecclesia, num.8. Layman. d. lib.5. tract.7. cap.3. num.5.* vbi asserunt, quod Ecclesia, vel Altare retinet easdem indulgentias, siue reædificetur in eodem loco, siue in alio, quia censetur eadem Ecclesia, idemque Altare, cum eumdem titulum retineat: licèt contrarium sentiat Cardinalis de Lugo sapientissimus præceptor meus, *in tract. de Sacram. pœnit. disput.27. sect.8. num. 131. quem etiam refert Diana loco cit.*
85 Idem dicendum est, si Ecclesia, Superioris auctoritate in alium locum transferatur, vel alteri Ecclesiæ æquè principaliter vniatur, quia tunc etiam retinet priuilegia, quæ priùs habebat, *latè Gail. d. obseruat. 61. num.10. & seq. Card. Seraphin,*
86 *decis.1149. per tot.* vbi, quod missæ, quæ ex legato testatoris in certa Ecclesia celebrari debent à monachis, seu ab alijs sub pœna caducitatis, celebrari possunt absque caducitatis timore in alia Ecclesia, ad quam Superioris auctoritate fuerunt translati,
87 *vide Ricc. in Prax. for. Eccles. tom. 2. par.4. resol. 96.* vbi addit, quod missæ in alia Ecclesia celebrari possunt, quando ex coniecturis constat, testatorem non habuisse deuotionem in Ecclesia designata, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.2. alleg.29. num.8. Bonacin. de Sacramen. disp.4. q. vlt. pun.7. §.4. nu.4.* vbi, quod Episcopus ex iusta causa potest concedere, vt missæ in alia Ecclesia, & in alio altare celebrari possint, si nequeant celebrari in loco constituto.
88 Obserua tamen, quod reædificatio loci penitus destructi, non est permissa sine licentia superioris; licèt secus sit in restauratione, *Bald. in l. si vt proponis, C. de Nupt. Grat. loco cit. n.24.* vbi etiam dicit, quod talis auctoritas facit idem Castrum cũ primo.

89 Obserua 2. quod si Rex vniuerit aliquem locum Regno, locus ille debet regi suis legibus, & non Regni, quia vnio censetur facta cum suis iuribus: nisi expressè constet de contraria mente Regis, *Bart. in tractat. de Insula, vers. nullius, num.10. Alex. cons. 151. num. 5. lib. 2. latè Honded. consil. 13. num. 51. lib. 1.*
90 Obserua 3. quod ponte destructo sine spe refectionis, non posset exigi vectigal à transeuntibus per aquam in eo loco, vbi erat pons, nec in nouo ponte infra, vel supra constructo; quia locus, in quo erat iurisdictio limitata, idest ipse pons, desijt esse in rerum natura, & omnia loca sunt naturaliter libera transeuntibus, *vt d. Bald. in l. si plures, num. 14. C. de Cond. insert.* subdens, quod si in loco veteri reficiatur pons, tunc ius vectigalis ipso iure renouatur sine restitutione in integrum, *Gratian. loco cit. d. cap.396. nu.11.*
91 Obserua 4. quod si indulgentia sine vlla temporis determinatione absolutè concessa est visitantibus aliquam Ecclesiam, tunc sæpius in die visitans, toties indulgentiam lucratur, cum non sit ratio restringendi ad vnam vicem; secus si concessa sit cum temporis determinatione, vt tali die, vel tempore: hoc enim casu censetur esse mens concedentis, vt quisque non nisi semel lucrari eam possit, *vt rectè distinguit Laym. lib.5. tract. 7. cap. 3. nu.3.*

SVMMARIVM.

92 *Creditor Ecclesiæ ex mobilibus, vel fructibus stabilium satisfieri debet: his verò non sufficientibus, retinere poterit prædia Ecclesiæ loco pignoris, donec satisfactus fuerit, non tamen ea distrahere potest.*
93 *An requiratur beneplacitum Apostolicum, quando stabilia Ecclesiæ retinentur loco pignoris, vt supra.*
Quando episcopus mobilia pretiosa ecclesiæ alienare possit, ibidem.

Quæstio Septima,

An prædia Ecclesiæ distrahi possint pro eiusdem Ecclesiæ debitis.

92 QVod possint distrahi, decernit *textus in l.3. C. de episc. & cler.* nisi sit ager, in quo fundata est Ecclesia, *cap.1. de Censib.* sed textus *in d. l.3.* correctus fuit per *auth. item nulla, eodem tit. vt obseruat. glos. in d. l.3. ver. translationesque;* vnde alij veriùs existimãt, prædia Ecclesiæ non esse distrahenda, sed retineri loco pignoris, donec satisfactum fuerit, ità mandante Iudice Ecclesiastico, *iuxta l. si diuina, iuncta glos. in ver. assignentur, C. de exactor. tribut. lib. 10. & ita sensit etiam Host. in Summ. de Immun. eccles. §. à quibus num.3. versus fin. Card. Zabarell. in clem.1. q. 18. de Vit. & hon. Cleric. Genuens. in tract. de eccles. q. 498.* quod intellige, quando ex mobilibus, vel fructibus stabilium creditor Ecclesiæ satisfieri non posset: nam si adessent fructus, vel mobilia pro satisfactione, bona stabilia Ecclesiæ distrahi non debent, *Quaran. in ver. alienatio rer. eccles. nu.36. vide quæ scripsimus in tract. de Regim. eccles. lib.1. c.4. nu.28. & seq.*
93 An verò requiratur beneplacitum Apostolicum, quando bona stabilia Ecclesiæ retinentur loco pignoris vt supra pro debitis ab eadem Ecclesia contractis? negat *Barbos. de offic. & pot. episcop. par.3. alleg. 95. nu.22. & seq.* quia hic est vnus ex casibus a iure permissis: quemadmodum nec requiritur benepla-

citum

citum Apostolicum, quando bona Ecclesiæ alienantur causa pietatis, videlicet pro redemptione captiuorum, vel pro alimonia pauperum; hoc tamen procedere potest, quando ad præfatum effectum alienarentur mobilia pretiosa Ecclesiæ, secus si stabilia, *per textum in cap. aurum 12. quest 2. & ità sensit Mantic. de Tacit. lib. 25. tit. 6. nu. 11. & sequent. Nauar. cons. 16. num. 3. de rebus eccles. non alienan. Genuens. in tract. de eccles. q. 458.* vbi tamen subdit, Episcopum non posse mobilia pretiosa Ecclesiæ alienare, nisi tanta esset necessitas, vt de facili non possit consuli Summus Pontifex.

S V M M A R I V M.

94 *Legatum relictum ecclesiæ parochiali censetur relictum ecclesiæ, in qua testator habitabat tempore testamenti, & nu. 96. Limitatur nu. 96. & 98.*

95 *Relictum cognatis, intelligitur de his, qui erant tempore testamenti.*

97 *Legatum modicæ quantitatis debetur Parochiæ, in qua testator fuit sepultus.*

98 *Si testator in totum mutauit domicilium, legatum simpliciter ecclesiæ Parochiali relictum, debetur ecclesiæ, in cuius Parochia tempore mortis habitabat.*

99 *Legatum relictum omnibus ecclesijs Ciuitatis, an censeatur relictum ecclesijs postea constructis, & numer. 101.*

100 *Legatum relictum filiabus, an censeatur relictum posthumis.*

101 *Legatum relictum Cognatis debetur ijs, qui sunt cognati tam tempore mortis, quàm tempore testamenti.*

Quæstio Octaua.

Cui debeatur legatum factum ecclesiæ parochiali, si testator tempore testamenti habitabat in vna parochia, & tempore mortis in alia.

94 RESp. quod censetur relictum Ecclesiæ, in
qua testator habitabat tempore testamenti, quia in legatis tempus testamenti inspicitur,
*l. si ità, ff. de aur. & argent. legat. l. si cognatis, ff. de
rebus dub. l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* vbi reli-
95 ctum cognatis, intelligitur de his, qui erant tem-
pore testamenti, *Roman. in auth. similiter, num. 91.
C. ad l. falc. quem refert, & sequitur Cancer. var. lib. 3.
cap. 20. num. 118. & seq. Mantic. de Coniect. vltim.
volunt. lib. 8. tit. 6. num. 13.* quę quidem sententia
96 tanto magis procedit, si testator diu habitauerit in
parochia, in qua fecit testamentum, & deinde per
modicum tempus moratus fuerit in parochia, in
qua decessit, *Genuens. in tract. de eccles. q. 398.*
97 Limita 1. quando legatum esset modicę quanti-
tatis: tunc enim, cum conueniat oneri sepulturę,
debetur parochię, in qua testator fuerit sepul-
tus, *vt subdit Mant. loc. cit. arg. l. nec adiecit, ff. pro Soc.*
93 Limita 2. si testator in totum mutauit domici-
lium; quia eo casu legatum simpliciter Ecclesiæ Parochiali relictum, Sancti nomine non expresso, debetur Ecclesiæ, in cuius parochia tempore mortis habitauit, *arg. l. placet, cum seq. ff. de liber. & posthum. d. l. si cognatis*, vbi, quod non semper tempus testamenti inspicitur, sed ex verisimili voluntate tempus mortis etiam spectandum est, *& ità sensit Boer. decis. 176. num. 3. Mantic. d. lib. 8. tit. 6. num. 13. vers. sed aduerte &c.*

99 Quæres, an, si legatum relictum sit omnibus Ecclesijs Ciuitatis, intelligatur relictum etiam Ecclesijs post mortem testatoris constructis? affirmat *Ias. in l. qui filiabus, ff. de leg. 1. quem refert, & sequitur Genuens. in d. tract. q. 397. versus fin.* cum hac tamen restrictione, dummodò non multum grauetur hæres, arbitrio Iudicis, *per text. in cap. quanto, de Censib.* sed alij rectiùs contrariam sententiam sequuntur ex verisimili mente testatoris, qui non præsumitur voluisse præiudicare Ecclesijs, quibus tempore mortis eiusdem testatoris fuit ius perfectè quæsitum, nisi
aliud ex coniecturis appareat, *arg. d. l. qui filiabus*,
100 vbi legatum relictum filiabus, non intelligitur re-
lictũ posthumis, nisi ex verbis testamenti appareat,
testarorem de posthuma cogitasse, vt quia in aliqua
testamenti parte de posthuma fecerit mentionem,
*clem. litteras, vbi DD. de Rescript. Bald. in d. l. qui filia-
101 bus, & ibidem Alex. num. 2.* vbi addit, quod neque
extenditur legatum ad alias Ecclesias constructas
post testamentum, viuente adhuc testatore, quia
testaror non potuit cogitare, quot Ecclesiæ possent
ædificari, *Dilect. de Arte testan. tit. de legat. cautel. 55.
nu. 1. Mantic. d. lib. 8. tit. 6. nu. 9. & seq.*
102 Nec obstat *text. in d. l. si cognatis, ff. de rebus dub.* vbi
legatum relictum cognatis, intelligitur etiam de ijs, qui sunt cognati tempore mortis, quamuis non fuerint tempore testamenti; quia hoc est speciale in personis coniunctis, vt sufficiat, aliquem tempore testamenti, vel mortis cognatum esse, *vt ibidem not. Bart.* subdens, hoc verum esse, si testator hoc sciuit, secus si ignorauit, *Alex. loc. cit. Mantic. vbi supra dict. tit. 6. num. 9.*

S V M M A R I V M.

102 *Ecclesiæ construendæ legari, & donari potest, & numer. 107. & 109.*

103 *Ecclesia construenda potest hæres institui.*

104 *Relicta Ecclesiæ construendæ debent tradi sine diminutione.*

Quando fructus medij temporis debeantur, ibidem.

105 *Testator pro salute animæ suæ potest relinquere incertum hæredem, veluti pauperes Christi, aut miserabiles personas.*

106 *Institutio hæredis alterius voluntati commissa, an valida sit fauore piæ causæ.*

Quid si testator bona sua arbitrio, & dispositioni alterius post mortem suam simpliciter remittat, nulla facta mentione piæ causæ, ibidem.

107 *Cum donatur Ecclesiæ construendæ, talis promissio fit Deo, qui pro loco pio est præsens, & acceptat.*

108 *Allegatio partis in textu narrata non facit aliquod ius.*

109 *Notarius stipulari potest pro Ecclesia construenda.*

110 *Legatum dotis relictum Ecclesiæ construendæ, debetur statim ante constructionem.*

111 *Testator censetur se conformasse cum dispositione iuris.*

112 *Minor, si maior sit 14. annis, potest construere, vel dotare Ecclesiam sine decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus statutarus.*

113 *Minor in causis spiritualibus, & beneficialibus, & dependentibus ab eis habetur pro maiori.*

Item maiori comparatur in vltima voluntate, & matrimonio, ibidem.

114 *Testator mandans, Ecclesiam construi in fundo suo, non censetur totum fundum donasse Ecclesiæ, sed quatenus necesse est.*

115 *Testator legans Ecclesiæ annuam quantitatem soluendam*

dam ex aliquo prædio, non intelligitur legaße dominium prædij.

Hærede non præstante huiusmodi annuam quantitatem, poterit Ecclesia fundum vendicare, ibidem.

116 *Legatum annuum perpetuò relictum Ecclesiæ, debetur etiam post tempus centum annorum, excepto legato annuo vsusfructus.*

117 *Dos Ecclesiæ est priuilegiata sicut dos mulieris.*

118 *Validum est legatum factum Ecclesiæ, quam in specie non expressit testator, & cui Ecclesiæ tale legatum debeatur.*

119 *In dubio magis intelligitur relictum Monasterio monialium, quàm monachorum.*

120 *Si Ecclesia, vel Monasterium in loco per testatorem destinato construi nequeat, in alio loco construenda est, designando ab Episcopo.*

121 *Data negligentia hæredis non construentis ecclesiam in loco per testatorem designato, potest episcopus in alio loco, seu alio modo exequi voluntatem testatoris.*

Quæstio Nona.

An Ecclesiæ construendæ legari, & donari possit.

102 RESP. affirmatiuè: & quidem prima pars huius conclusionis, videlicet, quod Ecclesiæ construendæ legari possit, constat *ex tex. in cap. nos quidem, de Testam. l. seruos, ff. de Alim. & cibar. leg. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de Pia caus. conclus. 3.*
103 *num. 7.* vbi subijcit, quod Ecclesia construenda potest etiam hæres institui, *Abb. in d. cap. nos quidem,*
104 *num. 2. & 7.* vbi etiam dicit, quod relicta Ecclesiæ construendæ, debent tradi sine aliqua diminutione, & ideò etiam fructus medij temporis debentur à die mortis testatoris, quos tenetur hæres seruare pro eodem monasterio construendo, *arg. l. si ità relictum, §. Pegasus, ff. de leg. 2.* vbi, si relinquitur prædium ad certum diem, puta post decem annos, vel cum legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus medij temporis, si dies fuerit apposita fauore legatarij: sed in casu, quo relinquitur Monasterio construendo, dies in dubio apposita censetur non fauore hæredis, sed fauore Ecclesiæ, quia si Ecclesia fuisset constructa tempore testamenti, testator reliquisset de præsenti, & non in diem, vt colligitur, *ex §. si autem, 2. Auth. de eccles. tit. & notat etiam Genuens. in tract. de eccles. quæst. 247. Gratian. discept. forens. cap. 358. num. 15. & sequent.* subdens *num. 20.* quod dilatio quæcumque obtenta ab Episcopo, non debet prodesse hæredi, vt faciat fructus suos, cum non potuerit Ecclesiæ præiudicare, *ex latè trad. per Bart. cons. 57. & 58. lib. 2.* vbi
105 dicit, quod licèt hæres habeat dilationem ad construendum monasterium, non tamen ex consequenti habet dilationem ad præstandum legatum, *vide Barbos. de offic. & pot. episcop. par. 3. alleg. 82. num. 34. & 40.* vbi etiam dicit, quod testator pro salute animæ suæ potest relinquere incertum hæredem, veluti pauperes Christi, aut miserabiles personas.

Addit *idem Barbos. loco citat. num. 35.* quod in-
106 stitutio hæredis alterius voluntati commissa, fauore piæ causæ valida est de iure canonico; vnde si quis bona sua arbitrio, & dispositione alterius post mortem suam remittat, licèt piam causam non exprimat, valida erit dispositio huiusmodi, vt ad pias causas ea bona disponantur, *per tex. in cap. cum tibi, vbi Panorm. de testam. Bart. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. §. institutio, quæst. 18. num. 8. Tiraq. de Priuil. piæ caus. priuil. 64. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 17. numer. 5. Valasc. cons. 68. num. 4. & cons. 145. num. 5. Gabr. tit. de pia causa conclus. 3. num. 6. lib. 6.* de iure verò ciuili nullum est illud testamentum, quo hæredis institutio alterius voluntati committitur, *l. illa institutio, ff. de hæred. instit.* quemadmodum eodem iure hæres certus est nominandus, vt testamentum valeat, *§. ante hæredis, instit. de legat.*

107 Quoad secundam partem, videlicet, quod Ecclesiæ construendæ donari possit, quamuis, *Bart. in d. l. seruos, num. 4. Abb. in d. cap. nos quidem, num. 2. Genuens. in tract. de Eccles. quæst. 246. & alij* negatiuam sententiam sequantur, eo quia donatio est contractus, qui requirit personam veram, vel fictam, cum qua contrahatur: tamen affirmatiua sententia verior est, quia cum donatur Ecclesiæ construendæ, talis promissio fit Deo, qui pro loco pio est præsens, & acceptat, ex quo corruit ratio contrariæ sententiæ, *glos. in cap. quoties, vers. & per te, 1. quæst. 7. Bald. cons. 86. lib. 5. Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuil. 115. Bero. cons. 21. lib. 2. Corn. cons. 215. num. 6. vers. & posset attentari &c. lib. 2. & alij, quos refert, & sequitur Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. numer. 101. & sequent. Gratian. dict. cap. 358. num. 34. & seq. Barbos. dict. par. 3. alleg. 82. num. 40.*

108 Nec obstat *text. in cap. Abbate sanè, de sentent. & re iud. in 6. ibi, præsertim quia monasterio, quod nondum erat, aliqua fieri donatio non valebat:* quia hæc tantum erat allegatio partis, non autem decisio, seu responsio Papæ; allegatio autem partis in textu narrata, non facit aliquod ius, præsertim quia super huiusmodi verbis narratiuis non fundatur intentio legislatoris, *glos. ibidem vers. iudicio, Gonz. dict. glos. 5. §. 7. nu. 106. & seq. Grat. d. cap. 358. n. 37. & seq.*

109 Ampliatur supradicta conclusio, vt tanto magis procedat, si fieret donatio alij, qui promitteret restituere templo ædificando, quia tunc adesset persona, cum qua contraheretur, *vt d. Bart. in d. l. seruos, nu. 4. Genuens. in tr. de eccles. q. 246.* vbi etiam dicit, quod Ecclesiæ construendæ donari potest, si Notarius pro ea stipuletur.

110 Quæres 1. an legatum dotis relictum Ecclesiæ cõstruendæ debeatur statim ante constructionem, vel potius debeat expectari constructio? Resp. *Tob. Non. cons. 60.* quod legatum huiusmodi non ante debet solui, quàm Ecclesia constructa, & consecrata sit, *arg. l. filium, vbi Bar. & alij, ff. de opt. legat.* contraria tamen sententia, videlicet quod legatũ debeatur ante constructionem, videtur verior, quia in constructione Ecclesiæ hoc est speciale, vt quando mittitur primus lapis, consignetur dos: nec Episcopus licentiam ædificandi concedere debet, nisi prius constituta dote, *c. nemo, de consecr. dist. 1.* censetur autẽ testator se con-
111 formasse cum dispositione iuris, nisi de contrario expresè constet, *ità Genu. in tr. de Eccl. q. 266. vbi pro hac sententia cit. Innoc. & Abb. in c. nos quidem de test.*

112 Quæres 2. an minor possit construere, vel dotare Ecclesiã sine decreto Iudicis, & alijs solennitatibus statutarijs? Resp. affirmatiuè, dũmodo maior sit 14.
113 annis: minor enim in causis spiritualibus, & beneficialibus, & dependentibus ab eis habetur pro maiori, *c. si annum, de Iudic. in 6.* quemadmodum maiori comparatur in vltima voluntate, & matrimonio, *l. Aurel. §. Caius, ff. de liberat. legat. c. 2. de Despons. impub. Genuens. d. tr. de eccl. q. 334.* vbi idem dicit in muliere.

Quæ-

114 Quæres 3. an testator mandans, Ecclesiam con-
strui in fundo suo, censeatur totum fundum donas-
se Ecclesiæ? Resp. negatiuè, *per tex. in l. 2. §. Celsus,*
ff. de Relig. & sumpt. fun. vbi non totus, qui sepultu-
ræ destinatus est, locus fit religiosus, sed quatenus
corpus humatum est; vnde eam partem fundi cen-
setur donasse, quæ ad Ecclesiam ibidem construen-
dam necessaria, & opportuna videbitur arbitrio
Episcopi, *& ità sensit Franch. in cap. Abbate sanè, de*
Sent. & re iud. in 6. quem refert Genuens. in dict. tract. q.
171. vbi etiam dicit, quod testator legans Ecclesiæ
annuam quantitatem soluendam ex aliquo prædio,
vel domu, non intelligitur legasse dominium præ-
dij, vel domus; & ideò hæres potest huiusmodi do-
mum alienare sine consensu Rectoris Ecclesiæ,
dummodò alienet cum dicto onere, *Spec. in tit. de*
Locat. §. nunc aliqua, nu. 144. vide eumdem Genue s. d.
tract. q. 341. vbi subdit, quod hærede non præstante
huiusmodi annuam quantitatem, poterit Ecclesia
fundum vendicare, *per text. in l. 1. C. de Donat. quæ*
sub modo &c.

116 Quæres 4. an legatum annuum perpetuò reli-
ctum Ecclesiæ, debeatur etiam post tempus centum
annorum? Resp. affirmatiuè *cum Tiraq. de priuil. piæ*
caus. priuil. 90. Genuens. in d. tract. de Eccles. q. 328. vbi
subijcit, quod legatum annuum vsusfructus finitur
spatio centum annorum, ne proprietas apud hære-
dem sit inutilis.

117 Quæres 5. an dos Ecclesiæ sit priuilegiata sicut
dos mulieris? Resp. affirmatiuè: & ideò sicut dos
mulieris præfertur omnibus creditoribus habenti-
bus tacitam hypothecam, etiam prioribus tempore
tam in actione reali, quàm personali, *l. 1. C. de rei*
vxor. act. l. assiduis, vbi DD, C. qui pot. in pign. hab. ità
Ecclesia hoc priuilegium anterioritatis habet con-
tra creditores fundatoris pro habenda dote, vel ea
recuperanda, cum bona construentis Ecclesiam sint
tacitè pro dote hypothecata, *latè Genuens. in tract. de*
Eccles. q. 138. vbi dicit quod omnia priuilegia com-
petentia doti mulieris, competunt etiam doti Ec-
clesiæ.

118 Quæres 6. an valeat legatum factum Ecclesiæ,
quam in specie non expressit defunctus adeò, vt
ignoretur, quam voluerit intelligere? Resp. huius-
modi legatum non esse inualidum, nam si testator
Ecclesiam v. g. S. Mariæ simpliciter nominauit, erit
parochiali Ecclesiæ, si eius sit nominis, aut eius no-
minis pauperiori præstandum, vel denique Cathe-
drali, si in ea Ciuitate, vel Diœcesi nulla esset Ec-
clesia, quę sub illo titulo vocaretur, nisi obstet mens
testatoris, *Genuens. in Prax. Archiep. Cur. Neap. c. 57.*
nu. 14. & 15. subdens, quod in dubio magis intelli-
119 gitur relictum monasterio monialium, quàm mo-
nachorum, *Crass. §. legatum, q. 64. nu. 5. Gom. var. to. 2.*
cap. 11. nu. 8. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. p.
3. alleg. 83. nu. 41.

120 Quæres 7. an si monasterium, seu Ecclesia con-
strui nequeat in loco per testatorem destinato, pos-
sit Episcopus licentiam concedere, vt in alio loco
construatur? Resp. affirmatiuè, *arg. cap. 3. de Testam.*
Alex. cons. 73. vol. 7. Gambar. de offic. legat. lib. 6. à nu.
223. Aloys. Ricc. collect. 558. in fin. p. 3. Emman. qq. Re-
gular. tom. 2. q. 125. art. 10. & alij apud Barbos. loco cit.
121 *d. alleg. 83. nu. 10. & 16.* vbi etiam dicit, quod data
negligentia hæredis non construentis Ecclesiam in
loco per testatorem destinato, poterit Episcopus in
alio loco, seu alio modo exequi eiusdem testatoris
voluntatem, *ex trad. per Lap. all. 87. post nu. 4. Monet.*
de Commut. vlt. volunt. cap. 5. nu. 535.

SVMMARIVM.

122 *Defuncto Rectore, qui malè alienauit rem Ecclesiæ, vel inutiliter contraxit, remanet possessio ciuilis apud Ecclesiam.*

123 *Quid operetur hæc ciuilis possessio.*

124 *Prælatus, seu Rector successor possidet absque noua apprehensione.*

125 *Pupillus, & Ecclesia non possunt amittere possessionem.*
Ex contractu ab Ecclesia, vel pupillo inutiliter facto non transfertur possessio, ibidem.

126 *Prælatus nomine Ecclesiæ potest agere iudicio manutentionis, quando aliquis, Ecclesia vacante, occupauit naturalem.*

127 *Quando agitur de priuanda Ecclesia iure suo ex facto Rectoris, vel alterius nullo, Ecclesia non dicitur priuata, sed manutentio semper potest intentari.*

128 *Datur interdictum, Vnde vi, pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ.*

129 *Vnio facta ab Ordinario præstat titulum coloratum ad effectum vt Rector Ecclesiæ agere possit remedio possessorio, siue actione spolij, etiamsi Rector ipse nunquam possederit.*

130 *Regula, de Triennali, non obstat agenti spolio.*
Successor spoliantis non iuuatur ista regula, ibidem.

131 *Idem Prælatus, seu Rector, qui bona Ecclesiæ malè alienauit, potest nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto retinendæ.*
Ecclesia res malè alienatas potest propria auctoritate recuperare, ibidem.

132 *Interdictum, vti possidetis, habet naturam mixtam, nempè ciuilis retinendæ, & recuperandæ naturalis.*

133 *Quando fructus bonorum Ecclesiæ malè alienatorum debeantur à die factæ alienationis, & quando à die motu iudicij.*

134 *Quando Prælatus, seu Rector Ecclesiæ teneatur stare pacto, quod fecit.*

Quæstio Decima,

An mortuo Prælato, seu Rectore malè alienante rem Ecclesiæ, vel inutiliter contrahente, remaneat possessio ciuilis apud Ecclesiam, & quid hæc ciuilis possessio operetur.

122 Resp. quod mortuo Prælato Ecclesia eo casu
retinet ciuilem possessionem, quam non
amittit ex eo, quod aliquis sibi occupet natura-
lem, ità vt ratione eiusdem ciuilis Prælatus suc-
123 cessor expellere possit occupantem, eoque expul-
so naturalem primæuam recuperare: Prælatus enim
successor possidet absque noua apprehensione, quia
124 Ecclesia possidet, *Bart. in l. 1. §. interdictum, num.*
3. versic. quandoque per illam clandestin m apprehensio-
nem &c. ff. Vti possid. & in l. 3. §. eum igitur, num. 1.
ff. de Vi arm. & in l. 1. § si vir vxori, num. 3. ff. de Ac-
125 *quir. possess.* vbi dicit, quod pupillus, & Ecclesia
non possunt amittere possessionem: & ideò ex
inutili contractu ab eis facto non transfertur pos-
sessio, licèt secus sit in alijs, *Innocent. in cap. cum*
super, num. 4. de caus. possess. & propriet. & in cap.
cum in officijs, num. 6. versic. si autem solummodo &c.
de Testam. Natt. cons. 562. num. 10. & sequent. Paris.
consil. 24. num. 7. & seq. volum. 1. Guid. Pap. decis. 355.
Rot. in Recent. part. 6. decis. 78. numer. 38. & decis. 139.
num.

136 *num.38. & decis.139.nu.9.15.16.25.27.& 34.*vbi,
quod potest Prælatus nomine Ecclesiæ agere iudi-
cio manutentionis, quando aliquis, Ecclesia vacan-
te, occupauit naturalem, *& decis.275.nu.16.& seq.&*
127 *decis.291.nu.5. & 6.* vbi, quod quando agitur de
priuanda Ecclesia, iure suo ex facto Rectoris, vel al-
terius nullo, Ecclesia non dicitur priuata, sed ma-
nutentio semper potest intentari, *& decis.1.nu.1.de
Restit. spol.in nou.Caputaq.dec.170.p.3.*vbi, quod da-
128 tur interdictum vnde vi pro recuperatione natu-
ralis ab alio occupatæ, *Comitol. decis. 1. & 9. per tot.*
vbi, quod vnio facta ab Ordinario suffragatur, &
præstat titulum coloratum ad effectum, vt Rector
Ecclesię, ad cuius fauorē fuit facta vnio agere possit
nomine eiusdem Ecclesiæ remedio possessorio, siue
actione spolij, etiamsi Rector ipse nunquã possede-
rit, modò constet de effectuatione vnionis, quo casu
non obstant regulæ vnionum reuocatoriæ, nec regu-
130 la de Triennali, quæ similiter non obstat agenti
spolio, *Sarnen. super d. reg. de Triennali q. 11. vers. circa
tertium &c.* vbi quod nec successor spoliantis iuua-
tur ista regula.
131 Sed quæres, an idem Prælatus, qui malè alienauit
bona Ecclesiæ, possit nomine ipsius Ecclesiæ agere
interdicto retinendæ? Resp. affirmatiuè, *Genuens. in
tract. de Eccles. q. 381.* vbi addit, quod Ecclesia res
malè alienatas potest propria auctoritate recupe-
132 rare, *Rot. d. decis. 139. nu. 27. & seq. par. 6. Recent.*
vbi, quod interdictum, vti possidetis, habet natu-
ram mixtam, nempe ciuilis retinendæ, & recupe-
randæ naturalis.
133 Quæres 2. an fructus bonorum Ecclesiæ malè
alienatorum debeantur à die moti iudicij, vel à die
factæ alienationis? Resp. quod regulariter in recu-
peratione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ fructus de-
bent restitui à die factæ alienationis, deductis ta-
men grauaminibus, & expensis, *iuxta textum in l. iu-
bemus nulli, §. sanè, & §. seq. C. de Sacros. Eccles. cap. si
quis Presbyterorum, de Reb. Eccles. non alien. de quo latè
Paul. Rub. in annot. ad decis. 444. num. 12. & seq. par. 4.
tom. 2. Recent. & nos fusius scripsimus in tract. de Temp.
legal. lib. 4. cap. 14.* aliquando tamen debentur à
die moti iudicij, vt quando fuit erratum in facto
eo quia putabatur, rem esse solitam locari; idem-
que dicendum, quando intercessit error iuris valdè
dubij, qui æquiparatur dubio facti, *Peregrin. de fi-
dei com. art. 49. num. 120. Rot. d. decis. 444. num. 1. &
seq.*
134 Notandum tamen est, quod quando præiudi-
cium Prælati, seu Rectoris est separabile ab interes-
se Ecclesiæ, puta si pactum non tangat iura Ecclesiæ,
tunc tenetur Rector, seu Prælatus stare pacto, quod
fecit, illique præiudicat idem pactum, donec vixe-
rit, quamuis nocere non possit Ecclesiæ, *vt tradunt
glos. & DD. in c. p. cum venissent, de Instit. Rot. decis. 22.
num. 9. & seq. par. 2. Diuers. & dec. 29. num. 15. & 16.
par. 6. Recent.*

SVMMARIVM.

135 *Administratores Ecclesiæ per viam extinctionis pos-
sunt retrouendere censum stante disdicta, non tamen
censum ipsum cedere translatiuè.*
136 *Quando retrocessio dicatur facta extinctiuè, & num.
137.*
*Mens contrahentium potiùs attendi debet, quàm ver-
borum formula, ibidem.*
137 *Actus regulatur, & interpretationem recipit à prohe-
mio.*
138 *Quando tertius cedimens censum pro alio, possit acqui-
re iura extinctionis.*
139 *Fideiussor pro sua indemnitate potest censum extin-
guere.*
140 *Quando cessio census præsumatur facta translatiuè.
An in hoc credatur attestationi creditoris, ibidem.*
141 *Fideiussor principalis debitoris emens censum, an &
quando possit annuas responsiones tam à principali
debitore, quàm a confideiussore exigere, & nu. 14.
& seq. vsque ad nu. 147.*
142 *Quando primus fideiussor censeatur fideiussisse con-
templatione secundi, & quando non, & nu. 146.*
143 *Secundus fideiussor censetur se obligasse, contemplatio-
ne primi.*
145 *Fideiussor soluendo creditori, videtur in dubio potiùs
emisse nomen debitoris, quã extinguere voluisse pro-
priam obligationem.*
147 *Correus, qui solidum soluit principali creditori; po-
test repetere à confideiussore pro rata sine cessione.*

Quæstio Vndecima.

*An Ecclesia, & loca pia, seu eorum admini
stratores in actu retrouenditionis census
possint absque beneplacito Apostolico
cedere iura translatiuè.*

135 RESp. quod Administratores Ecclesiæ possunt
quidem per viam extinctionis sine benepla-
cito Apostolico retrouendere, seu retrocedere cen-
sum stante disdicta, cum eo casu actus sit omnino
necessarius, *ad trad. per Rot. apud Cenc. de Censib. de-
cis. 294. in princ.* sed translatiuè censum cedere sine
beneplacito Apostolico non possunt, tum quia talis
cessio est actus voluntarius, tum etiam quia census
inter stabilia computatur, *Rot. apud Pacif. de Salu. in-
terd. decis. 209. num. 9. & apud Cenc. decis. 81. nu. 7. &
par. 7. Recent. decis. 235. nu. 4. & seq. & decis. 383. num.
13. & apud Merlin. post tract. de Pignor. dec. 95. num. 6.
& seq.*
136 Dicitur verò retrocessio facta extinctiuè, nõ solũ
quando ipsemet debitor censum extinguit, sed etiã
quando alius soluit de consensu, & mandato debi-
toris, vel quando solutio fit ab eo, qui in se censum
accollauit, vel quando tertius intendit solũ liberare
debitorẽ, vel etiã quando ex lectura instrumẽti ap-
paret, cessionẽ cẽsus fuisset extinctiuã, vt quia cessio
facta fuerit in vim præcedentis disdictæ, vel ad effe-
ctum acquirendi ius, & actiones pro quantitate
sortis: quibus casibus cessio dicitur extinctiua,
etiamsi facta fuerit cum illa clausula, translatiuè,
non autem extinctiuè, cum potiùs mens contra-
hentium attendi debeat, quàm verborum formu-
137 la, *Rot. decis. 83. num. 8. apud Merlin. post tract.
de Pignor.* præsertim quando in prohemio, a quo
totus actus regulatur, & interpretationem reci-
pit, vel in corpore instrumenti, verba à retrouendi-
tione incipiunt, vel cedentes translatiuè iura cede-
re non poterant, sed tantum extinctiuè, *Rot. apud
Merlin. vbi supra decis. 67. nu. 7. & seq. & decis. 95. nu.*
138 *5. cum seq.* vbi subijcit, declarationem contrahen-
tium, quod iura dicantur cessa translatiuè, non ex-
tinctiuè, eo casu intelligendã esse respectu sortis,
vt scilicet soluens pro alio de proprijs pecunijs pos-
sit summam solutam irreuocabiliter repetere à
principali debitore, *Rot. in Romana Saluiani 27.
Maij 1619. coram Pirouano, impress. post Addit.*

Cenc. de Censib. decis. 45. & in Rauennatèn. census 27. Iunij 1639. coram Dunozet, & 26. Nouembris eiusdem anni coram eodem; quod tamen procedere potest, quando alius soluit de consensu, vel mandato debitoris: alioquin tertius redimens censum pro alio, non posset acquirere iura extinctionis, cum debitor inuitus non possit ad census redemptionem, & extinctionem cogi, *vt expressè cauetur in bulla Pij V. super forma creandi census, incip. Cum onus &c. relat. per Quaran. in sum. Bullar. in ver. contractus censualis, & obseruant Auend. de censib. cap. 106. num. 6. Felician. eodem tract. tom. 1. lib. 4. cap. 1. num. 11. & alij relati per Rot. apud Merlin. post tract. de Pignor. decision. 83. num. 1. & apud Cenc. de Censibus post Addit. dec. 45.*

139 An verò liceat fideiussori pro sua indemnitate censum extinguere? affirmat *Rota apud Cenc. d. decis. 45. in fin.*

140 Præsumitur verò cessio translatiuè, quando fit simpliciter, *Rot. dec. 43. apud Cenc. post addit. & apud Merlin. post tract. de Pignor. dec. 67. num. 8. & decis. 24. num. 13. vers. & licèt, & dec. 83. nu. 1.* vbi, quod etiam præsumitur cessio translatiuè, quando sors per tertium soluta, repeti non potest à principali debitore; idemque dicendum, quando redimens censum declarauit soluere de proprijs pecunijs ad effectum reportandi cessionem contra debitorem census, *Rot. apud Merlin. d. decis. 83. num. 7. & seq.* vbi quod verisimilius est, tertium soluentem de proprijs pecunijs cum supradicta declaratione, voluisse potiùs acquirere censum, & fructus lucrari, quàm illum extinguere, & simplicem pecuniæ creditorem esse, etiamsi cessio facta fuerit per verba, *retrouendidit, & retrocessit*, quæ videntur importare veram census extinctionem: non enim verba, sed mens contrahentium attendi debet, *vt supra diximus, vide Rot. apud Cenc. post addit. decis. 43. num. 8. & 9. & apud Merlin. d. dec. 83. num. 9. & seq.* vbi, quod in hoc defertur etiam attestationi creditoris declarantis, an intellexerit censum transferre, vel extinguere, licèt huiusmodi attestatio, seu declaratio facta fuerit ex interuallo.

Et hoc quidem locum habet non tantùm in tertio, sed etiam in fideiussore principalis debitoris
141 obligato in eodem instrumento census: hic enim, si emerit censum, seu nomen, & ius reditus, poterit annuas responsiones tam à principali debitore, quàm à confideiussore exigere; cum hac tamen distinctione, quod contra principalem debitorem potest agere ad integrum censum: contra fideiussorem non ad integrum censum, sed ad id, quod superest, deducta eius rata, *§. si plures, inst. de fideiuss. Burats. dec. 645. num. 10. Cenc. par. 2. cap. 2. q. 2. artic. 5. num. 2. & seq. Rota apud eumdem dec. 178. & apud Merlin. d. decis. 24. num. 1. & seq. & nu. 14. cum seq. Gratian. discept. for. cap. 459. num. 19. & seq. Fontanell. de Pact. nuptial. clauf. 4. glos. 18. par. 3. num. 70. & seq. & decis. Catalon. 216. num. 7.* quod procedit etiam in eo, qui
142 diuerso tempore fideiussit, dummodo in instrumento actum fuerit cum fideiussore, vt alius daretur confideiussor; vnde si secundus fideiussor emat censum cum cessione iurium, non poterit à primo fideiussore solidum petere, quia primus censetur fideiussisse contemplatione secundi, & sub spe mutui periculi, *Neguf. de Pignor. par. 5. mem. 3. num. 36.* vbi
143 etiam dicit, quod secundus censetur se obligasse contemplatione primi, *Card. Seraphin. dec. 826. nu. 1. & alij apud Cenc. p. 2. q. 2. art. 5. nu. 8.*

144 Hæc tamen conclusio procedit, quando fideiussor soluit vti vnus ex fideiussoribus, *Alex. cons. 38. in fin. lib. 5. Vinc. de Franch. dec. 55. num. 1. Greg. decis. 190.* secus si soluit vti tertius, quasi emendo nomen debitoris, *iuxta text. in l. cum is qui, 37. ff. de fideiuss.* hoc enim casu potest repetere à coobligatis omne, quod soluit, etiam non dempta rata, seu propria portione, *glos. in l. Modestinus, ver. actionum, ff. de Solut. Rota Romana Societatis 24. Februarij 1612. coram Card. Sacrato, prout refert Beltram. ad Greg. d. decis. 190. & in Romana census 18. Maij 1618. coram Manzanedo, & in alijs relat. in d. decis. 24. num. 6. 10. & seq. apud Merlin.*
145 vbi, quod in dubio fideiussor soluendo creditori, videtur potiùs emisse nomen debitoris, quàm extinguere voluisse propriam obligationem, *per tex. in l. fideiussoribus 18. l. cum is, qui, 37. ff. de fideiussoribus.*

146 Idemque dicendum, si prior fideiussor non accessit contemplatione posterioris: tunc enim posterior, qui diuerso tempore interuenit, si soluat integrum debitum, & reportet à creditore cessionem iurium, poterit integraliter, & insolidum repetere quicquid soluit, *Spec. in tit. de Renunc. &c. num. 13. Rot. dec. 617. num. 5. & seq. par. 5. tom. 2. Recent. Cardin. Seraphin. d. dec. 865. num. 1.* vbi dicit, quod non censetur prior fideiussor accessisse contemplatione secundi, quando actum est cum solo creditore de dando, seu præstando secundo, *& ità sentiunt alij, quos retuli in tractatu de Tempore legal. lib. 4. cap. vlt. n. 134. & seq.*

147 An verò correus, qui solidum soluit principali creditori possit repetere à confideiussore pro rata sine cessione? negat *Beltramin. ad Greg. d. decis. 190.* contrarium tamen sensit *Rot. apud Merlin. d. decis. 24. num. 1.* vbi, quod correus in tali casu repetere potest à confideiussore sine cessione, siue soluerit inuitus, siue voluntariè.

SVMMARIVM.

148 *Monasterium succedit in bonis Nouitij decedentis antè professionem in duobus casibus hic expressis, & num. sequent.*

150 *Professio tacita non obligat Nouitium ad illam religionem in specie, quam ingressus fuit, sed potest eo casu transire ad aliam etiam laxiorem.*

151 *Nouitio professo in monasterio bonorum incapaci, succedunt venientes ab intestato.*

152 *Monasterium non succedit Nouitio, qui in articulo mortis non expleto probationis anno, ad professionem admissus fuit iuxta priuilegia Religionis.*

153 *Quando res immobilis legatur Capuccinis, debetur æstimatio rei legatæ.*

154 *Legatum factum Ecclesiæ, si adimpleri non potest propter incapacitatem legatarij, conuertendum est in alios pios vsus.*

Quæstio XII.

Quando Monasterium succedat in bonis Nouitij decedentis antè professionem.

148 RESp. quod succedit in duobus casibus, quorum primus est, quando Nouitius in ipso ingressu expressè obtulit se, & sua bona: tunc enim constat de eius intentione, quod voluerit, bona peruenire ad monasterium, *Abb. in cap. in præsentia, nu. 68. vbi etiam Dec. nu. 283. & seq. de Probat.*

149 Secundus casus est, quando Nouitius perseuerauit

uit vltra annum, hoc enim casu tacitam professionem emisisse censetur, concurrentibus tamen infrascriptis conditionibus, videlicet quod habitus professorum sit distinctus ab habitu nouitiorum: 2. quod Nouitius sciens, & sponte illum suscipiat: 3. quod perseuerauerit triduò post annum, ità *Abb,*
150 *in cap. ad nostram nu. 5. de Regul.* subdens, quod talis professio non obligat ad illam Religionem in specie, sed in genere, ità vt Nouitius eo casu transire possit ad aliam Religionem etiam laxiorem, *Calder. conf. 5. eod tit. Genuens. in tract. de Eccles. q. 461.*
151 quod tamen intelligendum est, dummodò monasterium sit capax bonorum, nam si esset incapax, Nouitio etiam professo succederent venientes ab intestato, *vt obseruat Genuens. ibid.*

Addit *Sanch. in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 16. Megal. par. 2. lib. 2. cap. 27. nu. 50. Zanard. in Direct. Theol. par. 2. cap. 17. ad fin. Faust. in Thesaur. Relig. lib. 5. q. 167. num. 4. & alij apud Dian. par. 3. tractat. 2. res. 17.* quod
152 monasterium succedit etiam nouitio, qui in articulo mortis, non expleto probationis anno, ad professionem admissus fuit iuxta priuilegia Religionis, quia vbi quis semel virtute priuilegiorum professus est, redditur verè in posterum professus, nec alia indiget professione, post quam conualuerit; contrarium tamen tenuerunt *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. res. 493. Barb. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 101. num. 34.* asserentes, quod tunc monasterium succedit, quando explorata voluntate tempore sanitatis cum debitis requisitis professio emittitur, *& hanc sententiam vti probabiliorem sequuti sumus in tract. de regim. Eccles. lib. 7. cap. 9. n. 11.*
153 Notandum est etiam, quod vbi res immobilis legatur Capuccinis, vel alijs incapacibus, eo casu debetur æstimatio rei legatæ, *secundùm Paul. de Castr. in l. apud Iulianum §. constat, ff. de leg. 1. Io. Ant. Lanar. cons. 80. quos refert, & sequitur Genuens. in d. tract. q. 439.* subdens, quod legatum factum Ecclesiæ, si ad-
154 impleri non potest propter incapacitatem legatarij, conuertendum est fauore animæ in alios pios vsus, *per tex. in cap. nos quidem, vbi DD de Testam. l. 1. C. de expens. ludor. lib. 11.*

SVMMARIVM.

155 *Molendinum Ecclesiæ, si minetur ruinam ob fluminis impetum, potest ab eadem Ecclesia in alium locum transferri.*
Ecclesia continet vtilitatem publicam, ibid.
156 *Ecclesia possidens in aliquo loco molendinum, potest alios prohibere, ne alia molendina construant.*
157 *Quid si molendinum esset fiscale.*
158 *Propter publicam vtilitatem à priuatorum vtilitate receditur.*
159 *In priuilegijs Ecclesia fisco comparatur, immò est magis priuilegiata, quam fiscus.*
160 *In redditibus Ecclesiæ versatur publica vtilitas.*
161 *Ecclesiæ possidenti molendinum ab immemorabili competit ius prohibendi, ne alia construantur.*
162 *Quid si ex Principis rescripto Ecclesia sola pluribus annis molendinum habuerit.*
163 *Non potest alius auferre lucrum ei, qui ex Principis rescripto molendinum primò construxit.*
164 *Publica vtilitas consistit etiam in molendinorum constructione, & copia, sed præfertur vtilitas publica, quæ concurrit ex parte Ecclesiæ.*
165 *Non dicitur vtilitas publica, sed priuata, quando questus cedit in commodum priuatum.*
166 *Regula, quod non licet in flumine publico construere molendinum in superiori parte in damnum habentis molendinum in parte inferiori, procedit in molendinis priuatorum.*
167 *Damnum pati videtur qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur.*
168 *Quando agi possit negatoria generali, ius tibi non esse ità ædificare.*
Negatoria datur soli Domino loci, ibidem.
169 *Si primus licitè ædificauit in flumine publico, secundus non potest ædificare, & auferre lucrum, quod licitè percipit primus ex publico.*
170 *Non licet construere molendinum in inferiori parte fluminis publici cum damno molendini superioris.*
171 *Non potest construi molendinum in flumine publico, si alteri habenti antiquius molendinum damnum inferatur circa primæuum cursum aquæ.*
172 *Quando quis in flumine priuato possit ædificare, & frui aqua dicti fluminis etiam cum damno tertij, & num. 173. & sequent.*
174 *Licitum est in suo facere quod placet, dummodo nihil immittatur in alienum.*
175 *In dubio nemo præsumitur opus facere animo nocendi.*
176 *Flumen quando dicatur publicum, & quando priuatum.*
177 *Quando per constructionem noui molendini diminuitur solitum frequens molentium concursus, licita est noua constructio: secus si consuetus aquæ cursus impediatur.*
An, & quando damnum minoris frequentiæ habeatur in consideratione, ibidem, & nu. 178.
179 *Qui habet seruitutem ducendi aquam pro molendino, non potest extruere aliud molendinum.*
180 *Aqua ad certum vsum concessa non potest quis vti ad alium vsum.*

Quæstio XIII.

An molendinum Ecclesiæ, si minetur ruinam ob fluminis impetum, possit ab eadem Ecclesia in alium locum transferri.

155 RESP. affirmatiuè, quia Ecclesia continet vtilitatem publicam, *vt latè probat Genuens. in tract. de Eccles. q. 194.*
156 Eadem ratione Ecclesia, quæ in aliquo loco possidet molendinum, potest alios prohibere, ne alia molendina construant in eius præiudicium: quia
157 sicuti licita est prohibitio, quando molendinum esset fiscale, propter publicam vtilitatem, propter
158 quam ab vtilitate priuatorum receditur, *Bald. cons. 410. num. 7. vers. quid dicam finaliter &c. lib. 5. Natt. cons. 106. num. 1. & alij, quos refert, & sequitur Thesaur. decis. 16. num. 13. vers. sexta sequitur &c. Anchar. cons. 11. & 155. Boer. decis. 125.* ità multo ma-
159 gis id locum habet in Ecclesia, quæ in priuilegijs fisco comparatur, immò magis est priuilegiata, quàm fiscus, *Card. Seraphin. decis. 594. nu. 24.* & communem dicit *Genuens. in d. tract. q. 174. n. 3. & q. 251. num. 2. & seq. & q. 252. num. 6. & q. 472. num. 4. & d. q. 194. nu. 3.* vbi, quod in redditibus Ecclesiæ versatur
160 publica vtilitas, cum ex ijs alantur eius ministri, *Surd. in tract. de Alim. tit. 8. priuil. 1. num. 19.* quod præ-
161 cipuè procederet, si Ecclesia esset in possessione molendini à tempore immemorabili, cuius vigore competit ius prohibendi, ne alia construantur, *Bald. in l. item lapilli, num. 5. vers. secundò quæro &c. ff. de Rer. diuis. Franc. Marc. decis. 106. num. 5. vers. præterea &c. Rot. decis. 425. num. 10. & seq. par. 4. tom. 2. Recent. Ciriac. contr. 310. num. 45. & seq.* vel si ex Principis rescripto sola pluribus annis molendinum habuerit: hoc enim casu posset etiam prohibere, ne alius

alius eodem iure vtatur, *arg.l.si quisquam, ff.de Diuerf. & tempor.præscript.glos. communiter recepta in l. fin.ver.datam exceptionem, ff.de Vsucap.Bald. in dict.l. item lapilli,num.5.Franc.Marc.dec.106 nu.6.latè Balb. de Præscript.in 4.par.5.princ.quæst.6. num. 10. & 11. Franc.Viu.commun opin.511.lib.2.Vrsell.conclus.62. in ver.ædificare num 61.quorum sententiam amplexi sumus in tract.de Temp.leg.lib.2.cap.81.num.53.per doctrinam Bart.in l.quominus num.2.& 3.ff.de flumin.* vbi, quod
163 non potest alius auferre lucrum ei, qui ex Principis rescripto molendinum primò construxit, vnde in his casibus limitanda est regula, quod in fundo proprio, seu priuato licet cuique molendinum ædificare, *vide Alex.conf.194.num.1.& seq.lib.2.Rosent. de feud.cap.5.concl.29 num.3.& 4.Cancer.par.2. cap.2. num.106.Thesaur.d.decis.16. num.1.* quamuis enim
164 publica vtilitas consistat etiam in molendinorum constructione, & copia, *ad trad.per Ciriac. contr.310. num.95.* nihilominus præferenda semper est vtilitas publica, quæ concurrit ex parte Ecclesiæ, cum hæc sit fauorabilior, & magis priuilegiata, *Tiraq.de Priuil.piæ caus.priuil.146.Surd.de Alim.tit.2.q.15.numer. 165.Genuens.in d.tract.q.251.num.2.& seq.& q.444.*
165 *num.2.* præterea aduertendum est, an quæstus percipiendus ex nouis molendinis, cessurus sit in commodum priuatum, vt frequentiùs accidit; tunc enim non ageretur de vtilitate publica; sed de priuata, *vt dict.Bald.dict.conf.410.numer.7. versus fin. lib.5.*
166 Si verò agitur de molendinis priuatorum, regula est, quod non licet in flumine publico construere molendinum in superiori parte, in damnum habentis molendinum in parte inferiori, *l.2.§.merito, ff. Nè quid in flum.publ.* vbi, quod damnum pati vide-
167 tur qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, quale quale sit, *Bart.in l. quominus, num.8.& 9.ff.de flumin.* subdens, quod in tali casu
168 potest agi negatoria generali, ius tibi non esse ità ædificare: quia licèt negatoria detur soli Domino loci, & possidens prius molendinum non sit Dominus loci, cum flumen sit publicum, est tamen Dominus sui molendini, quod deteri us redditur propter opus factum in flumine publico, & sic nomine suæ rei agit, *Alex.conf.203.num.1.lib 6.* vbi dicit, quod
169 quando quis licitè primò ædificauit in flumine publico non potest alius ædificare in eodem flumine à parte superiori, & auferre lucrum, quod licitè percipit primus ex publico, *latè Rip. in d.l. quominus, nu. 24.& seq.* vbi addit, quod neque licet con-
170 struere molendinum in inferiori parte fluminis publici cum damno molendini superioris, *Rot. dec. 61.num.1.et seq.par.4.tom.2. Recent.* vbi, quod non
171 potest construi molendinum in flumine publico, si alteri habenti antiquius molendinum damnum inferatur circa primæuum cursum aquæ, etiamsi Princeps licentiam concesserit, vt illud construeretur.
172 Si verò flumen esset priuatum pertinens ad vtrũque ædificantem, eo casu secundus potest licitè ędificare in suo, & frui aqua dicti fluminis priuati, etiam cum damno habentis molendinum inferius,
173 dummodò faciat principaliter, vt sibi prosit; quia licitum est in suo facere quod placet, dummodò ni-
174 hil immittatur in alienum, *Bart.in d.l.quominus, nu. 8.et ibidem Rip.num.25.et seq.* vbi, quod in dubio ne-
175 mo præsumitur opus facere animo nocendi, *Alex. d.conf.203 nu.1.et seq.* vbi, quod flumen publicum dicitur, quando perpetuò fluit, priuatum verò,
176 quando non omni tempore, vt quia in æstate non fluit, *Rot.d.dec.61.nu.6. et 7.Hond.conf.84. nu.43. lib. 2.Thesaur.dec.16.nu.1.*
177 Hoc tamen intelligendum est, quando per constructionem noui molendini diminuitur solum frequens molentium concursus: tunc enim licita est noua constructio, quia huiusmodi damnum minoris frequentiæ tamquam consistens in mera voluntate molere volentium, non habetur in consideratione; secus si per constructionem noui molendini consuetus aquæ cursus impediatur, ità vt inferiori molendino auferatur, vel diminuatur solita aqua: hoc enim casu non licèt ædificare nouum molendinum in præiudicium antiqui, siue illud construatur in flumine publico, siue in fundo, seu flumine priuato, *vt sensit Bart.in d.l.quominus, num. 8. et ibidem Rip.num.82.Bald.in l.vn.num.58.vers.13.op. C. de sent. quæ pro eo quod inter prof.et conf.463. num 6. lib. 4. et conf.71.num.3.et seq. lib.1. Afflict. dec.388. num.12. Hond.conf.84.num.44.lib.2.Gratian.discept.for.cap.89. num.1.et 2. Ciriac.contr.462.num.5.et 6.tom.3.Rot.dec. 61.nu.1.et 2. et dec.151.nu.13.p.4 tom.2. Recent. vide quæ diximus in tract.de Temp.legal. lib.2. cap.81. num. 18.& seq.*
178 Notandum tamen est, quod si pacto, vel præscriptione tenerentur incolę accedere ad tuum molendinum, huiusmodi lucrum esset considerabile, *vt d.Rip.in d.l.quominus nu.82.*
179 Notandum 2. quod is, qui habet seruitutem ducendi aquam pro molendino, non potest extruere aliud molendinum, *Ciriac.contr.310.nu.149.& seq.*
180 vbi, quod concessio aquæ ex causa seruitutis, restringitur tantùm ad illum particularem vsum, & molendinum, nec debetur pro alio vsu, seu molendino, *latè Paris.conf.116.nu.4.& seq.p.1.* vbi, quod aqua ad certum vsum concessa, non potest quis vti ad aliud vsum.

SVMMARIVM.

181 *Hodiè delinquens in Ecclesia, gaudet illius immunitate, excepto homicidio, & mutilatione membrorum, in Ecclesia, eiusue cæmeterio commissa: limitatur nu.182.*
182 *Qui grauia delicta in Ecclesia committunt præter expressa, possunt ab Episcopo ratione loci delicti carcerari, & puniri: limitatur nu.183.*
183 *An Iudex Ecclesiasticus ob leue delictum possit delinquentem in Ecclesia extrahere, & punire.*
184 *An Iudex laicus, vel eius ministri possint à Reo in Ecclesia, eiusue domibus arma auferre, & nu.186.*
185 *Iudex Ecclesiasticus confugienti ad Ecclesiam potest ex causa arma permittere, si armis vti intendat tantùm ad sui defensionem.*
186 *Ad obuiandum delicto possunt ministri Curiæ sæcularis clericos armis spoliare, si in flagranti reperiantur.*
187 *Clericus capi potest non solum à Iudice laico, sed etiam à priuato, si commiserit delictum, & timeatur de fuga, vt illum præsentent Iudici suo Ecclesiastico.*
188 *Clerici suscipere debent eorum defensionem, qui ad Ecclesiam confugiunt, & quomodo se gerere debeant.*

Quæstio XIV.

Quando confugientes ad Ecclesiam possint ab ea expelli etiam in casibus in Gregoriana constitutione non exceptis.

181 PRæmittendum est, quod hodie delinquentes in Ecclesia gaudent illius immunitate excepto

pto homicidio, & mutilatione membrorum in Ecclesia, eiusue cæmeterio commissa: quia Greg. XIV. *in sua constit. incip en. Cum alias nonnulli, &c.* priuilegium immunitatis ad vnam tantùm formam ibi expressam reduxit, auferendo facultatem aliter iudicandi, & interpretandi; & ideò cum certos casus exceperit, consequenter voluit, vt in cœteris omnibus non expressis immunitas seruetur, nulla habita paritate, vel maioritate rationis, *Vulp. in Prax. for. Eccles. cap. 3. nu. 3. Lezan. in Sum. tom. 3. ver. Immunitas Ecclesiarum, num. 16. Dian par. 5. tract. 1. res. 2. & par. 6. tract. 1. res. 23. & 25. Bonacin. tom 3. de Censur. in part. disp. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 5. per tot. Farinac. cons. 76. nu. 9. lib. 1. Gratian. discept for. cap. 380. nu. 29. & sequent. Ciarlin. contr. 14 num. 22. & 23. lib. 1. & alij recentiores communiter.*

182 Verùm si immunitate abutantur, & reddant se indignos eius beneficio, vt si grauia delicta in Ecclesia commiserint etiam præter expressa in d. Gregoriana constitutione, possunt ab Episcopo ratione loci delicti carcerari, & puniri, licèt tunc tradi non debeant curiæ seculari, *cap. fin. vbi DD. de Immun. Eccles. Farin. de Immunit. Eccles. cap. 16. nu. 209.* vbi de committentibus in Ecclesia stuprum, & similia, *Cabal. resol. crimin. cas. 194. num. 5. & seq. Dian par 4. tract. 1. resol. 67. Ciarlin. tom 1. contr. 14. num. 22. & 23. & contr. 15. nu. 6. & seq.* vbi, quod ob leue delictum iu-
183 dex ecclesiasticus non potest delinquentem in Ecclesia extrahere, & punire, *& tom. 2. contr. 191. nu. 7. & seq.* subdens; quod etiam in minoribus delictis potest quis per Iudicem ecclesiasticum expelli ab Ecclesia, non vt priuetur eius immunitate, sed vt maneat in illo spatio 30. vel 40 passuum circumcirca Ecclesijs concesso, puta si verbis iniuriosis prosequatur Ecclesiæ ministros, seu immodestè se gerat, & turbet ecclesiasticorum quietem, vel si aliud faciat contra reuerentiam Ecclesiæ; ratio est, tum quia immunitas est priuilegium loci, & ideò non debet esse cum damno ipsius, & eorum, ad quos locus pertinet, tum quia ius conseruandi propriam habitationem absque turbatione est ius naturale, tum etiam quia confugiens ad Ecclesiam, debet se gerere tamquam supplex, & implorans protectionem; & ideò si aliter se gerat, non est dignus, vt Ecclesiæ immunitate gaudeat, *Pasqualig. dec. mor. 470. nu. 1. & seq. Bordon. var. resol. lib. 1. cap. t. nu. 22. Farin. de Immun. Eccl. c. 16. n. 248.* vbi dicit, quod Iudex lai-
184 cus, aut eius ministri non possunt à reo in Ecclesia, eiusue domibus arma auferre sine licentia Episcopi, vel eius officialis, alioquin grauem committerent irreuerentiam contra Ecclesiam, & ecclesiasticam etiam iurisdictionem turbarent, cum in Ecclesia nullam possit Iudex laicus exercere iurisdictionem, *Dian. par. 1. tract. 1. res. 2. & 8. & tract. 2. res. 10. 11. & 12. Ciarlin d. contr. 191. nu. 17. et seq.* vbi obser-
185 uat, quod sicut potest Iudex Ecclesiasticus cogere confugientem ad arma deponenda, si ità viderit expedire, ità potest ea confugienti permittere, si armis vti intendat tantùm ad sui defensionem, nè ab inimicis occidatur.

186 Possunt tamen ministri Curiæ sæcularis, ad obuiandum delicto clericos armis spoliare, si in flagranti reperiantur: quo casu vna cum armis ad Episcopum, seu Iudicem ecclesiasticum statim recto tramite ducendi sunt, in cuius potestate erit dispensare de armis, *Ciarlin. contr. 15. nu. 82. et 87. tom. 1. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 118.* vbi subijcit,
187 quod clericus capi potest non solum à Iudice laico, sed etiam a priuato, si commiserit delictum, & timeatur de fuga, vt illum præsentent Iudici suo ecclesiastico.

188 Notandum est autem, quod clerici suscipere debent eorum defensionem, qui ad Ecclesiam confugiunt, *cap. inter alia, extr. de Immun. eccles.* ità vt clerici, vel etiam alij extranei pro defensione possint etiam resistere ministris sæcularibus, reum ab ecclesia extrahere conantibus, per regulam, quod officiali iniustè exequenti licitè de facto resistitur, *l. probibitum, vbi Bart. C. de Iur. fisc. lib. 10. Farinac. de Immun. eccles. cap. 2. nu. 46. et seq.* subdens, quod potest resisti non solum Iudici sæculari, vel eius ministris, sed etiam Iudici ecclesiastico non seruanti formam constitutionis Gregor. XIV. talis verò resistentia debet esse spiritualis, repellendo scilicet per censuras extrahere volentes, vel etiam claudendo fores ecclesiæ, vel adhibendo alia media externa apta ad impediendam vim, absque tamen aggressione, aut bello actiuo, vt *d. idem Farinac. loc. cit.*

S V M M A R I V M.

189 *Ecclesiæ immunitate gaudet reus, qui captus à satellitibus eorum manibus aufugit ad locum sacrum, dummodo non commiserit delictum in bulla Gregoriana exceptum.*

190 *Quid si reus non possit se liberare ab executoribus, sed illos secum trahat violenter intra Ecclesiam.*

191 *Frangentes carcerem, vel ab eo aufugientes gaudent ecclesiastica immunitate.*

Quæstio XV.

An Ecclesiæ immunitate gaudeat reus, qui captus à sattellitibus, de eorum manibus aufugit ad locum sacrum.

189 RESp. affirmatiuè, siue liber aufugiat, siue cum vinculis, quibus fuit ligatus, dummodò reus non commiserit delictum in bulla Gregoriana exceptum, *cap. si quis contumax, et cap. deffiniuit 17. q. 4 Couar. var resol. lib 2. cap. 20. nu 12. Boss. in Prax. crimin. tit. de captur. nu. 22. Clar §. fin. qu. 30. vers. pone familia etc. Boer. dec. 110. nu. 8 Decian. tract. crim. lib 6. c. 28. nu. 31. vers Attamen etc. Farinac. tract. de Immunit. eccles. cap. 15. nu. 194. et hanc esse magis communem, et veriorem opinionem testatur Ciarlin. contr. for. cap. 197.*
190 *nu. 8. et seq.* subdens, idem esse, si reus non possit omninò se liberare ab executoribus, sed illos trahat secum violenter intra ecclesiam; ratio est, tum quia canones indistinctè concedunt immunitatem confugienti ad ecclesiam, tum etiam quia si secundùm
191 veram, & communem Doctorum sententiam, frangentes carcerem, vel ab eo aufugientes gaudent ecclesiastica immunitate, multo magis ea gaudere debet qui nondum carceratus aufugit, *vide Peguer. dec. 61. n. 1. vers. attamen etc. Dian. par. 3. tract. 1. de Immun. Eccl. res. 37. et par. 6. tract. 1. res. 26. q. 5.*

S V M M A R I V M.

192 *Reus, qui liberè, et spontè egreditur ab Ecclesia, eiusque limitibus, & voluntariè patitur, se capi, existens extra locum Sacrum, dicitur se spoliasse beneficio immunitatis: limitatur n. 193. 194. 196. & 198.*

193 *Quid si reus potestatus fuerit, quod metu exibat, & intendebat gaudere immunitate ecclesiæ.*

194 *Et*

194 *Et quid si reus egrederetur ab Ecclesia coactè, seu per vim, aut metum, vel si ministri Curiæ sæcularis obsiderent Ecclesiam, vel prohiberent necessaria, & n.196. 300. & 314.*

195 *Priuatus possessione per contractum nullum metu extortum, potest agere actione, quod metus causa, & intentare etiam remedium possessorium cau. reintegranda, 3.q.1.*

197 *Iudex, qui extractum ab eius familia Ecclesiæ non restituit, vel morti tradidit, incurrit in excommunicationem contentam in constitutione Gregorij XIV. præsertim si mandauit extrahi.*

198 *Reus, qui sponte patitur, se capi in Ecclesia, vel intra 30. passus, Ecclesiæ restituendus est.*

199 *Confugientes ad Ecclesiam impediri nequeunt, quominus possunt extra Ecclesiam per 30. passus securè exire.*

200 *Metus probatur etiam per præsumptiones, & coniecturas, arbitrio Iudicis.*

201 *Cognitio, quo in loco reus fuerit captus, & an sit Clericus, vel capax immunitatis, spectat ad Iudicem ecclesiasticum.*

202 *Non creditur executoribus dicentibus, capturam fuisse factam extra locum immunem, si reus negaret cum iuramento.*

203 *An credatur executoribus referentibus pro reo.*

204 *An, & quando Scholares capi possint in Scholis.*

205 *An reus extractus necessariò restitui debeat eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus.*

206 *Qui homicidij, aut mutilationis delictum in vna Ecclesia commisit, potest in alia cum licentia Episcopi à ministris laicæ potestatis capi.*

207 *An à decreto Iudicis Ecclesiastici pronunciantis, reum esse consignandum Iudici sæculari, vel esse restituendum Ecclesiæ, detur appellatio, & nu.210.*

208 *Appellatio non datur in causa spolij notorij, & violenti lata sententia ad fauorem rei spoliati.*

209 *Episcopus tradens reum curiæ sæculari in casu, in quo deberet gaudere immunitate, peccat mortaliter, & obligatur ad damna, & si reus fuerit ad mortem damnatus, incurrit in irregularitatem.*

210 *Clausula, appellatione remota, non prohibet appellationem a sententia notoriè iniqua.*

211 *Clausula prædicta, posita in rescripto etiam facto à Papa, non excludit notorium grauamen.*

212 *Quænam informatio sufficiat ad cognoscendum, an reus gaudeat, vel non gaudeat Ecclesiæ immunitate, & an Episcopus teneatur in hoc stare processui Iudicis sæcularis, & nu.218.*

Reo in huiusmodi præparatorijs informationibus non audito, appellatio non denegatur, ibid. nu.212.

213 *An gaudeat immunitate qui subdolis verbis, & fallacijs deceptus, egreditur ab Ecclesia, & extra eam capitur.*

215 *Iudex laicus non potest reum ab Ecclesia extrahere sine licentia Iudicis Ecclesiastici, etiamsi notoriè constet, reum commisisse delictum exceptum in constitut. Gregoriana, & si illum extraheret, Ecclesiæ vti spoliatæ debet restitui.*

216 *Regula, dolo facit qui petit quod restituturus est, non procedit in possessorio.*

217 *Reus, dum cognoscitur, an gaudere debeat immunitate, debet in Ecclesia custodiri per vtrumque Iudicem, vel in carceribus Curiæ Ecclesiasticæ retineri.*

219 *Publicatio resignationis beneficij facienda est, etiamsi nota sit populo.*

220 *Excommunicationem incurrunt etiam priuatæ personæ extrahentes reum ab Ecclesia.*

Quæstio XVI.

An & quando tradens se in manibus Curiæ, censeatur se spoliasse beneficio immunitatis.

192 Reus, qui liberè, & sponte egreditur ab Ecclesia, eiusque limitibus, & voluntariè patitur, se capi, existens extra locum sacrum, dicitur se spoliasse beneficio immunitatis, *latè Farinac. de Immunit. cap. 19. nu. 304. Bonac. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 3. num. 12. vers. idem sentiendum &c. Ciarlin. contr. forens. 163. nu. 2. & 6.*

193 Dixi, liberè, quia secus esset, si reus protestatus fuerit, quod metu exibat, & intendebat gaudere immunitate Ecclesiæ, quia protestatio tollit mentem à facto, & conseruat ius protestantis, *Alex. cons. 130. nu. 13. & 17. lib. 4. Hond. cons. 89. n. 11. lib. 1. Surd. decis. 246. nu. 11. Cancer. var. lib. 2. cap. 1. nu. 124. vers. per quam protestationem &c.* quod procedit, vbi Curia sæcularis consenserit dictæ protestationi expressè, vel tacitè non contradicendo: quia si Curia expressè contradiceret, & reus non attenta contradictione se spontè traderet in eius manibus, videretur à protestatione recessisse, & protestatio nihil noceret fisco, *Crauett. cons. 463. nu. 20. Ciarlin. d. contr. 163. num. 8. & 16.*

194 Dixi, sponte, quia si reus egrederetur ab Ecclesia coactè, seu per vim siue expulsiuam, siue compulsiuam, seu metum grauem ob minas de morte sibi inferenda in Ecclesia, nisi se traderet, vel obsidendo Ecclesiam, vel prohibendo victualia, aut requiem, vel alia necessaria, non censeretur priuatus immunitatis beneficio, *cap. deffiniuit, 17. q. 4. Honded. consil. 23. nu. 29. lib. 1.* vbi dicit, quod priuatus possessione
129 per contractum nullum metu extortum, & sic per vim compulsiuam, potest agere actione, quod metus causa, & intentare etiam remedium possessorium *cau. redintegrando 3. q. 1. & ità sensit etiam Natt. cons. 388. nu. 2. Ruin. cons. 37. nu. 9. lib. 4. Farinac. de Immun. Eccles. cap. 2. nu. 53.* vbi resoluit, quod reus con-
196 fugiens ad Ecclesiam, si ex ea non per vim expulsus fuerit, sed inde aufugerit timens capi à Curia sæculari, & extra Ecclesiam capiatur, Ecclesiæ restituendus est, siue huiusmodi timor fuerit iustus, seu cadens in constantem virum, prout est terror armorum, siue fuerit leuis, seu in constantem virum non cadens: præsertim quando timor fugientis ab Ecclesia, causatur ex facto Iudicis extraiudicialiter procedentis; quod locum habet, siue huiusmodi vis, aut metus inferatur à ministris Curiæ sæcularis, siue à priuatis personis, seu inimicis confugientis: reus enim, qui sic ab Ecclesia egressus fuit, non potest capi, aut retineri à Iudice laico, sed Ecclesiæ est restituendus, *Genuens. in Prax. Archiep. Cur. Neapol. c. 17. num. 6. & seq.* vbi etiam dicit, quod Iudex,
197 qui non carcerauit, nec extraxit, nec extrahi mādauit, sed solum extractum ab eius familia sine eius ordine, Ecclesiæ non restituit, vel morti tradidit, & eo magis si mandauit extrahi, incurrit in excommunicationem contentam in d. constitutione Gregorij XIV. etiamsi in ea non fiat mentio de mandāte, vel non restituente, aut mori faciente extractum, *Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 14. num. 10. Dian. resol. mor. par. 4. tract. 1. res. 102. latè Ciarlin. d. controu. 163. nu. 8. 17. et seq.*

198 Dixi existens extra locum sacrum, quia si reus caperetur in Ecclesia, vel intra 30. passus, Ecclesiæ restituendus esset, etiamsi spontè pateretur, se capi:

nam donec manet in loco sacro, non potest renunciare beneficio immunitatis, vel consentire, vt in loco sacro capiatur, cum immunitas principaliter concessa sit Ecclesiæ, secundariò personis, *cap. quisquis, & cap. diffiniuit, 27. q. 4. Farinac. de Immunit. Eccles. cap. 19. nu. 304. Bonacin. de Censur. in partic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 3. n. 12. Ciarlin. d. contr. 163. n. 16.* 18. 19. 34. *& seq.* subdens, quod confugientes ad Ecclesiam
199 impediri nequeunt, quominus possint extra Ecclesiam passus securè exire,
200 Notandum est autem quod metus probatur etiã per præsumptiones, & coniecturas arbitrio Iudicis, *latè Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cas. 136. & in tr. de Præsum. lib. 3. præsumpt. 4. n. 5. Mascard. de Prob. lib. 2. concl.* 1054. *per tot.* vbi subijcit, quod qualitas probationis relinquitur similiter Iudicis arbitrio.
201 Notandum 2. quod cognitio, quo in loco reus fuerit captus, an in Ecclesia, vel extra, & an sit capax immunitatis spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiuè quoad laicum, quemadmodum ad eumdem Iudicem Ecclesiasticum spectat cognoscere, an is, qui captus fuit, gaudeat priuilegio celericali, cũ de re ecclesiastica, & spirituali tractetur: quod procedit, etiamsi reus esset in fortijs Curiæ sæcularis, *Farin. de Imm. Eccl. c. 2. n. 54.* vbi etiam obseruat, quod
202 non creditur executoribus dicentibus capturam fuisse factam extra locum immunem, si reus nega-
203 ret cum iuramento: licèt illis credatur, si referant pro reo, scilicet se eum apprehendisse in loco sacro, *Dian. p. 3. tract. 1. res. 32. latè Decian. tr. crimin. lib. 6. cap.*
204 27. *nu.* 10. subdens *nu.* 11. quod neque scolares capi possunt in scolis, nisi in casibus à iure, & Gregorij XIV. cõstitutione exceptis, *Clar. in Pract. crimin. q. 30. vers. in hoc autem proposito & c. Ciarlin. d. controu. 163. num. 4. & 17.*
205 Notandum 3. quod reus extractus, nõ est necessariò restituendus eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, sed satis est, si alteri Ecclesiæ cõsignetur, in qua æquè tutus esse possit, vel si restitutio fiat Episcopo, vel eius Vicario generali, cum Episcopus Ecclesiam repræsentet, *Genuens. in Prax. cap. 17. nu.* 8. vbi, quod Episcopus dicitur esse in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo, *Bonacin. de censur. in pratic. disp. 2. q. 3. pun. 16. §.*
206 3. *n.* 12. vbi dicit, quod sicut is, qui homicidij, aut mutilationis delictum in vna Ecclesia commisit, potest in alia, præcedente Episcopi licentia, à ministris laicæ potestatis capi, ità etiam captus in vna Ecclesia, potest alteri restitui, in qua æquè tutus, & liber esse possit, *Farinac. de Immun. d. cap. 2. nu. 48. Ciarlin. d. contr. 163. num. 16.*
207 Notandũ 4. quod siue Iudex Ecclesiasticus pronunciet, reum consignãdum esse curiæ sæculari, siue mandet, eum esse restituendum Ecclesię nec reo, nec fisco, neque actori licet à tali sententia, seu decreto appellare quoad effectum suspensiuum, nec recursũ petere; nam quemadmodum reo denegatur in tali casu appellatio *ex dicta constitutione Gregorij XIV.* ità etiã deneganda est fisco, & actori, vt seruetur æqualitas; non enim datur appellatio in causa spolij no-
208 torij, & violenti, lata sententia ad fauorem rei spoliati, quia sic est de natura interdicti, vnde vi, etiam de iure canonico, vbi res est notoria, & manifesta, *latè Scaccia de Appell. q. 17. limit. 6. mem. 7. n. 5. & seq. & limit. 49. n. 3. Peregr. de Imm. c. 16. n. 33. Sperell. dec. 65. nu. 2. & seq. quos refert, & sequitur Dian. resol. mor. par. 6. tract. 1. res. 30. vers. quæro quinto & c.* subdẽs,
209 quod si Episcopus traderet reos curiæ sæculari in casu quo debent gaudere immunitate, præter peccatum, & obligationem ad damna, si reus fuerit ad mortem damnatus, incurreret in irregularitatem, *latè Ciarlin. d. contr. 163. nu. 37. & seq. vbi refert, ità declarasse Sac. Congregationem Ecclesiasticæ immunitatis, quicquid dicat Bonacin. d. disp. 2. q. 3. §. 12. nu. 11. & alij per eum relati,*
210 Limitatur tamen supradicta conclusio, vbi notoriè constaret de iniustitia sententiæ; tunc enim dicta constitutio non tollit appellationem Reo, aut fisco, quia clausula, appellatione remota, non prohibet appellationem à sententia notoriè iniqua, *Caputaq. decis. 33. par. 1.* vbi dicit, quod hæc clausula posi-
211 ta in rescripto, etiam facto à Papa, non excludit notorium grauamen, *Scaccia de Appell. q. 16. limit. 1. nu. 84. Diana par. 6. tract. 1. res. 30. vers. vnde licet & c.*
212 Notandum 5. quod ad cognoscendum, an reus gaudeat, vel nõ gaudeat Ecclesiæ immunitate, & sic, an crimen, quod commisit, sit exceptum in constitutione Gregorij XIV. vel non exceptum, sufficit summaria, simplex, & extraiudicialis informatio pro sola Episcopi conscientia: in huiusmodi enim emergentibus quęstionibus non motis principaliter, plenaria causæ cognitio nequaquam adhibenda est, sed sufficit, quod aliqualiter constet de crimine, etiam ex processu fabricato in Curia sæculari, *vt latè probat Gratian. discept. forens. cap. 596. num. 22. & seq.* vbi, quod in d. constitutione nõ est præfinita aliqua forma circa modum adhibendum in huiusmodi cognitione, *& ita declarasse Clemẽtem VIII. refert Farinac. de Imm. cap. vlt. nu. 376. & seq.* vbi etiam dicit, quod Episcopus in hoc non tenetur stare processui Iudicis sęcularis, si talis processus fuerit fabricatus, postquam delinquens ad Ecclesiam confugit, *vide Ciarlin. contr. 14. nu. 3. lib. 1. Dian. p. 6. tract. 1. res. 30. vers. vnde licet & c.* vbi subijcit, quod reo in huiusmodi præparatorijs informationibus non audito, appellatio non denegatur.
213 Notandum 6. quod is, qui subdolis verbis & fallacijs deceptus fuit, vt egrederetur ab Ecclesia, & extra eam captus fuit adhuc gauderet immunitate, *Bobadill. in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 14. nu. 80. Villadieg. in Polit. cap. 3. nu. 222. Megal. in 3. par. lib. 4. cap. 2. q. 1. nu. 32. Mastrill. lib. 2. dec. 169. n. 12. quos refert, & sequitur Dian. resol. moral. par. 1. tract. 1. res. 26.* vbi addit, reum
214 gaudere etiam immunitate, si exiret ad exonerandum ventrem, cum indecens sit, vt templum Dei his immunditijs sordescat, *vt sensit etiam Ciarlin. d. controu. 161. num. 37.*
215 Notandum 7. quod etsi notoriè constet, reum commisse delictum exceptum in d. constitutione Greg. XIV. non tamen posset Iudex laicus sine licentia Iudicis Ecclesiastici illum ab Ecclesia extrahere, vt in dicta constitutione expresè cauetur; & ideò si reus fuerit extractus non seruata forma dictæ cõstitutionis, debet in primis, & ante omnia Ecclesiæ vti spoliatæ restitui, *cap. item cum quis, & cap. conquerente, de Restit. spol.* licet facta restitutione delinquens possi incontinenti extrahi, quatenus constet de casu, in quo immunitate gaudere nõ debeat,
216 regula enim illa, dolo facit qui petit quod restiturus est, locum non habet in possessorio, *vt d. glos. cõmuniter recepta in c. dolo facit, de Reg. Iur. in 6. latè Gratian. discept. forens. cap. 596. nu. 5. & seq. & n. 11. cũ seq.* vbi etiam obseruat, quod interim dum cognoscitur, an reus gaudere debea Ecclesiæ immunitate, de-
217 bet in Ecclesia custodiri per vtrumque Iudicem, vel in carceribus Curiæ Ecclesiasticæ retineri, iuxta
218 dictam constitutionem; notorium non releuat ab onere probandi in tali, casu, cum probatio requiratur pro forma propter clausulas annullatiuas cum de-

decreto iritanti, quæ in eadem constitutione continentur, *Gomes in reg. de Annali q. 6. Paris. de Resignant. lib. 11. q. 6. num. 81. 19. & seq.* vbi, quod eadem
219 ratione publicatio resignationis beneficij facienda est, etiamsi resignatio nota si populo.
220 Notandum 3. quod non solum officiales publici, sed etiam priuatæ personæ extrahentes reum ab Ecclesia, incurrunt excommunicationem & pœnas Bullæ Gregorianæ, *Ciarlin. lib. 1. cap. 1. nu. 8. & vbi citat Bordon. var. resol. lib. 1. cap. 1. nu. 12. Tullench. mor. p. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. nu. 14.*

SVMMARIVM.

221 *Ecclesia, & fiscus habentes fundum communem cum priuato possunt totum vendere: tenentur tamen socio restituere pretium eius partis, & num. 223. declaratur nu 224.*
222 *Ecclesia, & Fiscus habent priuilegium iungendi fundum sterilem possidenti fundum fertilem ipsius Ecclesiæ, vel Fisci.*
225 *Ecclesia, & Fiscus possunt vendere rem sibi, & alteri pignoratam saluo tamen iure alterius creditoris.*
226 *Fauore Ecclesiæ, vel Religionis tenetur socius vendere partem suam, si Testator iusserit, construi Ecclesiam in fundo communi: ampliatur num. 229.*
227 *Ecclesia cogitur vendere prædium, vel domum alteri Ecclesiæ pro construenda, vel amplianda ipsa Ecclesia.*
228 *An Ecclesia possit compellere possessorem domus magni maioratus ad eam vendendam pro constructione ipsius Ecclesiæ.*

Quæstio XVII.

An Ecclesia habens fundum communem cum priuato, possit totum vendere.

221 RESp. affirmatiuè, etiamsi minima pars sit Ecclesiæ; hæc conclusio probatur *ex l. 2. C. de comm. rer. alienat. & ex l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. lib. 10.* vbi hoc priuilegium conceditur fisco; & ideò extendi debet etiam ad Ecclesiam, *arg. l. quisquis, C.*
222 *de omn. agr. deser. lib. 11.* vbi priuilegium, quod conceditur fisco, iungendi fundum sterilem possidenti fundum fertilem ipsius fisci, conceditur
223 etiam Ecclesiæ; tenetur tamen Ecclesia, sicut & fiscus, socio restituere pretium eius partis, *vt in d. l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. & ità sensit Io: de Plat. in ead. l. 1. quem refert, & sequitur Genuens. in tract. de Eccles. q. 492.* subdens, hoc procedere concurrente
224 vtilitate fisci, vel Ecclesiæ, vt quia res non possit commodè diuidi, aut si melius venderetur tota, quam pars; alioquin non posset vendere in solidum, sed tantùm suam partem, *iuxta tex. in l. vn. vbi Sal. C. si comm. res pignor. dat. sit.* quamuis contrarium teneat *glos. in d. l. 1. C. de vendit. rer. fiscal.* vbi dicit quod texus *in d. l. 1.* indistinctè intelligendus est.
225 Item potest fiscus, & per consequens etiam Ecclesia vendere rem sibi, & alteri pignoratam, saluo tamen iure alterius creditoris, *l. res, quæ, §. 1. ff. de iur. fisc.* vbi, quod si adessent creditores anteriores, illis primo satisfieri debet, & si quid superfluum sit, fisco adiudicandum est, *vide Genuens. loco cit. d.*
226 *q. 192.* vbi etiam dicit, quod fauore Ecclesiæ, vel religionis tenetur socius vendere partem suam, si testator iubeat, construi Ecclesiam in fundo communi, *per tex. in l. si quis sepulchrum, ff. de Relig. & sumpt. fun. l. locum, ff. de vsufr. l. vlt. vbi Bald. C. de commun. seru. manu. vide Tiraquell. de Priuil. piæ. caus. priuil. 67.*
227 An verò Ecclesia cogatur vendere prædium, vel domum alteri Ecclesiæ pro construenda, vel amplianda ipsa Ecclesia? Resp. affirmatiuè, quia in Ecclesia construenda, seù amplianda militat maior ratio, & maior æquitas, *vt decisum fuit in Senat. Sicil. teste Mestrill. decis. 280. nu. 88. quem refert, & sequi-*
228 *tur Fontanell. decis. Cathalon. 100. num. 14. & 20.* vbi subijcit, quod potest Ecclesia vti habens potius priuilegium, compellere possessorem domus etiam magni maioratus ad eam vendendam pro ipsa Ecclesia, & illius constructione, *per d. tex. in l. si quis sepulchrum.*

SVMMARIVM.

229 *Superiores Regularium hodie non possunt absque licentia Sacræ Congregationis Concilij alienare bona mobilia pretiosa, vel immobilia.*
230 *An possint regulares indigentes res pretiosas in pignus tradere, vel pecunias ad cambium sumere.*
231 *Fratres S. Francisci de obseruantia, & Capuccini possunt alienare sine beneplacito Apostolico bona sibi relicta, & pretium conuertere in Ecclesiæ necessitatem: ampliatur num. 232.*
232 *Quid si in legato dicatur, vt huiusmodi bona non possint alienari.*
233 *Non requiritur solemnitas, quando Ecclesia cogitur rem alienare fundum per fideicommissum.*
234 *Prælatus an possit remittere legatum, vel hæreditatem nondum incorporatam Ecclesiæ.*

Quæstio XVIII.

An & quando Regulares possint bona Ecclesiæ alienare absque licentia Sedis Apostolicæ.

229 POterant Regularium Superiores bona immobilia Conuentus, seu Ecclesiæ alienare absque licentia Papæ, ex priuilegijs sibi à Sede Apostolica concessis, *prout refert Sorbus in Compend. priuil. in ver. alienatio bonorum;* hodie verò nec bona mobilia pretiosa, nec immobilia alienare possunt absque licētia Sac. Congregationis Concilij, sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illam in posterum obtinendam, permanentibus in suo robore alijs pœnis *extrau. Ambitiosæ, de reb. Eccles. nō alien. prout ex decreto eiusdē Sac. Congregationis iussu Vrbani VIII. edito sub die 7. Septembris 1624. relat. per Bonacin. de alienat. bonor. Eccles. q. vn. pun. 1. nu. 8.*
230 Obseruāt tamen nōnulli Doctores, quod Regularibus indigētibus pecunia pro victu, nec reperiētibus aliquē, qui credito illis tribuat, si consensū seu licentiā Sūmi Pontificis, vel Sac. Congregationis expectare nō possunt, licitū est res pretiosas absque incursu censurarū in pignus tradere, seu pecunias ad cambiū sumere, si aliter non reperiant, *ità Megal. 2. par. var. resol. 113. n. 3. Fr. Laurentius de Peirinis in formular. Regular. litt. a. c. 11. n. 3. quos refert Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 60. vers. verum &c. Piasec. in prax. Episc. par. 2. c. 5. nu. 33. vers. esset item &c.*
231 Obseruant 2. quod bona relicta, vel donata Ecclesiæ Regularium, quæ est incapax retinendi etiam in communi, quales sunt Fratres S. Francisci de Obseruantia, & Capuccini, quorum meminit Concilium Tridentinum *sess. 25. de Regular. cap. 3.* pos-



 sunt

funt alienari fine beneplacito Apostolico, & absque alijs solemnitatibus, & pretium conuerti in Ecclesiæ necessitatem, quia bona huiusmodi non sunt adhuc Ecclesiæ incorporata, *Der. in cap. in præsentia, nu. 270. & seq. de Probat.* vbi dicit, quod prædicti Regulares bona immobilia capere possunt, non vt retineant, sed vt vendant, & pretium in eorum necessitatibus conuertant, *Rolen. cons. 15. nu. 7. vol. 1. Quarant. in ver. alienatio rer. Eccles. nu. 41. vers. sexta &c. & nu. 32.* vbi
232 id ampliat, etiamsi in legato, vel donatione dicatur, quod res legata, vel donata non possit alienari, quia hoc non obstante adhuc poterit alienari, & pecunia conuerti in Ecclesiæ vtilitatem, *Hippol. de*
233 *Marsi. sing. 132.* vbi alium casum subijcit, in quo nõ requiritur solemnitas, videlicet quando Ecclesia esset coacta alienare rẽ, vt si esset grauata alienare fundum per fidei cõmissum, *Piaces. loco cit. d. nu. 33. vers.*
234 *etiã &c.* vbi addit, quod potest Prælatus remittere legatum; vel hæreditatem nondum incorporatam Ecclesiæ, quia in acquirendis Prælatus Ecclesiæ suæ præiudicare potest, præsertim si id fiat ad tollenda feudala, vel odia, *vide Barbos. d. alleg. 95. nu. 49.*

SVMMARIVM.

235 *Edicta Principis sæcularis prohibentis extractionem annonæ extra territorium non comprehendunt Ecclesias, seu ecclesiasticos non obstante quauis consuetudine etiam immemorabili.*

236 *Clerici ex vi edictorum Principis sæcularis non tenentur quantitatem frumenti penes ipsos existentis notificare.*

Famulus Clerici contrauenien s huiusmodi edictis, non potest puniri à Iudice sæculari, neque eius res, quæ extrahuntur, possunt ab eodem Iudice sæculari auferri, ibidem.

236 *Princeps sæcularis imminente aliqua necessitate implorare potest officium Superioris Ecclesiastici, vt Clericos ad obseruantiam compellat.*

238 *Ad Episcopu spectat circa bona clericorum taxare pretium, vel eius auctoritate id fieri debet.*

Quæstio XIX.

An edicta Principis sæcularis prohibentis extractionem annonæ extra territorium, comprehendant Ecclesias, seu Ecclesiasticos.

235 RESp. negatiuè, siuè loquamur de fructibus, & bonis Ecclesiarum, *Rip. de Remed. ad conseruan. vbert. num. 122. Gramat. decis. 100. num. 15. Rolan. cons. 61. nu. 22. lib. 4. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 82. num. 87. Carol. de Graff. de effec. cleric. eff. 2. num. 292. Bellet. disquis. Cleric. tit. de exemp. Cleric. à statut. §. 3. num. 1. & alij communiter*: siue loquamur de fructibus, & bonis patrimonialibus clericorum, cum in vtroque casu deficiat in Principe laico potestas, *vt tradunt DD. in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. Honded. cons. 3. num. 12. vol. 1. Bellett. disquis. cleric. tit. de exempt. cleric. & eorumdem bon. §. 5 num. 6. Farinacc. in Prax. crim. q. 8. num. 21. latè Car. de Graff. de effect. Cler. eff. 1. num. 10. & seq. & eff. 2. nu. 33. & 38.* quod procedit non obstante quauis obseruantia, & consuetudine etiam immemorabili: non enim possunt Clerici etiam volentes, iurisdictioni, & statutis laicorum tacitè, vel expressè se submittere, & idcò talis consuetudo, vti contra libertatem Ecclesiæ inducta, nihil valeret, siue sit vniuersalis, siue particularis, vel mixta clericorum, & laicorum, *cap. cum terra, cap. Sacrosancta, cap. Messana, vbi glos. de elect. cap. cum inter, cap. cum venerabilis, de consuet. cap. quamquam de cens. in 6. Bart. in l. de quibus, num. 5. in 2. lect. num. 30. ff. de legib. DD. in cap. Clerici, de Iudic. & in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. Boss. in tit. de for. compet. num. 130. Alexand. cons. 8. num. 1. vol. 1. Rolan. cons. 4. num. 12. & seq. vol. 1. & cons. 23. num. 9. & seq. vol. 2. Clar. in §. fin. qu. 36. vers. sed ea retenta &c. Cauar. pract. quæst. cap. 31. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 42. vbi de communi, latè Bellett. Disquis. cleric. tit. de fauor. Cleric. person. §. 3. num. 1. 3. & seq. & alij apud Ciarlin. contr. for. lib. 1. cap. 31. num. 11. & seq.* vbi etiam refert, Sacram Congregationem re-
246 soluisse, quod neque teneantur Clerici ex vi edictorum Principis sæcularis quantitatem frumenti penes ipsos existentis notificare. Vnde si clericus, vel eius famulus, aut colonus, siue alius de eius mãdato contraueniat huiusmodi edictis, non poterit puniri à Iudice sæculari, neque res, quæ extrahuntur, possunt ab eis auferri, sed causa est tractanda coram Iudice Ecclesiastico, *Natt. cons. 311. num. 4. vers. dicit tamen &c. Rip. in tract. de Remed. ad conseru. vbert. num 236. Car. de Graff. d. eff. 2. nu. 294. in fin. Ciarlin. loco cit. num. 29.*

237 Quamuis autem edicta huiusmodi laicorum nõ ligent Clericos vi coactiua, poterit tamen Princeps sæcularis officium Superioris Ecclesiastici imminẽte aliqua necessitate implorare, vt Clericos ad obseruantiam compellat; & tunc Episcopus suo edicto Clericis prohibere potest, si ità expediat, frumenti extractionem, eisque præcipere, vt notificent Curiæ Episcopali quantitatem frumẽti, vt sciri possit, an in Ciuitate adsit annona sufficiens pro victu: quæ quidem notificatio posteà consignatur Magistratui sæculari, *cap. non minus, cum ibi not. de immun. Eccles. cap. 1. eod. tit. in 6. Bald. in l. ad instructiones, C. de Sacros. Eccles. Dian. par. 1. resol. mor. tract. 2. resol. 8. & censuit Sacra Congregatio, teste Ciarlin. d. cap. 31.*
239 *num. 10. & seq.* vbi etiam dicit, quod ad Episcopum spectat in tali casu circa bona Clericorum taxare pretium, vel eius auctoritate id fieri debet.

SVMMARIVM.

239 *Seminarium puerorum prope Ecclesiam Cathedralem erigendum est, vel in alio loco conuenienti arbitrio Episcopi.*

240 *In tali fabrica erigenda Episcopus vti debet consilio Deputatorum.*

241 *Deputati semel, electi sunt perpetui.*

242 *Quid requiratur ad effectum vt valida sit vnio beneficiorum facta ab Episcopo ad fauorem huiusmodi Seminarij, seu Collegij.*

Quæstio XX.

In qua parte Ciuitatis erigi debeat Seminarium puerorum.

239 RESpondet *Veneg. in examin. Episcop. lib. 6. cap. 30.* quod ædificari debet in commodiori loco Ciuitatis, auditis super hoc Prætore, officialibus, ac Magistratu ipsius Ciuitatis. Sed vide *Conc. Trid. sess. 23. cap. 18. in princ. de refor.* vbi, quid Collegium huiusmodi propè Ecclesiam Cathedralem, vel alio in loco conuenienti, & ab Episcopo eligendo con-

construi debet, *vt not. etiam Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 77. nu. 1.*

240 Obserua tamen, quod in tali fabrica instituenda Episcopus vti debet Deputatorum consilio, *vt post Zerol. in Prax. Episcop. p. 1. ver. Seminarium, obseru. Vener. loco cit. nu. 6. &* 10. vbi etiam dicit, quod Deputati semel electi, sunt perpetui, nec possunt mu-
241 tari, vel remoueri, nisi ex legitima, & iusta causa, *vide Barbos. loc. nu. 31.*

242 Obserua 4. quod vnio beneficiorum facta Seminario nondum erecto, itá demum valida esset, si ad hunc effectum præcedat præparatio domus emptæ, vel conductæ, introductio puerorum, & detractio fructuum mensæ Episcopalis, & Capitularis, & aliorum beneficiorum, alioquin possessio capta nomine seminarij prædictis conditionibus non præcedentibus, nullius esset roboris, *ex Concilio Trident. sess. 23. de ref. cap. 18. & itá declarauit Sac. Congregatio Eminentiss. Cardinalium eiusdem Concilij interpretum teste Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. glos. 5. §. 7. nu. 68. & pluries resoluit Rota, & præsertim in Corduben. præstimoniorum 7. Februarij 1601. apud Farinac. dec. 835. in nouis, & in Adiacen. Beneficij 15. Aprilis 1622. coram Coccino, & dec. 373. num. 2. & seq. par. 4. tom. 2. Recent. Merlin. decis. 837. num. 1. & sequent. vbi aliæ Rotæ decisiones recensantur, latè Garc. de Benefic. par. 12. cap. 2. num. 193. & sequent.* vbi, quod Seminarium dicitur erectum ex introductione puerorum, non verò ex sola emptione domus, & electione Deputatorum, *Barbos. d. alleg. 77. nu. 23. & seq. Vener. d. lib. 6. cap. 30. num. 26.*

Non desunt tamen Doctores, qui censent, actualem Alumnorum introductionem non esse ad id necessariam, sed satis esse, si præcedat detractio fructuum, ac præparatio domus conductæ, vel emptæ, dummodò post factam vnionem absque mora parentur necessaria pro manutentione seminarij, & puerorum, itá vt eo animo solum fuerit dilata puerorum introductio, vt ipso primo die ingressus essent omnia parata, quia tunc seminarium esset in via ad erectionem, & perfectionem, *vt d. idem Gonzal. vbi supra d. glos. 5. §. 7. num. 76. & seq. Beltramin. ad Greg. decis. 258. num. 10. Gratian. discept. for. cap. 278. num. 41. quarum opinionem cum hac restrictione amplexa fuit Rot. coram Merlin. d. decis. 837. num. 4. & not. Paul. Rub. in annot. ad dec. 373 par. 4. tom. 2. recent.* vbi rectè aduertit, quod inter res necessarias præparandas, & introductionem Alumnorum, aliquod intercedere tempus necesse est, cum seminarium sit corpus, quod nascitur cum dentibus, nec pueri introducti possint ibi ieiuni immorari, *Bart. consil. 58. & 59. lib. 2.*

Quæ verò beneficia seminario vniri possint? vide *Barbos. loco citat. num. 28. & sequent. Vener. numer. 14. & sequent.*

SVMMARIVM.

243 *Episcopus habet de iure communi iuris assistentiam, seu fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in tota sua Diœcesi.*
Quid operetur iuris assistentia, & quando locum habeat, ibidem.
244 *Quid si exhibeatur priuilegium exemptionis.*
245 *Quando sola iuris assistentia releuet ad effectum manutentionis, & quando non, & nu. 246. cum seq.*
246 *Quid si alius esset in possessione.*
247 *An sufficiat solum priuilegium absque possessione ad excludendum manutentionem Episcopi.*
248 *Quid requiratur ad præs. vindicandas causas criminales, & matrimoniales, & nu. 256.*
249 *In materia decimarum non datur manutentio, nisi probata possessione.*
250 *An Parochus in petitorio teneatur probare, decimas sibi competere.*
251 *Quando quis dicatur constitutus in quasi possessione exemptionis.*
352 *Is qui potest alicubi aliquem iurisdictionis actum exercere, potest & alios similes.*
253 *Parte opponente tenetur Episcopus probare, locum esse intra suam diœcesim.*
254 *Quando iuris assistentia, quæ vni competit, prosit etiam alijs.*
255 *An iurisdictio censeatur concessa inferiori cumulatiuè, vel priuatiuè quoad Episcopum.*
256 *Quando censeatur ab Episcopo adempta iurisdictio etiam quoad causas criminales, & matrimoniales.*
257 *Ad quem spectet approbatio confessorum pendente lite inter Episcopum, & Prælatum inferiorem super omnimoda iurisdictione alicuius loci.*

Quæstio XXI.

An & quando Episcopo competat manutentio absque alia probatione quasi possessionis.

243 RESp. quod Episcopo competit manutentio absque alia probatione, in casibus, in quibus fundatam habet intentionem de iure communi, seu iuris assistentiam; in materia enim iurisdictionali competit manutentio ratione solius iuris communis, *cap. cum personæ, §. fin. de Priuil. in 6. Caputaq. de. 306. nu. 7. lib. 1. Rot. dec. 145. nu. 5. & seq. par. 1. Diuers. & apud Pacif. dec. 39 nu. 2. & 3. & dec. 42. nu. 5. & apud Post. decis. 125. num. 1. & decis. 184. numer. 2. & decis. 306. numer. 21. Verall. decision. 203. part. 2. Seraphin. dec. 1607. nu. 3. Mantic. dec. 40. sub num. 4. & dec. 322. nu. 2. Coccin. dec. 471. Canaler. dec. 193. nu. 1. & dec. 506. nu. 2. & 4. & dec. 617. num. 1. Post. in tr. mandat. de manuten. obser. 45. num. 3. & seq.* habens enim pro se assistentiam iuris communis, dicitur habere liquidissimam probationem, *glos. in l. si tutor, vbi etiam Bald. nu. 2. C. de Priuil. tut. Rot. decis. 4. in fin. par. 2. Diuers. & dec. 313. nu. 8. in fin. par. 2. recentiss. Marescott. var. lib. 1. cap. 11. nu. 1. & seq.* vbi dicit, quod Episcopus habet de iure communi fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in tota sua diœcesi, & in qualibet eius parte, vt mox dicemus.

Plures autem sunt casus, in quibus Episcopus habet huiusmodi iuris assistentiam: videlicet quoad omnes Ecclesias, seu loca pia existentia intra fines suæ diœcesis, etiam quod sint nullius. 2. in exercitio iurisdictionis spiritualis quoad omnes personas suę diœcesis. 3. in cognitione causarum omnium, ciuilium scilicet, criminalium, mixtarum, & matrimonialium. 4. deputandis examinatoribus pro collatione parochialium, & in approbandis confessarijs. 5. super collatione omnium beneficiorum suæ diœcesis. 6. in cura animarum Ecclesiarum non habentium proprium parochum. 7. pro credito cathedratici contra Ecclesias sibi subditas ratione visitationis, seu procurationis vsque ad duos solidos, *vide text. in cap. conquerente, de offic. ordin. cap. cum Episcopu, eod. tit. in 6. cap. quoniam, & cap. dudum, de Decim. cap. cum satis, de offic. Archid. cap. cum personæ, de Priuil. in 6. cap. par. 10. q. 3. cap. omnes basilicæ, 16. q. 7. Caputaq. dec. 306. nu. 1. & 7. lib. 1. & dec. 203. l. 3. Seraph. dec. 1104. nu. 1. & dec. 1228. nu. 1. Mantic. dec. 228. n. 6. Greg. dec. 291. nu. 1. Marescott. var. lib. 1. d. cap. 11. Post. in tract. mandat. de manuten. d. obseruat. 45. numer. 6. & seq.*

& seq. vbi etiam dicit, quod capitula cathedralium iuris habent assistentiam quoad præcedentiam respectu aliarum collegiatarum eo ipso quod sunt in statu cathedralitatis, & competit illis manutentio, *Rot. apud eumdem Post. dec. 468. nu. 2.* vbi, quod Canonicus habet intentionem fundatam super fructibus, & distributionibus sui Canonicatus, eique manutentio debetur, dummodò resideat, *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 127. nu. 22. & seq.*

244 Ex quo infertur, quod non potest Episcopo inhiberi, nè suam iurisdictionem exerceat in loca, & personas suæ diœcesis, etiam sub prætextu exemptionis, seu priuilegij, nisi eo exhibito, & diligenter discusso, & interim manutenendus est, donec de exemptione, seu priuilegio disputetur, *Seraphin. dec. 595. nu. 1. & dec. 1067. num. 3. Beltram. ad Greg. dec. 312. nu. 4. Rot. apud Pacif. dec. 42. nu. 6. Barbos. d. all. 127. num. 25.* subdens *n. 26.* quod etiamsi de exemptione, & priuilegio constaret, adhuc manutenendus Episcopus respectu monasterij exempti quoad ea, quæ concernunt clausuram ipsius monasterij, & quoad visitationem curæ animarum, & administrationem Sacramentorum, admissionem ministrorum etiam amouibilium, & in his, quæ pertinent ad ordines, *vide Post. d. obs. 45. nu. 13. & seq. Rot. apud eumdem dec. 72. num. 6.*

245 Limita 1. vt sola iuris assistentia releuet ad effectū manutentionis, quando nihil adest in contrarium; secus si respectu Episcopi, vel Parochi sit dubiū, vel incertum, an locus sit intra fines diœcesis, vel parochiæ, vel pendeat desuper lis, vel adsit contra eos sententia, vel si assistentia sit turbida, vel offuscata actibus, & probationibus contrarijs; hoc enim casu solet Rota omisso possessorio aggredi merita causæ, & petitorium discutere: nisi cum assistentia iuris concurrerent etiā aliqui actus possessorij, *Greg. dec. 312. num. 1. vbi Add. sub num. 4. Thomat. dec. 107. num. 2. Marescott. var. lib. 1. cap. 11. num. 11. Card. Cauaier. dec. 193. nu. 6. & ita pluries fuisse in Rota Rom. decisum, refert Post. d. tract. obser. 45. n. 20. & seq.* vbi etiam obseruat, quod ad offuscandam prætentionem assistentiæ iuris communis, possunt allegari, & opponi etiam ea, quæ petitorum respiciunt, & sufficiunt testes etiam nulliter examinati, aliaque iura, etiamsi non sint in forma probanti, *Barbos. d. p. 3. alleg. 127. nu. 27. 40. & seq.* vbi subijcit, quod si actus contrarij sint turbidi, interim donec probentur, Episcopo concedi debet manutentio.

246 Limita 2. vt manutentio non detur ex sola iuris assistentia, vbi alius est in possessione, sed manutenendus est qui possidet, quando scilicet possessio est longeua, & vltra decennium: hæc enim habetur loco tituli, & sufficit ad effectum manutētionis, etiam in possessione contra ius, & satis est huiusmodi possessori ad effectum habendi manutentionem, quod ius vehementer non resistat, *Rot. dec. 165. nu. 1. par. 4. Diuers. & dec. 423. num. 3. & dec. 505. nu. 4. par. 2. recent. Duran. decis. 21. num. 6. Ricc. in Collect. 1287. & 3013. Add. ad Buratt. dec. 140. & ad Greg. dec. 312. latè Poster. d. obser. 45. num. 22. & seq.* Idem dicendum, vbi possessor suam possessionem probaret, & priuilegium exemptionis exhiberet, vel cum possessione cōcurreret titulus putatiuus, & coloratur, & habilis ad præscribendum, quia tunc manutenēdus est etiamsi possessio non esset longæua, nec excederet decennium, *Rot. in Lucen. seu nullius Iurisdictioni 4. Maij 1598. coram Card. Seraphino, & in vna Montis regalis 4. Nouembris eodem anno coram Penia, prout refert Marescott. d. lib. 1. cap. 11. num. 21. & seq. Post. d. obseru. 45. n.*

247 *26. Rot. apud eumdem dec. 197. num. 4.* vbi, quod non sufficit solum priuilegium absque possessione ad ex-
248 cludendam manutentionem Episcopi; exceptis causis criminalibus, & matrimonialibus, in quibus requiritur immemorabilis canonizata per tres conformes, & interim in cognitione huiusmodi causarum manutenendus est Episcopus, *Rot. recent. dec. 560. num. 2. par. 3. & dec. 126. num. 2. par. 4. Post. de obser. 45. num. 30. Rot. apud eumdem dec. 197. nu. 9. & dec. 382. num. 2.*

249 Limita 3. in decimis debitis Ecclesiæ parochiali, & in quarta decimarum debita Episcopo pro sua portione pontificali: quamuis enim tam Parochus, quàm Episcopus in tali casu habeant iuris assistentiam intra limites parochiæ, seu diœcesis, tamen non datur illis manutentio, nisi probata possessione, *Marescott. d. cap. 11. nu. 17. Rot. post 2. vol. cons. Farinac. dec. 291. num. 14 & in recent. dec. 685. num. 2. p. 1. latè Post. d. obser. 45. num. 42. & seq.* vbi dicit quod iu-
250 ris assistentia suffragatur Parocho in petitorio, vt non teneatur probare, decimas sibi competere, non autem in manutentione.

251 Notandum est autem, quod in quasi possessione exemptionis tunc quis constitutus dicitur, si constaret, venisse casum, & Ordinarium voluisse exercere iurisdictionem, & fuisse ab inferiore repulsum, & repulsioni acquieuisse, vel habuisse se pro spoliato; non autem ex eo tantum, quod non costet, Episcopum iurisdictionem in eum exercuisse, *Post. d. obs. 45. nu. 18. Barbos. d. alleg 127. nu. 27.*

252 Notandum 2. quod is, qui potest in aliquo loco certum iurisdictionis actum exercere, potest & alios similes, *vt probat Cācer. var. lib. 2. cap. 2. num. 58. & seq.* vbi dicit, quod is, qui potest fustigare, potest etiam relegare: & ideo vnicus actus particularis inducit quasi possessionem quoad alios actus sub eadem specie comprehensos, licèt non extendatur ad actus diuersos, seu diuersæ speciei, nec ad actus maiores, nec contra personas diuersæ qualitatis, seu conditionis, *Duran. dec. 226. nu. 3. Burat. dec. 876. n. 8. Rot. recent. dec. 112. num. 10. dec. 632. num. 4. p. 9. & dec. 87. num. 3. p. 4.* nisi causa possessionis esset vniuersalis: tunc enim quis vtendo quoad vnam speciem, possessionem conseruat etiam quoad alias species sub eodem genere comprehensas, *Rot. recent. dec. 150. num. 3. p. 3.* vnde quasi possessio exercendi iurisdictionem contra aliquos certi loci, extenditur contra omnes eiusdem loci, & illa specie iurisdictionis, *Fontanel. de Pact. nupt. clauf. 7. glos. 3 p. 10. num. 26. Giouagn cons. 9. num. 62. lib. 1. Buratt. dec. 427. num. 10. & dec. 478. num. 8.* & vice versa actu contrario quasi possessio in omnibus etiam amittitur, *Rot. rec. dec. 39. num. 10 p. 3. latè Post. d. tr. mandat. de manut. obs. 73. num. 130. & seq.* vbi etiam dicit, quod prohibitiones contra aliquos factæ, quando casus euenit, costituunt in quasi possessione vniuersaliter prohibendi quoad alios omnes, præsertim in quasi possessione respectu loci, *ex trad. per Burat. dec. 222. nu. 10. & seq.* vbi, de prohibita appositione, & retentione barchæ.

253 Notandum 3. quod parte opponēte tenetur Episcopus probare, locum esse intra suam diæcesim, *Buratt. dec. 219. nu. 5. latè Post. d. obser. 45. num. 20.*

254 Notandum 4. quod si decimæ debeantur pluribus, videlicet Episcopo Capitulo, & Parocho, & ius vni tantùm assistat, puta Parocho, illius assistentia prodest in eadem exactione etiam alijs, qui secum participant, & competit ex ea manutentio omnibus participantibus, *Add. ad Buratt. dec. 402. nu. 6. Post. d. obseru. 45. num. 56.*

255 No-

255 Notandum 5. quod manutentio debetur cumulatiuè Episcopo, & inferiori, nisi in priuilegio, & iurisdictione tributa inferiori, exprimatur, huiusmodi iurisdictionem concedi priuatiuè quoad Superiorem, *Card. Causler. dec. 617. Post. d. obse. 45. nu. 40. & 41.* subdens, quod si testes inferioris deponerent de actibus positiuis, videlicet quod inferior vsus fuerit iure suo, & prohibuerit Episcopo, nè exerceret iurisdictionem, cum eisdem Episcopi acquiescentia, tunc diceretur probata possessio etiam priuatiuè.

256 Notandum 6. quod si inferior haberet iurisdictionem quasi Episcopalem, & territorium separatum, eo casu iurisdictio esset in totum ab Episcopo adempta, etiam respectu causarum criminalium, & matrimonialium, *Post. loco cit. num. 41. Rot. apud eumdem dec. 438. nu. 5. 8. & seq.*

257 Notandum 7. quod approbatio confessorum pendente lite inter Episcopum, & Prælatum inferiorem super omnimoda iurisdictione alicuius loci, spectat ad Episcopum, propter euidens periculum, nè contingat, Populum eiusdem loci absolui à peccatis per confessores ab Episcopo non approbatos, contra expressam prohibitionem Concilij Tridentini *sess. 23. de ref. cap. 15.* vbi reprobatur quęlibet consuetudo in contrarium, etiam immemorabilis, *& ità censuit Sac. Congregatio Concilij, & Episcoporum, & Regularium, & etiam Rota in Marsicen. iurisdict. 20. Octobris 1621. coram Buratta, inter impressas, dec. 565.*

S V M M A R I V M.

258 Locum esse sub territorio, seu Diæcesi Episcopi, probatur non solum per testes, sed etiam ex instrumentis, ex ministratione olei sacri, & ex actibus iurisdictionalibus, & nu. 259. & seq.

260 Maior fides est adhibendo scripturis, quàm testibus.

261 In probandis finibus admittuntur etiam coniecturæ, & præsumptiones.

263 An, & quando actus visitationis probent locum esse in Diæcesi, & nu. seq.

264 Et quid, si constet, Ecclesiam, vel oppidum ex alijs locis eiusdem Diæcesis circumdari.

265 Quando Ecclesia præsumatur esse sub iurisdictione Episcopi vicinioris.

Quæstio XXII.

Quomodo probetur, locum esse in Diæcesi, vel sub territorio Episcopi.

258 RESP. quod multipliciter id probari potest, & primo per testes, *Rot. in Taruisina iurisdict. 17. Febr. 1598. coram Orano, & coram Buratt. decis. 578. num. 6.*

259 2. Probatur ex instrumentis antiquissimis, præsertim si instrumenta huiusmodi fueriot principaliter super hoc celebrata quo casu indubitanter facerent plenam probationem, Bald. cons. 286. *num. 2. lib. 2. Dec. cons. 42. sub num. 10. Rot. in Barchinonen. confinium 19. Iannarij 1607. coram Sacrato, & coram Greg. decis. 434. num. 1. & seq. & ibi Beltramin. nu. 19.* vbi dicit, quod maior fides est adhibenda scripturis, quã
260 testibus, præsertim in antiquis, in quibus lux veritatis assistit, *Bald. cons. 109. in princ. lib. 4. Crauett. cons. 54. num. 15.* vbi, quod etiã in factis antiquis decem annorum, magis creditur istrumentis, quam testibus, quia in testibus præsumitur obliuio ex tali temporis lapsu, *Card. Seraphin. decis. 339. nu. 7. & dec. 462. num. 5. Rot. dec. 91. num. 9. & dec. 582. num. 6. par. 1. in Recent. & in Pampilonen. Parochialis 23. Iunij 1603. coram coccino.*

261 3. Probatur ex ministratione olei sacri, *cap. 1. de de Relig. domib. glos. in cap. cum dilectus, ver. de lege iurisdictionis, vbi Abb. num. 4. de offic. Iud. Ordin. Roto coram Buratt. d. dec. 578. num. 13.* vbi quod in probandis finibus admittuntur etiam coniecturæ, & præsumptiones.

262 4. Probatur ex actibus iurisdictionalibus ab Episcopo in aliqua Ecclesia, vel Oppido factis, *cap. cum contingat, vbi Abb. n. 33. & alij de for. comp. Rot. in Sabinem. seu Reatina Abbatiæ 4. Decembris 1592. coram Orano, & in Adriem. iurisdict. 27. Iunij 1622. & 30. Ianuarij 1623. coram Pirouano, prout refert Buratt. d. decis. 578. num. 9. 11. & 12. Ferentill. ibidem nu. 15. & seq.* vbi etiam obseruat, quod actus iurisdictionales in tali casu debent esse ità certi, vt non possint referri
263 ad alias causas, seu titulos; & ideò, licèt actus visitationum sint iurisdictionales, tamen cum possint ab Episcopo fieri iure delegeto, tanquam à viciniori, quò casu potest visitare Ecclesias, etiam quæ sunt nullius diœcesis, *ex Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 9.* non suffragantur, oisi vitationes factæ fuerint vel si postea, probetur, fuisse factas iure ordinario, *ex trad. per Rot. in Aprutina iurisdictionis 19. Iunij 1606. & 30. Martij 1607. coram Card. Pamphilio iuniori.*

264 5. Probatur, quando constat, Ecclesiam, vel Oppidum ex alijs locis eiusdem Diæcesis circumdari: tunc enim præsumeretur, esse in diœcesi; quo casu Visitationes, & alij actus iurisdictionales præsumuntur ab Episcopo gesti iure ordinariæ facultatis, non autem delegatæ, *Rot. in d. Adrien. iurisd. 30. Ianuar. 1623. corom Pironano, & in Theatino iurisdict. 4. Martij 1612. coram Coccino, pront refert idem Ferentill. ad Burrat. d. dec. 578. num 19. & seq.* nisi pet inferiores Prælatos probaretur, se exercuisse iurisdictionem in tali Oppido, vel Ecclesia: quia tunc non haberet locum coniectura circumdationis, sed Ecclesia, vel Oppidum censeretur esse nullius, *vt in his terminis resolnit Rot. dec. 54. num. 9. coram Andrea, & in Calaguritana, seu nullius, iurisd. 7. Febr. 1607. coram Ortembergo.*

265 Idem dicendum, quando non constat, Ecclesiam habere territorium separatum, & alius Episcopus in ea iurisdictionem non prætendit, hoc enim casu talis Ecclesia præsumitur esse sub iurisdictione Episcopi vicinioris, *Rot. coram Buratt. d. decis. 578. num. 1. & seq. vbi aliæ Rotæ decissiones allegantnr.*

S V M M A R I V M.

266 An, & quando Regulares, qui in Ecclesijs suis ordinis prædicare voluerint, teneantur ab Episcopo benedictionem petere.

Quando Regulares ab Episcopo puniontur, ibidem.

267 An Episcopus Regulares prædicatores examinare possit quoad doctrinam.

268 An Episcopus licentiam prædicandi semel Regularibus concessam suspendere possit.

269 An Regulares ad audiendas confessiones ãpproboti ab Episcopo vnius diœcesis, possint subditos eiusdem Episcopi, qui eos approbauit in alia diœcesi absoluere sine silentia Episcopi illiu loci.

270 Regulares approbati audiendas sæcularium confessiones

nes, an censeantur approbati ad audiendas confessiones Monialium.

271 *An approbati pro audiendis confessionibus monialium vnius monasterij, possint confessiones monialium alterius monasterij audire.*

272 *Confessores extraordinarij semel deputati ad audiendas confessiones monialium, an possint expleta deputatione, earumdem monialium confessiones audire.*

273 *Quando Regulares possint audire confessiones sacularium absque alia Episcopi approbatione.*

274 *Quando Regulares ad confessiones audiendas generaliter, & simpliciter admittendi sint, & quando cum limitata facultate admitti, & approbari possint.*

275 *Quando Regulares audientes confessiones infirmorum, teneantur Parochum certiorem reddere.*

266 *An & quando Episcopus confessores regulares possit iterum examinare, vel ab audiendis confessionibus suspendere.*

An possit Episcopus omnes vnius conuentus Regulares ab audiendis confessionibus suspendere, ibidem.

277 *Regulares vigore priuilegiorum non possunt absoluere à casibus Episcopo reseruatis.*

278 *Quando Regulares ad sæcularium confessiones audiendas in vna diœcesi approbati, possint à casibus reseruatis absoluere pœnitentes alterius diœcesis.*

279 *An Regulares vigore priuilegiorum possint pœnitentes absoluere à censuris quo ad forum externum.*

280 *An is, qui tempore paschali confitetur Regulari sacerdoti non simpliciter approbato ab Ordinario, satisfaciat constitutioni incip. omnis vtriusque sexus.*

Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, ibidem.

Quæstio XXIII.

Quomodo Regulares se se gerere debeant in Verbi Dei prædicatione, & Sacramenti pœnitentiæ administratione.

HVius quæstionis resolutio pendet ex constitutione Sanctissimi D. N. Clementis Papæ X. feliciter regnantis, *incip. Superna magni Patrisfamilias &c. sub Dat. Romæ anno 1670. vndecimo Kalendas Iulij*, ex qua infrascriptæ conclusiones eliciuntur.

266 Prima conclusio. Regulares, qui in Ecclesijs sui ordinis prædicare voluerint, tenentur ab Episcopo diœcesano benedictionem petere; prædicare tamen possunt, quamuis illam non obtinuerint; nisi Episcopus contradixerit, quo casu ne in prædictis quidem Ecclesijs licet Regularibus prædicare: & si cõtrauenerint, ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, alijsque pęnis ecclesiasticis in vim constitutionis Greg. XV. incip. Inscrutabili Dei prouidentia &c. coerceri, & puniri possunt, Episcopus tamen absque iusta, & rationabili causa contradicere non debet; huiusmodi verò benedictionẽ tenentur Regulares petere, etiamsi in quibuscunque oratorijs sui ordinis sermonem coram Populo, vel in Ecclesijs, aut ad crates monasteriorum Sanctimonialium eorum iurisdictioni subiectarum, li-
267 cèt nullus sæcularis ibi interfit, seu clausis ianuis habere voluerint. potest autem Episcopus Regulares in Ecclesijs, quæ suorum ordinum non sunt, prædicare volentes, etiam ab Vniuersitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit, etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile prædicandi licentiam absque examine concedere consue-
268 uerint. similiter potest Episcopus licentiam prædicandi semel eisdem Regularibus concessam, ob rationabiles causas, licèt occultas, prædicationem concernentes, suspendere; non tamen potest eis generatim prohibere, nè in Ecclesijs suorum ordinum prædicent.

269 Secunda conclusio. Religiosi ab Episcopo ad confessiones sæcularium in sua diœcesi audiendas approbati, non possunt eas in alia diœcesi absque Episcopi diœcesani approbatione audire, quamuis pænitentes subditi sint eius Episcopi, à quo ipsi Religiosi iam fuerant approbati.

270 Tertia conclusio. Generaliter approbati ab Episcopo ad personarum sæcularium confessiones audiendas, non censentur approbati ad audiendas confessiones monialium sibi subiectarum, sed egent quoad hoc speciali Episcopi approbatio-
271 ne. item approbati ad audiendas confessiones monialiũ vnius Monasterij, non possunt audire con-
272 fessiones monialium alterius monasterij. Similiter Confessores extraordinarij semel deputati, & approbati ab Episcopo ad monialium confessiones pro vna vice audiendas, non possunt expleta deputatione vigore huiusmodi approbatione, illarum confessiones audire, sed toties ab Episcopo sunt approbandi, quoties casus deputationis contigerit.

273 Quarta conclusio. In Monasterijs, ac etiam Collegijs, vbi iuxta regularia instituta viuitur, possunt tam Prælati regulares, quàm Confessores regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantùm ipsis deseruiunt.

274 Quinta conclusio. Religiosi, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumue locorum, aut generis personarũ ab Episcopo in diœcesi propria admittendi sunt; cęteros verò, qui non adeò idonei reperientur, potest Ordinarius cum limitata facultate, prout
275 magis expedire viderit, probare, & admittere. Semel autem simpliciter approbati, possunt in Diœcesi Episcopi approbantis quouis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum cõfessiones audire absque vlla Parochorum, vel ipsius Episcopi licẽtia; tenẽtur tamẽ dicti Religiosi eorumdẽ infirmorum Parochum illicò certiorẽ reddere, alioquin pęnã suspensionis à facultate audiendi confessiones, si eã Episcopus inflixerit, incurrunt. Certioratio verò huiusmodi fieri per scripturã apud ipsum infirmum relinquẽdam. Qui verò dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore cõfessi fuerint, constitutioni, quę incip. Omnis vtriusque sexus, quoad confessionem dumtaxat satisfecisse censentur.

276 Sexta conclusio. Regulares ad huiusmodi confessiones audiendas præuio examine simpliciter, & absque vlla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab eius Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis, approbati, non possunt ab eodem, qui sic approbauit iterũ examinari, aut à confessionibus audiẽdis suspendi, nisi noua superueniẽte causa, quæ ipsas confessiones concernat: de qua tamen haud necessarium est, vt in actis constet, nec

eam

-eam tenetur Episcopus ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, vbi eam sibi aperiri iusserit; verum si Regulares cum scandalo, aut alias inhonestè viuant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videantur à confessionibus suspendendi, vtique ea causa ad confessionis ministerium pertinet: ac proinde nihil obstat, quo minus ob eam causam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere ab audiendis confessionibus, cum præcipua Ministri Sacramenti penitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas; non licet tamen Episcopo confessiones audiendi facultatem omnibus simul Conuentus Regularibus cōfessoribus adimere inconsulta Sede Apostolica.

277 Septima conclusio. Ex facultatibus per mare magnum, aliaue priuilegia Regularibus cuiuscunque ordinis, instituti, aut Societatis etiam Iesu concessis, non censetur ei concessa potestas absoluendi à casibus Episcopo reseruatis: neque per confirmationes dictorum priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, reuixerunt priuilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absoluendi à casibus Episcopo reseruatis: quin immò habentes, facultatem absoluendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, non ideò à casibus Episcopo reseruatis possunt absoluere.

278 Octaua conclusio. Regulares confessores in ea Diœcesi, in qua sunt approbati, possunt absoluere confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in illa Diœcesi reseruatis, licèt non possint absoluere à reseruatis in ea Diœcesi, vbi ijdem confessores sunt approbati: nisi eosdem pœnitentes nouerint in fraudem reseruationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse.

279 Nona conclusio. Vigore dictorum priuilegiorum non licet Regularibus, etiam satisfact a parte, absoluere pœnitentes à censuris quo ad externum, & iudiciale forum, & absoluti ab eis foro pœnitentiali, non censentur absoluti in exteriori, & contentioso judicio: quinimmò censuris ecclesiasticis irretiti, & denunciati ab Episcopo, cogi possunt gerere se pro talibus etiamsi à Regularibus fuerint absoluti, *ità decernitur in d. constitutione Clementis X.* cuius verba ex industria hic describere volui, quia ex ea plura tolluntur dubia, multæque quæstiones hactenus per Doctores controuersæ resoluuntur, ac declarantur.

280 Sed quæres, an is, qui tempore paschali confitetur Regulari Sacerdoti non simpliciter approbato, sed cum limitatione certi temporis, loci, aut certi generis personarum satisfaciat dictæ constitutioni, *omnis vtriusque sexus*? Resp. quod licet in d. constitutione Clementis X. fiat tantùm mentio de Religiosis simpliciter approbati, *vt supra nu. 275.* censeo tamen, penitentem, qui est eiusdem loci, aut generis personarum, vel confitetur intra tempus eisdem Regularibus præfixum, satisfacere dictæ constitutioni, *omnis vtriusque sexus*, quia in constitutione Leonis X. *quam refert Sorbus in Compend. priuil. fratr. mendicant. &c. in ver. absolutio quoad sæculares primò n. 15.* generaliter prescribitur, quod Regularibus ab ordinario ad confessiones sæcularium audiendas admissis confitentes, dictæ constitutioni, *omnis vtriusque sexus*, quo ad confessionem dumtaxat satisfecisse censeantur: casus enim omissus remanet in dispositione iuris communis, & secundum eiusdem iuris communis terminos est decidendus, *l. commodissime, ff. de lib. & postb. l. si extraneus ff. de Cond. ob caus. cum ibi not. per DD. Dec. cons. 71. num. 2. Natt. cons. 463. num. 12. lib. 2. Soc. sen. cons. 74. num. 3. lib. 3. Cephal. cons. 517. num. 28. & cons. 535. num. 18. lib. 4. Tob. Non. cons. 16. num. 13. Hondcd. cons. 8. num. 15. & seq. vol. 1.*

S V M M A R I V M.

1 Episcopus in sua Diœcesi, & Archiepiscopus in Prouincia potest in Ecclesijs Regularium, & exemptorum vti insignibus pontificalibus, & exercere ea, quæ sunt honoris, & præeminentiæ Episcopalis, & alia, quæ non habent mixturam iurisdictionis, vel officij.

2 Archiepiscopus per suam prouinciam potest crucem præferre etiam transeundo, & declinando ad loca exempta.

3 Quidquid per priuilegium exemptionis non adimitur, censetur Ordinario loci reseruatum.

4 Episcopus, & Archiepiscopus possunt in loco exempto solemniter benedicere.

5 Potest Archiepiscopus, vel Episcopus in loco exempto Diuina officia, ac missas cum baculo, & mitra, ac pallio respectiuè, alijsque ornamentis celebrare cum assistentia suorum Canonicorum, & aliorum ministrorum, ibidemque Sedem pontificalem, & baldachinum erigere: limitatur num. 6.

6 An Episcopus possit alteri concedere, vt in loco exempto cum ornamentis pontificalibus celebret.

Item an possit cantare missam in Ecclesijs Regularium, vbi non est solitum, ibid.

7 Episcopus, vel Archiepiscopus potest in loco exempto verbum Dei populo prædicare.

8 Quid si Episcopus exemptis de facto prohiberetur, nè prædicta ageret in loco exempto.

9 An possit Episcopus, vel Archiepiscopus in aliena diœcesi in pontificalibus missam celebrare sine licentia Diœcesani, & num. 11.

10 Archiepiscopus non potest vti pallio extra suam Prouinciam, etiamsi ad id Diœcesani assensus accedat.

11 Pontificalium insignium vsus iurisdictionem aliquam præseferre, videtur.

12 Episcopus celebrans priuatè in Diœcesi aliena, potest vti benedictione Episcopali.

13 Episcopus in Diœcesi aliena an possit prædicare.

14 Episcopus, vel Archiepiscopus in loco exempto non potest ea exercere, quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, nec ea quæ sapiunt superioritatem, & habent mixturam iurisdictionis.

15 Episcopus non potest in loco exempto ordines conferre, nec confirmationis Sacramentum ministrare vel sacras fidelium confessiones audire, vel ibi sedere pro tribunali: limitatur num. 16. 17. 18. & 19.

16 Episcopus potest visitare Ecclesias Regularium, & exemptorum in concernentibus curam animarum, & corrigere eosdem in casibus hic expressis.

17 Episcopus sedere potest pro tribunali in loco exempto, si in aliquo casu habet iurisdictionem in prædictum locum, secus si solum in personas exemptas.

18 Actus voluntariæ iurisdictionis exerceri possunt extra Diœcesim, & in loco exempto.

19 Exemptus extraneo Superiori non potest se submittere sine licentia Papæ, potest tamen se submittere Ordinario alias suo.

20 Episcopus commorans in loco exempto intra Diœcesim existente, dicitur residere etiam ad effectum alternatiuæ: limitatur num. 22.

21 Locus exemptus dicitur esse in diœcesi, licèt non sit de diœcesi.

22 Episcopus degens in loco nullius diœcesis, pro absente habendus est.

Lo-

Locus nullis diœcesi, nec est in diœcesi, nec de diœcesi, ibidem.

23 *Committens delictum censura prohibitum in loco exempto, vel in monasterijs, vel Ecclesijs Regularium, an ligetur censura lata ab Episcopo illius diœcesis, & nu. 26. & 27.*

24 *Locus exemptus, & locus extra territoriũ æquiparãtur.*

25 *Locus exemptus est quidem de territorio Episcopi quoad situm, non autem quoad iurisdictionem.*

26 *Subditus conficiens testamentum in loco exempto, non tenetur seruare solemnitates statuti, sed solemnitates iuris ciuilis, vel Canonici.*

27 *An & quando accedentes ad monasteria exempta monialium, vel cum illis loquentes incurrant censuram latam ab Episcopo.*

28 *Personæ loci exempti non sunt de territorio quoad concernentia earum bdium, possunt tamen vti statutis illius loci in fauorabilibus.*

C A P. I V.

De loco exempto.

1 Dico 1. quod Episcopus diœcesi,& Archiepiscopus in Prouincia potest in Ecclesijs Regularium, & exemptorum liberè vti insignibus pontificalibus, & exercere ea, quæ sunt honoris, & præeminentiæ episcopalis, & alia, quæ non habent mixturam iurisdictionis, vel officij, *vt tradunt communiter DD. in clem. Archiepiscopo, de Priuil.*

2 Ex quo infertur 1. quod Archiepiscopus per suã Prouinciam potest crucem præferre etiam transeundo, & declinando ad loca exempta, propter reliquias præcedentis subiectionis, cum per exemptionem talia loca non desinant esse in Prouincia, vel diæcesi, *vt in d. clem. cum ibi not. Rot. coram Buratt. decis. 321. per tot.* vbi addit, quod quicquid per priui-
3 legium exemptionis adimitur, censetur ordinario loci reseruatum.

4 Infertur 2. quod Archiepiscopus, vel Episcopus in loco exempto potest benedicere etiam solemniter, per illa verba, *sit nomen Domini benedictum &c. d. clem. vbi gloss. & DD. Rot. coram Buratt. d. dec. 321. Gratian. discept. forens. cap. 467. num. 31.*

5 Infertur 3. quod potest Archiepiscopus, vel Episcopus in loco exempto Diuina officia, ac missas cum baculo, & mitra, ac pallio respectiuè, alijsque ornamentis pontificalibus celebrare cum assistentia suorum Canonicorum, & aliorum Ministrorum ibidemque Sedem Pontificalem ad Diuina celebranda constituere, ac baldachinum erigere, *per textum in d. clem. Archiepiscopo, vbi Card. & alij, & censuit etiam Sac. Congregatio teste Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 80. nu. 16. & 17. latè Gratian. d. cap. 467. nu. 33. & seq.*

6 Obserua tamen, quod non posset Episcopus alteri concedere, vt cum ornamentis põtificalibus in loco exempto celebret, quia id esset, iurisdictionem in loco exempto exercere, quod prohibetur *in d. clem. vers. simili modo &c. Gratian. loco cit.*

Obserua 2. quod non potest Episcopus cantare missam in Ecclesijs Regularium ipsi inuitis, vbi non est solitum, vt declarauit Sac. Congregatio *teste Nicolio in suis floscul. siue notabil. in ver. missa nu. 17.*

7 Infertur 4. quod potest Archiepiscopus vel Episcopus in loco exempto verbum Dei populo prædicare, *gloss. in d. clem. ver. etiam celebrare, vbi etiam Abb. Gratian. loco cit. num. 37.* subdens *num. 46.* quod
8 in casibus, in quibus Episcopus, vel Archiepiscopus in loco exempto potest aliquid facere, si de facto prohiberetur, non posset contra exemptos procedere, sed agere deberet coram Superiore ipsorum exemptorum, *ex trad. per Card. in d. elem. nu. 22.*

9 An verò possit Episcopus, vel Archiepiscopus in aliena Prouincia, vel diœcesi in Pontificalibus missam celebrare sine licentia diœcesani? affirmat *gloss. in d. clem. Archiepiscopo, ver. etiam celebrare de Priuil. vbi dicit, ita seruare generalem consuetudinem, Abb. ibidem, Couar. var. lib. 3. cap. 20. num. 9. circa med. Alzed. in Prax. Episc. par. 1. cap. 13. num. 88. & alij apud Dian. resol. mor. par. 4. tract. 4. res. 143. vers. notandum est &c.* cum enim Episcopo concessum sit missam celebrare, consequenter etiam concessum esse videtur insignibus Episcopalibus vti, cum insit proprius eius celebrandi modus, *vide Layman. quæstion. canon. cap. 17. num. 224. vbi hanc sententiam probabilem appel-*
10 *lat*; non tamen posset in tali casu Archiepiscopus vti pallio extra suam Prouinciam, etiamsi ad id diœcesani consensus accedat, quia pallius sub hac limitatione conceditur, vt eo Archiepiscopus vtatur intra Prouinciam, *Card. in d. clem. nu. 5.*

11 Contrarium tamen alij rectiùs tuentur, asserentes, Episcopum, vel Archipiscopum non posse in aliena diœcesi missam in Pontificalibus celebrare sine licentia diœcesani expressa, vel saltem tacita, ac rationabiliter præsumpta, quia pontificalium insignium vsus iurisdictionem aliquã seu potestatem in loco præseferre videtur, *vt obseruat Layman. loco cit. vers. sed contrarium, &c.* subdens, quod multo minus Prelati inferiores absque Episcopi saltem rationabiliter præsumpta licentia extra Ecclesias suas insignia pontificalia gerere debent, nisi à Sede Apostolica amplius priuilegium obtinuerunt, *& ita sensit etiam Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 80. num. 16. & par. 2. alleg. 27. num. 64.* vbi tamen su-
12 bijcit quod Episcopus celebrans priuatè in diœcesi aliena, potest vti benedictione Episcopali cum verbis, *sit nomen Domini benedictum &c.* etiam sine aliqua diœcesani licentia, cum talis benedictio sit potius ordinis, quam iurisdictionis, *ita Gauant. in Enchir. Episc. ver. functiones Episcopales, num. 11. Dian. d. par. 4. tract. 4. resol. 143. vers. notandum est &c. Layman. loco cit. vbi etiam testantur, ita de consuetudine seruari.*

13 Addit *gloss. in d. clem. Archiepiscopo, ver. etiam celebrare*, quod Episcopus in diœcesi aliena potest prædicare, nisi specialiter prohibeatur ab Episcopo illius loci, *Card. in clem. dudum, §. ab olim, num. 16. de sepult. Gratian. discept. for. cap. 393. nu. 9. & seq.*

14 Dico 2. quod Episcopus, vel Archiepiscopus in loco exempto non potest sine licentia exemptorum exercere ea quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, & officij, nec ea quæ sapiunt superioritatem, & habent mixturam iurisdictionis, *vt tradunt DD. communiter in d. clem. Archiepiscopo.* Vnde non potest ibi ordi-
15 nes conferre, aut confirmationis sacramentum ministrare, vel sacras fidelium cõfessiones audire, nec ibi sedere pro tribunali, aut cathedram iudicialem collocare, aut degradare aut similia peragere, quæ ad iurisdictionem spectant, *cap. luminoso, 18. q. 2. Abb. in d. clem. Archiepiscopo, vbi etiã Card. n. 5. & alij, quos refert, & sequitur Gratian. discept. forens. c. 467. n. 26. & 39. cum seq. Barbos. d. alleg. 80. nu. 7. Vant. in tit. de defect. iurisd. & vnde, ac quibus modis &c. num. 108.*

16 Limita in casibus iure permissis: potest Episcopus visitare Ecclesias Regularium, & exemptorum in concernentibus curam animarum, *ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regular. cap. 11.* item opportunis remedijs compellere, vt lectio sacræ scripturæ habeatur in monasterijs Monachorum, vbi commodè

dè fieri queat, si Abbates in hoc negligentes fue-
rint, *ex eodem Concilio sess.5.de ref.cap.* 1. item visita-
re potest commendata monasteria , in quibus non
viget regularis obseruantia, ac corrigere regulares
in commendatis monasterijs, in quibus regularis
obseruantia viget, residentes, qui secundùm eorum
instituta non viuunt, si eorum Superiores admoni-
ti intra sex menses non correxerint, *ex eodem Conci-
lio sess.21.de ref.cap.8.Quaran.in Summ. Bullar. versic.
exemptio, Gonzal.ad reg.8.Cancell. glos.43. num.190.*
17 subdens, quod Episcopus sedere potest pro tribu-
nali in loco exempto, si in aliquo casu habeat iuris-
dictionem in loca exempta, secus si solum in per-
sonas exempras, *Rot.decision.145.numer.2.part.2.di-
uers. & fusius nos egimus in tractat. de Regim. Eccles.
lib.7. de Regul. & monial. per totum vbi alij casus re-
censentur.*
18 Limita 2. in actibus voluntariæ iurisdictionis :
hæc enim, quemadmodum exerceri potest extra
diœcesim iuxta communem Doctorum sensum, ità
poterit exerceri etiam in loco exempto: quia lo-
cus exemptus, & locus extra diœcesim, siue extra
territorium iudicatur à pari, *Couar. var. lib.3. cap.
20.num.8. Barbos. de offic. & pot.Episc.d.alleg.80.nu.9.
Gonz glos.43.num.188.& seq.* vbi subijcit, quod plus
haber Episcopus in locum , & personas exemptas
19 suæ diœcesis, quam in personas extraneas, adeò vt
licèt exemptus non possit se submittere extraneo
Superiori sine licentia Papę, tamen Ordinario aliàs
suo potest se submittere , *ex trad. per Feder. de Senis
cons.14 sub nu.4.& 6.Felin.& alios in cap. cum accessis-
sent, de Constit.*
20 Dico 3. quod Episcopus commorans in loco exē-
pto intra diœcesim existenre, dicitur residere, etiam
ad effectum alternatiuæ: quia locus exemptus di-
21 tur esse in diœcesi, licèt non sit de diœcesi, *vt latè
comprobat Gonz.d. glos.43. à num.* 180. priuilegium
exemptionis illum quidem eximit à subiectione,
non autem à situatione, seu denominatione, *capit.
cum Episcopus, vbi DD. de offic.ordin. in 6. Abb. in cap.
Apostolicæ, num.3.de donat. Rolan.cons.33.num.17.vol.
3. Rot.decis.207.num.2.& seq.par.2.diuers.& in Sipun-
tina iurisdictionis 24. Maij 1613. coram Card. Sacrato,
prout refert Gratian.discept.for. cap.918.nu.10.& seq.
latè Barbos.de Diction.diction.152. num.26.* vbi dicit,
quod si concessum fuerit Episcopo priuilegium, vt
habeat fructus beneficiorum vacantium in sua diœ-
cesi, habebit etiam fructus beneficiorum exempto-
rum suæ diœcesis.
22 Secus esset, si Episcopus degeret in loco nullius
diœcesis: quia cum locus huiusmodi nec sit in diœ-
cesi, nec de diœcesi, ideò pro absente habendus est,
*Rot.d.decis.207.nu.2.Garc. de Benefic.p.7.cap.11.n.16.
Iordan. Elucubr.diuers.lib.10.tit.40.de obligat. Benefic.
num.40.& seq.*
23 Dico 4. quod committens delictum censura pro-
hibitum, in loco exempto, vel in monasterijs, vel
in Ecclesijs Regularium existentibus intra diœce-
sim, non ligatur censura lata ab Episcopo illius diœ-
24 cesis, quia locus exemptus, & locus extra territo-
rium æquiparantur, *vt supra diximus*: locus enim
exemptus est quidem de territorio Episcopi quoad
25 situm, non autem quoad iurisdictionem, *Henriquez
lib.13.cap.26.nu.2.Sa in ver. excommunicatio num. 12.
Auila de Censur.par.2.cap.3.disp.2.dub.5.quos refert,&
sequitur Dian.par.5.resol.moral.tract.9.resol.37.versic.
26 & tandem etc.* vbi hoc intelligit de loco absolutè
exempto, & non solum quoad personas, *Vant. loco
cit.dict.num.108.Rolan.à Val.cons.33. num. 18. et seq.
lib.3.* vbi addit, quod subditus conficiens testa-
mentum in loco exempto, non tenetur seruare so-
lemnitates statuti , dummodò seruauerit so-
lemnitates ciuilis, vel canonici: quod multo
magis pro[...]ret in non subdito, *vt d.Crauett. cons.
918.nu.6.[...]5.*
27 Ex quo infertur, quod si Episcopus statutum fe-
rat sub excommunicationis pœna, vel alia censura,
nè quis Clericorum aleis ludat, ea non ligantur Cle-
rici ludentes in loco exempto , vel in monasterijs
Regularium, *Layman.in Theol.mor.lib.1. tract.4. cap.
11.nu.5.Dian.loco cit.d.res.37.in fin. Bonacin. de Cen-
sur.in commun.disp.1.qu.1.pun.11. num. 8. et seq.* vbi
etiam obseruat , quod accedens ad monasteria
exempta monialium non incurrit censuram latam
ab Episcopo per modum statuti contra loquentes
cum monialibus, si allocutio fiat in loco exempto;
quidquid sit, si Episcopus censuram ferret contra
accedentes ad illa monasteria: tunc enim accedens
censuram incurreret, quia accessus fit in territorio,
*ex trad.per Ang.in ver.statutum,nu.3.Vgolin. tab.1.de
Censur.cap.9. §.3.num.3. Rolan.d.cons.33. num.46.post
princip.* quamuis alij sentiant, id tantùm procede-
re, quando locus esset absolutè exemptus , & non
solum quoad personas, *vt ex Suar. et Coninck. docet
Hurtad.de Censur.in gen.diff.8.nu.33.prout refert Dian.
d.res.37.vers.et tandem etc.*
28 Dico 5. quod personæ loci exempti , licèt non
sint de territorio , quoad concernentia earum
odium, possunt tamen vti statutis illius loci in fa-
uorabilibus, *Honded.cons.13.num.52.lib.1. Barbos. d.
diction.152.nu.26. in fin.* vbi dicit, quod in disposi-
tione fauorabili comprehenduntur etiam exempti,
secus in odiosa.

S V M M A R I V M.

1 *Missæ sacrificium regulariter in Ecclesia celebrari debet : limitatur nu.3.& seq.*
2 *Missæ sacrificium celebrari non potest in priuatis domibus : limitatur nu.10.*
3 *An, & quando missa celebrari possit extra Ecclesiam, & numer.4.*
4 *An missa celebrari possit in mari.*
5 *An priuilegium Episcopis concessum in cap.vltim. de Priuileg. in 6. sublatum fuerit per decretum Concilij Tridentini.*
6 *Episcopus, dum iter agit, an possit ante auroram, vel post meridiem missam dicere.*
7 *An per decretum dicti Concilij sublatum sit priuilegium concessum Prædicatoribus, & minoribus, vt in quouis loco honesto celebrare possint.*
8 *An possit Episcopus vti dicto priuilegio tempore interdicti, vel in locis interdictis.*
9 *An missa celebrari possit in Palatio Episcopali.*
10 *An Episcopus concedere possit Principi, vel Baroni Domino loci, vt missam audiat in priuato oratorio.*
11 *An Episcopus dispensare possit, vt missæ à Testatore relictæ in vna Capella, celebrentur in alia.*
12 *Missa Beatificati non potest dici extra diem, & locum designatum in decreto Beatificationis.*
13 *Audientes missam in priuato oratorio non satisfaciunt præcepto, exceptio Domino, eiusque familiaribus.*

CAP.

CAP. V.

Quo in loco Missæ Sacrificium celebrari debeat.

1 RESP. quod missæ sacrificium regulariter in Ecclesia celebrandum est, *Conc. Trident. seß. 22. in decret. de obseruand. et euitand. in celebrat. miß.* vbi
2 expressè prohibetur, ne huiusmodi sacrificium celebretur in priuatis domibus, *vide Clar. in Practic. crim. §. fin. quæst. 79. vers. Domus priuatorum etc. Iordan. Elucubr. diuers. lib. 4. tit. 1. de sacrif. miss. num. 116.* vbi dicunt, quod priuata domus, vel locus, in quo celebratur sine debita causa, & licentia, fisco applicatur, *per textum in §. sciant, in Aut. Vt in priuat. domib. coll. 5.*

3 Obseruant autem plerique Doctores, quod Episcopus, vel eius Vicarius etiam post dictum Concilium potest ex necessaria, vel iusta causa concedere, vt missa aliquando celebretur extra Ecclesiam, videlicet ex causa pestis, vel belli, *Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 21. in fin. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 26. q. 6. Sot. in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 3. Duran. de rit. Eccles. cath. lib. 2. cap. 6. numer. 8. Iordan. Elucubr. diuers. lib. 4. tit. 1. de sacrific. miss. num. 123.* vbi etiam dicit, quod tempore belli potest celebrari in tentorijs, vel sub dio, etiam sine Episcopi licentia, si hæc commodè haberi non possit, vt milites audiant missam, vel sacram communionem suscipiant, & se ad pugnam paratiores, fortioresque reddant, *Barbos. de offic. et pot. episc. par. 2. alleg. 23. num. 8. et 9.* vbi subijcit, quod etiam sine Episcopi licentia missa celebrari potest ante fores Ecclesiæ, quoties ad nouas missas, vel ad supplicationes tanta populi multitudo concurrit, vt Ecclesia non sufficiat, licèt in hoc dissentiat *Bonacin. in tract. de Sacram. disp. 4. q. vlt. pun. 9. num. 10. in fin.* vbi dicit, quod ob populi multitudinem missa celebranda non est extra Ecclesiam, nisi in eo loco talis vigeat consuetudo.

4 Addunt *Emman. Sa, in ver. missa num. 19. Angles q. de Valore missæ art. 2. Graff. 1. par. lib. 2. cap. 42. num. 10. et alij*, quod licèt in mari, vel in flumine regulariter missa celebrari non debeat propter periculum effusionis sanguinis, tamen cessante huiusmodi periculo, posset etiam in mari, vel flumine missæ sacrificium fieri; sed contrarium videtur sustinendum, nisi aliter consuetudine, vel priuilegio concessum sit, *vt d. Bonac. loco cit. num. 12. Iordan. d. lib. 4. tit. 1. nu. 139. in fin.*

5 Obseruant 2. quod priuilegium Episcopis concessum *in cap. vlt. de Priuil. in 6.* vt celebrare possint extra Ecclesiam cum portatili decente, per decretum d. Concilij sublatum minimè fuit, *ita Azor. p. 1. lib. 10. cap. 26. q. 4. Beia in respons. casuum conscientiæ par. 4. casu 33. et ita declarasse Sac. Congregationem, testatur Iordan. d. lib. 4. tit. 1. de sacrific. Miß. num. 130. et seq. Barbos. d. par. 2. alleg. 23. num. 5.* vbi dicit, quod Episcopus, si ad Ecclesiam commodè accedere nequeat ob inualitudinem, vel aliam causam, potest domi celebrare per se, vel per alium, siue sit in propria diœcesi, siue extra eam etiam absque vlla Ordinarij, vel parochi eius loci licentia: non tamen in Vrbe Roma propter Papæ reuerentiam; quemadmodum potest, dum iter agit, missam ante auroram, vel
6 post meridiem dicere, seu alteri concedere, vt eam sibi dicat, *Emman. Sà ver. missa, nu. 27. Miranda in man. Prælat. tomo 1. quæst. 40. artic. 1. conclus. 1. Azor. dict. lib. 10. cap. 25. quæst. 5. vers. si quæras etc. Iordan. loco citat. numer. 134.*

7 Verum per decretum Concilij supra citati omninò sublatum fuisse priuilegium Prædicatoribus, & minoribus concessum, vt in quouis loco honesto celebrare possint, tradunt *Nauar. in man. cap. 25. nu. 82. Molfes. in sum. tract. 3. cap. 10. num. 39. Io. Valer. de differen. inter vtrumque forum, ver. missa, differ. 2. in princ. Fagundez in quinque Eccles. præcept. par. 1. lib. 3. cap. 13. à nu. 16. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 30. nu. 15. & alij apud Barbos. d. alleg. 23. num. 4. Iordan. loco citato numer. 140.*

8 An verò possit Episcopus prædicto priuilegio vti tempore interdicti, vel in locis interdicto suppositis? affirmatiuè respondet *Iordan. vbi supra nu. 133.* dummodò missa celebretur eo modo, quo permittitur tali tempore, videlicet ianuis clausis, & exclusis interdictis.

9 Obseruant 3. in decreto Concilij prædicti non includi palatium Episcopale, quia illud publicum censetur, non autem priuata domus; consequenter potest ibi missæ sacrificium peragi, *vt resoluit Sacr. Congregatio teste Gau. in manu. V. Episc. num. 8. Vgol. de off. Episc. cap. 2. §. 2. nu. 4. Iordan. loco cit. nu. 132.*

10 Obseruant 4. posse Episcopum ex causa infirmitatis, ætatis, aut consimilis necessitatis concedere Principi, vel Baroni loci Domino licentiam, vt missam audiat in priuato oratorio, seu in Aula palatij, vel alio loco honesto, & opportuno ad vsum sacrificij, *& ità declarasse Sac. Congreg. dicit Iordan. d. lib. 4. tit. 1. num. 157. vbi citat Prax. Episcop. par. 1. V. Missa, nu. 1. concl. 4.*

11 Obseruant 5. non posse Episcopum dispensare, vt missæ relictæ à Testatore in vna Capella, seu altari, dicantur in alia & multo minus in alia Ecclesia, quando celebrari possunt in propria Capella, *vt resoluit Sac. Congreg. teste Nicolio in suis floscul. seu notabil. in ver. missa, nu. 18.*

12 Obseruant 6. quod missa Beatificati dici non potest extra diem, & locum designatum in decreto Beatificationis: neque à personis, quibus non est specialiter concessa, *vt declarauit Sac. Congreg. teste Diana part. 2. tract. 15. resolut. 55. Nicolio loco citato numer. 9.*

13 Obseruant 8. quod priuilegium audiendi missam in priuato oratorio suffragatur ei, cuius contemplatione concessum fuit, eiusque familiaribus tantùm; vnde alij audientes ibi missam diebus festis, non satisfaciunt præcepto, *Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. vlt. pun. 12. nu. 4. Nicol. vt supra nu. 42.*

SVMMARIVM.

1 *Locus congruus ad conferendos minores ordines de iure est quælibet Ecclesia etiam non cathedralis, vel palatium Episcopale: de consuetudine est quælibet domus honesta etiam non Episcopalis.*

2 *Locus congruus ad conferendos sacros ordines est Ecclesia cathedralis, si ordinatio habeatur in Ciuitate, si verò in diœcesi, dignior loci ecclesia tunc adiri debet.*

3 *Locus, in quo episcopus ordines confert, in litteris ordinandorum exprimi debet.*

4 *In loco specialiter interdicto, ac personis personaliter interdictis ordines conferri nequeunt, & nu. 7. limitatur num. 8.*

5 *Interdicto generaliter populo Clerici etiam primæ tonsuræ, sicut & laici ulterius populi in eodem, vel*

alio

alio loco ordines suscipere non prohibentur.
6 Interdicto generaliter loco, laici, & Clerici eius loci alibi ordines suscipere possunt, dummodò causam interdicto non dederint.
7 Interdictum sequitur personas interdictas, quocunque se conferant.
8 Quando Sacramentum ordinis in loco interdicto conferri possit.
9 Prima tonsura omni tempore conferri potest, minores ordines diebus festis de præcepto conferri debent.
10 Sufficit ad hunc effectum, si talis dies festus celebretur tantùm in diœcesi, licèt non in aliis locis.
11 Ordines minores non omnes simul conferri debent, sed inter vnum, & alterum seruandum est interuallum de vno die festo ad alium proximum, vel de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud: limitatur nu.12.
12 Prima tonsura, & minores ordines vna die conferri possunt in locis, vbi adesset talis consuetudo, vel si Episcopus ità expedire iudicauerit ex aliqua causa, etiam leui.
13 Suscipiens primam tonsuram cum minoribus ordinibus vno, eodemque die in loco, vbi nulla adest consuetudo, non incurrit aliquam irregularitatem.
14 Recipiens vno, eodemque die minores ordines, & subdiaconatum, vel vltimum minorem cum subdiaconatu, vel duos ordines sacros, suspensionem incurrit: limitatur numer. 15.
15 An consuetudo loci excuset à prædicta suspensione.
16 Tripliciter efficitur quis subditus Episcopi quoad ordines conferendos, origine, beneficio, & domicilio, & qualiter id intelligatur, nu.17. & seq.
17 An natus in aliquo loco fortuitò, dicatur originarius eius loci, & nu.44.
Origo probatur per baptismi librum, ibidem nu.17.
18 Proprium, vel paternum domicilium exigitur, non maternum: limitatur nu.19.
19 Maternum domicilium sufficit in filiis naturalibus, aut vulgò quæsitis, vel quando deficit paternum.
20 Domicilium in loco non contrahit is, qui non habet animum ibi permanendi.
Animus perpetuò manendi præsumitur ex habitatione decennali, ibidem.
21 Quando domicilium illicò in loco contrahatur.
22 Ciuis morando alibi per decennium censetur deseruisse propriam Ciuitatem, secus si ex coniecturis aliud colligatur.
23 Potest quis habere duo domicilia, vnum in loco originis, aliud in loco habitationis, & nu.26.
Filius potest sua voluntate domicilium sibi constituere, vbi voluerit, ibidem.
24 Propriè domicilium dicitur habitationis, non originis.
Potentius est in domicilij, quàm originis ratione fori, ibidem.
25 Locus Datæ in dubio præsumitur locus domicilij.
26 Quando quis censeatur habere domicilia in pluribus locis.
27 An & quando Scholaris, mercator, famulus, & similes præsumantur contraxisse domicilium in loco, in quo morantur, & nu.29.
28 Quando Scholaris conueniri possit in loco studij.
An & quando Scholaris ligetur loci consuetudine, ibidem.
29 Scholaris, si in loco studij matrimonium contrahit, statim etiam contrahit domicilium.
Quando adest aperta animi declaratio vel ex verbis, vel ex facto, statim contrahitur domicilium, non expectato alio tempore, ibidem.
30 Quando quis habet duo domicilia, potest ab vnoquoque Episcopo ad ordines promoueri.
31 Si quis in diuersis diœcesibus possideret beneficia à quocunque Episcopo illarum diœcesum potest ordinari.
32 Parochus in cuius parochia per aliquod tempus commorantur mercatores, milites, scholares, famuli, & similes aduenæ, validè assistit eorum matrimonio.
Domicilium parochiale ad suscipienda Sacramenta quanto tempore contrahatur, ibidem.
33 Statim ac quis contraxit in loco domicilium, ligatur, & iuuatur statutis eiusdem loci.
Subditus quando quis dicatur, ibidem.
34 Mutatio domicilij non perimit instantiam.
35 Vbi quis nascitur, ibi forum sortitur ratione originis, non tamen gaudet priuilegijs, nisi subeat onera: limitatur numer.44.
36 Natus in aliquo loco, non subijcitur oneribus, neque gaudet honoribus, si ibi domicilium non retineat.
37 Filius dicitur originarius non tantùm eius loci, in quo natus est, sed etiam in quo eius pater, vel Auus natus est, etiamsi alibi idem filius natus sit, non tamen retinet originem Proaui, nec cæterorum Ascendentium.
38 Potest quis ratione paternæ originis ordines recipere ab Episcopo loci, in quo eius pater natus est.
39 Vitricus, dum agitur de domicilio, vel habitatione eligenda, dicitur, & habetur vti pater.
40 Baptizatus in aliquo loco, dicitur originarius eiusdem loci tam quoad spiritualia, & beneficialia, quàm temporalia.
41 Ciuis efficitur etiam per manumissionem, adoptionem, seu arrogationem, & delationem honoris in aliqua Ciuitate, & legitimationem.
Miles an in loco, vbi inhæret, contrahat domicilium, ibidem.
42 Per librum baptismi probatur origo.
43 Baptizatus per transitum in aliquo loco, non sortitur ibi originem.
44 Accidentalis natiuitas non facit originarium.
45 Non potest quis ab Episcopo originis suæ matris ordines accipere.
46 Filius patris, non matris originem sequitur: limitatur in filiis illegitimis, & vulgò quæsitis.
47 Expositus censetur ciuis non tantùm loci, vbi natus est, sed etiam illius loci, vbi expositus fuit, & ideò ab vtroque Antistite promoueri poterit.
48 In libertinis attenditur origo propria, & Dominorum, non autem Parentum.
Quis dicatur libertus, & libertinus, ibidem.
49 Libertus promoueri debet ab illo Præsule, vnde trahit originem patronus, non vbi patronus habet domicilium.
50 Vnusquisque præsumitur ciuis eius loci in quo reperitur, nec præsumitur forensis, nisi probetur.
51 Instrumentum Decani, & Capituli certæ Ecclesiæ præsumitur factum in illa Ecclesia, vbi Canonici solent residere.
52 Quisque præsumitur ciuis eius loci, vbi fit iudicium.
53 Vxor sortitur forum viri eius persona, & acquirit ciuilitatem tam loci habitationis mariti, quàm eius originis, declaratur nu.55.
54 Ciuilitas concessa patri transit ad filium.
55 Vxor licèt conueniri non possit, nisi coram tribunali ipsius mariti, tamen quoad bona, & alia retinet originale domicilium.
56 Vxor alibi nupta subiacet statutis suæ originis tam in fauorabilibus, quàm in odiosis.
Statutum excludens sororem à successione stantibus fratribus, excludit etiam nuptam extra territorium, ibidem.
57 Statutum originis, si absolutè inhabilitaret mulierem ad testandum in præiudicium filiorum, semper eam ligat, quocunque reperiatur.
Quid si statutum non arctet personam, nec eam inhabilitet præcisè, sed solum det formam contractibus, & præscribat solemnitates in illis seruandas, ibidem.
58 Mulier gaudet priuilegijs mariti, etiam soluto matrimonio.
Vidua retinet domicilium viri ibidem.
59 Qui domicilium babet in loco, ibi fit subditus, & ligatur statutis eiusdem loci.

60 Sola

60 *Sola poßeßio maioris partis bonorum ciuem non facit, nisi concurrat animus perpetuò manendi.*

61 *Barones, & eorum filij licèt non habitent in loco feudi, tamen ordinari poterunt, ab Episcopo, in cuius diœcesi feudum situm est.*

Quid si feuda in diuersis diœcesibus existant, ibidem.

62 *Officiales perpetui alicuius loci, acquirunt ibi domicilium, ità vt tàm ipsi, quam eorum filij ordinari possint ab Episcopo eiusdem loci.*

63 *An relegatus ad vitam, vel ad tempus in aliquo loco possit ipse, vel eius filius ordinari ab Episcopo illius loci.*

64 *Ad quid teneatur Episcopus ordinans aliquem ad sacros ordines sine titulo.*

65 *Quid si permiserit ædificari Ecclesiam sine dote.*

66 *In quam pœnam incidat ordinatus cum ficto, vel fiduciario patrimonio.*

67 *Quid si ordinatus fuerit cum pacto non petendo substentotionem vel renunciandi patrimonium.*

CAP. VI.

De Sacris Ordinibus.

1 QVæritur 1. quis dicatur locus congruus ad ordines conferendos? Resp. quod locus congruus ad conferendos minores ordines, de iure est quælibet Ecclesia etiam non cathedralis vel palatium Episcopale, *Syln. in ver. ordo, 2. num. 8. Sanch. in opusc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 60. nu. 1. & alij apud Barbos. de offi. & pot. Episc. p. 2. alleg. 11. nu. 24.* subdens, quod de consuetudine est quælibet domus honesta etiam
2 non episcopalis, locus verò congruus ad conferendos sacros ordines, est ecclesia cathedralis, si ordinatio habeatur in Ciuitate; si verò in diœcesi, dignior loci ecclesia tunc adiri debet, *iuxta Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 8. vide Barbos. loc. cit. alleg. 14. nu. 12.*
3 *& seq.* vbi addit, quod locus, in quo Episcopus ordines confert, in litteris ordinandorum exprimendus est.

4 Quæritur 2. an in loco interdicto ordines conferri possint? Resp. quod regulariter in loco interdicto ordines conferri nequeunt, quia interdictum prohibet vsum omnium Sacramentorum, exceptis specialiter à iure concessis, in quorum numero non reperitur Sacramentum ordinis, cum non sit de necessarijs ad salutem, *cap. responso, de sent. excom. cap. non est, de sponsal. Nauar. in man. cap. 27. nu. 179. in fin. & alij apud Bonacin. de Censur. d. sp. 5. pun. 3. n. 3.* quod intelligendum est de loco interdicto specialiter, ac de personis personaliter interdictis, *vt not. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. alleg. 11. n. 25. & seq.* vbi subijcie, quod licèt festum Paschatis videatur inchoari à missa Sabbati Sancti, & ideò iuxta concessionem *cap. Alma mater § in festiuitatibus, de sent. excom. in 6.* Diuina Officia in eo prohibita non sint, tamen in Sabbato Sancto ordines conferri nequeunt, quia *in d. cap. Alma mater, in princ.* regula negatiua constituitur circa Sacramenta, & Diuina Officia, deinde *d. §. in festiuitatibus,* solum concedit missæ sacrificium, & Diuina Officia, atque ità vsum Sacramentorum denegare videtur, *iuxta reg. cap. nonne de Præsumpt.*

5 Ex quo infertur, quod si generaliter interdicatur populus, Clerici etiam primæ tonsuræ, sicut & laici alterius populi, in eodem, vel alio loco ordines suscipere non prohibentur; quemadmodum interdicto generaliter loco, laici, & clerici eius loci alibi
6 ordines suscipere possunt, dummodò causam interdicto non dederint, *cap. si sententia, vbi DD. de sent. excomm. in 6. Abb. in d. cap. non est, num. 8. vers. dubitatur &c. de sponsal.* subdens, quod quando personæ
7 sunt interdictæ, quocunque se conferant, interdictum eos sequitur, *Barbos. d. par. 2. alleg. 11. num. 26.*

8 Obserua tamen, quod licitè in loco interdicto ministrari potest huiusmodi Sacramentum, si vrgeret necessitas ordinandi ministros, veluti si tempore pestis non adesset copia ministrorum, qui Sacramenta tempore interdicti permissæ ministrent, nec adesset alius locus non interdictus, in quo possent ordines commodè conferri, *Abb. in d. cap. non est, nu. 8. in Bonacin. d. disp. 5. pun. 3. §. 3. nu. 3. & alij apud Barbos. d. alleg. 11. nu. 28.*

9 Quæritur 3. an, & quando plures ordines vna die
simul conferri possint? Resp. quod minores ordines
diebus festis de præcepto conferri debent, excepta
prima tonsura quæ omni tempore conferri potest,
c. 2. vbi DD. de fer. latè Barbos. de offic. & pot. Episc. par.
10 *2. alleg. 11. num. 22.* vbi, quod sufficit, si in propria
11 diœcesi talis dies festus celebretur, licèt nõ in alijs
locis; non tamen omnes huiusmodi ordines simul
regulariter conferri debent, sed inter vnum, & alterum
seruandum est internallum de vno die festo
ad alium proximum, vel de vno ex temporibus generalium
ordinationum ad aliud, *vt colligitur ex Conc. Triden. sess. 23 de ref. cap. 11. & ità sensit Sorb. in compen. priuil. mendicant. in ver. ordines sacri, vers. & sic bene &c. Barbos. d. alleg. 11. num. 17. & seq.* vbi ta-
12 men subdunt, quod prima tonsura, & minores ordines
vna die conferri possunt in locis, vbi adesset
talis consuetudo vel si Episcopus ità expedire iudicauerit
ex aliqua causa etiam leui, *iuxta textum in cap. 2. de eo qui furt. ord. susc. vide Bonacin de Sacram. dispu. 8. q. vn. pun. 5. num. 53. & de censur. disp. 6. q. 3. pun.*
13 *4. num. 3.* addit, quod si quis vno, eodemq; die tonsuram
cum minoribus ordinibus susciperet in loco,
vbi talis consuetudo non adesset, nullam incurreret
irregularitatem, cum non sit in iure expressa in
tali casu; quicquid sit, quando vno, & eodem die
14 quis reciperet minores ordines, & subdiaconatum,
vel vltimum minorem cum subdiaconatu, vel
duos ordines sacros, quia tunc suspensionem incurreret,
cap. 1. & 2. eod. tit. de eo qui furt. ord. susc.

15 An verò possit Episcopus ex iusta causa minores ordines cum subdiaconatu conferre? affirmat *Vasq. apud Dian. resolut. mor. tom. 1. tract. 16. res. 28. in fin.* vbi dicit, hoc non esse iure vetitum: quod tamen verum non est, cum id expressè prohibeat *Conc. Trid. sess. 23. de ref. cap. 11. ibi, Hi vero non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur &c.* vnde alij id tantùm admittunt, quando in loco talis adesset consuetudo, *ità Nau. in man. cap. 25. num. 71. in fin. Sorb. loco cit. vers. & licèt &c. Eman. in Sum. par. 2. cap. 16. num. 3. Gutier. canon. lib. 1. cap. 26. num. 34. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. num. 25. & lib. 7. cap. 10. num. 26. Sanch. in opusc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 53. num. 7. cum seq. & alij, quos refert, & sequitur. Barbos. loco cit. d. alleg. 11. num. 20.*

16 Quæritur 4. qualiter efficiatur quis subditus Episcopi ad effectum recipiendi ordines? Resp. quod tripliciter efficitur aliquis subditus ad hunc effectum, videlicet origine, beneficio, & domicilio, *cap. cum nullus, de temp. ordin. in 6.*

17 Subditus efficitur origine is, qui in aliquo diœcesis loco natus est, dummodò ibi parentes habeant domicilium: non tamen sufficit, vt ibi natus sit fortui-

tuito, vt si natus fuerit, dum Parentes ibi essent causa itineris, vel negotij, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 106. cum sequent.* vbi dicit, quod origo probatur per baptismi librum, *Bonacin. in tract. de Sacram. disput. 8. q. vn. pun. 4. num. 13. & seq.* vbi etiam dicit, quod efficitur quis subditus ratione beneficij, seu beneficium sit simplex, siuè cum onere residentiæ, siue sit pingue, siue tenue, *Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg 4. num. 4 & seq. Iordan. Elucubr. diuer. lib. 3. tit. 6. de Sacram. ordin. num. 36. & seq. & num. 73. cum seq.* vbi subijcit, quod non est necesse ad hunc effectum, vt beneficium sit sufficiens ad congruam substentatinnem, quia licet beneficium exiguum non sufficiat pro titulo ad suscipiendam ordines, satis tamen est ad constituendum possessorem subditum Episcopo, *vide Garc. in tract. de benefic. par. 2. cap. 4. num. 3. & 9.* vbi, quod sufficit ad dictum effectum, vt quis in diœcesi possideat beneficium manuale, seu ad nutum amouibile, quia licèt non possit ordinari ad titulum illius, cum non sit perpetuum, tamen poterit ratione illius ad alium titulum, si opus fuerit, ordinari ab Episcopo, in cuius diœcesi est beneficium, *ex trad. per Franc. & alios in d. cap. cum nullus, de temp. ordin. in 6.*

18 Item efficitur quis subditus ratione domicilij proprij, vel paterni: nam maternum non attendi-
19 tur, nisi in filijs naturalibus, aut vulgo quæsitis, aut quando deficit paternum domicilium, *d. cap. cum nullus, vbi gloss. & DD. Piasec. in Prax. Episc. part. 1. cap. 1 num. 9. Barbos. d. alleg. 4. num. 14. & seq. Bonacin. dict. disput. 8. quæst. vn. pun. 4. nu. 9. Iordan. loco citat. numer. 49.*

20 Vt autem quis dicatur habere in aliquo loco domicilium, requiritur animus ibi perpetuò manendi, adeò vt si per centum annos habitauerit, si tamen haberet animum recedendi, domicilium minimè contraheret, *l. Ciues, vbi DD. Cod. de Incol. lib. 10.* talis verò animus continuò permanendi in dubio præsumitur ex habitatione decennali, dummodò illud decennium sit continuatum, non autem interpolatum, *Host. in summ. tit. de for. comp. Iordan. d. lib. 3. tit. 6 num. 53. & seq.* subdens, quod quando aliquis
21 aliò se contulit, ac domum emit, vel conduxit ad inhabitandum declarando, se velle illic domicilium habere, tunc domicilium illicò, & absque temporis cursu contrahitur, etiamsi, maiorem partem suarum fortunarum secum non transtulerit: sufficit enim animus perpetuò ibi manendi simul cũ actuali habitatione, *Merlin. decis. 331. num. 4. & seq. & dec. 194. num. 11. & 12. Rolan. qui alios refert, cons. 79. nu. 51. & sequent. lib. 3.* vbi etiam dicit, quod Ciues mo-
22 rando alibi per decennium, censentur deseruisse propriam Ciuitatem, & ab ea discessisse animo derelinquendi patriam, ac propterea perdunt priuilegium Ciuitatis, & desinunt esse Ciues; quamuis enim origo, seu ciuilitas originis amitti non possit, etiam per mille annorum absentiam, adeò vt illi renunciare nemo possit, nec sua voluntate ab ea se liberare, *l. origine, C. de municip. & origin. lib. 10.* possunt tamen effectus, & commoda inde resultantia amitti desertione habitationis ipsius originis, *Boer. dec. 13. num. 45. latè Menoch. lib. 6. præsumpt. 30. num. 32. & sequent. Hond. cons. 5. num. 25. & seq. lib. 1. Rota dec. 327. num. 5. part 1. diuers.* secus esset, vbi ex coniecturis
23 argueretur animus non quidem deserendi domicilium originis, sed potius illud conseruandi: tunc enim præsumeretur quis habere duo domicilia, & in loco originis, & in loco habitationis, *l. Labeo, & l. assumptio, §. iurisprudentibus, ff. ad municip. Afflict. decision. 384 num. 13. Gratian. discept. forens. cap. 592.* vbi dicit, quod filius potest sua voluntate domicilium sibi constituere vbi voluerit, *& cap. 868. nu. 8. & sequent & cap. 431. num 11. & seq* vbi, quod
24 propriè domicilium dicitur habitationis, non originis, *Gail lib. secundo, obseru 36 num. 11. & sequent.* vbi, quod potentius est ius domicilij, quam originis ratione fori, quia originarius forum sortitur in loco originis, si ibi reperiatur, & non aliter; in loco verò domicilij quis forum sortitur, siue ibi reperiatur, siue non, *Ciriac contr. 273. num. 47. &*
25 *sequent. Bellon. decis 126. num. 5* vbi dicit, quod locus Datæ in dubio præsumitur locus domicilij.

26 Censetur autem quis habere domicilia in pluribus locis, si in vtroque se æqualiter collocat; alioquin ibi dicetur habere domicilium, vbi maiorem partem rerum suarum habet, & conuersatur assiduè diesque festos colit, *Afflict. decis. 384 num. 5 Paris. cons. 12 nu 20. par. 3*

27 An verò scholaris dicatur habere domicilium in loco studij? Respondet *Bart. in l. lex Cornelia, § si tamen in fundum, num. 1. ff. de iniur.* quod quando certum est, scholarem fixisse sedem suam, nec habere animum recedendi, tunc ibi constituit domicilium; si verò haberet animum recedendi, tunc, etiamsi per mille annos staret, domicilium non contraheret; sed in dubio ex cursu decem annorum præsumitur, quod inde noluerit recedere, & quod ibi domicilium contraxerit; vnde in tali casu poterit ibidem conueniri etiam pro his, quæ ibi non gessit, siue agatur de contractu, siue pro delicto, *Hostien. Summ tit. de for. comp Cephal. cons. 246 num 24 & seq. lib. 2.* idemque dicendum est de mercatoribus, famulis, & similibus, *vide Bart. in l. 2. C. vbi de crim. ag. opor Bald in l. 1 num. 7. vers quarto quæro &c. C. eodem tit.* vbi subdit, quod scholaris in loco studij conueniri non poterit ante decennium, quia ante dictum tempus non fit incola, cum continuè videatur esse in via, dum est in studio, *Cephal d. cons. 246. num. 26. lib. 2. & cons. 83. num. 3. lib. 1. Rolan. cons. 79. num. 51. & sequent. volum. 3. Gratian. discept. forens. cap. 824. num. 33. & seq. Alciat. reg. 3. præsumpt. 29. num. 10. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 4. num. 29.* vbi dicit, quod talis animus continuò habitandi magis præsumeretur, si scholaris finito studio ibidem decennali tempore commoratus sit, *Rot. decision. 137. num. 9. & seq. par. 5. tom. 1. recent. Beltram. ad Greg. dec. 279. nu. 26. Iordan. d. lib. 3. tit. 6. nu. 60.* vbi dicit, quod in dubio elapso decennio præsumitur, quod non amplius studiorum causa, sed contrahendi domicilium permaneat.

28 Dixi, *pro his, quæ ibi non gessit*, quia si in loco studij contraxit, aut deliquit, certum est, quod ibi poterit conueniri, etiamsi ibidem nondum contraxerit domicilium, *vt tradunt Doctores communiter in l. hæres absens, §. si quis. ff. de Iudic. Cephal. d. consil. 83. num. 8. vers. ad contraria &c. Alciat. dict. præsumpt. 29. num. 12.* vbi dicit, quod scholaris in præparatorijs, & ordinatiuis ligatur consuetudine loci, in his, quæ aliàs essent scandalo eiusdem loci, *Tiraq. de Retract. lignag. § 9. glos. 2. nu. 30.*

29 Si verò scholaris in loco studij matrimonium contrahit, statim etiam ibi contraheret domicilium, quia quando adest aperta animi declaratio siue ex verbis, siue ex facto, statim contrahitur domicilium, non expectato alio tempore, *Ciarlin. controu. for. lib. 1. cap. 83. nu. 10. & seq. Merlin. dec. 331. nu. 4. & 5. & dec. 194. num. 11. & 12.*

30 Ex dictis infertur 1. quod vbi quis haberet duo domicilia, ab vnoquoque Episcopo promoueri poterit ad ordines, *Iordan.d.lib.3.tit.6.num.65* quemadmodum si quis in diuersis diœcesibus possideret beneficia, poterit ordinari à quolibet Episcopo singularum diœcesum, etiamsi in vna diœcesi alterum ex dictis beneficijs sit simplex, vel tenue, & in alia diœcesi sit pingue, vel cum onere residentiæ, *Anchar.in d.cap.cum nullus, num. 1. & alij apud Barbos.d. alleg.4.n.51.& ita censuisse Sac.Congregationem, refert Nicolius in suis floscul.siue notabil.in ver.ordo, nu.3.*

32 Item in tali casu ad validitatem matrimonij sufficeret, coram alterutro Parocho fuisse contractum, *Sanch.de matrim.lib.3.disp.24 num 2.& seq. Pontius eodem tract.lib.5.cap.13 num.2. Merlin.dec.194 num.11. Bonacin.de matrim.q.2.pun.8.nu.8* vbi subijcit, quod licet validè coram alterutro parocho matrimonium in tali casu contraheretur, non tamen licitè, quia Sacra Cardinalium Congregatio declarauit, eum, qui matrimonio assistit, debere esse Parochum illius Parochiæ, in qua contrahitur matrimonium, *Caualc decis.12.num.22.* vbi etiam dicit, quod Parochus, in cuius Parochia per aliquod tempus commorantur Mercatores, milites, scholares, famuli, & similes aduenæ, validè assistit eorum matrimonio, *vide Ceuall.q.458 num.36.& q.604 nu 144. vbi refert decretum Sacræ Congregationis Concilij, Gratian. discept.forens.cap.75 num.18 Afflict.dec.384. num.11. Bonacin. loco cit.d punct.8.nu.2.* vbi dicit, quod is, qui ad aliquem locum diuertit intentione ibi manendi maiore anni parte, seu gerendi aliquod negotium, quod maiorem anni partem postulat, ibidem contrahit domicilium parochiale ad suscipienda sacramenta, excepto ordine, & tonsura.

33 Infertur 2. quod statim ac in loco quis contraxit domicilium, ligatur, & iuuatur etiam statutis eiusdem loci, cum ratione domicilij efficiatur subditus statuentium, *l.si in patria, C.de Incol.lib.10.Gail. pract.obseru.lib.2.obseru.36.in fin. latè Gratian. discept. for.cap.431.num.11.& seq.* vbi etiam obseruat, quod non potest quis dici subditus illius loci, vbi contraxit, aut deliquit, vel res est sita, licèt ibi forum sortiatur, *cap.fin.de for.comp.* quia propriè subditus dicitur ratione domicilij, & habitationis, *l.non vtique & l.domicilium, ff.ad municip.*

34 Obserua tamen, quod mutatio domicilij non perimit instantiam coram competenti Iudice cęptam, sed iudicium ibi finiri debet, vbi cęptum est, *cap. proposuisti, de for.comp.Gail pract.obseru.lib.2. obseru. 36.num.13.*

35 Obserua 2. quod licèt vbi quis nascitur, dicatur ibi forum sortiri ratione originis, *l.Ciues, vbi DD.C. de Incol lib.10.* non tamen gaudet priuilegijs, nisi subeat onera, *Boer.dec.13.nu.45,* vbi dicit, non sufficere, si impetret ciuilitatem, nisi faciat, se scribi ad munera, *Gail.lib.2.obser.36. nu.8.* vbi, quod propriè Ciuis non dicitur, qui onera ciuilia, vel ciuium non substinet, *Hond.cons.5.num.31. lib. 1.* subdens, quod

36 natus in aliquo loco non subijcitur oneribus, neque gaudet honoribus, si ibi non retineat domicilium, seu si domicilium alibi constituerit, *Afflict.dec.384. num.3.& seq.* vbi, quod solùm perpetuò habitantes obligantur legibus Ciuitatis.

37 Obserua 3. quod filius dicitur originarius non tantùm eius loci, in quo natus est, sed etiam in quo eius pater, vel auus natus est, etiamsi alibi idem filius natus sit: non tamen retinet originem Proaui, nec cęterorum Ascendentium, *glos.& DD. in l.ciues, C.de Incol.lib.10.* vnde poterit quis ordines suscipe-

38 re ab Episcopo loci, in quo eius pater, vel auus natus est, *Barbos.d alleg.4 num.4. Boer.dec.13.n.5.& seq. Rot.dec.327.num.7 par.1.diuers.Duran.dec.19 num.14.*

39 vbi dicit, quod Victricus, dum agitur de domicilio, vel habitatione, dicitur, & habetur vti pater, *Gratian.discept.for.cap.75. num.16. & seq.* vbi etiam

40 dicit, quod cessante fraude censetur quis etiam originarius eius loci, in quo baptizatus est, tam quoad spiritualia, & beneficialia, quàm temporalia, *ex qua trad.per Luc.de Penn.in l.Ciues, vers.nam præter causam originis &c. C.de Incol.lib.10.* vbi addit, quod

41 ciuis efficitur etiam per manumissionem, adoptionem, seu arrogationem, & allectionem, seu electionem, idest delationem honoris in aliqua Ciuitate, & legitimationem, *iuxta d.l Ciues, cum ibi not.C.de Incol lib.10 §.fin.in Auth.de Trien.& Semiss.§.liceat, in Auth.Quib.mod.naturales &c. l.Senatores C. de Incol. lib.10.* vbi, quod Senator in Vrbe dignitatis domicilium habere censetur, *Host. in Summ.de for.comp. nù. 6.versic. item ratione militiæ &c.* vbi, quod etiam mi-

42 les ibi habet domicilium, vbi inhæret, *vide Gonz. ad reg. 8. Cancell gloss.9.§.primo, numer.106.cum seq. Mandos de ætat. minor. capit. primo, numer.23.& sequent.*

43 Quæres, an baptizatus per transitum in eo loco, vbi mater non erat mansura, dicatur ibi sortiri originem? affirmat *Grat.d.cap.75 num.1.& seq.* contrarium tamen tenet *Boer.dec.13.nu.54. Iordan. d.lib.3. tit.6.nu.40.* quia sicut accidentalis natiuitas non

44 facit originarium, vt supra diximus, sic eadem ratione neque accidentalis baptismus.

45 Quæres 2. An possit quis ordines recipere ab Episcopo originis suæ matris?

46 Resp. negatiuè, quia filius patris, non matris originem sequitur, *l.3.C.de municip.& orig.lib.10.* quod intelligendum est de filio legitimo: nam quoad illegitimum non patris origo, sed matris inspicitur, vt supra diximus de domicilio, *l.1.& l.eius qui, ff.ad municip.l.cum legitime.ff de stat.hom.* vbi, quod vulgo quæsitus matrem sequitur, *Barbos.d.alleg.4.num. 14.*

47 *& seq.* vbi dicit, quod expositus, cum parentes ignorantur, censetur municeps, & ciuis non tantùm eius loci, in quo natus est, sed etiam illius loci, vbi fuit expositus; & ideò ab vtroque Antistite promoueri poterit, *Mandos. loco cit. Grat. disc. for. cap.65.nu.12.*

48 Quæres 3. quænam origo attendi debeat in libertinis? Resp. quod attenditur origo propria, & dominorum, nòn autem parentum, *Iordan.d. lib. 3. tit.6.num 42.& seq.* libertini autem dicuntur qui ex liberis procreati sunt, hoc est, ipsi quidem nunquam seruierunt: sed eorum parentes, antequam ipsi nascerentur, è seruitute manumissi sunt; libertus verò dicitur is, qui cum esset seruus, factus est liber, *vt notat Iordan. loco cit. vide Barbos.d alleg.4 num.*

49 *36.* vbi dicit, quod libertus, si promoueri petat in illis casibus, quibus potest, ab illo Præsule ordinari debet, qui est superior eius loci, vnde trahit originem patronus: quia eius loci est ipse libertus municeps, non vbi patronus habet domicilium, *ex trad.per Campan. in diuersor. Iuris canon. rub. 9 .cap.8. num.24.*

50 Obserua 4. quod vnusquisque præsumitur ciuis eius loci, in quo reperitur, nec præsumitur forensis, nisi probetur; non enim pręsumitur quis mutare locum, sed habitare in patria sua, *Alciat. reg 2. præ-*

51 *sumpt.15.nu.1.* subdens, quod si reperiatur instrumentum Decani, & Capituli certæ Ecclesiæ, licèt in eo non sit specificatus locus, tamen valebit, quia pre-

præsumitur factum in illa Ecclesia, vbi Canonici solent residere, *Natt.cons.223.num.1.& seq.lib.2.* vbi dicit, quod quisque præsumitur ciuis eius loci, vbi fit iudicium, ità vt litigans cum forense teneatur probare hanc qualitatem, si vult eo prætextu processum annullare, cum istud sit fundamentum suæ intentionis, *l.qui accusare, C.de Eden.l.ei incumbit, ff. de probat.*

53 Obserua 5 quod vxor sortitur forum viri, ex eius persona, ac censetur ciuis Ciuitatis ipsius viri, ità vt acquirat ciuilitatem non solùm loci habitationis
54 Mariti, sed etiam eius originis: quemadmodum ciuilitas concessa patri, transit ad filium, etiamsi in ciuilitatis priuilegio mentio de filio facta non fuerit, *Alba cons.141. num.9. & cons.497. num. 8. Host. in sum.tit. de for comp.num.8.latè Ciriac.contr.273.nu. 13. & seq Gratian. discept. for.cap.886.num.1.& seq*
55 vbi dicit, hoc procedere respectu fori iudicialis, vt mulier conueniri non possit, nisi coram tribunali ipsius mariti: nam quoad bona, & alia retinet originale domicilium, præterquam in casibus, in quibus distraheretur à seruitijs mariti, *Aym. cons.271. num.1.& 2.* vbi dicit, quod non priuatur beneficijs statutorum originis, & ideò potest acquirere in loco originis non obstante statuto, quod forensis non possit acquirere: non enim comprehenditur sub statuto inhabilitante personam tamquam
56 forensis; sicut ligatur etiam statutis loci originis, ex quibus non retrahitur à viri obsequijs, maximè pro bonis ibi sitis; vnde onera realia, & mixta sustinere debet in loco, vbi possidet; igitur non amittit domicilium suæ originis, sed illud quoad omnes effectus retinet, præter iudicialia, *vt d. Bart. in l.fin.§.item rescripserunt, num 5.ff.ad municip. Bald. cons.351.num.8.lib.1.Alex.cons.20.num.11.lib.2.Cornel.cons.202.num.4. lib.2.* vbi dicit, hoc procedere non solum in fauorabilibus, sed etiam in odiosis: nam in his etiam mulier alibi nupta ligatur statuto loci suæ originis; vnde statutum excludens sororem à successione stantibus fratribus, excludit etiam nuptam extra territorium, cum ex hoc non distrahatur à seruitijs viri, *Gratian.discept.forens.capit.886.num.3.& seq.Ruin. cons.49. num.9 volum.3. & hanc veriorem, & communem dicit Merlin.decision. 828.num.14.& seq.* vbi, quod statutum originis, si absolutè inhabilitaret mulierem ad testandum in
57 præiudicium filiorum, semper eam ligaret, quocunque vadat, quia mulier in tali casu dicitur arctata absolutè, & non liberatur à tali nexu, etiamsi extra locum statuti ipsa disponat, *Alba cons.23. nu. 10.volum.p.Roland.cons.79.num.49.lib.3.Cephal.cons. 13.num.45.& sequent.lib.1.* secus esset, si statutum non arctet personam, nec eam inhabilitet præcisè, sed solum det formam contractibus, & præscribat solemnitates in illis seruandas: tunc enim non amplius solemnitates statuti originis sunt adhibendæ, sed attendi debent solemnitates illius loci, in quo mulier contrahit, præsertim si ibi per decennium morata fuerit, *Rota decis.238.par.6.recent.vide Ruin. cons.201 num.8.lib.1.Lamberteng. de contract glos. 2. nu.39.& 46.Mascard.de General.interpret.stat.concl 6. nu.26.& 27.Eugen.cons.25.nu 46.& 49.lib.2.Turrett. cons.25.nu.7.lib.1.Fachin. cons.22. nu.8.*

58 An verò mulier gaudeat priuilegijs mariti soluto matrimonio? negat *Alba cons.23.num.11.* vbi dicit, quod soluto matrimonio cessant penitus talia priuilegia, ità vt mulier, & eius bona eo casu regantur secundùm statuta originis propriæ; contrarium tamen tenuit *Ciriac.contr.273.num.41.& seq.* vbi concludit, quod mulier gaudet priuilegijs mariti non solùm durante matrimonio, sed etiam eo soluto, donec in viduitate permaneat, quæ quidem opinio videtur verior, *ex trad.per Hond.cons.6. num.8. lib.2. vbi probat,* quod vidua retinet domicilium viri.

59 Obserua 6. quod is, qui domicilium habet in loco, ibi sit subditus vere, & proprie & ibi sortitur forum, ac ligatur statutis eiusdem loci, *Hond.cons.6.nu. 3 vol.2.Greg.dec.255.n.5.Grat.discept.for.c 431.n.11.*

60 Obserua 7. quod sola possessio maioris partis bonorum ciuem non facit, nisi concurrat animus perpetuò habitandi, qui debet esse firmus, & non vagus; & ideò non censetur quis habere animum perpetuò manendi, si aliquando moratur in vno loco, aliquando in alio ad libitum: sicuti nec solutio datiorum, & onerum, quæ debentur ratione rei, probat ciuilitatem, cum etiam forensis possessor saltem de generali consuetudine subijciatur collectis, *Natta cons.389.nu.6.* vbi etiam obseruat, quod non potest tunc forensis personaliter capi, sed possunt auferri, vel sequestrari fructus, quia bona tantum sunt subiecta, non persona, *Greg.dec.279.n.5.& seq. vide Iordan.d lib 3.tit.6.nu.62.& seq.*

61 Obserua 8. quod Barones, & eorum filij, licèt non habitent in loco feudi, tamen ordinari poterũt ab Episcopo, in cuius diœcesi feudum situm est: Baro enim dicitur primus ciuis suæ Baroniæ, & efficitur subditus ordinarij loci, sub quo Baronia existit; vnde si feuda in diuersis diœcesibus sita sint, quilibet earum Episcopus poterit Baronibus prædictis, & eorum filijs ordines conferre, *Rota in Cæsaraugustana pensionis die 9. Martij 1598.coram Orano, prout refert Campan.d.c.8.sub nu.19.Barbos.d.alleg. 4. nu. 32.& seq.* vbi etiam dicit, quod Officiales perpetui
62 alicuius Principis, quamuis eius loci ciues non sunt, *ex text.in l.ciues, C.de Incol lib.10.* acquirunt tamen illic domicilium; & ideò tam ipsi, quàm eorum filij ordinari possunt ab Episcopo eiusdem loci, *Iordan.d.lib.3.tit.6.num.66.& seq.* vbi subijcit, quod re-
63 legatus ad vitam in aliquo loco, censetur ibi acquirere domicilium necessarium quamuis retineat etiam domicilium in loco, vnde arcetur, *per text. in l.libertorum,§.relegatus,& l.eius qui manumissus, §.fin. ff. ad municip.* & ideò licèt ipse relegatus ordinari non possit tanquam subiectus pœnæ, eius tamen filius ab Episcopo illius loci ordines recipere poterit, nisi aliud canonicum obstet impedimentum; secus esset in relegato ad tẽpus, quia non dicitur subditus ad hunc effectum; vnde nec ipse, nec eius filius posset promoueri ab Episcopo eius loci, *vt d. Iordan. loco cit n.67.licèt contra sentiat Barbos.d.alleg 4. n.35.*

64 Obserua 9. quod Episcopus ordinatus aliquem ad sacros ordines sine titulo tenetur illi prouidere de sufficienti beneficio, eique interea subministrare vitæ necessaria secundùm qualitatem personæ, loci consuetudinem, Ecclesiæque redditum, *capit.cum secundùm, de præben. gloss. & DD. in capit. Episcopus, eodem tit. latè Barbos. de offic.& potest.Episc. alleg.20.num.3.& sequent.* quemadmodum si Ecclesiam ædificari permiserit sine dote, tenetur dota-
65 re de suo, *arg.cap cum sicut, de Consecr. Eccles.* quod intelligendum est, postquam illam consecrauit, vel consecrari permisit, quia dos ante consecrationem necessariò non requiritur, *vt censuit Sac. Congregat teste Nicolio in suis flosculis, seu notabilib. in versic. Episcopus num.87.& seq. vide Barbos allegat. 64.num.2.& seq. Bonacin.de Censur. in part. disput. 3. quæst.1. punct. 8.* vbi etiam dicit, quod dolosè ordinatus cum ficto, falso, vel fiduciario patrimonio,

suspensionem ipso facto incurrit ab ordine ità suscepto, *ex trad. per Nauar. cons. 14. & 46. de Tempor. ordin. & in man. cap. 27. nu. 158. Suarez de Censur. disp. 2. sect. 1. num. 31. & seq. Maiol. lib. 4. de Irregul. cap 15. Graff. lib. 2. decis. cap. 97. num 56. Diaz in Pract. crimin. cap. 18.* eademque suspensionem incurreret is, qui ad aliquē sacrum ordinem promoueretur inito pacto cum ordinante, vel cum presentante non petendi substentationem, aut beneficium, vel aliud, vnde ali possit, *cap. per tuas nobis, & cap. penult. de Simon. Nicolius vbi supra in ver. ordo num. 28.*

An verò in hanc suspensionem incidat ordinatus ad sacros ordines, qui pactum fecit renunciandi patrimonium donanti post ordinationem? negat *Nicolius loco cit. in ver. ordo, nu 28. vbi citat Tolet. lib. 1. cap. 49.* sed affirmatiua sententia verior est, quia talis diceretur ordinatus cum titulo fiduciario, *vt obseruat Bonacin. vbi supra dict. punct. 8. num. 3. versic. si quæras &c.*

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium regulariter celebrari debet in Ecclesia coram proprio Parocho, & testibus præuijs denunciationibus: limitatur nu. 2.*
2 *An extra Ecclesiam celebrari possit.*
3 *An Ordinarius possit prohibere, nè matrimonia domi celebrentur.*
4 *An denunciationes fieri possint extra Ecclesiam.*
5 *Denunciationes faciendæ sunt in Parochijs vtriusque Sponsi.*
Quid si contrahentes haberent plura domicilia, ibidem.
6 *Denunciationes iam factæ quando repeti debeant.*
7 *Sufficit Parochus mulieris, si matrimonium contrahatur in Parochia mulieris, & è contra.*
8 *An Parochus possit assistere matrimonio extra suam parochiam.*
9 *An validum sit matrimonium celebratum sine Parocho, & testibus, in ijs locis, in quibus decretum Concilij in hac parte non fuit receptum.*
Contractus celebrari debent iuxta solemnitates receptas in eo loco, vbi contrahitur, ibidem.
10 *Distans à stipite quinto gradu in linea collaterali, siue transuersali, potest matrimonium contrahere cum alio, qui ab eodem stipite distat secundo, vel tertio gradu: limitatur nu. 13. & 14.*
11 *Quot gradibus, quæ remotior persona est, distat à communi stipite, totidem gradibus ipsæ personæ distant inter se.*
12 *An valida sit dispensatio obtenta in tertio, vel quarto gradu consanguinitatis, nulla facta mentione, quod ex latere personæ, cum qua impetrans vult contrahere, sit in secundo gradu.*
13 *Quid si contrahentes distarent in quinto, & primo.*
14 *Et quid si in loco adesset contraria consuetudo.*
15 *De iure ciuili per subsequens matrimonium legitimantur filij tantùm naturales: sed de iure canonico etiam vulgò quæsiti, & nati ex publica meretrice: limitatur numer. 23.*
16 *Textus in cap. tanta, Qui fil. sint legit. procedit in quocunque coitu illicito, dummodò mulier tempore copulæ vxor esse potuisset.*
17 *Legitimatus per subsequens matrimonium succedit in bonis patris vbique existentibus.*
18 *Ius canonicum vbique locorum seruandum est tam circa substantiam matrimonij, quàm circa effectus immediatè ex eo prouenientes.*
19 *Legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudo paterno, & in bonis emphiteoticis Ecclesiæ: limitatur numer. 22.*
20 *Legitimatus per subsequens matrimonium fit legitimus successor etiam quoad omnes agnatos, vel cognatos Patris legitimantis: limitatur numer. 22.*
21 *Legitimato per subsequens matrimonium plus relinqui potest, quàm filio legitimo, & naturali: limitatur numere sequent.*
22 *Legitimatus per rescriptum non comprehenditur in emphiteusi ecclesiastica, nec succedit in bonis feudalibus.*
Item non potest ex testamento, vel donatione patris plus consequi, quàm vnus ex filijs legitimis, & naturalibus, cui minus dederit, ibidem.
Item soli patri efficitur legitimus successor, non alijs agnatis, vel cognatis, nec è contra ipsi, ibidem.
23 *Filij spurij, seu nati ex adulterio, vel incestu, non legitimantur per subsequens matrimonium, & ideò à successione repelluntur.*
24 *Legitimatus per subsequens matrimonium non succedit in bonis fideicommisso subiectis: declaratur nu. 25.*
An & quando legitimatus per subsequens matrimonium excludat substitutum, ibidem, nu. 24. & 25.
26 *Reliqua Sacramenta, videlicet baptismus, confirmatio, Eucharistia, penitentia, & extrema vnctio sanis regulariter ministrari debent in Ecclesia, infirmis verò in priuatis domibus: limitatur nu. 27. & seq.*
27 *Filij Principum de licentia Episcopi in eorum Palatijs baptizantur: item qui ob ingruentem necessitatem absque vitæ periculo ad Ecclesiam deferri nequeunt.*
28 *An, & quando Episcopus confirmationem extra Ecclesiam conferre possit.*

C A P. VII.

De matrimonio, & reliquis Sacramentis.

1 QVæritur 1. In quo loco celebrari debeat matri-
monium? Resp. quod regulariter celebrari
debet in Ecclesia coram Parocho, & testibus præ-
cedentibus denunciationibus, *juxta formam Concilij
Tridentini sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1. ibi, in fa-
cie Ecclesiæ &c.* vide *Barbos. de offic. & potest. Episc. p.
2. alleg. 32. nu. 17. & seq.*
2 An verò licitè celebrari possit etiam extra Eccle-
siam? affirmant nonnulli recentiores, quia ad
hoc, vt dicatur celebrari in facie Ecclesiæ, non est
opus, vt in ipsa materiali Ecclesia, vel in eiusdem
limine celebretur, sed sufficit, vt coram aliqua fi-
delium multitudine fiat, quæ tanquam quædam
Catholicorum congregatio censeri potest Ecclesia,
*juxta textum in cap. relatum 2 de Testament. gloss. in ca-
pit. fin. ver. præfatam Ecclesiam, Ne Prælat. vices
suas.* Vnde Ordinarius non potest prohibere, nè
matrimonia domi celebrentur: sed cum maximè
deceat, vt in Ecclesia fiant, id hortari debet, non
3 præcipere, ità decisum referunt *Francisc. Leo in
Thesaur. for. Eccles. part 2. capit. 9 numer. 48. Sanchez
lib. 3. disput. 15. numer. 20. Reginald. lib. 31. numer. 242.
Dian. moral. resol. part. 3. tractat 4 resol. 279. Marcell.
Vulp in Prax. iudic for. Eccles. cap. 15. num 15. & alij
apud Barbos. de offic. & pot. Episcop. allegat. 32. num.
17. & 18. quibus Adde Bonacin. in tractat. de matrimon.
quæst. 2. punct. 6. num. 17.* vbi dicit, quod sicut ipsum
4 matrimonium fieri potest extra Ecclesiam, ità
etiam fieri possunt denunciationes extra Ecclesiam
in loco, ad quem magna populi copia confluit, vt
accidit in prædicationibus, etiamsi locus ille non
sit sacer.
5 Obseruant autem Doctores, quod denunciatio-
nes faciendæ sunt in Parochijs vtriusque sponsi, si
vir in vna, & mulier in alia parochia cōmorentur: si

verò

verò contrahentes haberent plura domicilia, tunc fieri debent in ea parochia, vbi diutiùs habitant, & primarium habent larem, vel in ea, in qua verisimilius est haberi notitiam impedimentorum, vbi videlicet progenitores ab antiquo inhabitarunt, *Sanch. lib. 3. disp. 5. nu. 8. & disp. 6. nu. 4. & 6. Fusc. de Visit. lib 2. c. 3. num. 21. Vgol. de offic. Episc. cap. 15. §. 12. nu. 2. Barbos. d. alleg. 32. nu. 10. & 11.* subdens, quod denunciationes huiusmodi fieri non debent in loco, in quo sponsus modò quasi ignotus cœpit inhabitare, *Iordan. var. Elucubr. lib 3. de matrim. tit. 7. num. 34. & sequent.* vbi dicit, quod si sponsus non ità breuem moram in nouo domicilio traxisset, sed vltra quatuor. aut sex menses, tunc vtrobique denunciationes faciendæ sunt, cum multa impedimenta cognationis spiritualis, legalis, & similia possint suboriri, incolis prioris domicilij ignota.

6 Obseruant 2. quod denunciationes prædictæ repetendæ sunt, si matrimonium intra quatuor menses post peractas primas denunciationes, contractum non fuerit, *Barbos. d. alleg. 32. nu. 55. Bonacin. de matrim. q. 4. pun. 6. nu. 1. vers. 4. &c. vbi refert, ità declarasse Sac. Cardinalium Congregationem.*

7 Obseruant 3. quod quando matrimonium est cótrahendum inter virum vnius Parochiæ, & mulierem alterius Parochiæ, sufficit, quod intersit Parochus habitationis fœminæ si contrahatur in parochia habitationis vxoris: quemadmodum sufficit Parochus viri, quando contrahitur in parochia habitationis viri, etiamsi alter eorum contrahere velit cum extraneo: quia cum proprio parocho committatur suum parochianum matrimonio coniungere, censetur etiam commissum alienum cum suo coniungere, cum hæc necessariò connexa sint, *vt declarauit Sac. Cardinalium Congregatio, teste Nauar. in man. cap. 25. nu. 144. & cons. 3. tit. de Clandest. disponsat. nu. 1. in nouis, Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. nu. 10. Barb. d. all. 32. nu. 65. & 114.* vbi subijcit, Parochum siue vi-
8 ri, siue mulieris posse assistere matrimonio huiusmodi etiam extra parochiam, quia non agitur de iurisdictione contentiosa, sed de gratiosa, & voluntaria, quæ exerceri potest etiam extra locum propriæ iurisdictionis: contrarium verò sensit *Iordan. d. tit. 7. n. 73.* vbi dicit, Parochum pœna extraordinaria plectendum esse, si absque legitima causa assistere extra suam Parochiam.

9 Addit *Bonac. d. tr. de matrim. q. 2 pun. 7.* validum esse matrimonium contractum sine Parocho, & testibus in eo loco, in quo non est promulgatum Concilium Tridentinum, vel in quo non est acceptatum saltem quoad hoc particulare decretum, etiamsi incola loci, vbi Concilium promulgatum, & acceptatum est, se transferat in eum locum, vbi non fuit acceptatum, nec promulgatum, eo animo, vt posset liberè contrahere matrimonium absque parocho, & testibus; ratio est, tum quia leges non cadunt absolutè super personas subditas, sed super personas existentes in loco, vbi leges receptæ sunt: tum quia hoc est speciale in contractibus, vt celebrentur iuxta solemnitates receptas in eo loco, vbi contrahitur, *l. si fundus, ff. de euict.* tum etiam quia contrahens in tali casu vtitur iure suo, nec dicitur fraudem cómittere, ità vt effectus, & valor matrimonij impediatur, *l. nullus, ff. de reg. Iur. vide Sanch. lib. 3. disp. 18. n. 8. Filliuc. tr. 10. c. 6. nu. 199.* Hoc tamen intelligendum est, quando incola eius loci, vbi Concilium Tridentinum receptum est, diuertit ad eum locum, in quo Concilium prædictum adhuc receptum non fuit, animo ibi manendi maiore anni parte, vel gerendi aliquod negotium, quod maiorem anni partem postulat: tunc enim sicut adstringeretur legibus illius loci, ità posset vti commodis in fauorem incolarum communiter introductis, *vt asserit ipsemet Bonacin. d. q. 2. pun. 8. nu. 2.* vbi etiam dicit, quod tanto tempore contrahitur in loco domicilium parochiale ad suscipienda Sacramenta, excepto ordine, & tonsura.

E contra verò non posset incola illius loci, in quo non est receptum Concilium Tridentinum, contrahere matrimonium absque Parocho, & testibus, si diuertat ad eum locum, in quo idem Concilium receptum fuit; quia cum matrimonium sit etiam contractus, ideò celebrandum est iuxta conditiones præscriptas in eo loco, vbi celebratur, *iuxta citatam l. si fundus, vbi DD.* etiamsi talis incola non habeat animum manendi maiore anni parte in eo loco ad quem diuertit, *Bonac. loco cit. n. 5. vbi citat Sanch. d. l. 3. disp. 18. nu. 26. Reginal. lib. 31. num. 176. Coninch. disp. 27. dub. 1. ad fin. Ledesm. q. 45. pun 3. ad fin.*

10 Quæritur 2. an distans à stipite quinto gradu in linea collaterali, siue transuersali, possit contrahere matrimonium cum alio, qui ab eodem stipite distat secundo, vel tertio gradu.

Resp. affirmatiuè, quia tales attinent sibi in quinto gradu; nam in consanguinitate semper standum est remotiori personæ; regula enim est secundùm canones, quod si personæ, de quibus quæritur, distant inæqualiter, quoto gradu remotior earum distat à communi stipite, toto gradu attinent sibi: seu quod idem est, quot gradibus, quæ remotior persona est, à communi stipite distat, totidem gradibus
11 ipsæ personæ inter se distant; *cap. fin. vbi glos. & DD. de consanguin. & affinit.* vbi sermo est de eo, qui distat à stipite quarto gradu cum distante quinto, vel vlteriori; sed eadem ratio est, si tertio, vel secundo gradu distet, *vt dicit glos. ibidem, in ver. quarto, quam omnes communiter sequuntur, Sylu. in ver. matrimonium, 8. nu. 7. § tertium, gradus autem &c. vers. nam secundùm canones &c. & §. sextum, si duo contrahant &c.* vbi di-
12 cit, quod si quis impetrauerit dispensationem in tertio, vel quarto gradu consanguinitatis, licèt non expresserit, quod ex alio latere persona, cum qua vult contrahere, sit in secundo gradu, valeret nihilominus dispensatio, *vide Hostien. in summ. in rub. de consanguin. & affinit. n. 11. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. par. 4. cap. 4. nu. 4. & seq.*

13 Limita 1. si distarent in quinto, & primo, *secundùm Hostien. loco cit.* contrarium tamen tenet *Oynot. qui de communi testatur, Institut. Imperial. lib. 1. de nuptijs tit. 10. de Arbore canonica, nu. 9.* quia prohibitio matrimonij in linea collaterali non extenditur vltra quartum gradum, & in quinto permittitur, *vt in d. cap. fin.*

14 Limita 2. si in loco adsit contraria consuetudo vt scilicèt distans à stipite quinto gradu, non possit cótrahere cum alio, qui ab eodem stipite distat secundo, vel tertio, propter proximiorem gradum, *c. quod dilectio, de consang. & affinit & ibid. gl.* vbi dicit, quod consuetudo, siue scandalum præiudicat iuri in matrimonijs, vt personas legitimas ad contrahendum faciat illegitimas, *Host. in d. rub. de cõsang. et affin. n. 11.*

15 Quæritur 3. an legitimatus per subsequens matrimonium succedat in bonis patris vbique existentibus? Antequam huic dubio satisfaciam, præmittendũ est, quod licèt de iure ciuili per subsequens matrimonium legitimentur filij tantùm naturales, hoc est nati ex concubina in domo, *l. nuper, & auth. si quis, Cod. de natur. lib.* non autem filij ex meretrice

nati, § *sed & aliud, vbi Ang. Auth. quib. mod. natur. eff. legit.* tamen de iure canonico etiam vulgò quæsitus, & natus ex publica meretrice, per subsequens matrimonium legitimatur, etiamsi non interuenerint dotalia instrumenta: satis enim est, quod pater incertus eum agnouerit in filium, cum de eius præiudicio tantùm tractetur, *cap. tanta, vbi DD. qui*
16 *fil. sint legit.* cuius textus dispositio procedit in quocumque coitu illicitò, dummodò mulier tempore copulæ vxor esse potuisset, *vt latè diximus in tr. de tempor. legal. lib. 1. cap. 76. nu. 1. & seq.*

17 Ad quæsitum verò resp. quod legitimatus per subsequens matrimonium succedit in quibuscumque bonis Patris vbique existentibus etiam in terris imperij: nam ius canonicum vbique seruandum est non solum circa substantiam matrimonij, sed
18 etiam circa effectus immediatè prouenientes ex matrimonio, cuius libertas indirectè impediretur, si seruanda esset pœna iuris ciuilis prohibentis in tali casu successionem in bonis Patris legitimantis, *Abb. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 15. de Constit. & in cap. innotuit, num. 17. de elect.* vbi dicit, quod talis sic
19 legitimatus succedit in feudo paterno, *Dec. in d. c. Ecclesia S. Mariæ, num. 120. & seq. & in cap. cum in cunctis, num. 25. & sequent. de elect.* vbi quod talis legitimatus succedit in bonis emphiteoticis Ecclesiæ, *Bald in l. communium, C. de natur liber.* vbi dicit, quod
20 talis efficitur legitimus successor etiam quoad omnes cognatos, vel agnatos Patris legitimantis: quia ista legitimatio naturam imitatur, & est omninò fauorabilis, *Anchar. cons. 241. num. 5. Nati. cons. 473. num. 38 Boer decis. 240. num. 16. in fin. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 11 tit. 12. num 11. & sequent. Peregr. de fideicom. art 24. num 1. & seq.* vbi, quod ta-
21 li legitimato per subsequens matrimonium plus relinqui potest, quam alteri filio legitimo, & naturali, *Paris. cons 13. num. 52 par. 2. Alciat. cons 5. num. 57. & seq. tom 1. lib. 4. Thesaur. decis. 83. & 84. Hondod. cons 72. num 37. & seq. Ofasc. dec. 154. num 9 & 10. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de legitimat. conclus. 1. num. 52. & 55. Gratian discept forens. cap. 653. numer. 1. & seq.*

22 Limita in filio legitimato per rescriptum: hic enim non comprehenditur in emphiteusi Ecclesiastica, nec succedit in bonis feudalibus, *Dec. in d. cap. cum in cunctis. nu. 25. & seq. de elect. latè Gabr. d. tit de legitimat. concl. 1 nu 22. 28 & 30. Grat. d. cap. 653 num 27.* item non potest ex testamento, vel donatione patris plus consequi, quã vnus ex filijs legitimis, & naturalibus, cui minus dederit, *l. communium iuncta, §. fin. & ibi Sali. C. de natur. lib.* vbi etiam disponitur, quod filius sic legitimatus soli patri efficitur legitimus successor, non alijs agnatis, vel cognatis, nec è contra ipsi.

23 Limita 2. in filijs spurijs, seu natis ex adulterio, vel incestu: isti enim non censentur legitimati per subsequens matrimonium, ideoque à successione repelluntur, *d. cap. tanta, ibi si vir viuente vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licèt post mortem vxoris eamdem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hæreditate repellendus, Bald. in l. si qua illustris, num. 3. C. ad Senatusc. orficia, & in l eam quam, num. 24 C. de fideicom. Rip. in l. si vnquam, num. 55 C. de reuoc. donat. Socin. iun. cons. 31. num. 39. & sequent. volum 2.*

24 Limita 3. quoad bona fideicommisso subiecta: ab istis enim excluduntur filij legitimati per subsequens matrimonium, quia talis legitimatio prodest filijs quoad præiudicium parentum, & eorum successionem: non verò quoad præiudicium fideicommissarij substituti, quia in tali casu non quæritur, qualis fuerit affectio patris, sed quæ fuerit voluntas Testatoris: non enim alij liberi debent excludere substitutum, quàm ij, de quibus senserit ipse testator, qui fideicommisit, *vt inquit Mantic. de coniect. vlt vol. lib. 11. tit. 12. num. 11. latè Peregrin. de fideicomm. art. 24. num. 14. & seq.* quæ quidem
25 conclusio procedit, quando euidentes concurrunt coniecturæ, vt si substitutio facta fuerit cum tali conditione, si hæres decesserit sine filijs de legitimo, vel vero matrimonio natis: tunc enim legitimatus per subsequens matrimonium non excluderet substitutum, cum talis legitimatus attento principio natiuitatis non dicatur natus de legitimo, vel vero matrimonio; secus si substitutio facta fuerit cum ea conditione, si hæres decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus; hoc enim casu legitimatus per subsequens matrimonium excludit substitutum, *ex tradit per Alex. cons. 3. num. 13. lib 1. Boer. dec. 159. num. 20. Gabr. d. tit. de legitimat. concl. 1. num. 32 & 33. Thesaur dec. 196. num. 4. Surd. decis. 319. num. 5. Ciriac. controu. 21 num. 11. & 12. lib. 1. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 111. nu. 8. & alios, quos sequuti sumus in dict. tract. de tempor. legal. lib. 1. cap. 76. numer. 13. et sequent.*

26 Quæritur 4. In quo loco ministranda sint reliqua sacramenta? Resp. quod infirmis ministrantur in priuatis domibus, sanis verò non nisi in Ecclesia, iuxta communem vsum, & praxim, *vide Clem. vn. de Baptis. Iordan. Elucubr. diuers. lib 3. tit. 1. num. 11. et tit. 2. num. 17.*

27 Obserua tamen, quod de Episcopi licentia filij Regum, Principum, & aliorum habentium in loco iurisdictionem, baptizantur in eorum palatijs, seu priuatis oratorijs, etiamsi nulla infirmitas, aut necessitatis causa subsit: quemadmodum cum eadem Episcopi licentia illi etiam baptizantur in priuatis domibus, qui propter obsidionem, hostilitatem, vel aliam necessitatem, absque vitæ periculo deferri ad Ecclesiam nequeunt, *d. clem. vn et ibi glos. Iordan. d. lib. 3 tit. 1 nu. 11.*

28 Obserua 2. quod Episcopus aliquando potest etiam extra Ecclesiam confirmationem conferre, veluti in Palatio Episcopali, vel alio loco honesto, *secundum Barbos. de offic. et pot. Episc. par 2. alleg. 30 nu. 13. Iordan. d. lib. 3. tit. 2. num 16 et 17.* vbi dicit, quod Episcopus ministrans extrà Ecclesiam huiusmodi sacramentum ex iusta, & rationabili causa non peccaret saltem mortaliter, præsertim si illud paucis ministraret, puta duobus, vel tribus, *vt sensit etiam Bonacin. de Sacram disp 3. q. vn. pun. 2. nu 14.* vbi dicit, consuetudinem confirmandi in Ecclesia, receptam non esse cum tanto onere, vt reum, lethalis culpæ constituat Episcopum, alio in loco confirmantem.

SVMMARIVM.

1 *Tenetur quis decimam soluere ex fructibus prædiorum, quæ extra Parochiæ territorium possidet, dummodò ex his fructibus non soluatur decima alteri Ecclesiæ extra territorium.*
2 *An, & quando decima, quæ debetur Ecclesiæ, debeat deferri in horrea Clericorum sumptibus ipsius debitoris.*
3 *An laici possint frumentum, aut alios fructus in propria horrea condere, antequam Clerici certiores fiant.*
Causæ decimarum in foro ecclesiastico cognosci debent, ibidem.

4 Con-

4 *Consuetudo præstans occasionem surripiendi, non est seruanda.*

5 *Decimæ, si pecora ob hostinm incursiones fugata sint in alienam parochiam, & ibi pariant, adhuc debentur parochiæ, ex qua fugata sunt.*

6 *Qui est in fuga, videtur esse in loco, à quo recessit.*

7 *Quo tempore decimæ solui debeant.*

Et an in decimis seruanda sit loci consuetudo, ibidem.

8 *Quando Regulares teneantur ad decimas.*

9 *An valeat compositio inter Clericos, & laicos facta super decimis.*

10 *Confirmatio Papæ præsumitur ex lapsu 30. annorum.*

11 *An tuti sint in conscientia non soluentes decimas in locis, in quibus Ecclesia non petit.*

C A P. VIII.

De Decimis.

1 QVæritur 1. an quis teneatur decimam soluere ex fructibus prædiorum, quæ extra territorium Ecclesiæ, seu Parochiæ possidet? Respond. affirmatiuè, dummodò ex his fructibus non soluatur decima alteri Ecclesiæ extra territorium, *Vin. dec.63. Neniz. cons.14. nu.15. quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. Eccles. tom.1. par.2. resol.90.*

2 Quæritur 2. an decima, quæ debetur Ecclesiæ, debeat deferri ad domum Parochi, seu in horrea Clericorum, sumptibus ipsius debitoris? affirmat *glos. communiter recepta in cap. reuertimini, ver. in horrea, 16. q.1.* præsertim si horrea sint publicè deputata, ad quæ decimæ omnium Sacerdotum deferantur, *Conar. var. res. lib.1. cap.17. nu.8. vers.8. ex his &c.* vbi dicit hoc procedere, etiamsi decimæ à Clericis non fuerint petitæ, *Vinc. de Franch. dec.24.* vbi id ampliat in decimis, quæ à Vassallis debentur Baroni, *& ita sentiunt alij apud Ricc. d. par.2. resol.234. Rot. coram Martin. Andr. dec.9 nu.11.*

Hæc tamen conclusio intelligenda est dummodò leui sumptu, & labore decimæ deferri possint ad horrea clericorum, vel ad eorum domos, aliàs secus, *vt subdit Conar. loco cit. Monet. de Decim. c.6. q.1.*

2. Intelligenda est, dummodò non adsit contraria consuetudo, *Cauar. vbi supra, Monet. d. cap.6. q.1 n.5. & 6. vbi citat Cranett. cons.21. to.1. Paris. cons.6. col.2. vol.4. Sylu. in ver. Decima q.6. & alios, quibus adde Ricc. d. par.2. res.244.* vbi, quod in Decimis tam Ecclesię, quàm Baroni debitis talis consuetudo spatio decem annorum inducitur, *per tex. in c. in aliquibus, §. fin. vbi glos. & DD. extr. de Decim.*

3 Obserua tamen, quod etiam cessante consuetudine laici non possunt frumentum, aut alios fructus in propria horrea condere, nisi prius Clerici certiores fiant, vt vel ipsi, vel eorum procuratores assistant fructuum collectioni ad euitandas fraudes, quæ fieri possent; vnde potest Curatus, vel alius exactor decimarum à Iudice ecclesiastico, ad quem huiusmodi causæ priuatiuè quoad alios spectant, obtinere inhibitionem contra Dominum fundi, nè fructus exportet antè decimæ solutionem, *Capell. Tholos. dec.432. & ibi Aufrer. Nicolins in suis floscul. siue natabil. in ver. decima, Conar. d. lib.1. cap.17. num.8. vers.8. ex his &c.* vbi etiam obseruat, quod consue-
4 tudine potest obtineri contrarium, scilicet vt laici liberè colligant frumentum, cęterosque fructus, & eos in propria horrea sine testibus condant: hisque ita conditis decimas integrè ministris spiritualium reddant, *latè Monet. de Decim. d. c.6. q.1. num.2.3.4. & 7.* vbi etiam dicit, validam esse consuetudinem, vt decimæ, hoc est pars decimalis frugum relinquatur in agro, dummodò Curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fieret separatio, *Aufrer. ad Capell. Tholos. d. dec.432.* subdens, quod si consuetudo præstaret occasionem surripiendi, non esset seruanda, *vide Cranet. d. cons.21. tom.1.*

5 Quæritur 3. cui nam Parochiæ debeantur decimæ, si pecora ob hostium, vel abigeorum incursiones fugata sint in alienam parochiam, & ibi pariãt? Resp. quod debentur Parochiæ, ex qua fugata sunt; ibi enim iuris censura nasci censentur: non ei, in
6 qua re vera enixa sunt; ratio est, quia qui est in fuga, videtur esse in loco, à quo recessit, *Bart. Bald. & alij communiter in l. huiusmodi. §. legatum, ff. de legat.1. Boer. dec.13. nu.54. & alij apud Carlenal. de Iudic. lib.1. tit.1. disp.2. q.2. nu.103.*

7 Quæritur 4. quo tempore soluendæ sint decimæ? Resp. quod decimæ prædiales solui debent statim ac fructus collecti sunt, nisi adsit loci consuetudo in contrarium; decimæ verò personales soluendæ sunt in fine anni; recusari tamen à Parocho non possunt, si intra annum soluantur; de agnis verò, & vitulis debentur decimæ, cum illi nutriti fuerint, nec indigent lacte materno, *vt latè probat Monet. de Decim. d. c.6. q.2. per tot.* vbi etiam dicit, quod tam quoad locum, quàm quoad tempus soluendi decimam attendi debet loci consuetudo etiam decennalis.
8 *Nicolius in suis floscul. seu notabilib. in ver. Decimæ,* vbi quod ad decimas prædiales soluendas tenentur etiam Regulares possessores prædiorum, ex quibus antea solui consueuerant, *vt respondit Sac. Congreg. Archiepiscopo Salernitano die 6. Octobris 1617.*

9 Quæritur 5. an valeat compositio inter clericos, & laicos facta super decimis? Resp. affirmatiuè, dummodò consensus Episcopi interuenerit, *cap. statuimus 2. de transact.* talis verò compositio vti personalis, transigentium vitam non excedit: est enim regulare, quod concordia super decimis, vel alijs iuribus ecclesiasticis nondum confirmata auctori-
10 tate Papæ, non censetur realis, sed personalis, *Nicolius loco cit. nu.7.* vbi, quod huiusmodi confirmatio præsumitur ex lapsu 30. annorum.

11 Quæritur 6. An tuti sint in conscientia qui Decimas non soluunt in ijs locis, in quibus Ecclesia non petit? Resp. affirmatiuè, nisi obstinatam habeant voluntatem non soluendi, etiamsi peterentur, *S. Tho. 2.2. q.87. art.1. Nicolius in d. ver. Decimæ, n.1.* vbi commendat Ecclesiæ ministros, qui decimas non petunt in locis, in quibus sine scandalo exigi nequeunt propter desuetudinem, vel aliam causam. Alia vide *supra cap.3. q.21.*

S V M M A R I V M.

1 *Ratione situs, & loci dignioris potest aliquid recipi pro sepultura.*

2 *Pro sepultura in cęmeterio, & loco communi nihil recipere licet.*

3 *Potest aliquid accipi pro sepultura, si id spontè offeratur, vel si adesset consuetudo dandi aliquid temporale, vel si aliquid detur ratione terræ, in qua fundatur ius sepulturæ.*

4 *Cadauer Banniti, qui mortuus est durante banno, non potest sine licentia Principis sepeliri in territorio, à quo bannitus fuit.*

Qua pœna sepeliens in tali casu puniri debeat, ibidem.

5 *Filius receptans Patrem bannitum, vel hæreticum, non pœna ordinaria, sed mitiori punitur.*

6 *An, & quando Episcopus concedere possit licentiã tran-*

sportandi cadauera de vno loco ad aliud, & quando à Papa licentia huiusmodi impetranda sit.
Quando id fieri possit propria auctoritate ibidem.
7 *Filii Hæbreorum baptizati in ætate infantili, si moriantur ante vsum rationis, sepeliuntur in loco sacro, etiamsi inuitis parentibus baptizati fuerint, & nu.8.*
8 *Filii hæbreorum, vel aliorum infidelium vsum rationis non habentes inuitis parentibus regulariter baptizari non debent: limitatur nu.9. & 10.*
9 *Pueri hæbreorum in articulo mortis inuitis parentibus baptizari possunt.*
10 *Paruulus inuitis parentibus baptizari potest, quando capitur in bello fidelium contra infideles, vel si habeat alterum parentem fidelem.*
11 *Quis tenetur alere, tenetur etiam ad sumptus funeris.*
12 *Quando quis in parochia sui domicilii, & quando in parochia, vbi decedit, sepeliendus sit.*
13 *Sepeliens excommunicatum vitandum, incurrit eo ipso in excommunicationem.*
14 *Quid si quis comitatus tantùm fuerit cadauer tali excommunicati,*
15 *Et quid si mandauerit, vel consuluerit, vt cadauer talis excommunicati sepeliretur in loco sacro.*
16 *An sepeliens hæreticum notorium non denunciatum incidat in aliquam pœnam.*
17 *Quilibet excommunicatus, qui nondum fuit absolutus in vita, aut post mortem, priuatur ecclesiastica sepultura: eius tamen sepultura non polluit locum sacrum, nisi fuerit denunciatus.*
18 *Quo casu excommunicatus vitandus sepultus in loco sacro, exhumari debeat.*
19 *Absolutus in mortis articulo ab excommunicatione in foro pœnitentiæ, potest in loco sacro sepeliri.*
20 *An hæreticus non denunciatus, si ante mortem manifesta dederit signa conuersionis, possit in loco sacro sepeliri.*
21 *Ad probandum contritionis signa, sufficit vnicus testis.*
22 *Polluta Ecclesia censetur pollutum cœmeterium eidem contiguum, sed polluto cœmeterio Ecclesiæ contiguo, non censetur polluta Ecclesia.*
23 *Violatio vnius cœmeterii non trahitur ad aliud sibi cohærens pariete tamen medio seiunctum.*
24 *Ecclesia, vel cœmeterium polluitur etiam per sepulturam Pagani, vel infidelis: limitatur nu.26.*
25 *Sub nomine infidelis non comprehenditur Catecumenus, neque filius ex Christiano parente nondum baptizatus.*
26 *Sepultura Pagani, vel infidelis, quandiu manet occulta, pollutionem non inducit.*
27 *Qui cadauer in locum alterius intulit inuito patrono, cogi potest illud auferre, aut loci pretium soluere.*
28 *Quando canonica portio inter Parochos diuidatur.*
29 *An Episcopus possit laicis concedere sepulturam in Ecclesiis monialium,*

CAP. IX.

De Sepulturis.

1 QVæritur 1. an pro sepultura possit aliquid accipi? Resp. quod ratione situs, & loci dignioris potest aliquid recipi pro sepultura absque vitio simoniæ: nam honorabilior locus in Ecclesia, vel cœmeterio est pretio æstimabilis, cum id non videatur concernere aliquam spiritualitatem, *Sot. de Iust. & Iur. lib.9. q.7. art.1. Petr. de Arag. in 2.2. Diui Thom. qu.100. nu.10. prout eos refert Iordan tom. 1. de Re sacr. lib.5. tit.11. nu.11. Lanor. var. elucubr. to. 1. tit.2. cap.10. nu.16.* vbi etiam dicit, quod quando non militat consideratio maioris honoris ratione dignioris loci, vt sepultura in cœmeterio, & loco
2 communi, nihil prorsus recipere licet, *vide quæ latius diximus in tract. de Regimin. Eccles. lib.1. cap.12.*
3 *num.50. & seq.* item potest aliquid accipi pro sepultura, si id spontè offeratur, *cap. questa, 13. q.2. cap. dilectus 2. de Simon.* vel quando vigeret consuetudo dandi aliquid temporale pro huiusmodi causa, *cap. ad Apostolicam, de Simon. l. priuilegia, C. de Sacros. Eccl. Iordan. d. lib.5. tit.11. num.14. Gratian. discept. for. cap. 116. num.6. vbi refert, ità resoluisse Rot. in Tirasonen. Sepulturæ 17. Maii 1572. coram Card. Lancellotto*: vel si aliquid detur ratione terræ, in qua fundatur ius sepulturæ, quia res sacræ vendi possunt ratione materiæ, nec simonia committitur in tali casu, *secundum Azor. 3. part. lib.12. cap.17. quæst.2. quem refert Bonacin. de Contract. disput.3. quæst.21. punct.4. num.2. in fin. Nicolius in suis flosc ul. seu notabil. in versic. simonia num.3.*

4 Quæritur 2. an cadauer Banniti, qui mortuus est durante banno, possit sepeliri in territorio, à quo bannitus fuit? Resp. negatiuè, nisi ad id impetretur licentia Principis, *l.2. ff. de Cadauer. punit. Franc. Marc. par.2. dec.954. num.6. & alii quos refert, & sequitur Caball. resol. crimin. cas.83. num.1. & sequent.* subdens, *nu.7. cum seq.* quod sepeliens cadauer banniti, non teneretur pœna præstantis opem, auxilium, vel fauorem bannito, quia mortuus non dicitur amplius bannitus: sed tamquam legis contemptor punitur extra ordinem, Iudicis arbitrio, *iuxta regulam lib.1. §. expilatores. ff. de Effract. & expilat.*

5 An verò filius receptans Patrem bannitum, vel hæreticum, teneatur pœna statuti contra receptatores bannitorum, vel hæreticorum? negat *Alber. de Rosat. de statut. lib.4. quæst.7. num 2.* vbi, propter naturalem pietatem, à quacumque alia pœna eum excusat, *Caball. d. cas.83. num.13.* qui eadem ratione, modico exilio temporali puniendum duxit patrem, qui filii banniti cadauer in territorio, à quo bannitus erat, sepeliuit, cum paterna pietas seueriorem non videatur exposcere punitionem, *arg. l. isti quidem, cum ibi notat. per glos. & DD. ff. Quod met. caus.*

6 Quæritur 3. ad quem spectet concedere licentiam transferendi cadauera de vno loco ad alium? Resp. quidquid sit de iure, *de quo vide tex. in l. nemo, Cod. de Relig. & sumpt. fun. l. ossa. ff. eod. tit.* hodiè spectat ad Episcopum loci, qui talem licentiam concedere potest concurrente iusta, & necessaria causa: vel si nulla subest causa, licentia petenda est à Papa, sicut olim petebatur ab Imperatore, *vt in d. l. nemo, gloss. in cap. corpora, de Consecr. dist.1. Abb. in cap. quanto, nu. 11. vbi etiam Dec. num.58. de Iudic. & alii communiter:* quod intelligendum est, quando corpus perpetuæ sepulturæ traditum fuit; secus si fuerit depositum in aliquo loco ad tempus, hoc enim casu absque licentia transferri potest, *l. si necdum, Cod. de Relig. & sumpt. fun. l.3. §. non perpetuæ, ff. de Sepul. viol. glos. in d. l. nemo, C. eod. tit. de Relig. & sumpt fun. & in d. cap. corpora, de consecr. dist.1. Franc. Marc. decis.1056. num.7. & 9. part. 2.*

Iusta verò causa videtur esse, quando quis alibi extructo sacello, vellet ibi sepulchrum suæ posteritati constituere: tunc enim posset Episcopus translationis huiusmodi licentiam concedere, *Io. Dilect. de Sepult. tit.9. cautel.4. nu.2. & 3. Decian. tr. crim. to.2. lib.6. cap.44 nu.8.*

7 Quæritur 4. an pueri hæbreorum baptizati in ætate infantili, si moriantur ante vsum rationis, sepeliri debeant in loco sacro? Respond. affirmatiuè: quia cum tales pueri aqua baptismali cum debita forma loti sint, Christiani dicuntur, & sunt, & ideò ha-

habent ius, vt ſepeliantur in loco ſacro, *iuxta text. in cap. nullus. vbi gloſ. 13. q. 2. Layman. in Theol. moral. lib. 3. tr. 5. cap. 12. num. 10. Ciarlin. contr. for. cap. 199. nu. 5. & ſeq. & num. 22.* vbi, quod impenſa funeris in tali caſu debet fieri à Patre hæbreo, nam qui tenetur alere, tenetur etiam ad ſumptus funeris, *l. patrem, ff. de Relig. & ſumpt. fun.*

8 Nec obſtat, quod filij hæbreorum, vel aliorum infidelium vſum rationis non habentes, inuitis parentibus baptizati non debent, *ſecundum S. Thom. in 3. par. q. 68. art. 10. in corp.* quia ſi de facto baptizentur, verè ſunt baptizati, *vt not. ibidem Caiet.* & ideò à parentibus infidelibus ſeparandi ſunt, vt in fide noſtra educentur; vnde ſi viui ſeparari debent à parentibus infidelibus, mortui etiam ſeparandi ſunt ab eorum ſepulchris, *Caren. de S. Off. part. 2. tit. 14. §. 20. nu. 45. Sperell. dec. 1. nu. 36. & 42. quos refert, & ſequitur Ciarlin. loco cit. nu. 12.*

9 Præterea ſupradicta concluſio non procedit, quando pueri hæbreorum ſunt in articulo mortis: quia tunc baptizari poſſunt inſcijs, & inuitis parentibus, *Poſſen. de offic. Curat. cap. 6. num. 14.* vbi addit, quod poteſt etiam baptizari paruulus inuitis
10 parentibus, quando capitur in bello fidelium contra infideles, vel ſi habeat alterum parentem fidelem, *Azor. mor. par. 1. lib. 8. cap. 25. quæſt. 10. Sperell. dec. 1. num. 41. Granad. de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. diſp. 5. ſect. 4. nu. 19. Hurtad. de Sacram. baptiſ. diſp. 3. diff. 3. Dian. reſol. mor. p. 5. tract. 3. reſ. 10. Ciarlin. d. cap. 199. num. 13.*

12 Quæritur 5. vbi ſepeliri debeat qui habet domicilium in vna Parochia, & habitat in alia? Reſpond. quod ſepeliendus eſt in ea parochia, in qua deceſſit: quia in tali caſu habitatio per aliquod notabile tempus conſideratur, non domicilium; niſi quis in alia parochia eſſet cauſa recreationis, vel ſimili, ſtatim rediturus ad propriam parochiam: quia tunc ſepeliendus eſſet in parochia ſui domicilij, *capit. is, qui, de Sepultur. in 6. Menoch. lib. 6. præſumpt. 88. numer. 3. Rota deciſion. 643. numer. 2. part. prima, Diuerſ.*

13 Quæritur 6. in quam pœnam incidat ſepeliens in loco ſacro excommunicatum vitandum? Reſpondet quod vltra lethale peccatum, incurrit eo ipſo in maiorem excommunicationem, à qua abſolui non poteſt, donec ſatisfecerit ad arbitrium Epiſcopi, *cap. ſacris, de Sepult. cap. 1. eodem tit. in 6. clem. 1. eodem tit.* quorum textuum diſpoſitio procedit, quando ſepeliens ſciuit, mortuum eſſe excommunicatum vitandum, quia *in d. Clement.* dicitur, *qui ſcienter præſumpſerit*: vnde ignorans ignorantia etiam craſſa, mortuum eſſe excommunicatum, excuſatur ab hac excommunicatione, *ità Auila 2. par. cap. 6. diſp. 10. dub. 9. Alter. de cenſur. lib. 1. diſp. 14. cap. 1. Nauar. in man. cap. 27. num. 137. & alij apud Bonacin. de cenſur. diſput. 2. quæſt. 2. punct. 3. §. 3. num. 8.* vbi etiam obſeruat, quod eadem excommunicatione ligantur ſepelientes interdictos, vel manifeſtos vſurarios.

Præterea Eccleſia, in qua talis excommunicatus ſepelitur, remanet polluta, ità vt in ea celebrari nequeant Diuina officia, donec reconciliatur, *capit. conſuluiſti, de Conſecr. Bonacin. in tractat. de matrim. quæſt. 4. punct. vltim. num. 22. & alij communiter.*

14 Notandum tamen eſt, quod ſolus ſepeliens, & collocans corpus excommunicati in ſepultura, incurrit in hanc cenſuram, non autem comitantes cadauer, vel efferentes, aut Diuina officia peragen-
15 tes, neque mandantes, aut conſulentes, *Bonacin. dict. tract. de Cenſur. dict. diſput. 2. quæſt 2. punct. 3. §. 3. num. 8. Nauar. loco citat. Dian. reſol. mor. par. 5. tractat. 9. reſol. 98.*

16 Notandum 2. quod is, qui hæreticum notorium nondum denuntiatum in loco ſacro ſepelit, non incurrit excommunicationem *dictæ Clem. 1. de Sepult.* neque excommunicationem *cap. quicumque, de hæret. in 6.* neque locus ſacer ſepultura excommunicati, aut hæretici nondum denunciati, violatur, etiamſi hæreticus, aut ſchiſmaticus notorius ſit; nam cum non teneamur eos euitare in vita, niſi nominatim denunciati ſint, ità neque eos tenemur vitare poſt mortem, *Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 4. num. 9. Iordan. de Re ſac. tom. 1. lib. 5. tit. 11. de Benedict. Cœmet. num. 127.* idem dicendum de eo, qui in duello deceſſit: nam neque Eccleſia polluitur ex eius ſepultura, niſi denunciatus fuerit, *vt ſenſit Iordan. d. tract. de re ſac. tom. 1. lib. 5. tit. 11. nu. 126.* ſubdens, quod ſepeliens in tali caſu mortaliter peccaret; nec obſtat, quod duellantes vltra excommunicationem, priuantur etiam eccleſiaſtica ſepultura, *vt in Concilio Tridem. ſeſſ. 25 de reform. capit. 19.* quia ex tali prohibitione præcisè non ſequitur, vt Eccleſia polluatur, ſi contra fiat; in pœnalibus enim non eſt facienda extenſio, niſi in iure habeatur, *l. apud Labeonem, § ſi communem, ff. de Iureiur. l. ſi quis ſeruum, ff. de ſeru. corrupt. Bald. in l. enim proponas, circa fin. C. de hæred. inſtit. Farinac. conſ. 25. numer. 32. & conſ. 105. num. 43. vide Alter. de Cenſur. lib. 1. diſp. 10. cap. 6. ſub fin. Bonacin. in tract. de matrim. quæſt. 4. pun. vlt. num. 22.*

17 Notandum 3. quod quilibet excommunicatus, qui nondum fuit abſolutus in vita, aut poſt mortem, priuatur eccleſiaſtica ſepultura, etiamſi talis excommunicatus, denuntiatus non ſit, *vt conſtat ex dicto cap. ſacris, de Sepult & ex d. clem. 1. eod. tit. & tradunt communiter DD.* eius tamen ſepultura non pollueret locum ſacrum, niſi denuntiatus fuerit, *Iordan. dict. tractat. de Re ſac. tomo 1. libr. 5. tit. 11. num. 126.*

18 Quæritur 7. an excommunicatus vitandus ſepultus in loco ſacro, exhumari debeat? Reſp. affirmatiuè, dummodò eius cadauer, vel oſſa diſcerni poſſint ab alijs fidelibus, *vt in d. cap. ſacris, de Sepult.* verum ſi in mortis articulo dedit ſigna contritionis, ſed nondum obtinuit abſolutionem ab excommunicatione, licèt ſepeliendus non ſit in loco ſacro, donec abſoluatur, tamen ſi fuerit in loco ſacro ſepultus, non videtur exhumandus, ſed quam primum petenda eſt abſolutio a legitimo Superiore, vt fiat dignus eccleſiaſtica ſepultura, & illius oſſa non proijciantur, *Bonacin. dict. diſput. 2. quæſt. 2. pun. 3. §. 3. num. 7.* vbi etiam dicit, quod abſolutus
19 in mortis articulo ab excommunicatione in foro pœnitentiæ, poteſt in loco ſacro ſepeliri, *Layman. dict. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 4. num. 9.* vbi ſubijcit, quod
20 ſi hæreticus non denuntiatus ante mortem manifeſta dederit ſigna conuerſionis, licet ab hæreſi abſolutus non ſit, poteſt in loco ſacro ſepeliri; ſed ad vitandum ſcandalum, & alia incommoda, prius hac de re Epiſcopus admonendus eſt, qui, ſi velit, etiam poſt mortem abſolutionem ab excommunicatione impendere poteſt, *latè Sylu. in ver. ſepultu-*
21 *ra, nu. 9.* vbi dicit, quod ad probandum huiuſmodi contritionis ſigna, ſufficit vnicus teſtis, *Iordan loco cit. num 130.*

22 Obſerua tamen, quod ſi excommunicatus denunciatus ſepultus fuerit in cœmeterio Eccleſiæ contiguo,

guo, cęmeterium dumtaxat censebitur pollutum, non autem Ecclesia; quamuis polluta Ecclesia, pollutum etiam censeatur cęmeterium eidem contiguum, *cap. vn. de Consecr. vel altar. in 6.* violatio verò
23 vnius cęmeterij non traheretur ad aliud sibi cohærens, pariete tamen medio seiunctum, licèt de vno ad aliud per portam intermediam habeatur accessus, *d. cap. vn. vbi communiter DD.*

24 Obserua 2. quod Ecclesia, vel cęmeterium polluitur etiam per sepulturam Pagani, vel Infidelis, *cap. Ecclesiam, 1. & 2. vbi glos. de consecr. dist. 1. Nau. in man. cap. 27. num. 257. in fin. Barbos. de Offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 28. nu. 53.* sub nomine tamen In-
25 fidelis non comprehenditur Catecumenus, neque filius ex Christiano parente nondum baptizatus, præsertim si existeret in vtero matris Christianæ defunctæ, licèt istis ecclesiastica sepultura denegetur, *Layman. in Thol. mor. lib. 3. tract. 5. cap. 12. num. 10. latè Iordan. loco cit. num. 117. & seq.* subdens *nu.* 122.
26 quod sepultura pagani, vel infidelis, quandiù manet occulta, pollutionem inducit.

27 Obserua 3. quod is, qui cadauer in locum alterius intulit inuito patrono, cogi potest illud auferre, aut loci pretium soluere, *vt d. Bonacin. de Contract. disp. 3. q. 21. de Sepult. pun. 3. num. 4.*

28 Obserua 4. quod si quis habeat duplicem parochiam habitationis in duobus locis, vt si æqualiter ferè habitet in vno loco, ac in alio, & eligat sepulturam in loco diuerso canonica portio inter vtrumque parochum diuidenda esset, *Sanch. lib. 2. disp. 24. num. 2. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de matrim. q. 2. pun. 8. num. 8.*

29 Quæritur 8. an Episcopus possit laicis concedere sepulturam in Ecclesijs Monialium? Resp. negatiuè, sed licentia à Sac. Congr. Concilij impetranda est, *Bonacin. d. tract. contract. d. q. 21. pun. 3. num. 6. vers. 11. &c. & decisum refert Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver. sepultura, num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, & in casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis suos subditos absoluere, & num. 3. limita vt in num. 2.*

4 *Episcopus non potest eum absoluere, qui in vno loco commisit delictum publicum, & postea se transtulit ad alium locum, vbi est occultum.*

5 *Qui in vno loco fuit nominatim denunciatus excommunicatus, in alio loco, vbi delictum est occultum, in publico vitandus non est, sed tantùm in occulto.*

6 *An notorius percussor clerici in vno loco, vitandus sit in alio loco, vbi est occultus.*

7 *Extraneus, qui se transtulit ad aliam diœcesim absque intentione manendi maiore anni parte, an ligetur legibus, & censuris illius diœcesis.*

8 *An & quando suspensus in vno loco, censeatur in alio loco suspensus.*

9 *Quæ dicatur percussio clerici leuis, & quæ grauis.*

10 *An, & quando subditus existens in alieno territorio, ligetur censuris, vel alijs pœnis à proprio Episcopo inflictis.*

Habens curam animarum, si non resideat, seu moretur in alia diœcesis, dicitur delinquere in propria diœcesi, ibidem.

CAP. X.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

Quæstio I.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. de ref. cap. 6. *possit eum absoluere, qui in vno loco commisit delictum publicum, & postea se transtulit ad alium locum, vbi est occultum.*

1 PRæmittendum est, quod Sacra Tridentina Synodus loco cit. Episcopis indulsit, vt in irregu-
2 laritatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare possint, & in
3 quibuscumque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscumque sibi subditos in diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absoluere imposita pęnitentia salutari. his præmissis.

4 Ad quæsitum nonnulli DD. affirmatiuè respondent, modò notitia illus delicti non sit illuc facili peruentura propter locorum distantiam, *ità Auila de cens. par. 2. c. 7. disput. 1. dub. 11. conclus. 3. Sanch. in præcept. decal lib. 2. c. 11. n. 20. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 39. n. 27. quorum sententiam probabilem putat. Bonac. de censur. disp. 1. q. 3. pun 2. n. 3.*

Contrariam verò sententiam veriorem existimo, quia vt verificentur verba Concilij, sufficit, vt in vno loco delictum sit publicum, *ità Suar. tom. 4. in 3. par. disp. 30. sect. 2. num. 2. quem refert, & sequitur Bonacin. loco cit. Ricc. in collect. decis. 653 par. 3.*

5 Sed quæres, an is, qui in vno loco fuit nominatim denunciatus excommunicatus, debeat vitari in alio loco, vbi eius delictũ est occultũ? Resp. talem in alio loco, vbi delictum est occultum in publico vitandum non esse, sed tantùm in occulto sicut enim publicè vitandus est, si excommunicatio publicè nota sit, ità occultè vitandus est, si publicè ignota sit, *Sylu. in ver. excommunicatio 4. nu. 2. Armill. eodem ver. num. 61. Sanch. in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 20 Vasq. de excomm. dub. 8. num. 2. Henriq. lib. 13. cap. 24. num. 1. Dian. resol. mor. par. 5. res. 134.* subdens, quod noto-
6 rius percussor Clerici in vno loco, ne occultè quidem vitandus est in alio loco, vbi est occultus, quia in isto alio loco non potest dici notorius percussor.

7 Quæres 2. an extraneus, qui se transtulit ad aliam diœcesim absque intentione manendi maiore anni parte, ligetur legibus, & censuris illius diœcesis? negat *Bonacin. de censur. disp. 1. quæst. 3. pun. 2. num. 6.*

8 Quæres 3. an suspensus simpliciter in vno loco, censeatur vbique suspensus? Resp. quod aut est suspensus ab officio, & in tali casu est vbique suspensus, quia suspensio est quædam inhabilitas ab Ecclesia instituta, qua suspensus fit inhabilis vbicumque sit; aut est suspensus in vno loco à beneficio, & tunc huiusmodi suspensio non trahitur ad beneficia alibi existentia, nisi aliter in sententia exprimatur *vide Bonacin. de censur. disp. 5. pun. 3. n. 7. vbi citat Suarez disp. 26. sect. 1. n. 11. Filiuc. tract. 17. c. 2. q. 2. & cap. 3. quæst. 6. Alter. t. 2. disp. 4. c. 5. col. 3. et 4. et disp. 5. c. col. 3*

Quæ-

9 Quæres 4. quæ dicatur percussio clerici leuis, & quæ grauis? Resp. quod id remititur arbitrio Iudicis Ecclesiastici attẽtis circumstantijs personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis; & ideò si attentis dictis circumstantijs percussio iudicabitur leuis, poterit ipse Episcopus absoluere ab excommunicatione, quæ in tali casu incurritur, secus si erit grauis, quia tunc percutiens clericum remittendus erit ad Sedem Apostolicam, *iuxtà extrau. Ioannis XXII, quam refert Nauarrus in manuali cap. 27. num. 91.* vbi, quod in dubio percussio censeri debet grauis, & ideò percutiens in tali casu remittendus est pro absolutione ad Sedem Apostolicam. ex quo fit, vt percussio, quæ fit cum scandalo in foro, platea, Ecclesia vel alio loco publico grauis iudicari debeat, cum sit notoria, *arg. §. atrox, vbi DD. inst. de iniur. l. Prætor, §. atrocem, ff. eod. tit. & ità sensit Sylu. in ver. absolutio 4. in princ. Bellet. disquis. cleric. tit. de fauor. cleric. canon. §. 3. num. 34. & seq. Bonacin. de censur. in part. disp. 2. qu. 3. punt. 6. sect. 5. nu. 8. & alij quos refert, & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 41. nu. 4. & seq. quicquid dicat Nauar. loco cit. nu. 92. Genuens. in prax. Archiep. Cur. Neap. cap. 80. per tot.*

10 Quæres 5. an subditus Episcopi in alieno territorio ligetur censuris annexis præcepto generali, siue speciali eiusdem Episcopi? Resp. negatiuè, quia peccatum subditi phisicè, & moraliter in tali casu consummatur in alieno territorio, vbi ius dicenti non paretur impunè, *cap. vt animarum, de constit. in 6.* vnde si Episcopus prohibeat sub pęna suspensionis, nè quis in aliena dięcesi celebret, illam non incurreret, si in ea de facto celebraret, *Ioan. Præpositus in 3. par. q. 1. de cens. in gen. dub. 5. num. 31. Hurtad. de cens. in gen. diff. 8. num. 29. & alij apud Dian. resolut. mor. par. 5. tract. 9. resol. 37. vers. verum opinio &c.* vbi subijcit, quod subditus existens in alieno territorio potest ligari censuris à suo Episcopo ratione delicti commissi in proprio Episcopatu, vt si habens curam animarum non resideat, seu moram faciat in alio Episcopatu, quia in tali casu omissio, residentiæ fit in proprio Episcopatu; idemque dicendum, & in alieno existens non satisfecit, aut si vocatus ad Synodum venire recusat, *ex trad. per Auil. de cens. par. 2. c. 2. disp. 2. dub. 2. concl. 3. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 16. diffic. 16. num. 9.*

SVMMARIVM.

11 *Non tenetur quis denunciare ratione monitorij, quando tempore publicationis degebat extra territorium Episcopi.*
12 *Superior suis censuris ligare non potest existentes in alio territorio, nisi in casibus hic expressis.*
13 *An, & quando Episcopus existens extra suum Episcopatum possit excommunicare suos subditos.*
Quando Episcopus extra suam diæcesim possit exercere iurisdictionem contentiosam, ibidem.
14 *Absens à loco, potest à censuris absolui, & quando huiusmodi absolutio suum operetur effectum.*

Quæstio II.

An teneatur quis denunciare ratione monitorij, quando tempore publicationis degebat extra territorium Episcopi.

11 RESP. negatiuè, quia non potest Superior suis censuris ligare existentes in alieno territorio, *Sayr. de censur. lib. 1. cap. 7. num. 19. Bonacin eod. tract. disp. 1. qu. 1 pun. 11. à nu. 6. & alij, quos refert & sequitur Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 96. num. 73. & seq.* secus esset, si nondum elapso termino præfixo in monitorio se transferat ad aliam dięcesim, *ex trad. per glos. in cap. præterea, ver. impedire, de appell.* vbi excommunicatio lata sub conditione, vt quis satisfaciat infra certum tempus, ligat, si pendente conditione efficiatur alterius fori. idem dicendum, si subditus fuerit citatione præuentus, antequam dięcesi discederet, quia tunc, etiam absens potest censuris ligari, *Ricc. in prax. for. Eccles. par. 2. res. 192. num. 2. Nau. in man. cap. 27. num. 6.* vel si delictum censeatur commissum in proprio Episcopatu: quo casu potest Episcopus punire clericos non residentes etiamsi existant extra diæcesim, quia videntur in dięcesi delinquere non residendo, *vt supra diximus, vide Conc. Trid. sess. 21. de ref. cap. 3. & sess. 23. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. vers. præterea obtinentibus &c.*

13 Notandum est etiam, quod Episcopus existẽs extra suum Episcopatum non potest excommunicare suos subditos, etiam esset vi pulsus, nisi in loco viciniori Episcopatui, aut de consensu Episcopi loci, vbi moratur, aut in re adeò manifesta, quæ non requirat causæ cognitionem, *clem. 1. de for. comp. cap. cum sit, §. finali de appel. Rot. dec. 13. de consuet. in antiq. Sylu. in ver. excommunicatio 2. num. 8. Abb. in cap. nouit, num. 3. de offic. leg. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. glos. 62. num. 11. & seq.* vbi dicit quod Episcopus extra suam diœcesim potest iurisdictionem contentiosam exercere, quando causæ cognitio non requiritur, & effectus confertur in suam diœcesim, *per tex. in l. fin. ff. de offic. Præf. Vrb.*

14 Notandum 2. quod absens à loco, potest à censuris absolui, cum fauores sint ampliandi, *Filliuc. tract. 11. cap. 10. q. 6. Reginald. lib. 9. num. 39. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur. in commun. disp. 1. q. 3. pun. 4. num. 4. & seq.* vbi dicit, quod absolutio collata absenti, suum sortitur effectum statim ac forma absolutionis pronunciata fuit, etiamsi nuncius, vel epistola nondum peruenerit ad illum, cui absolutio confertur, dummodò absolutio purè, & sine conditione de futuro collata fuerit, quia sicut excommunicatio statim suum operatur effectu, ità etiam absolutio *latè Viuian. de Iurepatr. par. 2. lib. 8. c. 1. nu. 1. & seq. quicquid dicat glos. in cap quanto, ver. Epistolam, 2. quæst. 5.*

SVMMARIVM.

15 *Quid sit interdictum.*
16 *Interdictum materialiter conuenit cum alijs censuris, formaliter tamen ab ijs distinguitur, & qua ratione.*
17 *Interdictum triplex est, personale, locale, & mixtum, & num. 19.*
18 *Amentes, & pueri vsu rationes carentes, an comprehendantur sub interdicto.*
19 *An interdicta aliqua Ecclesia, possint sacerdotes illius Ecclesiæ persoluere Diuina officia in alia Ecclesia.*
20 *An, & quando ciues interdicti, si aliò transferant domicilium, adhuc remaneant interdicti.*
21 *Interdictum diuiditur etiam in totale, & partiale.*
22 *Interdictus ab ingressu Ecclesiæ, si in Ecclesia missam celebret, aut alium ordinis actum exerceat, efficitur irregularis, secus si id egerit in priuatis oratorijs.*
23 *Interdictus ab ingressu Ecclesiæ, si tali interdicto durante decedat, an possit in Ecclesia sepeliri.*
24 *An interdictus ab ingressu Ecclesiæ possit in cœmeterio missam celebrare aut diuina audire, si celebrentur.*

Inter-

25 *Interdictum locale diuiditur in locale generale, & in locale speciale.*

26 *Interdictum, quo interdicuntur omnes Ecclesiæ alicuius Ciuitatis, aut Prouinciæ, dicitur interdictum speciale.*

Quæstio III.

Quid, & quotuplex sit interdictum.

15 INterdictum est ecclesiastica censura, per quam participatio certorum sacramentorum, omnium Diuinorum officiorum, & ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur, *cap. non est vobis, de sponsal. c. quod in te, de Penit. & remiss. & ibidem DD. latè Sylu. in ver. interdictum. 1. num. 2. & seq. Nau. in man. cap. 27. num. 164. & seq. & alij apud Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 1. num. 1.* vbi etiam obseruat, quod licèt
16 interdictum materialiter conueniat cum alijs censuris, quia omnes censuræ spiritualiter quibusdam bonis priuant, formaliter tamen ab ijs distinguitur, quia excommunicatio priuat Diuinis officijs, sacramentis &c. quatenus continent sacram communicationem cum fidelibus: suspensio priuat spiritualibus bonis, quatenus proueniunt ex potestate clericali, quæ per censuram impedita est; interdictum verò priuat dictis spiritualibus bonis, quatenus habent rationem dispensationis, ac participationis, quam Ecclesia iustis de causis per interdictum subtrahere intendit. facilior tamen est alia distinctio, quod excommunicatione puniri possunt tàm laici, quam Clerici: suspensione tantùm Clerici: sed interdicto Vniuersitates, & loca puniuntur, *de quo vide Nau. in man. cap. 26. num. 165. Sylu. in ver. interdictum, 1. num. 5.* vbi alias differentias assignant, *Bonacin. de censur. disp. 5. pun. 1. nu. 1. & seq.*
17 Huiusmodi verò interdictum triplex est: aliud dicitur personale, quo prohibetur populus, vel aliqua persona particulari audire Diuina officia, vbicunque sit: aliud dicitur locale, quo directè interdicitur locus, nè in eo Diuina officia audiantur ab incolis, vel extraneis, licèt personæ loci interdicti possint Diuina officia alibi audire. aliud dicitur mixtum, quo interdicitur locus, & persona, *Nau. in man. cap. 27. num. 166. Sylu. in ver. interdictum, 1. q. 1. &*
18 *in ver. interdictum, 2. nu. 18.* vbi quod amentes, & pueri vsu rationis carentes non comprehenduntur sub interdicto personali, licèt comprehendantur sub interdicto locali, quod directè afficit locum; & ideò si in eo loco decedunt, priuantur ecclesiastica sepultura, sicut cęteri, *Bonacin. d. disp. 5. pun. 1. num.*
19 *2. & seq. & num. 21.* vbi etiam obseruat, quod interdictis personis alicuius loci non censetur interdictus locus, & interdicto loco non censentur interdictæ personæ; vnde interdicta aliqua Ecclesia, possunt Sacerdotes illius Ecclesiæ persoluere Diuina officia in alia Ecclesia, dummodò ipsi non dederint causam culpabilem interdicti localis, quo casu nullibi possent audire, vel persoluere officia Diuina: quemadmodum Ciues interdicti, etiamsi aliò
20 transferant domicilium, adhuc remanent interdicti si interdicti causam culpabilem dederint, *cap. si sententia, vbi DD. de sent. excom. in 6. Bonacin. loco cit. nu. 19.*
21 Item interdictum diuiditur in totale, ac partiale; totale dicitur quod omnes interdicti effectus habet: partiale, quod non omnes, quale est, cum alicui prohibetur ingressus in Ecclesiam, *latè Layman. d. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap. 1. nu. 4.* vbi etiam dicit, quod
22 is, cui ingressus Ecclesiæ interdictus est, si in Ecclesia missam celebret, aut alium ordinis actum exerceat, efficitur irregularis: non tamen si id egerit in priuatis oratorijs: quia nomine Ecclesiæ intelligitur locus ab Episcopo deputatus ad publi-
23 cum missæ sacrificium, vel alia officia; & vltra, si tali interdicto durante decedat, non potest in Ecclesia, vel cœmeterio ecclesiastico, nisi pęnituerit, sepeliri, *iuxta tex. in cap. is, cui, de sent. excom. in 6.*
24 An verò interdictus ab ingressu Ecclesiæ, censeatur interdictus ab ingressu cœmeterij? Resp. negatiuè: & ideò non prohibetur, quominus possit ibi celebrare, aut Diuina audire, si celebrentur; quia cœmeterium non venit nomine Ecclesiæ, *ità Suar. Reginald. alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur. disp. 5. pun. 5. num. 11. Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver. interdictum,* vbi addit, quod admittens interdictos, vel excommunicatos vitandos ad participationem Diuinorum, incurrit ipso facto interdictum ab ingressu Ecclesiæ.
25 Rursus interdictum locale, aliud est locale generale, quo interdicitur locus vniuersalis, vt Regnum, Prouincia, Diœcesis, Ciuitas, Villa, Castrum: aliud est interdictum locale speciale, quo interdicitur aliquis particularis locus, vel Ecclesia, aut Parochia alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, in quo sint aliæ parochiæ, *Nau. d. cap. 27. num. 166. Auil. 5. par. disp. 1. dub. 1. conclus. 2. & alij apud Bonacin. d. disp. 5.*
26 *pun. 1. num. 5. & seq.* vbi subijcit quod interdictum, quo interdicuntur omnes Ecclesiæ alicuius Ciuitatis, aut Prouinciæ, dicitur adhuc interdictum speciale; vnde eo casu Diuina officia celebrari poterunt extra Ecclesias, videlicet in domibus priuatis, in quibus aliqui habent priuata sacella cum priuilegio ibi missas celebrandi, *vt sensit etiam Layman. d. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap. 1. num. 2.*

SVMMARIVM.

27 *Interdictis omnibus Ecclesijs Ciuitatis non censetur interdicta Ecclesia Cathedralis: limitatur num. 30.*

28 *Nomine clericorum non comprehenduntur Canonici Ecclesiæ Cathedralis in materia odiosa, & pœnali.*

29 *Religiosi in fauorabilibus, non in odiosis veniunt sub nomine Cleri: limitatur num. 38.*

30 *Interdicta Ciuitate censentur interdictæ omnes Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis, etiam Cathedralis.*

31 *Quando Ecclesiæ exemptæ subiaceant interdicto lato ab Episcopo.*

32 *Habens duo domicilia, vnum in loco interdicto, aliud in alio loco non interdicto, quandiù habitat in loco non interdicto, non subiacet interdicto.*

33 *Ciuis Communitatis interdictæ, si aliò transferat domicilium, desinit esse interdictus.*

34 *Ciuis absens à loco interdicto, an subiaceat interdicto.*

35 *Interdicta Ciuitate censentur interdicta etiam suburbia, & alia loca vicina etiam non subdita Iudici interdicenti.*

36 *Episcopus, qui aliquem locum interdixit, tenetur abstinere ab officijs persoluendis in eo loco.*

37 *Episcopus, si aliquem excommunicauit, non potest cum eo communicare.*

38 *Interdictum, si feratur sub nomine personarum ecclesiasticarum, ligat etiam Religiosos iam professos, quàm nouitios, & etiam moniales: limitatur num. 39.*

39 *Interdictis Religiosis non censentur interdicti nouitij.*

Quæ-

Quæstio IV.

An interdictis omnibus Ecclesijs Ciuitatis censeatur interdicta Ecclesia Cathedralis.

27 RESp. negatiuè; quia Ecclesia Cathedralis ob
sui excellentiam digna est speciali nota, &
ideò non comprehenditur in generali sermone,
etiamsi verba iuxta propriam sui significationem
illi accommodari possint, *cap. quamuis de Præb. in 6.*
Alter. de Interd. disp. 1. cap. 4. col. 11. quem refert Bonacin.
de Censur. disp. 5. pun. 1. num 9. vers. Contrarium proba-
28 *bilius &c.* quemadmodum nomine clericorum non
comprehenduntur Canonici Ecclesiæ Cathedralis
in materia pœnali, & odiosa, quia in istis est
qualitas super alios, quæ in Clericis simplicibus
non reperitur, *vt d. Sylu. in ver Clericus, 1. nu. 1.* vnde
interdictis omnibus Clericis Ciuitatis non censen-
tur interdicti Canonici Ecclesiæ Cathedralis, *Bona-*
29 *cin. vbi supra nu. 14.* vbi etiam dicit, quod interdi-
cto clero non censentur interdicti Religiosi, quia
in fauorabilibus tantùm, non autem in odiosis Re-
ligiosi veniunt sub nomine Cleri, *Panorm. in cap. 1.*
nu. 3. de Instit. Syln. in ver. interdictum, 2. nu. 17. Laym.
in Theol. mor. lib. 1. tr. 5. par. 4. cap. 4. num. 3.
30 Obserua tamen, quod interdicta Ciuitate censen-
tur interdictæ omnes Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis,
est interdictum generale, *Bonacin. d. disp. 5. pun. 1. n. 10.*
& 24. vbi subijcit, quod per interdictum speciale
31 non potest Episcopus interdicere Ecclesias exem-
ptas; & ideò si interdicat singulas Ecclesias alicu-
ius Ciuitatis, non censetur Ecclesias exemptas in-
terdicere: secus si interdixerit aliquam Ciuitatem
per interdictum locale generale, quia tunc censetur
etiam interdixisse Religionum Ecclesias, *ex Conc.*
Tridentino sess 55. de Regular. cap. 12.
32 Obserua 2. quod si detur casus, vt vnus habeat
duo domicilia, vnum in eo loco, seu Ciuitate, in qua
populus est interdictus, aliud in alio loco, in quo
populus non est interdictus, tunc quandiù habitat
in eo loco, vbi populus non est interdictus, non
subiaceret interdicto: consentaneum enim est, vt
fruatur libertate eius loci, in quo actu habitat,
cum versemur in materia odiosa; secus esset, si ha-
bitaret in domicilio eius loci, in quo populus est
interdictus, *vt sensit Bonacin. de Censur. disp. 5. pun. 1.*
num 19. & seqnent. vbi etiam dicit, quod Ciuis com-
33 munitatis interdictæ, si aliò transferat domicilium
desinit esse interdictus, eo quod desinat esse pars il-
lius communitatis, dummodò non dederit causam
culpabilem interdicto.
34 Obserua 3. quod Ciuis communitatis, siue po-
puli interdicti, subijcitur interdicto, etiamsi eo
tempore, quo illud fertur a Iudice, ab eo loco abes-
set; ratio est, quia etiam absens dicitur, & est pars
communitatis interdictæ, *vt d. Bonacin. loco cit. n. 19.*
vbi alios refert.
35 Obserua 4. quod interdicta Ciuitate, intelligun-
tur interdicta etiam suburbia, & alia loca vicina,
etiam, non subdita Iudici interdicenti, quorum re-
spectu oriretur occasio parui pendendi interdi-
ctum, si in illis locis Diuina celebrarentur, *ità Sua-*
rez disp. 32. sect. 2. num. 23. Coninch. disp. 17. dub. 1. num.
18. Auila par. 5. disp. 1. dub. 3. Alter. disp. 1. cap. 4. dub.
4. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. dict. disput. 5.
pun. 1. nu. 23. vbi dicit, quod suburbia, vel alia loca
vicina, si non sint subdita Episcopo interdicenti,
non censentur interdicta ab Episcopo, sed à iure
communi.

36 Obserua 5. quod Episcopus, qui aliquem locum
interdixit, tenetur abstinere ab officijs persoluendis
in eo loco: quemadmodū si aliquem excommunica-
37 uit, non potest cum eo communicare: ratio est,
quia hi sunt effectus introducti à iure communi, in
quibus non potest inferior dispensare, *ità Alter. disp.*
1. cap. 5. dub. 8. & disp. 10. cap. 6. ad fin. & alij apud Bo-
nac. loco cit. nu. 28.
38 Obserua 6. quod si interdictum feratur sub no-
mine personarum Ecclesiasticarum, tunc etiam Re-
ligiosi tam professi, quàm nouitij comprehendun-
tur; immò etiam moniales, quæ vocantur etiam
personæ ecclesiasticæ, vtpotè Diuino seruitio man-
cipatæ, *Præpos. in 3. par. quæst. 4. de interd. dub. 2. num.*
11. Portell. in dub. reg. ver. interd. numer. 5. quos refert
39 *Dian. res. mor. par. 5. tract. 10. res. 80.* subdens, quod in-
terdictis Religiosis, non censentur interdicti noui-
tij, quia nouitius in odiosis non venit nomine Re-
ligiosi.

SVMMARIVM.

40 *Enumerantur pœnæ à iure impositæ contra violantes interdictum, & nu. seq.*

41 *Quando Clericus ob violationem interdicti in irregularitatem incidat, & quando non.*

42 *Quando Clerici non seruantes interdictum, excusentur à prædictis pœnis.*

43 *Interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto etiam ianuis clausis, secus in interdicto locali generali.*

44 *Quando in loco interdicto celebrari possint Diuina officia.*

45 *An Episcopus celebrans in loco à se interdicto, incidat in irregularitatem.*

46 *An violans cessationem à Diuinis, in irregularitatem incurrat.*

Tempore cessationis à Diuinis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, iuxta moderationem cap. alma mater, ibidem.

47 *Quam pœnam incurrant ingredientes sine licentia in monasteria monialium, vel Regularium virorum.*

Quæstio V.

Quam penam incurrant violantes interdictum.

49 RESp. quod laici violantes interdictum, peccant
mortaliter, siue interdictum sit personale, siue
locale generale, vel speciale: quia faciūt contra pro-
hibitionem Ecclesiæ in materia graui: nisi fortè ex-
cusentur ratione paruitatis materiæ, vel ignorātiæ,
aut vrgētis necessitatis, *Innoc. in c. tāta, de excess. Prel.*
Suar. disp. 34. sect. 5. n. 4. Coninch. disp. 17. dub. 3. nu. 4. &
67. Nau. in man. c. 27. nu. 187. Syln. in ver. interdictum 6.
q. 7. & alij apud Bonacin. de Cens. disp. 5. pun. 7. n. 1. quic-
quid in contrarium sentiant alij apud Dian. res. mor. p. 5.
tr. 10. res. 68. item possunt alijs pœnis arbitrio Iudi-
cis ecclesiastici puniri, *capit. auctoritate, de Pri-*
uil. in 6.
41 Domini verò tēporales siue laici, siue ecclesiastici
cogētes aliquē ad celebranda Diuina officia in loco
interdicto, aut voce Præconis, vel campanarū sonitu
aut ad clangorem tubicinis, vel buccinæ conuocan-
tes populum ad audienda Diuina officia in tali lo-
co, vel prohibentes, nè interdicti exeant, postquam
fuerint à celebrantibus admoniti, excommunica-
tionem Papæ reseruatam incurrunt: eademque ex-
communicatione ligantur ipsi interdicti, qui recu-
sant

faut exire post admonitionem, *vt in clem. 2. de Sent. excom. Nauar. loco cit. num.* 104. vbi obseruat, quod ad incurendam præfatam excommunicationem conuocatio populi debet fieri aliquo modo ex prædictis, non autem clam per nuncios, & quod interdicti sint nominatim admoniti, *Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap 3. nu 3.*

42 Clerici verò tam sæculares, quam regulsres violantes interdictum locale, vel personale per exercitium alicuius ordinis sacri, vel celebrantes in Ecclesia denunciata interdicta, vltra peccatum mortale, efficiuntur irregulares, *cap. is, cui, de Sent. excom. in 6. latè Layman. loco cit. d. cap. 3. numer. 1. Bonacin. d. pun. 7. numer. 13. & 17.*

43 Præterea violantes interdictum locale, suspensi sunt ab officio, consequenter à iurisdictione, *cap. tanta, de excess. Prælat. per quem textum ità tenent communiter DD.* quæ quidem suspensio videtur potius ferenda, quàm lata ipso iure, *vt obseruant Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. nu* 4.

44 Item violantes interdictum locale saltem generale, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, & possunt etiam priuari beneficijs, alijsque pœnis affici arbitrio Iudicis, *cap. auctoritate, & cap. Episcoporum, de Priuil. in 6. Caiet. in ver. interdicti violatio, Suar. disp. 34 sect. 4. num. 6. & disp. 27. sect. 1. num. 5. & alij, quos refert, & sequitur idem Bonacin. loco proximè cit*

45 Priuantur etiam priuilegio, quo alioquin gauderent, vt in loco sacro sepeliri possint, *cap. quod in te, de Pœnit. & remiss. Layman. vbi suprà d. cap. 3. num. 3.*

46 Item Prælatus Ecclesiasticus, si sit excommunicatus, & audiat Diuina auctorizando, puta si auctoritate sua faciat coram se celebrari, irregularitatem incurrit: qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, *Abb. in cap. illud, nu. 8. de Cler. excom. Sylu. in ver. irregularitas, q. 13. Alter. disp. 9. cap. 2 dub. 2. Auila par. 7. disp. 9. sect. 2 dub. 6. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 3. num. 7.* vbi obseruat, quod ad incurrendam prædictam irregularitem, requiritur, vt ille, qui præcipit, sit Sacerdos, quia iura loquuntur de Sacerdote excommunicato curante coram se celebrari, *& d. disp. 5. pun. 7. num.* 10. vbi subijcit, quod laicus excommunicatus, vel interdictus præcipiens Sacerdoti, vt corã se celebret, non incurreret irregularitatem, quia id non est in iure expressum, *Innoc. in cap. tanta, num. 2. de exces. Prælat.*

47 Præterea Regulates non seruante cessationem à Diuinis, vel interdictum locale generale, quando seruatur ab Ecclesia cathedrali, seu matrice oppidi, seu parochiali, ipso facto excommunicationem incurrunt, *clem. 1. de sent. excom. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 7 nu. 4. Nau d. cap. 27. nu. 146. &* 187. quod intellige, quando interdictum est validum; secus si esset in se nullum, & nullitas esset sufficienter publicata, *vt d. Nauar. loco cit.*

48 Item Religiosi ad nullum ordinem ordinati, sunt ineligibiles tam actiuè, quàm passiuè, & possunt in arctius Monasterium recludi, *Sylu. in ver. interdictum, 6. num. 3. vers. Religiosus etiam &c.* vbi idem dicit de monialibus.

49 Præterea tam laici, quàm clerici, & Regulares, qui in casibus non permissis tempore interdicti defunctorum corpora, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, scienter sepelire præsumunt, incurrunt ipso facto in excommunicationem Ordinario reseruatam, *vt in clem. 1. de sepult. de quo vide, quæ supra diximus in cap. de sepultur.*

50 Item qui præbet occasionem interdicti alicuius loci, tenetur ad damna, quæ passa sunt loca pia in eleemosinis, & oblationibus, *vt d. glos. in cap. 2. ver. occasionem, de offic. Ordin. in 6.*

51 Obserua tamen, quod interdictum à Clericis tripliciter violari potest; primò dum clericus vinculo interdicti ligatus, functionem sacri ordinis exercet, conferendo v. g. Sacramenta &c secundo dum ipse non est interdictus, sed Sacramenta confert in loco interdicto; & in his casibus incurrit irregularitatem, vt supra: tertiò dum nec ipse, nec locus est interdictus, sed Sacramenta confert interdicto: quo casu non contrahitur irregularitas, *secundùm probabilem sententiam, quam post Suar. disp. 32. nu. 8. Alter. disp. 9. cap. 1. & disp. 2. sub fin. & alios sequitur Bonacin. disp. 5 pun. 7. nu. 4. versus fin.*

52 Obserua 2. quod Clerici excusantur à peccato, & alij pœnis non seruando interdictum ob grauem metum, vt si Princeps tempore interdicta præcipiat Sacerdoti, vt celebret sub pœna carceris, verberum, aut amissionis bonorum, quia Ecclesia non obligat cum graui incommodo; nisi cum præcepto Ecclesiæ concurrat etiam præceptum Diuinum, aut naturale; tunc enim non excusantur, vt si celebrando periculum adsit scandali, vel si Princeps metum incutiat in contemptum potestatis ecclesiasticæ, aut fidei vel Religionis: quo casu vita potius profundenda est, *vt rectè docet Bonacin d. disp. 5 pun. 7. nu. 3.* vbi etiam obseruat, quod præsumeretur, metum incuti in contemptum potestatis ecclesiasticæ, si is, qui metum incutit ad celebrandum post prohibitionem Ecclesiæ, nihil anteà curabat de celebratione, nisi aliud ex alij circumstantijs colligatur.

53 Obserua 3. quod interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto, etiã ianuis clausis, & absque sono campane; interdictum verò locale generale non violatur celebrando ianuis clausis, *vt rectè aduertit Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. num. 9. in fin.*

54 Obserua 4. quod in loco interdicto possunt celebrari Diuina officia vel de licentia iuris, vel de licentia hominis, *Innoc. in cap. vt priuilegia. num. 1. de Priuil.* verum, antequam Episcopus concedat huiusmodi licentiam, auferre debet interdictum, *Bonacin. d. disp. 6. pun. 7. num. 7.* vbi dicit, quod Episcopus
55 celebrans in loco à se interdicto, incurreret in irregularitatem, nisi auferat interdictum, antequam celebret, quia Episcopus non potest auferre effectus interdicti à iure communi inductos.

56 Obserua 5. quod violans cessationem à Diuinis, non incurrit irregularitatem, quia cessatio à Diuinis non est censura, sed simplex prohibitio, qua ministri Ecclesiæ prohibentur persoluere Diuina officia, ministrare Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, *Nauar. d. cap. 27. nu.* 188. *latè Bonacin. de censur. disp. 6. pun. 1.* etiam obseruat, quod tempore cessationis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, *iuxta moderationem cap. alma mater de sent. excom. in 6.*

57 Obserua 6. quod mulieres violantes clausuram monasteriorum monialium, vel virorum regularium, seu in illa ingredientes sine licentia, incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam, siue in faciant ex prætextu priuilegiorum, siue propria auctoritate, *latè Quarant. in ver. monasteria, & conuentus Regular. viror. & in ver. monasteria monialium, & ità declarauit Sac. Congreg. teste Nicolio in sui floscul. siue notabil in ver. clausura, nu .40. & in ver. moniales, num. 37.* idem dicendum de viris sine licentia ingredientibus in monasteria monialium, *ex constit. 28. Greg. XIII. incip. Vbi gratia &c. vide Cherubin. ibidem schol.*

schol. 1. vbi dicit, quod ità seruatur in sacra Pœnitentiaria, *Nicol loco cit. in ver. clausura, num.* 40. vbi dicit, quod in eamdem censuram incidunt qui licentiam habent intrandi pro vno seruitio, si postea intrant pro alio, & ità Sac. Congregationem pluries declarasse, testatur *Quaran. in d. ver. monasteria moni lium, vers. Amplia dictam constitutionem &c.* vbi subijcit, quod violantes clausuram moniaium ad malum finem non possunt absolui à Confessarijs habentibus facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis.

SVMMARIVM.

1 *In beneficijs non attenditur locus, vbi sita sunt, sed locus, cui subiecta sunt.*
2 *Beneficium exemptum non dicitur esse in loco, vbi beneficium est situm.*
3 *Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ.*
4 *In quo loco clericus conueniri possit.*
5 *Testes non probant valorem beneficij, nisi sciant onera beneficij, & morati fuerint in loco, vbi est beneficium.*
6 *Quænam onera deducantur ex fructibus beneficijs, & nu. seq. vsque ad nu.* 11.
11 *Enumerantur onera, quæ non deducuntur & nu.* 12.

CAP. XI.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

QVæritur 1. In quo loco censeatur esse beneficium?

1 Resp. quod non attenditur locus, vbi situm est beneficium, sed locus, cui subiectum est benefi-
2 cium; vnde beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo beneficium est situm, & ità seruatur in Curia, *vt testatur Mohed. decis.* 3. *alias* 92. *nu.* 2. *de*
3 *Præb.* vbi dicit, quod Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ; item beneficia existentia in legatione Auenionen. quorum collatiô pertinet ad Abbates monasteriorum existentium in Francia, comprehenduntur sub concordatis Franciæ, quicquid in contrarium afferat *Roman. cons.* 361. *num.* 5. *vers. præterea &c. Tiraq. de retract. lignag.* § 36. *glos.* 3. *num.* 27.
4 Quæritur 2. an clericus ratione beneficij conueniri possit in quolibet loco, vbi beneficium possidet? Resp. affirmatiuè, *Carleual. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 3. *num.* 143. *& seq.*
5 Quæritur 3. quando testes probent valorem beneficij Resp. quod inter cętera requisita ad effectum vt testes probent valorem beneficij, requiritur, vt sciant onera eiusdem beneficij; fructus enim intelliguntur deductis oneribus, & expensis, *l. fructus, vbi DD ff. sol. matrim.* secundò requiritur, quod morati fuerint in loco, vbi est beneficium, aliàs non probant, *Card. Seraph. decis.* 102. *num.* 5. *& dec.* 1317. *nu.* 1. *& dec.* 1393. *nu.* 1.
6 Circa onera notandum est, quod alia deducuntur ex fructibus beneficij: alia non deducuntur. onera quæ deducuntur ex fructibus, sunt impensæ necessariæ pro recollectione fructuum, *Rot. dec.* 444. *nu.* 5 *par.* 2. *Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec.* 273. *num.* 11.
7 Deducitur etiam salarium Magistri Capellæ Cōcionatoris, Clericorum Ecclesiæ inseruientium, & id, quod soluitur R. Cameræ pro contributione triremium, *Rot. dec* 611. *per tot. par.* 3. *Recent. & coram Penia dec.* 136. *nu.* 7. vbi quod subduci debet etiam salarium Capellani vel coadiutoris: quod intellige, quando Rector solus, totius anni spatio inspecto, sine alio Sacerdote coadiutore non posset supplere, *Beltramin. ad Greg dec.* 247. *num.* 12. subdens, quod ad illum effectum probari debet, quod ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine baptismo, & homines sine sacramentis obierint; nec sufficeret probare, quod tempore quadragesimali, & paschatis non sufficiat vnus Rector pro audiendis confessionibus, & ministrandis alijs sacramentis, quia tunc pro illo tempore tantùm potest Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes, & non est necesse toto anni tempore huiusmodi coadiutorem retinere, *Rot. in Vali soletana seruitij* 11. *Ianuarij* 1619. *coram Andrea.*
8 Item deduci debent onera expensarum pro cultu Diuino, pro cera, hostijs, vino, oleo pro luminaribus, & musica in festiuitate Sancti Titularis Ecclesiæ iuxta quantitatem ab Ordinario declarandam, *Card. Caualer. dec.* 462. *num.* 3. *Gig. de pension. q.* 96. *num.* 2. *&* 3. vbi, quod deducitur etiam cathedraticum, & expensa facta in Visitatione Ecclesiæ, *Rota in Nouarien pensionis* 9. *Nouembris* 1624. *coram Pirouano, & in Feretrana pensionis* 4. *Decembris* 1623. *coram Vbaldo seniori*, vbi habita fuit ratio etiam candelarum in Festo Purificationis B. Marię manutentionis Sacristię, & organi, *prout refert Ferentill. ad Buratt. dec.* 418.
9 Subducenda sunt etiam cambia, quę pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi pensio soluenda est, titularis soluit, *Rota in Monopolitana pensionis* 3. *Aprilis* 1598. *coram Orano, quam refert Bel tramin. ad Gregor. decis.* 245. *nu.* 12.
10 Item subduci debet subsidium, quod soluitur Regi Catholico: hoc enim perpetuum censetur, quià licèt solum sit ad quinquennium concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices iterum illud concedere, *Garc. de benefic. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 164. *& seq. vide Beltram. ad Greg. d. dec.* 245. *num.* 12. *per tot.*
11 Onera verò, quæ non deducuntur, sunt ea, quæ temporalia sunt, non perpetua; vnde non est detrahenda pensio de beneficij valore, quia pensio est onus temporale, *Gonz. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 5. *nu.* 21. *Paris. de Resignant. lib.* 10. *q.* 2. *num.* 47. vbi, quod valorem exprimens deducta pensione, non excusatur à mala expressione.
12 Item nec deduci debent onera, quæ expleri possunt per Rectorem beneficij, *Buratt. dec.* 418. *latè Beltramin. ad Greg. d. dec.* 245. *num.* 12. vbi etiam dicit, quod nec est detrahendum salarium factoris, quando prædia possunt locari colonis partiarijs, *Card. Caualer. decis.* 462. *num* 2.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, & institutio potest fieri extra diœcesim, si ibi reperiatur Episcopus, vel eius Vicarius habens ad id speciale mandatum.*
2 *Actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri extra territorium, contradictore non apparente.*
3 *Episcopus extra diœcesim potest beneficia conferre, sicut & Legatus de latere, & quilibet alius ordinarius, & num.* 4.
5 *An Parochus extra territorium Episcopi possit suos subdi-*

faut exire post admonitionem, *vt in clem. 2. de Sent. excom. Nauar. loco cit. num. 104.* vbi obseruat, quod ad incurendam præfatam excommunicationem conuocatio populi debet fieri aliquo modo ex prædictis, non autem clam per nuncios, & quod interdicti sint nominatim admoniti, *Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap 3. nu 3.*

42 Clerici verò tam sæculares, quam regulares violantes interdictum locale, vel personale per exercitium alicuius ordinis sacri, vel celebrantes in Ecclesia denunciata interdicta, vltra peccatum mortale, efficiuntur irregulares, *cap. is, cui, de Sent. excom. in 6. latè Layman. loco cit. d. cap. 3. numer. 1. Bonacin. d. pun. 7. numer. 13. & 17.*

43 Præterea violantes interdictum locale, suspensi sunt ab officio, consequenter à iurisdictione, *cap. tanta, de excess. Prælat. per quem textum ità tenent communiter DD.* quæ quidem suspensio videtur potius ferenda, quàm lata ipso iure, *vt obseruant Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. nu 4.*

44 Item violantes interdictum locale saltem generale, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, & possunt etiam priuari beneficijs, alijsque pœnis affici arbitrio Iudicis, *cap. auctoritate, & cap. Episcoporum, de Priuil. in 6. Caiet. in ver. interdicti violatio, Suar. disp. 34 sect. 4. num. 6. & disp. 27. sect. 1. num. 5. & alij, quos refert, & sequitur idem Bonacin. loco proximè cit*

45 Priuantur etiam priuilegio, quo alioquin gauderent, vt in loco sacro sepeliri possint, *cap. quod in te, de Pœnit. & remiss. Layman. vbi suprà d. cap. 3. num. 3.*

46 Item Prælatus Ecclesiasticus, si sit excommunicatus, & audiat Diuina auctorizando, puta si auctoritate sua faciat coram se celebrari, irregularitatem incurrit: qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, *Abb. in cap. illud, nu. 8. de Cler. excom. Sylu. in ver. irregularitas, q. 13. Alter. disp. 9. cap. 2 dub. 2. Auila par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 6. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 3. num. 7.* vbi obseruat, quod ad incurrendam prædictam irregularitem, requiritur, vt ille, qui præcipit, sit Sacerdos, quia iura loquuntur de Sacerdote excommunicato curante coram se celebrari, *& d. disp. 5. pun. 7. num. 10.* vbi subijcit, quod laicus excommunicatus, vel interdictus præcipiens Sacerdoti, vt corã se celebret, non incurreret irregularitatem, quia id non est in iure expressum, *Innoc. in cap. tanta, num. 2. de exces. Prælat.*

47 Præterea Regulares non seruante cessationem à Diuinis, vel interdictum locale generale, quando seruatur ab Ecclesia cathedrali, seu matrice oppidi, seu parochiali, ipso facto excommunicationem incurrunt, *clem. 1. de sent. excom. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 7 nu. 4. Nau d. cap. 27. nu. 146. & 187.* quod intellige, quando interdictum est validum; secus si esset in se nullum, & nullitas esset sufficienter publicata, *vt d. Nauar. loco cit.*

48 Item Religiosi ad nullum ordinem ordinati, sunt ineligibiles tam actiuè, quàm passiuè, & possunt in arctius Monasterium recludi, *Sylu. in ver. interdictum, 6. num. 3. vers. Religiosus etiam &c.* vbi idem dicit de monialibus.

49 Præterea tam laici, quàm clerici, & Regulares, qui in casibus non permissis tempore interdicti defunctorum corpora, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, scienter sepelire præsumunt, incurrunt ipso facto in excommunicationem Ordinario reseruatam, *vt in clem. 1. de sepult. de quo vide, quæ supra diximus in cap. de sepultur.*

50 Iem qui præbet occasionem interdicti alicuius loci, tenetur ad damna, quæ passa sunt loca pia in eleemosinis, & oblationibus, *vt d. glos. in cap. 2. ver. occasionem, de offic. Ordin. in 6.*

51 Obserua tamen, quod interdictum à Clericis tripliciter violari potest; primò dum clericus vinculo interdicti ligatus, functionem sacri ordinis exercet, conferendo v. g. Sacramenta &c secundo dum ipse non est interdictus, sed Sacramenta confert in loco interdicto; & in his casibus incurrit irregularitatem, vt supra: tertiò dum nec ipse, nec locus est interdictus, sed Sacramenta confert interdicto: quo casu non contrahitur irregularitas, *secundùm probabilem sententiam, quam post Suar. disp. 32. nu. 8. Alter. disp. 9. cap. 1. & disp. 2. sub fin. & alios sequitur Bonacin. disp. 5 pun. 7. nu. 4. versus fin.*

52 Obserua 2. quod Clerici excusantur à peccato, & alij pœnis non seruando interdictum ob grauem metum, vt si Princeps tempore interdicta præcipiat Sacerdoti, vt celebret sub pœna carceris, verberum, aut amissionis bonorum, quia Ecclesia non obligat cum graui incommodo; nisi cum præcepto Ecclesiæ concurrat etiam præceptum Diuinum, aut naturale; tunc enim non excusantur, vt si celebrando periculum adsit scandali, vel si Princeps metum incutiat in contemptum potestatis ecclesiasticæ, aut fidei vel Religionis: quo casu vita potius profundenda est, *vt rectè docet Bonacin d. disp. 5 pun. 7. nu. 3.* vbi etiam obseruat, quod præsumeretur, metum incuti in contemptum potestatis ecclesiasticæ, si is, qui metum incutit ad celebrandum post prohibitionem Ecclesiæ, nihil anteà curabat de celebratione, nisi aliud ex alij circumstantijs colligatur.

53 Obserua 3. quod interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto, etiã ianuis clausis, & absque sono campane; interdictum verò locale generale non violatur celebrando ianuis clausis, *vt rectè aduertit Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. num. 9. in fin.*

54 Obserua 4. quod in loco interdicto possunt celebrari Diuina officia vel de licentia iuris, vel de licentia hominis, *Innoc. in cap. vt priuilegia, num. 1. de Priuil.* verum, antequam Episcopus concedat huiusmodi licentiam, auferre debet interdictum, *Bonacin. d. disp. 6. pun. 7. num. 7.* vbi dicit, quod Episcopus

55 celebrans in loco à se interdicto, incurreret in irregularitatem, nisi auferat interdictum, antequam celebret, quia Episcopus non potest auferre effectus interdicti à iure communi inductos.

56 Obserua 5. quod violans cessationem à Diuinis, non incurrit irregularitatem, quia cessatio à Diuinis non est censura, sed simplex prohibitio, qua ministri Ecclesiæ prohibentur persoluere Diuina officia, ministrare Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, *Nauar. d. cap. 27. nu. 188. latè Bonacin. de censur. disp. 6. pun. 1.* etiam obseruat, quod tempore cessationis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, *iuxta moderationem cap. alma mater de sent. excom. in 6.*

57 Obserua 6. quod mulieres violantes clausuram monasteriorum monialium, vel virorum regularium, seu in illa ingredientes sine licentia, incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam, siue in faciant ex prætextu priuilegiorum, siue propria auctoritate, *latè Quarant. in ver. monasteria, & conuentus Regular. viror. & in ver. monasteria monialium, & ità declarauit Sac. Congreg. teste Nicolio in sui flosculi siue notabil in ver. clausura, nu .40. & in ver. moniales, num. 37.* idem dicendum de viris sine licentia ingredientibus in monasteria monialium, *ex constit. 28. Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ &c. vide Cherubin. ibidem*

schol.

*schol.*1. vbi dicit, quod ità seruatur in sacra Pœnitentiaria, *Nicol loco cit. in ver. clausura, num.* 40. vbi dicit, quod in eamdem censuram incidunt qui licentiam habent intrandi pro vno seruitio, si postea intrant pro alio, & ità Sac. Congregationem pluries declarasse, testatur *Quaran. in d. ver. monasteria moni alium, vers. Amplia dictam constitutionem &c.* vbi subijcit, quod violantes clausuram monia'ium ad malum finem non possunt absolui à Confessarijs habentibus facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis.

SVMMARIVM.

1 *In beneficijs non attenditur locus, vbi sita sunt, sed locus, cui subiecta sunt.*
2 *Beneficium exemptum non dicitur esse in loco, vbi beneficium est situm.*
3 *Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ.*
4 *In quo loco clericus conueniri possit.*
5 *Testes non probant valorem beneficij, nisi sciant onera beneficij, & morati fuerint in loco, vbi est beneficium.*
6 *Quænam onera deducantur ex fructibus beneficijs, & nu. seq. vsque ad nu.* 11.
11 *Enumerantur onera, quæ non deducuntur & nu.* 12.

CAP. XI.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

QVæritur 1. In quo loco censeatur esse beneficium?

1 Resp. quod non attenditur locus, vbi situm est beneficium, sed locus, cui subiectum est benefi-
2 cium; vnde beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo beneficium est situm, & ità seruatur in Curia, *vt testatur Mobed. decis. 3. alias 92. nu. 2. de*
3 *Præb.* vbi dicit, quod Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ; item beneficia existentia in legatione Auenionen. quorum collatiò pertinet ad Abbates monasteriorum existentium in Francia, comprehenduntur sub concordatis Franciæ, quicquid in contrarium afferat *Roman. cons. 361. num. 5. vers. præterea &c. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. glos. 3. num. 27.*

4 Quæritur 2. an clericus ratione beneficij conueniri possit in quolibet loco, vbi beneficium possidet? Resp. affirmatiuè, *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 3. num. 143. & seq.*

5 Quæritur 3. quando testes probent valorem beneficij Resp. quod inter cętera requisita ad effectum vt testes probent valorem beneficij, requiritur, vt sciant onera eiusdem beneficij; fructus enim intelliguntur deductis oneribus, & expensis, *l. fructus, vbi DD ff. sol. matrim.* secundò requiritur, quod morati fuerint in loco, vbi est beneficium, aliàs non probanr, *Card. Seraph. decis. 102. num. 5. & dec. 1317. nu. 1. & dec. 1393. nu. 1.*

6 Circa onera notandum est, quod alia deducuntur ex fructibus beneficij: alia non deducuntur. onera quæ deducuntur ex fructibus, sunt impensæ necessariæ pro recollectione fructuum, *Rot. dec. 444. nu. 5 par. 2. Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec. 273. num. 11.*

7 Deducitur etiam salarium Magistri Capellæ Côcionatoris, Clericorum Ecclesiæ inseruientium, & id, quod soluitur R. Cameræ pro contributione triremium, *Rot. dec 611. per tot. par. 3. Recent. & coram Penia dec. 136. nu. 7.* vbi quod subduci debet etiam salarium Capellani vel coadiutoris: quod intellige, quando Rector solus, totius anni spatio inspecto, sine alio Sacerdote coadiutore non posset supplere, *Beltramin. ad Greg dec. 247. num. 12.* subdens, quod ad illum effectum probari debet, quod ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine baptismo, & homines sine sacramentis obierint; nec sufficeret probare, quod tempore quadragesimali, & paschatis non sufficiat vnus Rector pro audiendis confessionibus, & ministrandis alijs sacramentis, quia tunc pro illo tempore tantùm potest Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes, & non est necesse toto anni tempore huiusmodi coadiutorem retinere, *Rot. in Vali soletana seruitij 11. Ianuarij 1619. coram Andrea.*

8 Item deduci debent onera expensarum pro cultu Diuino, pro cera, hostijs, vino, oleo pro luminaribus, & musica in festiuitate Sancti Titularis Ecclesiæ iuxta quantitatem ab Ordinario declarandam, *Card. Caualer. dec. 462. num. 3. Gig. de pension. q. 96. num. 2. & 3.* vbi, quod deducitur etiam cathedraticum, & expensa facta in Visitatione Ecclesiæ, *Rota in Nouarien pensionis 9. Nouembris 1624. coram Pirouano, & in Feretrana pensionis 4. Decembris 1623. coram Vbaldo seniori*, vbi habita fuit ratio etiam candelarum in Festo Purificationis B. Marię manutentionis Sacristię, & organi, *prout refert Ferentill. ad Buratt. dec. 418.*

9 Subducenda sunt etiam cambia, quę pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi pensio soluenda est, titularis soluit, *Rota in Monopolitana pensionis 3. Aprilis 1598. coram Orano, quam refert Beltramin. ad Gregor. decis. 245. nu. 12.*

10 Item subduci debet subsidium, quod soluitur Regi Catholico: hoc enim perpetuum censetur, quià licèt solum sit ad quinquennium concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices iterum illud concedere, *Garc. de benefic. par. 5. cap. 3. num. 164. & seq. vide Beltram. ad Greg. d. dec. 245. num. 12. per tot.*

11 Onera verò, quæ non deducuntur, sunt ea, quæ temporalia sunt, non perpetua; vnde non est detrahenda pensio de beneficij valore, quia pensio est onus temporale, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. nu. 21. Paris. de Resignant. lib. 10. q. 2. num. 47.* vbi, quod valorem exprimens deducta pensione, non excusatur à mala expressione.

12 Item nec deduci debent onera, quæ expleri possunt per Rectorem beneficij, *Buratt. dec. 418. latè Beltramin. ad Greg. d. dec. 245. num. 12.* vbi etiam dicit, quod nec est detrahendum salarium factoris, quando prædia possunt locari colonis partiarijs, *Card. Caualer. decis. 462. num 2.*

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, & institutio potest fieri extra diœcesim, si ibi reperiatur Episcopus, vel eius Vicarius habens ad id speciale mandatum.*
2 *Actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri extra territorium, contradictore non apparente.*
3 *Episcopus extra diœcesim potest beneficia conferre, sicut & Legatus de latere, & quilibet alius ordinarius, & num. 4.*
5 *An Parochus etxtra territorium Episcopi possit suos subdi-*

fant exire post admonitionem, *vt in clem. 2. de Sent. excom. Nauar. loco cit. num. 104.* vbi obseruat, quod ad incurrendam præfatam excommunicationem conuocatio populi debet fieri aliquo modo ex prædictis, non autem clam per nuncios, & quod interdicti sint nominatim admoniti, *Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 4 cap 3. nu 3.*

42 Clerici verò tam sæculares, quàm regulares violantes interdictum locale, vel personale per exercitium alicuius ordinis sacri, vel celebrantes in Ecclesia denunciata interdicta, vltra peccatum mortale, efficiuntur irregulares, *cap. is, cui, de Sent. excom. in 6. latè Layman. loco cit. d. cap. 3. numer. 1. Bonacin. d. pun. 7. numer. 13. & 17.*

43 Præterea violantes interdictum locale, suspensi sunt ab officio, consequenter à iurisdictione, *cap. tanta, de excess. Prælat. per quem textum ita tenent communiter DD.* quæ quidem suspensio videtur potius ferenda, quàm lata ipso iure, *vt obseruant Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. nu 4.*

44 Item violantes interdictum locale saltem generale, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, & possunt etiam priuari beneficijs, aliisque pœnis affici arbitrio Iudicis, *cap. auctoritate, & cap. Episcoporum, de Priuil. in 6. Caiet. in ver. interdicti violatio, Suar. disp. 34 sect. 4. num. 6. & disp. 27. sect. 1. num. 5. & alij, quos refert, & sequitur idem Bonacin. loco proximè cit.*

45 Priuantur etiam priuilegio, quo alioquin gaudeèent, vt in loco sacro sepeliri possint, *cap. quod in te, de Pœnit. & remiss. Layman. vbi suprà d. cap. 3. num. 3.*

46 Item Prælatus Ecclesiasticus, si sit excommunicatus, & audiat Diuina auctorizando, puta si auctoritate sua faciat coram se celebrari, irregularitatem incurrit: qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, *Abb. in cap. illud, nu. 8. de Cler. excom. Sylu. in ver. irregularitas, q. 13. Alter. disp. 9. cap. 2 dub. 2. Auila par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 6. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 3. num. 7.* vbi obseruat, quod ad incurrendam prædictam irregularitem, requiritur, vt ille, qui præcipit, sit Sacerdos, quia iura loquuntur de Sacerdote excommunicato curante coram se celebrari, *& d. disp. 5. pun. 7. num. 10.* vbi subijcit, quod laicus excommunicatus, vel interdictus præcipiens Sacerdoti, vt corã se celebret, non incurreret irregularitatem, quia id non est in iure expressum, *Innoc. in cap. tanta, num. 2. de excef. Prælat.*

47 Præterea Regulares non seruante cessationem à Diuinis, vel interdictum locale generale, quando seruatur ab Ecclesia cathedrali, seu matrice oppidi, seu parochiali, ipso facto excommunicationem incurrunt, *clem. 1. de sent. excom. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 7 nu. 4. Nau d. cap. 27. nu. 146. & 187.* quod intellige, quando interdictum est validum; secus si esset in se nullum, & nullitas esset sufficienter publicata, *vt d. Nauar. loco cit.*

48 Item Religiosi ad nullum ordinem ordinati, sunt ineligibiles tam actiuè, quàm passiuè, & possunt in arctius Monasterium recludi, *Sylu. in ver. interdictum, 6. num. 3. vers. Religiosus etiam &c.* vbi idem dicit de monialibus.

49 Præterea tam laici, quàm clerici, & Regulares, qui in casibus non permissis tempore interdicti defunctorum corpora, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, scienter sepelire præsumunt, incurrunt ipso facto in excommunicationem Ordinario reseruatam, *vt in clem. 1. de sepult. de quo vide, quæ supra diximus in cap. de sepultur.*

50 Item qui præbet occasionem interdicti alicuius loci, tenetur ad damna, quæ passa sunt loca pia in eleemosinis, & oblationibus, *vt d. glos. in cap. 2. ver. occasionem, de offic. Ordin. in 6.*

51 Obserua tamen, quod interdictum à Clericis simpliciter violari potest; primò dum clericus vinculo interdicti ligatus, functionem sacri ordinis exercet, conferendo v. g. Sacramenta &c secundo dum ipse non est interdictus, sed Sacramenta confert in loco interdicto; & in his casibus incurrit irregularitatem, vt supra: tertiò dum nec ipse, nec locus est interdictus, sed Sacramenta confert interdicto: quo casu non contrahitur irregularitas, *secundum probabilem sententiam, quam post Suar. disp. 32. nu. 8. Alter. disp. 9. cap. 1. & disp. 2. sub fin. & alios sequitur Bonacin. disp. 5 pun. 7. nu. 4. versus fin.*

52 Obserua 2. quod Clerici excusantur à peccato, & alij pœnis non seruando interdictum ob grauem metum, vt si Princeps tempore interdicti præcipiat Sacerdoti, vt celebret sub pœna carceris, verberum, aut amissionis bonorum, quia Ecclesia non obligat cum graui incommodo; nisi cum præcepto Ecclesiæ concurrat etiam præceptum Diuinum, aut naturale: tunc enim non excusantur, vt si celebrando periculum adsit scandali, vel si Princeps metum incutiat in contemptum potestatis ecclesiasticæ, aut fidei vel Religionis: quo casu vita potius profundenda est, *vt rectè docet Bonacin d. disp. 5 pun. 7. nu. 3.* vbi etiam obseruat, quod præsumeretur, metum incuti in contemptum potestatis ecclesiasticæ, si is, qui metum incutit ad celebrandum post prohibitionem Ecclesiæ, nihil anteà curabat de celebratione, nisi aliud ex alijs circumstantijs colligatur.

53 Obserua 3. quod interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto, etiã ianuis clausis, & absque sono campane; interdictum verò locale generale non violatur celebrando ianuis clausis, *vt rectè aduertit Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. num. 9. in fin.*

54 Obserua 4. quod in loco interdicto possunt celebrari Diuina officia vel de licentia iuris, vel de licentia hominis, *Innoc. in cap. vt priuilegia, num. 1. de Priuil.* verum, antequam Episcopus concedat huiusmodi licentiam, auferre debet interdictum, *Bonacin. d. disp. 6. pun. 7. num. 7.* vbi dicit, quod Episcopus

55 celebrans in loco à se interdicto, incurreret in irregularitatem, nisi auferat interdictum, antequam celebret, quia Episcopus non potest auferre effectus interdicti à iure communi inductos.

56 Obserua 5. quod violans cessationem à Diuinis, non incurrit irregularitatem, quia cessatio à Diuinis non est censura, sed simplex prohibitio, qua ministri Ecclesiæ prohibentur persoluere Diuina officia, ministrare Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, *Nauar. d. cap. 27. nu. 188. latè Bonacin. de censur. disp. 6. pun. 1.* etiam obseruat, quod tempore cessationis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, *iuxta moderationem cap. alma mater de sent. excom. in 6.*

57 Obserua 6. quod mulieres violantes clausuram monasteriorum monialium, vel virorum regularium, seu in illa ingredientes sine licentia, incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam, siue id faciant ex prætextu priuilegiorum, siue propria auctoritate, *latè Quarant. in ver. monasteria, & conueniens Regular. viror. & in ver. monasteria monialium, & ita declarauit Sac. Congreg. teste Nicolio in sui flosculi sine notabil in ver. clausura, nu 40. & in ver. moniales, num. 37.* idem dicendum de viris sine licentia ingredientibus in monasteria monialium, *ex const. 28. Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ &c. vide Cherubin. ibidem schol.*

*schol.*1. vbi dicit, quod ità seruatur in sacra Pœnitentiaria, *Nicol loco cit. in ver. clausura, num.* 40. vbi dicit, quod in eamdem censuram incidunt qui licentiam habent intrandi pro vno seruitio, si postea intrant pro alio, & ità Sac. Congregationem pluries declarasse, testatur *Quaran. in d. ver. monasteria monialium, vers. Amplia dictam constitutionem &c.* vbi subijcit, quod violantes clausuram monialium ad malum finem non possunt absolui à Confessarijs habentibus facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis.

S V M M A R I V M.

1 *In beneficijs non attenditur locus, vbi sita sunt, sed locus, cui subiecta sunt.*
2 *Beneficium exemptum non dicitur esse in loco, vbi beneficium est situm.*
3 *Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ.*
4 *In quo loco clericus conueniri possit.*
5 *Testes non probant valorem beneficij, nisi sciant onera beneficij, & morati fuerint in loco, vbi est beneficium.*
6 *Quænam onera deducantur ex fructibus beneficijs, & nu. seq. vsque ad nu.* 11.
11 *Enumerantur onera, quæ non deducuntur & nu.* 12.

C A P. XI.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

QVæritur 1. In quo loco censeatur esse beneficium?

1 Resp. quod non attenditur locus, vbi situm est beneficium, sed locus, cui subiectum est benefi-
2 cium; vnde beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo beneficium est situm, & ità seruatur in Curia, *vt testatur Mohed. decis.* 3. *alias* 92. *nu.* 2. *de*
3 *Preb.* vbi dicit, quod Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ; item beneficia existentia in legatione Auenionen. quorum collatiò pertinet ad Abbates monasteriorum existentium in Francia, comprehenduntur sub concordatis Franciæ, quicquid in contrarium asserat *Roman. cons.* 361. *num.* 5. *vers. præterea &c. Tiraq. de retract. lignag.* § 36. *glos.* 3. *num.* 27.
4 Quæritur 2. an clericus ratione beneficij conueniri possit in quolibet loco, vbi beneficium possidet? Resp. affirmatiuè, *Carleual. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 3. *num.* 143. *& seq.*
5 Quæritur 3. quando testes probent valorem beneficij Resp. quod inter cętera requisita ad effectum vt testes probent valorem beneficij, requiritur, vt sciant onera eiusdem beneficij; fructus enim intelliguntur deductis oneribus, & expensis, *l. fructus, vbi DD ff. sol. matrim.* secundò requiritur, quod morati fuerint in loco, vbi est beneficium, aliàs non probant, *Card. Seraph. decis.* 102. *num.* 5. *& dec.* 1317. *nu.* 1. *& dec.* 1393. *nu.* 1.
6 Circa onera notandum est, quod alia deducuntur ex fructibus beneficij: alia non deducuntur. onera quæ deducuntur ex fructibus, sunt impensæ necessariæ pro recollectione fructuum, *Rot. dec.* 444. *nu.* 5 *par.* 2. *Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec.* 273. *num.* 11.

7 Deducitur etiam salarium Magistri Capellæ Cōcionatoris, Clericorum Ecclesiæ inseruientium, & id, quod soluitur R. Cameræ pro contributione triremium, *Rot. dec.* 611. *per tot. par.* 3. *Recent. & coram Penia dec.* 136. *nu.* 7. vbi quod subduci debet etiam salarium Capellani vel coadiutoris: quod intellige, quando Rector solus, totius anni spatio inspecto, sine alio Sacerdote coadiutore non posset supplere, *Beltramin. ad Greg dec.* 247. *num.* 12. subdens, quod ad illum effectum probari debet, quod ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine baptismo, & homines sine sacramentis obierint; nec sufficeret probare, quod tempore quadragesimali, & paschatis non sufficiat vnus Rector pro audiendis confessionibus, & ministrandis alijs sacramentis, quia tunc pro illo tempore tantùm potest Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes, & non est necesse toto anni tempore huiusmodi coadiutorem retinere, *Rot. in Valisoletana seruitij* 11. *Ianuarij* 1619. *coram Andrea.*
8 Item deduci debent onera expensarum pro cultu Diuino, pro cera, hostijs, vino, oleo pro luminaribus, & musica in festiuitate Sancti Titularis Ecclesiæ iuxta quantitatem ab Ordinario declarandam, *Card. Caualer. dec.* 462. *num.* 3. *Gig. de pension. q.* 96. *num.* 2. *&* 3. vbi, quod deducitur etiam cathedraticum, & expensa facta in Visitatione Ecclesiæ, *Rota in Nouarien pensionis* 9. *Nouembris* 1624. *coram Pirouano, & in Feretrana pensionis* 4. *Decembris* 1623. *coram Vbaldo seniori*, vbi habita fuit ratio etiam candelarum in Festo Purificationis B. Marię manutentionis Sacristię, & organi, *prout refert Ferentill. ad Buratt. dec.* 418.
9 Subducenda sunt etiam cambia, quę pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi pensio soluenda est, titularis soluit, *Rota in Monopolitana pensionis* 3. *Aprilis* 1598. *coram Orano, quam refert Bel tramin. ad Gregor. decis.* 245. *nu.* 12.
10 Item subduci debet subsidium, quod soluitur Regi Catholico: hoc enim perpetuum censetur, quià licèt solum sit ad quinquennium concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices iterum illud concedere, *Garc. de benefic. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 164. *& seq. vide Beltram. ad Greg. d. dec.* 245. *num.* 12. *per tot.*
11 Onera verò, quæ non deducuntur, sunt ea, quæ temporalia sunt, non perpetua; vnde non est detrahenda pensio de beneficij valore, quia pensio est onus temporale, *Gonz. ad reg. S. Cancell. glos.* 5. §. 5. *nu.* 21. *Paris. de Resignant. lib.* 10. *q.* 2. *num.* 47. vbi, quod valorem exprimens deducta pensione, non excusatur à mala expressione.
12 Item nec deduci debent onera, quæ expleri possunt per Rectorem beneficij, *Buratt. dec.* 418. *latè Beltramin. ad Greg. d. dec.* 245. *num.* 12. vbi etiam dicit, quod nec est detrahendum salarium factoris, quando prædia possunt locari colonis partiarijs, *Card. Caualer. decis.* 462. *num* 2.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatio, & institutio potest fieri extra diœcesim, si ibi reperiatur Episcopus, vel eius Vicarius habens ad id speciale mandatum.*
2 *Actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri extra territorium, contradictore non apparente.*
3 *Episcopus extra diœcesim potest beneficia conferre, sicut & Legatus de latere, & quilibet alius ordinarius, & num.* 4.
5 *An Parochus extra territorium Episcopi possit suos subdi-*

faut exire post admonitionem, *vt in clem. 2. de Sent. excom. Nauar. loco cit. num.* 104. vbi obseruat, quod ad incurendam præfatam excommunicationem conuocatio populi debet fieri aliquo modo ex prædictis, non autem clam per nuncios, & quod interdicti sint nominatim admoniti, *Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap 3. nu 3.*

42 Clerici verò tam sæculares, quam regulares violantes interdictum locale, vel personale per exercitium alicuius ordinis sacri, vel celebrantes in Ecclesia denunciata interdicta, vltra peccatum mortale, efficiuntur irregulares, *cap. is, cui, de Sent. excom. in 6. latè Layman. loco cit. d. cap. 3. numer. 1. Bonacin. d. pun. 7. numer. 13. & 17.*

43 Præterea violantes interdictum locale, suspensi sunt ab officio, consequenter à iurisdictione, *cap. tanta, de excess. Prælat. per quem textum ità tenent communiter DD.* quæ quidem suspensio videtur potius ferenda, quàm lata ipso iure, *vt obseruant Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. nu* 4.

44 Item violantes interdictum locale saltem generale, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, & possunt etiam priuari beneficijs, alijsque pœnis affici arbitrio Iudicis, *cap. auctoritate, & cap. Episcoporum, de Priuil. in 6. Caiet. in ver. interdicti violatio, Suar. disp. 34. sect. 4. num. 6. & disp. 27. sect. 1. num. 5. & alij, quos refert, & sequitur idem Bonacin. loco proximè cit*

45 Priuantur etiam priuilegio, quo alioquin gauderent, vt in loco sacro sepeliri possint, *cap. quod in te, de Pœnit. & remiss. Layman. vbi suprà d. cap. 3. num. 3.*

46 Item Prælatus Ecclesiasticus, si sit excommunicatus, & audiat Diuina auctorizando, puta si auctoritate sua faciat coram se celebrari, irregularitatem incurrit: qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, *Abb. in cap. illud, nu. 8. de Cler. excom. Sylu. in ver. irregularitas, q. 13. Alter. disp. 9. cap. 2 dub. 2. Auila par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 6. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 3. num. 7.* vbi obseruat, quod ad incurrendam prædictam irregularitem, requiritur, vt ille, qui præcipit, sit Sacerdos, quia iura loquuntur de Sacerdote excommunicato curante coram se celebrari, *& d. disp. 5. pun. 7. num.* 10. vbi subijcit, quod laicus excommunicatus, vel interdictus præcipiens Sacerdoti, vt corā se celebret, non incurreret irregularitatem, quia id non est in iure expressum, *Innoc. in cap. tanta, num. 2. de exces. Prælat.*

47 Præterea Regulares non seruante cessationem à Diuinis, vel interdictum locale generale, quando seruatur ab Ecclesia cathedrali, seu matrice oppidi, seu parochiali, ipso facto excommunicationem incurrunt, *clem. 1. de sent. excom. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 7 nu. 4. Nau d. cap. 27. nu. 146. &* 187. quod intellige, quando interdictum est validum; secus si esset in se nullum, & nullitas esset sufficienter publicata, *vt d. Nauar. loco cit.*

48 Item Religiosi ad nullum ordinem ordinati, sunt ineligibiles tam actiuè, quàm passiuè, & possunt in arctius Monasterium recludi, *Sylu. in ver. interdictum, 6. num. 3. vers. Religiosus etiam &c.* vbi idem dicit de monialibus.

49 Præterea tam laici, quàm clerici, & Regulares, qui in casibus non permissis tempore interdicti defunctorum corpora, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, scienter sepelire præsumunt, incurrunt ipso facto in excommunicationem Ordinario reseruatam, *vt in clem. 1. de sepult. de quo vide, quæ supra diximus in cap. de sepultur.*

50 Iem qui præbet occasionem interdicti alicuius loci, tenetur ad damna, quæ passa sunt loca pia in eleemosinis, & oblationibus, *vt d. glos. in cap. 2. ver. occasionem, de offic. Ordin. in 6.*

51 Obserua tamen, quod interdictum à Clericis tripliciter violari potest; primò dum clericus vinculo interdicti ligatus, functionem sacri ordinis exercet, conferendo v. g. Sacramenta &c secundo dum ipse non est interdictus, sed Sacramenta confert in loco interdicto; & in his casibus incurrit irregularitatem, vt supra: tertiò dum nec ipse, nec locus est interdictus, sed Sacramenta confert interdicto: quo casu non contrahitur irregularitas, *secundùm probabilem sententiam, quam post Suar. disp. 32. nu. 8. Alter. disp. 9. cap. 1. & disp. 2. sub fin. & alios sequitur Bonacin. disp. 5 pun. 7. nu. 4. versus fin.*

52 Obserua 2. quod Clerici excusantur à peccato, & alij pœnis non seruando interdictum ob grauem metum, vt si Princeps tempore interdicta præcipiat Sacerdoti, vt celebret sub pœna carceris, verberum, aut amissionis bonorum, quia Ecclesia non obligat cum graui incommodo; nisi cum præcepto Ecclesiæ concurrat etiam præceptum Diuinum, aut naturale; tunc enim non excusantur, vt si celebrando periculum adsit scandali, vel si Princeps metum incutiat in contemptum potestatis ecclesiasticæ, aut fidei vel Religionis: quo casu vita potius profundenda est, *vt rectè docet Bonacin d. disp. 5 pun. 7. nu. 3.* vbi etiam obseruat, quod præsumeretur, metum incuti in contemptum potestatis ecclesiasticæ, si is, qui metum incutit ad celebrandum post prohibitionem Ecclesiæ, nihil anteà curabat de celebratione, nisi aliud ex alij circumstantijs colligatur.

53 Obserua 3. quod interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto, etiā ianuis clausis, & absque sono campane; interdictum verò locale generale non violatur celebrando ianuis clausis, *vt rectè aduertit Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. num. 9. in fin.*

54 Obserua 4. quod in loco interdicto possunt celebrari Diuina officia vel de licentia iuris, vel de licentia hominis, *Innoc. in cap. vt priuilegia, num. 1. de Priuil.* verum, antequam Episcopus concedat huiusmodi licentiam, auferre debet interdictum, *Bonacin. d. disp. 6. pun. 7. num. 7.* vbi dicit, quod Episcopus

55 celebrans in loco à se interdicto, incurreret in irregularitatem, nisi auferat interdictum, antequam celebret, quia Episcopus non potest auferre effectus interdicti à iure communi inductos.

56 Obserua 5. quod violans cessationem à Diuinis, non incurrit irregularitatem, quia cessatio à Diuinis non est censura, sed simplex prohibitio, qua ministri Ecclesiæ prohibentur persoluere Diuina officia, ministrare Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, *Nauar. d. cap. 27. nu.* 188. *latè Bonacin. de censur. disp. 6. pun. 1.* etiam obseruat, quod tempore cessationis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, *iuxta moderationem cap. alma mater de sent. excom. in 6.*

57 Obserua 6. quod mulieres violantes clausuram monasteriorum monialium, vel virorum regularium, seu in illa ingredientes sine licentia, incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam, siue in faciant ex prætextu priuilegiorum, siue propria auctoritate, *latè Quarant. in ver. monasteria, & conuentus Regular. viror. & in ver. monasteria monialium, & ità declarauit Sac. Congreg. teste Nicolio in sui flosculis notabil in ver. clausura, nu* 40. *& in ver. moniales, num.* 37. idem dicendum de viris sine licentia ingredientibus in monasteria monialium, *ex constit.* 28. *Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ &c. vide Cherubin. ibidem schol.*

schol.1. vbi dicit, quod ità seruatur in sacra Pœnitentiaria, *Nicol loco cit. in ver. clausura, num. 40.* vbi dicit, quod in eamdem censuram incidunt qui licentiam habent intrandi pro vno seruitio, si postea intrant pro alio, & ità Sac. Congregationem pluries declarasse, testatur *Quaran. in d. ver. monasteria monialium, vers. Amplia dictam constitutionem &c.* vbi subijcit, quod violantes clausuram monialium ad malum finem non possunt absolui à Confessarijs habentibus facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis.

S V M M A R I V M.

1 *In beneficijs non attenditur locus, vbi sita sunt, sed locus, cui subiecta sunt.*
2 *Beneficium exemptum non dicitur esse in loco, vbi beneficium est situm.*
3 *Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ.*
4 *In quo loco clericus conueniri possit.*
5 *Testes non probant valorem beneficij, nisi sciant onera beneficij, & morati fuerint in loco, vbi est beneficium.*
6 *Quænam onera deducantur ex fructibus beneficijs, & nu. seq. vsque ad nu. 11.*
11 *Enumerantur onera, quæ non deducuntur & nu. 12.*

C A P. XI.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

QVæritur 1. In quo loco censeatur esse beneficium?
1 Resp. quod non attenditur locus, vbi situm est beneficium, sed locus, cui subiectum est benefi-
2 cium; vnde beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo beneficium est situm, & ità seruatur in Curia, *vt testatur Mohed. decis. 3. alias 92. nu. 2. de*
3 *Præb.* vbi dicit, quod Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ; item beneficia existentia in legatione Auenionen. quorum collatiò pertinet ad Abbates monasteriorum existentium in Francia, comprehenduntur sub concordatis Franciæ, quicquid in contrarium asserat *Roman. cons. 361. num. 5. vers. præterea &c. Tiraq. de retract. lignag. § 36. glos. 3. num. 27.*
4 Quæritur 2. an clericus ratione beneficij conueniri possit in quolibet loco, vbi beneficium possidet? Resp. affirmatiuè, *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 3. num. 143. & seq.*
5 Quæritur 3. quando testes probent valorem beneficij Resp. quod inter cętera requisita ad effectum vt testes probent valorem beneficij, requiritur, vt sciant onera eiusdem beneficij; fructus enim intelliguntur deductis oneribus, & expensis, *l. fructus, vbi DD ff. sol. matrim.* secundò requiritur, quod morati fuerint in loco, vbi est beneficium, aliàs non probant, *Card. Seraph. decis. 102. num. 5. & dec. 1317. nu. 1. & dec. 1393. nu. 1.*
6 Circa onera notandum est, quod alia deducuntur ex fructibus beneficij: alia non deducuntur. onera quæ deducuntur ex fructibus, sunt impensæ necessariæ pro recollectione fructuum, *Rot. dec. 444. nu. 5 par. 2. Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec. 273. num. 11.*
7 Deducitur etiam salarium Magistri Capellæ Cócionatoris, Clericorum Ecclesiæ inseruientium, & id, quod soluitur R. Cameræ pro contributione triremium, *Rot. dec 611. per tot. par. 3. Recent. & coram Penia dec. 136. nu. 7.* vbi quod subduci debet etiam salarium Capellani vel coadiutoris: quod intellige, quando Rector solus, totius anni spatio inspecto, sine alio Sacerdote coadiutore non posset supplere, *Beltramin. ad Greg dec. 247. num. 12.* subdens, quod ad illum effectum probari debet, quod ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine baptismo, & homines sine sacramentis obierint; nec sufficeret probare, quod tempore quadragesimali, & paschatis non sufficiat vnus Rector pro audiendis confessionibus, & ministrandis alijs sacramentis, quia tunc pro illo tempore tantùm potest Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes, & non est necesse toto anni tempore huiusmodi coadiutorem retinere, *Rot. in Vali soletana seruitij 11. Ianuarij 1619. coram Andrea.*
8 Item deduci debent onera expensarum pro cultu Diuino, pro cera, hostijs, vino, oleo pro luminaribus, & musica in festiuitate Sancti Titularis Ecclesiæ iuxta quantitatem ab Ordinario declarandam, *Card. Caualer. dec. 462. num. 3. Gig. de pension. q. 96. num. 2. & 3.* vbi, quod deducitur etiam cathedraticum, & expensa facta in Visitatione Ecclesiæ, *Rota in Nouarien pensionis 9. Nouembris 1624. coram Pirouano, & in Feretrana pensionis 4. Decembris 1623. coram Vbaldo seniori,* vbi habita fuit ratio etiam candelarum in Festo Purificationis B. Marię manutentionis Sacristię, & organi, *prout refert Ferentill. ad Buratt. dec. 418.*
9 Subducenda sunt etiam cambia, quę pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi pensio soluenda est, titularis soluit, *Rota in Monopolitana pensionis 3. Aprilis 1598. coram Orano, quam refert Beltramin. ad Gregor. decis. 245. nu. 12.*
10 Item subduci debet subsidium, quod soluitur Regi Catholico: hoc enim perpetuum censetur, quià licèt solum sit ad quinquennium concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices iterum illud concedere, *Garc. de benefic. par. 5. cap. 3. num. 164. & seq. vide Beltram. ad Greg. d. dec. 245. num. 12. per tot.*
11 Onera verò, quæ non deducuntur, sunt ea, quæ temporalia sunt, non perpetua; vnde non est detrahenda pensio de beneficij valore, quia pensio est onus temporale, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. nu. 21. Paris. de Resignant. lib. 10. q. 2. num. 47.* vbi, quod valorem exprimens deducta pensione, non excusatur à mala expressione.
12 Item nec deduci debent onera, quæ expleri possunt per Rectorem beneficij, *Buratt. dec. 418. latè Beltramin. ad Greg. d. dec. 245. num. 12.* vbi etiam dicit, quod nec est detrahendum salarium factoris, quando prædia possunt locari colonis partiarijs, *Card. Caualer. decis. 462. num 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatio, & institutio potest fieri extra diœcesim, si ibi reperiatur Episcopus, vel eius Vicarius habens ad id speciale mandatum.*
2 *Actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri extra territorium, contradictore non apparente.*
3 *Episcopus extra diœcesim potest beneficia conferre, sicut & Legatus de latere, & quilibet alius ordinarius, & num. 4.*
5 *An Parochus etxtra territorium Episcopi possit suos subdi-*

25 *Interdictum locale diuiditur in locale generale, & in locale speciale.*

26 *Interdictum, quo interdicuntur omnes Ecclesiæ alicuius Ciuitatis, aut Prouinciæ, dicitur interdictum speciale.*

Quæstio III.

Quid, & quotuplex sit interdictum.

15 Interdictum est ecclesiastica censura, per quam participatio certorum sacramentorum, omnium Diuinorum officiorum, & ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur, *cap. non est vobis, de sponsal. c. quod in te, de Penit. & remiss. & ibidem DD. latè Sylu. in ver. interdictum. 1. num. 2. & seq. Nau. in man. cap. 27. num. 164. & seq. & alij apud Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 1. num. 1.* vbi etiam obseruat, quod licèt
16 interdictum materialiter conueniat cum alijs censuris, quia omnes censuræ spiritualiter quibusdam bonis priuant, formaliter tamen ab ijs distinguitur, quia excommunicatio priuat Diuinis officijs, sacramentis &c. quatenus continent sacram communicationem cum fidelibus: suspensio priuat spiritualibus bonis, quatenus proueniunt ex potestate clericali, quæ per censuram impedita est; interdictum verò priuat dictis spiritualibus bonis, quatenus habent rationem dispensationis, ac participationis, quam Ecclesia iustis de causis per interdictum subtrahere intendit. facilior tamen est alia distinctio, quod excommunicatione puniri possunt tàm laici, quàm Clerici: suspensione tantùm Clerici: sed interdicto Vniuersitates, & loca puniuntur, *de quo vide Nau. in man. cap. 26. num. 165. Sylu. in ver. interdictum, 1. num. 5.* vbi alias differentias assignant, *Bonacin. de censur. disp. 5. pun. 1. nu. 1. & seq.*

17 Huiusmodi verò interdictum triplex est: aliud dicitur personale, quo prohibetur populus, vel aliqua persona particulari audire Diuina officia, vbicunque sit: aliud dicitur locale, quo directè interdicitur locus, nè in eo Diuina officia audiantur ab incolis, vel extraneis, licèt personæ loci interdicti possint Diuina officia alibi audire. aliud dicitur mixtum, quo interdicitur locus, & persona, *Nau. in man. cap. 27. num. 166. Sylu. in ver. interdictum, 1. q. 1. &*
18 *in ver. interdictum, 2. nu. 18.* vbi quod amentes, & pueri vsu rationis carentes non comprehenduntur sub interdicto personali, licèt comprehendantur sub interdicto locali, quod directè afficit locum; & ideò si in eo loco decedunt, priuantur ecclesiastica sepultura, sicut cęteri, *Bonacin. d. disp. 5. pun. 1. num.*
19 *2. & seq. & num. 21.* vbi etiam obseruat, quod interdictis personis alicuius loci non censetur interdictus locus, & interdicto loco non censentur interdictæ personæ; vnde interdicta aliqua Ecclesia, possunt Sacerdotes illius Ecclesiæ persoluere Diuina officia in alia Ecclesia, dummodò ipsi non dederint causam culpabilem interdicti localis, quo casu nullibi possent audire, vel persoluere officia Diuina: quemadmodum Ciues interdicti, etiamsi aliò
20 transferant domicilium, adhuc remanent interdicti si interdicti causam culpabilem dederint, *cap. si sententia, vbi DD. de sent. excom. in 6. Bonacin. loco cit. nu. 19.*

21 Item interdictum diuiditur in totale, ac partiale: totale dicitur quod omnes interdicti effectus habet: partiale, quod non omnes, quale est, cum alicui prohibetur ingressus in Ecclesiam, *latè Layman. d. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap. 1. nu. 4.* vbi etiam dicit, quod
22 is, cui ingressus Ecclesiæ interdictus est, si in Ecclesia missam celebret, aut alium ordinis actum exerceat, efficitur irregularis: non tamen si id egerit in priuatis oratorijs: quia nomine Ecclesiæ intelligitur locus ab Episcopo deputatus ad publi-
23 cum missæ sacrificium, vel alia officia; & vltra, si tali interdicto durante decedat, non potest in Ecclesia, vel cœmeterio ecclesiastico, nisi pęnituerit, sepeliri, *iuxta tex. in cap. is, cui, de sent. excom. in 6.*

24 An verò interdictus ab ingressu Ecclesiæ, censeatur interdictus ab ingressu cœmeterij? Resp. negatiuè: & ideò non prohibetur, quominus possit ibi celebrare, aut Diuina audire, si celebrentur; quia cœmeterium non venit nomine Ecclesiæ, *ità Suar. Reginald. alij, quos refert, & sequitur Bonacin. de censur. disp. 5. pun. 5. num. 11. Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver. interdictum,* vbi addit, quod admittens interdictos, vel excommunicatos vitandos ad participationem Diuinorum, incurrit ipso facto interdictum ab ingressu Ecclesiæ.

25 Rursus interdictum locale, aliud est locale generale, quo interdicitur locus vniuersalis, vt Regnum, Prouincia, Diœcesis, Ciuitas, Villa, Castrum: allud est interdictum locale speciale, quo interdicitur aliquis particularis locus, vel Ecclesia, aut Parochia alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, in quo sint aliæ parochiæ, *Nau. d. cap. 27. num. 166. Auil. 5. par. disp. 1. dub. 1. conclus. 2. & alij apud Bonacin. d. disp. 5.*
26 *pun. 1. num. 5. & seq.* vbi subijcit quod interdictum, quo interdicuntur omnes Ecclesiæ alicuius Ciuitatis, aut Prouinciæ, dicitur adhuc interdictum speciale; vnde eo casu Diuina officia celebrari poterunt extra Ecclesias, videlicet in domibus priuatis, in quibus aliqui habent priuata sacella cum priuilegio ibi missas celebrandi, *vt sensit etiam Layman. d. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap. 1. num. 2.*

SVMMARIVM.

27 *Interdictis omnibus Ecclesijs Ciuitatis non censetur interdicta Ecclesia Cathedralis: limitatur num. 30.*

28 *Nomine clericorum non comprehenduntur Canonici Ecclesiæ Cathedralis in materia odiosa, & pœnali.*

29 *Religiosi in fauorabilibus, non in odiosis veniunt sub nomine Cleri: limitatur num. 38.*

30 *Interdicta Ciuitate censentur interdictæ omnes Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis, etiam Cathedralis.*

31 *Quando Ecclesiæ exemptæ subiaceant interdicto lato ab Episcopo.*

32 *Habens duo domicilia, vnum in loco interdicto, aliud in alio loco non interdicto, quandiù habitat in loco non interdicto, non subiacet interdicto.*

33 *Ciuis Communitatis interdictæ, si aliò transferat domicilium, desinit esse interdictus.*

34 *Ciuis absens à loco interdicto, an subiaceat interdicto.*

35 *Interdicta Ciuitate censentur interdicta etiam suburbia, & alia loca vicina etiam non subdita Iudici interdicenti.*

36 *Episcopus, qui aliquem locum interdixit, tenetur abstinere ab officijs persoluendis in eo loco.*

37 *Episcopus, si aliquem excommunicauit, non potest cum eo communicare.*

38 *Interdictum, si feratur sub nomine personarum ecclesiasticarum, ligat etiam Religiosos tam professos, quàm nouitios, & etiam moniales: limitatur num. 39.*

39 *Interdictis Religiosis non censentur interdicti nouitij.*

Quæ-

Quæstio IV.

An interdictis omnibus Ecclesijs Ciuitatis censeatur interdicta Ecclesia Cathedralis.

27 RESp. negatiuè: quia Ecclesia Cathedralis ob sui excellentiam digna est speciali nota, & ideò non comprehenditur in generali sermone, etiamsi verba iuxta propriam sui significationem illi accommodari possint, *cap. quamuis de Præb. in 6. Alter. de Interd. disp. 1. cap. 4. col. 11. quem refert Bonacin. de Censur. disp. 5. pun. 1. num. 9. vers. Contrarium proba-*
28 *bilius &c.* quemadmodum nomine clericorum non comprehenduntur Canonici Ecclesiæ Cathedralis in materia pœnali, & odiosa, quia in istis est qualitas super alios, quæ in Clericis simplicibus non reperitur, *vt d. Syl. in ver. Clericus, 1. nu. 1.* vnde interdictis omnibus Clericis Ciuitatis non censentur interdicti Canonici Ecclesiæ Cathedralis, *Bona-*
29 *cin. vbi supra nu. 14.* vbi etiam dicit, quod interdicto clero non censentur interdicti Religiosi, quia in fauoribilibus tantùm, non autem in odiosis Religiosi veniunt sub nomine Cleri, *Panorm. in cap. 1. nu. 3. de Instit. Sylu. in ver. interdictum, 2. nu. 17. Laym. in Theol. mor. lib. 1. tr. 5. par. 4. cap. 4. num. 3.*
30 Obserua tamen, quod interdicta Ciuitate censentur interdictæ omnes Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis, est interdictum generale, *Bonacin. d. disp. 5. pun. 1. n. 10. & 24.* vbi subijcit, quod per interdictum speciale
31 non potest Episcopus interdicere Ecclesias exemptas; & ideò si interdicat singulas Ecclesias alicuius Ciuitatis, non censetur Ecclesias exemptas interdicere: secus si interdixerit aliquam Ciuitatem per interdictum locale generale, quia tunc censetur etiam interdixisse Religionum Ecclesias, *ex Conc. Tridentino sess. 25. de Regular. cap. 12.*
32 Obserua 2. quod si detur casus, vt vnus habeat duo domicilia, vnum in eo loco, seu Ciuitate, in qua populus est interdictus, aliud in alio loco, in quo populus non est interdictus, tunc quandiù habitat in eo loco, vbi populus non est interdictus, non subiaceret interdicto: consentaneum enim est, vt fruatur libertate eius loci, in quo actu habitat, cum versemur in materia odiosa; secus esset, si habitaret in domicilio eius loci, in quo populus est interdictus, *vt sensit Bonacin. de Censur. disp. 5. pun. 1. num. 19. & sequent.* vbi etiam dicit, quod Ciuis com-
33 munitatis interdictæ, si aliò transferat domicilium definit esse interdictus, eo quod desinat esse pars illius communitatis, dummodò non dederit causam culpabilem interdicto.
34 Obserua 3. quod Ciuis communitatis, siue populi interdicti, subijcitur interdicto, etiamsi eo tempore, quo illud fertur a Iudice, ab eo loco abesset; ratio est, quia etiam absens dicitur, & est pars communitatis interdictæ, *vt d. Bonacin. loco cit. n. 19. vbi alios refert.*
35 Obserua 4. quod interdicta Ciuitate, intelliguntur interdicta etiam suburbia, & alia loca vicina, etiam, non subdita Iudici interdicenti, quorum respectu oriretur occasio parui pendendi interdictum, si in illis locis Diuina celebrarentur, *ità Suarez disp. 32. sect. 2. num. 23. Coninch. disp. 17. dub. 1. num. 18. Auila par. 5. disp. 1. dub. 3. Alter. disp. 1. cap. 4. dub. 4. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. dict. disput. 5. pun. 1. nu. 23.* vbi dicit, quod suburbia, vel alia loca vicina, si non sint subdita Episcopo interdicenti, non censentur interdicta ab Episcopo, sed à iure communi.

36 Obserua 5. quod Episcopus, qui aliquem locum interdixit, tenetur abstinere ab officijs persoluendis in eo loco: quemadmodù si aliquem excommunica-
37 uit, non potest cum eo communicare: ratio est, quia hi sunt effectus introducti à iure communi, in quibus non potest inferior dispensare, *ità Alter. disp. 1. cap. 5. dub. 8. & disp. 10. cap. 6. ad fin. & alij apud Bonac. loco cit. nu. 28.*
38 Obserua 6. quod si interdictum feratur sub nomine personarum Ecclesiasticarum, tunc etiam Religiosi tam professi, quàm nouitij comprehenduntur; immò etiam moniales, quæ vocantur etiam personæ ecclesiasticæ, vtpotè Diuino seruitio mancipatæ, *Præpos. in 3. par. quæst. 4. de interd. dub. 2. num. 11. Portell. in dub. reg. ver. interd. numer. 5.* quos refert
39 *Dian. res. mor. par. 5. tract. 10. res. 80.* subdens, quod interdictis Religiosis, non censentur interdicti nouitij, quia nouitius in odiosis non venit nomine Religiosi.

SVMMARIVM.

40 *Enumerantur pœnæ à iure impositæ contra violantes interdictum, & nu. seq.*
41 *Quando Clericus ob violationem interdicti in irregularitatem incidat, & quando non.*
42 *Quando Clerici non seruantes interdictum, excusentur à prædictis pœnis.*
43 *Interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto etiam ianuis clausis, secus in interdicto locali generali.*
44 *Quando in loco interdicto celebrari possint Diuina officia.*
45 *An Episcopus celebrans in loco à se interdicto, incidat in irregularitatem.*
46 *An violans cessationem à Diuinis, in irregularitatem incurrat.*
Tempore cessationis à Diuinis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, iuxta moderationem cap. alma mater, ibidem.
47 *Quam pœnam incurrant ingredientes sine licentia in monasteria monialium, vel Regularium virorum.*

Quæstio V.

Quam penam incurrant violantes interdictum.

40 RESp. quod laici violantes interdictum, peccant mortaliter, siue interdictum sit personale, siue locale generale, vel speciale: quia faciũt contra prohibitionem Ecclesiæ in materia graui: nisi fortè excusentur ratione paruitatis materiæ, vel ignorãtiæ, aut vrgẽtis necessitatis, *Innoc. in c. tãta, de excess. Præl. Suar. disp. 34. sect. 5. n. 4. Coninch. disp. 17. dub. 3. nu. 4. & 67. Nau. in man. c. 27. nu. 187. Sylu. in ver. interdictum 6. q. 7. & alij apud Bonacin. de Cens. disp. 5. pun. 7. n. 1.* quicquid in contrarium sentiant *alij apud Dian. res. mor. p. 5. tr. 10. res. 68.* item possunt alijs pœnis arbitrio Iudicis ecclesiastici puniri, *capit. auctoritate, de Priuil. in 6.*
41 Domini verò tẽporales siue laici, siue ecclesiastici cogẽtes aliquẽ ad celebranda Diuina officia in loco interdicto, aut voce Præconis, vel campanarũ sonitu aut ad clangorem tubicinis, vel buccinæ conuocantes populum ad audienda Diuina officia in tali loco, vel prohibentes, nè interdicti exeant, postquam fuerint à celebrantibus admoniti, excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt: eademque excommunicatione ligantur ipsi interdicti, qui recusant

fuit exire post admonitionem, *vt in clem. 2. de Sent. excom.* *Nauar. loco cit. num.* 104. vbi obseruat, quod ad incurendam præfatam excommunicationem conuocatio populi debet fieri aliquo modo ex prædictis, non autem clam per nuncios, & quod interdicti sint nominatim admoniti, *Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap 3. nu 3.*

42 Clerici verò tam sæculares, quam regulares violantes interdictum locale, vel personale per exercitium alicuius ordinis sacri, vel celebrantes in Ecclesia denunciata interdicta, vltra peccatum mortale, efficiuntur irregulares, *cap. is, cui, de Sent. excom. in 6. latè Layman. loco cit. d. cap. 3. numer. 1. Bonacin. d. pun. 7. numer. 13. & 17.*

43 Præterea violantes interdictum locale, suspensi sunt ab officio, consequenter à iurisdictione, *cap. tanta, de excess. Prælat. per quem textum ità tenent communiter DD.* quæ quidem suspensio videtur potius ferenda, quàm lata ipso iure, *vt obseruant Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. nu 4.*

44 Item violantes interdictum locale saltem generale, interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, & possunt etiam priuari beneficijs, alijsque pœnis affici arbitrio Iudicis, *cap. auctoritate, & cap. Episcoporum, de Priuil. in 6. Caiet. in ver. interdicti violatio, Suar. disp. 34 sect. 4. num. 6. & disp. 27. sect. 1. num. 5. & alij, quos refert, & sequitur idem Bonacin. loco proximè cit*

45 Priuantur etiam priuilegio, quo alioquin gauderent, vt in loco sacro sepeliri possint, *cap. quod in te, de Pœnit. & remiss. Layman. vbi suprà d. cap. 3. num. 3.*

46 Item Prælatus Ecclesiasticus, si sit excommunicatus, & audiat Diuina auctorizando, puta si auctoritate sua faciat coram se celebrari, irregularitatem incurrit: qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, *Abb. in cap. illud, nu. 8. de Cler. excom. Sylu. in ver. irregularitas, q. 13. Alter. disp. 9. cap. 2 dub. 2. Auila par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 6. Bonacin. de Censur. disp. 2. q. 2. pun. 3. num. 7.* vbi obseruat, quod ad incurrendam prædictam irregularitem, requiritur, vt ille, qui præcipit, sit Sacerdos, quia iura loquuntur de Sacerdote excommunicato curante coram se celebrari, *& d. disp. 5. pun. 7. num. 10.* vbi subijcit, quod laicus excommunicatus, vel interdictus præcipiens Sacerdoti, vt corā se celebret, non incurreret irregularitatem, quia id non est in iure expressum, *Innoc. in cap. tanta, num. 2. de exces. Prælat.*

47 Præterea Regulares non seruante cessationem à Diuinis, vel interdictum locale generale, quando seruatur ab Ecclesia cathedrali, seu matrice oppidi, seu parochiali, ipso facto excommunicationem incurrunt, *clem. 1. de sent. excom. Bonacin. de Censur. d. disp. 5. pun. 7 nu. 4. Nau d. cap. 27. nu. 146. & 187.* quod intellige, quando interdictum est validum; secus si esset in se nullum, & nullitas esset sufficienter publicata, *vt d. Nauar. loco cit.*

48 Item Religiosi ad nullum ordinem ordinati, sunt ineligibiles tam actiuè, quàm passiuè, & possunt in arctius Monasterium recludi, *Sylu. in ver. interdictum, 6. num. 3. vers. Religiosus etiam &c.* vbi idem dicit de monialibus.

49 Præterea tam laici, quàm clerici, & Regulares, qui in casibus non permissis tempore interdicti defunctorum corpora, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, scienter sepelire præsumunt, incurrunt ipso facto in excommunicationem Ordinario reseruatam, *vt in clem. 1. de sepult. de quo vide, quæ supra diximus in cap. de sepultur.*

50 Item qui præbet occasionem interdicti alicuius loci, tenetur ad damna, quæ passa sunt loca pia in eleemosinis, & oblationibus, *vt d. glos. in cap. 2. ver. occasionem, de offic. Ordin. in 6.*

51 Obserua tamen, quod interdictum à Clericis triplicitèr violari potest; primò dum clericus vinculo interdicti ligatus, functionem sacri ordinis exercet, conferendo v. g. Sacramenta &c secundo dum ipse non est interdictus, sed Sacramenta confert in loco interdicto; & in his casibus incurrit irregularitatem, vt supra: tertiò dum nec ipse, nec locus est interdictus, sed Sacramenta confert interdicto: quo casu non contrahitur irregularitas, *secundùm probabilem sententiam, quam post Suar. disp. 32. nu. 8. Alter. disp. 9. cap. 1. & disp. 2. sub fin. & alios sequitur Bonacin. disp. 5 pun. 7. nu. 4. versus fin.*

52 Obserua 2. quod Clerici excusantur à peccato, & alij pœnis non seruando interdictum ob grauem metum, vt si Princeps tempore interdicta præcipiat Sacerdoti, vt celebret sub pœna carceris, verberum, aut amissionis bonorum, quia Ecclesia non obligat cum graui incommodo; nisi cum præcepto Ecclesiæ concurrat etiam præceptum Diuinum, aut naturale; tunc enim non excusantur, vt si celebrando periculum adsit scandali, vel si Princeps metum incutiat in contemptum potestatis ecclesiasticæ, aut fidei vel Religionis: quo casu vita potius profundenda est, *vt rectè docet Bonacin d. disp. 5 pun. 7. nu. 3.* vbi etiam obseruat, quod præsumeretur, metum incuti in contemptum potestatis ecclesiasticæ, si is, qui metum incutit ad celebrandum post prohibitionem Ecclesiæ, nihil anteà curabat de celebratione, nisi aliud ex alij circumstantijs colligatur.

53 Obserua 3. quod interdictum speciale loci violatur celebrando in loco interdicto, etiā ianuis clausis, & absque sono campane; interdictum verò locale generale non violatur celebrando ianuis clausis, *vt rectè aduertit Bonacin. d. disp. 5. pun. 7. num. 9. in fin.*

54 Obserua 4. quod in loco interdicto possunt celebrari Diuina officia vel de licentia iuris, vel de licentia hominis, *Innoc. in cap. vt priuilegia, num. 1. de Priuil.* verum, antequam Episcopus concedat huiusmodi licentiam, auferre debet interdictum, *Bonacin. d. disp. 6. pun. 7. num. 7.* vbi dicit, quod Episcopus

55 celebrans in loco à se interdicto, incurreret in irregularitatem, nisi auferat interdictum, antequam celebret, quia Episcopus non potest auferre effectus interdicti à iure communi inductos.

56 Obserua 5. quod violans cessationem à Diuinis, non incurrit irregularitatem, quia cessatio à Diuinis non est censura, sed simplex prohibitio, qua ministri Ecclesiæ prohibentur persoluere Diuina officia, ministrare Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, *Nauar. d. cap. 27. nu. 188. latè Bonacin. de censur. disp. 6. pun. 1.* etiam obseruat, quod tempore cessationis non licet celebrare officia, sicut licet tempore interdicti generalis, *iuxta moderationem cap. alma mater de sent. excom. in 6.*

57 Obserua 6. quod mulieres violantes clausuram monasteriorum monialium, vel virorum regularium, seu in illa ingredientes sine licentia, incurrunt in excommunicationem Papæ reseruatam, siue id faciant ex prætextu priuilegiorum, siue propria auctoritate, *latè Quarant. in ver. monasteria, & conuentus Regular. viror. & in ver. monasteria monialium, & ità declarauit Sac. Congreg. teste Nicolio in sui floscul. siue notabil in ver. clausura, nu 40. & in ver. moniales, num. 37.* idem dicendum de viris sine licentia ingredientibus in monasteria monialium, *ex constit. 28. Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ &c. vide Cherubin. ibidem schol.*

schol.1. vbi dicit, quod ità seruatur in sacra Pœnitentiaria, *Nicol loco cit. in ver. clausura, num.* 40. vbi dicit, quod in eamdem censuram incidunt qui licentiam habent intrandi pro vno seruitio, si postea intrant pro alio, & ità Sac. Congregationem plures declarasse, testatur *Quaran. in d. ver. monasteria moni. lium, verf. Amplia dictam constitutionem &c.* vbi subijcit, quod violantes clausuram moniaium ad malum finem non possunt absolui à Confessarijs habentibus facultatem absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis.

S V M M A R I V M.

1 *In beneficijs non attenditur locus, vbi sita sunt, sed locus, cui subiecta sunt.*
2 *Beneficium exemptum non dicitur esse in loco, vbi beneficium est situm.*
3 *Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diæcesis Florentinæ.*
4 *In quo loco clericus conueniri possit.*
5 *Testes non probant valorem beneficij, nisi sciant onera beneficij, & morati fuerint in loco, vbi est beneficium.*
6 *Quænam onera deducantur ex fructibus beneficijs, & nu. seq. vsque ad nu. 11.*
11 *Enumerantur onera, quæ non deducuntur & nu. 12.*

CAP. XI.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

QVæritur 1. In quo loco censeatur esse beneficium?

1 Resp. quod non attenditur locus, vbi situm est beneficium, sed locus, cui subiectum est benefi-
2 cium; vnde beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo beneficium est situm, & ità seruatur in Curia, *vt testatur Mohed. decis. 3. alias 92. nu. 2. de*
3 *Præb.* vbi dicit, quod Capella existens Florentiæ, subiecta Episcopo Fesulano, non dicitur esse Florentiæ, nec est diœcesis Florentinæ; item beneficia existentia in legatione Auenionen. quorum collatiò pertinet ad Abbates monasteriorum existentium in Francia, comprehenduntur sub concordatis Franciæ, quicquid in contrarium afferat *Roman. cons. 361. num. 5. vers. præterea &c. Tiraq. de retract. lignag. § 36. glos. 3. num. 27.*

4 Quæritur 2. an clericus ratione beneficij conueniri possit in quolibet loco, vbi beneficium possidet? Resp. affirmatiuè, *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 3. num. 143. & seq.*

5 Quæritur 3. quando testes probent valorem beneficij Resp. quod inter cætera requisita ad effectum vt testes probent valorem beneficij, requiritur, vt sciant onera eiusdem beneficij; fructus enim intelliguntur deductis oneribus, & expensis, *l. fructus, vbi DD ff. sol. matrim.* secundò requiritur, quod morati fuerint in loco, vbi est beneficium, aliàs non probant, *Card. Seraph. decis. 102. num. 5. & dec. 1317. nu. 1. & dec. 1393. nu. 1.*

6 Circa onera notandum est, quod alia deducuntur ex fructibus beneficij: alia non deducuntur. onera quæ deducuntur ex fructibus, sunt impensæ necessariæ pro recollectione fructuum, *Rot. dec. 444. nu. 5 par. 2. Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec. 273. num. 11.*

7 Deducitur etiam salarium Magistri Capellæ Cōcionatoris, Clericorum Ecclesiæ inseruientium, & id, quod soluitur R. Cameræ pro contributione triremium, *Rot. dec 611. per tot. par. 3. Recent. & coram Penia dec. 136. nu. 7.* vbi quod subduci debet etiam salarium Capellani vel coadiutoris: quod intellige, quando Rector solus, totius anni spatio inspecto, sine alio Sacerdote coadiutore non posset supplere, *Beltramin ad Greg dec. 247. num. 12.* subdens, quod ad illum effectum probari debet, quod ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine baptismo, & homines sine sacramentis obierint; nec sufficeret probare, quod tempore quadragesimali, & paschatis non sufficiat vnus Rector pro audiendis confessionibus, & ministrandis alijs sacramentis, quia tunc pro illo tempore tantùm potest Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes, & non est necesse toto anni tempore huiusmodi coadiutorem retinere, *Rot. in Vali soletana seruitij 11. Ianuarij 1619. coram Andrea.*

8 Item deduci debent onera expensarum pro cultu Diuino, pro cera, hostijs, vino, oleo pro luminaribus, & musica in festiuitate Sancti Titularis Ecclesiæ iuxta quantitatem ab Ordinario declarandam, *Card. Caualer. dec. 462. num. 3. Gig. de pension. q. 96. num. 2. & 3.* vbi, quod deducitur etiam cathedraticum, & expensa facta in Visitatione Ecclesiæ, *Rota in Nouarien pensionis 9. Nouembris 1624. coram Pirouano, & in Feretrana pensionis 4. Decembris 1623. coram Vbaldo seniori,* vbi habita fuit ratio etiam candelarum in Festo Purificationis B. Mariæ manutentionis Sacristiæ, & organi, *prout refert Ferentill. ad Buratt. dec. 418.*

9 Subducenda sunt etiam cambia, quæ pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi pensio soluenda est, titularis soluit, *Rota in Monopolitana pensionis 3. Aprilis 1598. coram Orano, quam refert Bel tramin. ad Gregor. decis. 245. nu. 12.*

10 Item subduci debet subsidium, quod soluitur Regi Catholico: hoc enim perpetuum censetur, quià licèt solum fit ad quinquennium concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices iterum illud concedere, *Garc. de benefic. par. 5. cap. 3. num. 164. & seq. vide Beltram. ad Greg. d. dec. 245. num. 12. per tot.*

11 Onera verò, quæ non deducuntur, sunt ea, quæ temporalia sunt, non perpetua; vnde non est detrahenda pensio de beneficij valore, quia pensio est onus temporale, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. nu. 21. Paris. de Resignant. lib. 10. q. 2. num. 47.* vbi, quod valorem exprimens deducta pensione, non excusatur à mala expressione.

12 Item nec deduci debent onera, quæ expleri possunt per Rectorem beneficij, *Buratt. dec. 418. latè Beltramin. ad Greg. d. dec. 245. num. 12.* vbi etiam dicit, quod nec est detrahendum salarium factoris, quando prædia possunt locari colonis pattiarijs, *Card. Caualer. decis. 462. num 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatio, & institutio potest fieri extra diæcesim, si ibi reperiatur Episcopus, vel eius Vicarius habens ad id speciale mandatum.*
2 *Actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri extra territorium, contradictore non apparente.*
3 *Episcopus extra diæcesim potest beneficia conferre, sicut & Legatus de latere, & quilibet alius ordinarius, & num. 4.*
5 *An Parochus extra territorium Episcopi possit suos*

subdi-

Proconf.glof. in cap.nouit. in ver. terminos, vbi Abb. & alij de offic.leg.& in cap.statutum, in ver.per se ipsos. de Preb.in 6. Gom.in reg. de non iudican. &c. qu. 3.Couar.
3 *lib.3.var.resol.cap.20.num.8.* vbi dicit, quod Episcopus extra suam diœcesim potest beneficia conferre, *Gonz ad reg.8.Cancell.glos.62.num.2. & seq. Boer. dec. 30. latè Sbrozz.de offic Vicar.lib.2 qu.102. Rot. de offic. Archidiac.decis.5.in antiquior.* idemque dicendum est in Legato de latere, & quolibet alio Ordinario: isti
4 enim extra suam prouinciam, seu territorium beneficia similiter conferre possunt, *vt d. glos. in d. cap. nouit, Boer.decis. 30.num. 8. Gonz. vbi supra num.4.*
5 Addit *Host. in sum. tit. de Penit.& remiss. §. cui confitendum, vers.& nunquid extra territorium &c.Viuian. de iurepatr. par.2. lib.8 cap.1.num.1 & seq.Gonz. loco cit.d. glos.62.num.9.* quod Parochus extra suam parochiam, vel etiam extra territorium, vel diœcesim Episcopi potest suos subditos, seu parochianos sacramentaliter absoluere à peccatis. sed contrarium saltem quoad Regulares decernitur *in constit. Clementis X.incip.Superna magni Patrisfam.quam supra retulimus cap.3.q.23.num.264.*
6 Quæritur 2. an iuspatronatus transeat cum venditione loci, seu castri in quo iuspatronatus existit? Resp. affirmatiuè, *cap.ex litteris, vbi glos. & DD. de iurepatr.Bald.in l.edicto, nu.48. vers. idem si vendo &c. C.de Edict.Diu.Adrian.toll.Couar.var.lib.2.cap.18.nu.*
7 *8.* vbi dicit, quod vendita hæreditate in ipsum emptorem transit cum ea vniuersitate iuspatronatus, *Mantic.decis.140.* vbi quod iuspatronatus transit in
8 vsufructuarium omnium bonorum, *latè Viuian. de Iurepatr.lib.4.cap.1.nu.1.& seq.* vbi, quod iuspatronatus transit in Maritum, cum vniuersitate data in do-
9 tem, vel cum castro, villa, feudo, & similibus, quæ sub se verè vniuersitatem continent, *Garc. de Benef.par.5. cap.9.num.147.& seq.*
10 An verò iuspatronatus transeat in conductorem Castri seu Villæ? Resp. negatiuè, nisi in conductorem ex conuentione vtile dominium transiret, *d. cap.ex litteris, de Iurepatr.*
11 Limita 1. vt prædicta conclusio procedat, quando constat, quod iuspatronatus est de pertinentijs Castri, vt quia fuerit erectum à Barone vti tali; secus si sumus in dubio: quo casu iuspatronatus præsumitur erectum à Barone vti persona priuata, ideòque vendito Castro iuspatronatus non transit cum Castro, *Adr.de Isern.in cap. 1. de controuer. int. mascul. & fem. quem refert, & sequitur Genuens. in tract. de Eccles. q. 350.* subdens, quod præsumeretur erectum à Barone vti tali, si Capella fuerit erecta, seu constructa intra palatium ipsius Baronis.
12 Limita 2. in fidei commissario: nam in eum non transit iuspatronatus restituta hæreditate iure fidei commissi vniuersalis, sed remanet apud ipsum hæredem grauatum, *l. quia perinde, ff. Ad Trebell.* vbi, restituta hæreditate iura sepulchrorum apud hæredem remanent, *Couar.var.resol.d.lib.2.cap.18.nu.8.&*
13 *ità pluries decisum fuisse in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio refert Viuian.d.lib.4.cap.5.num.28.* quod à testantis voluntate iura præsumpta deducitur, quia cũ apud primum hæredem maneat directum, & honorificum hæredis nomen, quo ipsum testator decorauit, ideò iura ad honorem potius, quam ad pecuniarium commodum pertinentia, & quæ nomen verum hæredis præmittunt, non sunt fidei commissario tradenda, *vt inquit Couar.loco cit.*
14 Limita 3. in creditore: nam si ei datum fuerit pignus Vniuersitatis bonorum, in qua existat iuspatronatus, non tamen in ipsum transit iuspatronatus, *glos. & DD. in cap. cum Bertoldus, de re iud.* quia creditor percipit fructus nomine debitoris, eosque soluto debito tenetur restituere, vel in sortem imputare, seu cum credito compensare, *cap. 1. & 2. de Vsur. l. 1. & 2 C. de Pignor. act.* fructus autem, qui consistit in præsentatione, nec debitori potest restitui, neque cum debito compensari, *vt post glos. & Abb. in d. cap. cum Bertoldus, obseruat Mantic. dec. 140. num. 12. Garc. de Benef.par. 5. cap. 5. num. 10. & seq. Neguf. de Pignor.2. mem. 2.part.princip.num.60.* & quod ius præsentandi annexum Castro, non transeat in creditorem, qui iure pignoris castrum possidet, dixit *Rota in Legionen.parochialis de Villalob.19.Ianuarij 1586.coram Litta.*
15 Obserua tamen, quod si creditor immissus fuerit in possessionem Castri, & pertinentiarum illius, ad eumdem creditorem spectaret fructus, & exercitium iurisdictionis; & ideò poterit deputare non tantùm colonos pro colendis agris, sed etiam officiales pro administranda iurisdictione, *Bart.in l.fin. nu.2.ff.solut.matrim.Rot in Tiburtina Castri Sambuci 5. Maij 1581.coram Clemente VIII. & in Romana Saluiani 61.Maij 1631. coram Durano, in impress.decis.298.num. 5.& 6.* vbi, quod pertinentiarum appellatione venit etiam iurisdictio: quicquid sit, quando creditor fuit immissus simpliciter in possessionem Castri, aut rerum illius, *de quo vide Paris. cons.20.nu.50.& seq.lib.1.Couar.pract.quæst.cap.1.num.10. Boer. dec. 50. per tot.*
16 Quæritur 3. an requiratur consensus Episcopi in translatione iurispatronatus? Resp. quod regulariter requiritur, *cap.illud, cap.præterea 2.de iurepatron. latè Viuian.eod tit.par.1.lib.4 cap.1. & seq.* vbi obseruat, quod ideò requiritur huiusmodi consensus, vt Ordinarius aduertat, an interuenerit labes simoniaca, *ex trad. per Abb.in cap. illud, num.6. de Iurepatr.quem refert, & sequitur Barbos. de offic.pot. Episc. par.3. alleg. 71. num.13.* vt cognoscat Episcopus, an laici, in quos iuspatronatus transfertur, sint capaces, an contra eos militet suspicio fraudis, vel detrimenti Ecclesiæ, *Rot. in Pisana Capellaniæ 24. Nouembris 1586. coram Bubal. quam refert Viuian. vbi supra cap.4.post num.74.*
17 Limita, quando iuspatronatus à laico donatur Ecclesię, quia tunc valet donatio sine consensus Episcopi, *cap.vn.de Iurepatr.in 6. Abb.in cap.illud, num.4. de Iurepatr. Gratian.discept.Forens.cap.177.num.3.Barbos.de offic. & pot.Episc.par.3.alleg.71.nu.11. Viuian.d. par.1.lib.4.cap.1.num 16.*
18 Obserua tamen, quod si ab Ecclesia iuspatronatus donatur alteri Ecclesiæ, non valeret huiusmodi donatio, nisi de consensu Papæ, *extrau. Ambitiosæ, de Reb. Eccles.non alien cap.sine exceptione 12.q.2.Rota in Bracaren. Iurispatr. 7. Maij 1599. coram Card. Seraphino, in impress. decis. 1312. Viuian. d. lib.4.cap.1. num.33.*
19 Limita 2. quando iuspatronatus ceditur, seu dotur compatrono, quia neque in tali casu requiritur consensus Episcopi, *Abb.in cap. ex insinuatione, nu.4 de Iurepatr.* vbi aduertit, quod hæc non est propriè donatio, sed potius proprij iuris relaxatio, cum quilibet Patronus habeat ius in solidum, *latè Barbos. d.alleg.71.num.28.& seq Viuian.d.lib.4.cap.1. num. 31.*
20 subdens, quod requiritur Episcopi consensus in donatione iurispatronatus facta à Patre ad fauorem filij, quia filius viuente Patre nullum ius habet in iurepatronatus Patri competente.

D 21 Li-

21 Limita 3. quando iuspatronatus per successionem in hæredem transfertur, quia neque tunc requiritur consensus Ordinarij, siue hæres sit suus, siue extraneus, siue succedat ab intestato, siue ex testamento, *cap. ex litteris, & cap. cum seculum, vbi Abb. de Iurepatr. clem. plures, eod. tit. Barbos. d. alleg. 71. n. 3. & seq Viu an. d. lib. 4. cap. 1. nu. 14.*

22 An verò requiratur consensus Episcopi si titulo legati iuspatronatus alicui relinquatur? Resp. affirmatiuè, si relinquatur laico, secus si relinqueretur Ecclesiæ, *Abb. in d. cap. illud, nu. 4. de Iurepatr. Viuian. d. lib. 4. cap. 1. nu. 18.*

23 Limita 4. quando transfertur ex venditione Villæ, seu Castri, cui annexum est iuspatronatus, *d. cap. ex litteris, & cap. cum seculum. Abb. in cap. illud, nu. 4. eod. tit. de Iurepatr.* vbi dicit, quod vendita Vniuersitate, cui annexum est iuspatronatus, non requiritur Episcopi consensus, dummodò iuspatronatus non exprimatur: nam si venditor diceret, vendo tibi talem Villam cum iurepatronatus in ea existente, non valeret venditio respectu iurispatronatus, *Barbos. d. alleg. 71. num. 3. & seq. Viuian d. lib. 4.*
24 *cap. 1. num. 6. & seq.* vbi dicit, quod contractu esset simoniacus, si in venditione hæreditatis iuspatronatus principaliter, & coniunctiuè per copulam exprimeretur: secus si declaratiuè, & accessoriè, *Rot in Calaguritana præbeminentiarum 18. Decembris 1592. coram Giptio, & in Pampilonen. iurispatronatus 9. Februarij 1588. coram Card. Pampbilio.*

25 Limita 5. in iurepatronatus nondũ formato, puta si ad instantiam fundatoris, vel eis hæredum nondum fuerit erectum beneficium, nec reseruatum iuspatronatus: ratio est, quia iura requirentia Episcopi consensum in translatione iurispatronatus, loquuntur de iurepatronatus iam formato, & in esse deducto, *vt colligitur ex d. cap. illud, & ex cap. præterea 2. de Iurepatr.*

26 Notandum tamen est, quod licèt non possit quis sine consensu Episcopi iuspatronatus in alium trãsferre, cum consensus Episcopi huiusmodi translationem operetur: potest tamen in alium cedere ius suum consensu Episcopi, quo casu talis cessio valida est in præiudicium ipsius cedentis, *Rot. decis. 17. alias 873. de Iurepatr. in antiq. Gratian. discept. for. cap 177. num. 15.*

27 Quæritur 4. an iuspatronatus vsurpatio præsumatur in Ecclesia habente iurisdictionem in loco? Resp. negatiuè, *Rota in Papien Iurispatronatus 28. Iunij 1630. coram Pirouano, & declarauit Sac. Congregatio in Sublacen. 12. Septembris 1621.* in iurepatronatus Abbatis temporalem iurisdictionem habentis, in quo non requiruntur probationes tam exactæ, prout Concilium Tridenum exigit in ijs personis, in quibus præsumitur vsurpatio; ratio est quia in Ecclesia Domina Castri cessat suspicio, quæ militat contra laicum habentem iurisdictionem in loco; nam Prælatus iurispatronatus non acquireret sibi, aut hæredibus, sed Ecclesiæ, *Abb. in cap. ad audientiam, num. 12. de Eccles. ædif. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 32. except. Rot. inter Recentior decis. 6. par. 1 & in Leodien. Parochialis 27. Ianuarij, & 5. Maij 1627. coram Pirouano, prout refert Ferentill. ad Buratt. dec. 832. num. 5.*

28 Quæritur 5. an & quando in Ecclesia conuentuali acquirere quis possit iuspatronatus? Resp. quod in ea non acquiritur Iuspatronatus, nisi ex priuilegio Apostolico; & ideò non sufficeret probare dotationem, aut fundationem cum assensu Diœcesani, nisi constet etiam de priuilegio, *cap. hinc est etiam, 16. q. 1. gloss. in cap. nobis, ver. nisi aliter, de Iurepatr. Mohedan. dec. 10. nu. 2. & 3. eod. tit de Iurepatr. Put. dec. 356. num. 2. & 3. lib. 2. in correct. Card. Seraphin. dec. 1305. num. 5. & dec. 1353. nu 5. & dec. 1395. nu. 2. & 3.* vbi ampliat, etiamsi esset conuentualis habitu, non actu. Vnde is, qui dotauit, vel fundauit Monasterium, seu Ecclesiam conuentualem, licèt iuspatronatus acquirat quoad alia iura, non tamen potest Prælatum, seu Priorem in ea præsentare absque Apostolico priuilegio; quinimò nec valeret consuetudo, vt laicus
29 intersit cum Clericis in electione Prælati, licèt electione iam facta assensus Patroni postulari debeat, vt possit contra electum excipere, si non esset idoneus, *d. cap. nobis, vbi Abb. & alij, de iurepatr. cap. sacrosancta, et cap. Massana, de elect.* quod quidem pro-
30 cedit, quando iuspatronatus reseruandum esset in tota Ecclesia conuentuali; secus si de consensu Episcopi in aliquo Altare, seu Capella Ecclesiæ conuentualis, seu regularis erectum fuerit beneficium, seu iuspatronatus: hoc enim casu potest Patronus rectorem præsentare in dicta Capella, nec ad id requiritur priuilegium Papæ, sed sufficit consensus Prælati, seu Prioris, & Capituli, *Abb. in d. cap. nobis, num. 1. Rota in Segobien. Capellaniæ 28. Febr. 1625. coram Vbaldo, prout refert Ferentill ad Buratt. dec. 1. nu. 17.* præsertim quia hæc non dicitur alienatio, sed concessio ad vsum, ad quem res fuit fabricata, *Quaran. in ver. alienatio rer. Eccles. num. 29. vide quæ diximus in tract. de Regim Eccles. lib 1. cap. 12. num. 52. quibus adde Ang. cons. 224. quem refert Genuens. in tract. de Eccles. quæst. 439* vbi dicit, quod licèt res immobilis non possit legari Capuccinis, aut alijs Religiosis
31 incapacibus, *ad tex in l. si in metallum, vbi Bart. ff. de his, quæ pro non script hab.* legari tamen potest altari construendo in Ecclesia Religiosorum incapacium, quia possunt in altare deseruire Sacerdotes sæculares de Religiosorum assensu, de quibus videtur sensisse testator, *arg. l. si miles, ff. de milit. testam.* licèt non desint Doctores, qui asserunt, quod quando legatur res immobilis Ecclesiæ, vel religiosis incapacibus, debetur in tali casu æstimatio, *ità Paul. de Castr. in l. apud Iulianum, §. constat, ff. de leg 1. Io. Ant. Lanar. cons. 80. quos refert, & sequitur idem Genuens. loco cit nu. 5.* sed hodie legata huiusmodi, quando legatarij ex instituto, & obseruantia regulæ sunt incapaces, ad fabricam S. Petri de Vrbe spectant, *vide Quaran. in ver. fabrica S. Petri, ver. si autem ipsi legatarij.*

32 Obserua tamen, quod si Patronus absque causa suum assensum electo præstare recusat, contradictio non obstaret, *vt d. Abb. in dict. cap. nobis, in fin de iurepatr.*

33 Obserua 2. quod Ecclesia conuentualis dicitur, quando tres ad minus in collegio sunt, *l. Neratius, ff. de verb. signif.* quamuis in vno etiam ius Collegij conseruetur, *l sicut §. vlt. quod cuiusque vniuers. nom. gloss. in cap 1. versic. duo, de elect.* vbi, quod duo faciunt congregationem, *& in dict. cap. nobis, vers. in conuentuali.*

34 Quæritur 6. an detur appellatio ab institutione præsentati vertente lité inter plures patronos? Resp. affirmatiuè etiam quoad effectum suspensiuum: & ideò institutio, & collatio, ac possessio capta pendente termino ad appellandum, vel post appellationem, est attentata, *Greg. dec. 91. Burat. dec 72. & 625. Duran. dec. 280. nu. 1. Rota apud Scacc. post tract. de appell dec. 18. & in Recentior. decis. 268. par. 8.* vbi, quod hoc procedit in institutione iudiciali, quæ emanauit in contradictorio iudicio, & cum causæ cognitione; hæc enim habet absolutè vim diffinitiuæ,

tiuç, & grauat competitorem; secus in institutione extraiudieiali, quia huiusmodi iostitutio de sui natura non comparente contradictore est mera interlocutoria, nec sottitur natutam diffinitiuæ, nisi inter institutum, & instituentem, qui videlicet institutionem reuocare non potest; vnde talis institutio admittit appellationem suspensiuam, & pet consequens executioni statim mandari potest absque labe attentatorum, *Lancellott. de Attent. par. 2. cap. 4. n m. 725. latè Beltramiu. ad Greg. dec. 251. num. 14. Gonz. ad reg. 8. in tit. de nullit. nu. 14. & seq. Vivian. de Iurepatr. lib. 11. cap 9. num. 10. & seq. Rot. decis 197. num. 1. & seq. par. 5. tom. 1. Recent. Merlin. dec. 691. num. 5* idque locum habet, etia nsi lis in iudicium deducatur, antequam capiatur possessio: quia neque tune talis possessio post motam litem capta, esset attentata, quando extraiueialiter processum fuit ad institutionem, nisi vltra litis pendeotiam intercesserit inhibitio, *Rota in Neapolitana Altaris priuilegiati 23. Iunij 1614. coram Coccino, quam refert Beltramin. ad Greg. d. dec. 251. num. 14. vbi ità intelligit aliam Rotæ decisionem n Leodien. Abbatissatus 31. Maij 1606. coram Card. Sacrato, Paris. de Resignant. lib. 2. q. 3. num. 28.*
36 *& seq.* vbi addit, quod si resignatio fiat ante motam litem, potest Resignatarius possessionem lite
37 pendeute, capere absque metu attentatorum, quia actus gestus post litem motam non est attentatus, quando est consecutiuus, & aecessorios ad titulum, qui præcedit litem, *vide Paris. cons. 172. nu. 12. vol. 4. Beltram. ad Greg. d dec. 251. num. 14. vers. sed hoc patitur &c. Merlin. dec. 10. nu. 6.*
38 Obserua tamen, quod si talis esset foti, seu loci coosoetudo, vt appellatio in tali casu operetur effectum deuolutiuum tantùm, non autem suspensiuum, ea esset omninò seruanda, cum concernat fauorem Ecclesiæ, *arg. cap. consultationibus, de Iurepatr. Vivian. d. lib. 11. cap. 4. num. 93. Rot. dec. 1155. versus fin. par. 3. lib. 3. diuers. Lancell. de Attent d. par. 2. c. 4. num. 720. & seq.* vbi addit, quod oec diceretur attentata possessio præsentati à Patrono, qui esset in qoasi possessione præsentandi, vel quando inter presentatos non fuisset lis contestata, vel quando presentatus, & institutus ab Ordinario, immitteretur in possessionem ab eodem Ordinario, coram quo lis pendebat: secus si immitteretur in possessionem ab alio Iudice, *ex deductis per Rot. in Tuleu. Parochialis de Tabuchia 29. Nouembris 1567. coram Grato, & in Calaguritana beneficij 25. Ianuarij 1554. coram Augustino, & in Astoricen. Parochialis S. Augustini 10. Decembris 1563. coram Sarmienta quibus adde Theodas. Rub. in suis singular. par. 1. circa decis. Oradin. 584. lib 1. nu. 4. & seq.*
39 vbi dicit, quod in attentatis magis ponderatur eootemptus Iudicis, qui sententiam tulit, quàm ius agentis, *Merlin. dec. 691. num. 6.* vbi, quod attentati substaotia potissimum consistit in læsione maiestatis Iudicis, *& dec. 687. nu. 7.* vbi,
40 quod attentati vitium cessat, quando aliquid geritur de mandato Iudicis, peracto iudicio, & alia lite non pendente, *Grec. dec. 486. num 4. & 7. Rot. dec. 2. alias 13. de restit. spol. in nou. Mantic. dec. 31. num. 3.*
41 *Chartar. decis. Gen. 111. num. 6.* subdens, quod si Iudex à quo appellationem admisit, non potest vltra procedere, com per talem admissionem à se abdicauerit omnem iurisdictionem, *Buratt. dec. 72. num. 5. Ridolfin. in Prax. iudic. par. 2. cap. 15. num. 61. & 64.*
42 Obserua 2. quod attentata non possunt reoocari ad instantiam eius, de cuius nõ iure constat, præsertim si reuocatio huiusmodi attentatorum tendat ad restitutionem possessionis adeptæ, lite pendente, nè per hoc detur vitiosos ingressus ius non habenti, *Rot. dec. 2. vt lit. pend. in non. & dec. 6. nu. 9. par. 2. diuers. Merlin. dec. 450. num. 19.* vbi quod reo, & possessori sa. est vincere per non ius actoris; requiritur tamen ad hunc effectum, quod clarè, & notoriè constet de non iure petentis, quia tunc non esset locus reoocationi attentatorum: nisi fortè Iodex propter contemptum sui iuris, siue legis ex puro, & mero officio suo vellet illa reuoeare in pœnam attentantis, *Rot. dec. 2. alias 13. num. 1. de restit. spoliat. in nou. Greg. dec. 91. num. 8. & ibi Beltram. num. 12. Buratt. dec. 569. n.*
44 *5.* vbi dieit, quod attentata reijciuntur stante bono iure attentantis, *Rot. dec. 323. num. 6. par. 4. tom. 2. Recent.* vbi quod ad hune effectum non dicitur constare de bono iure, oisi per confessionem partis, vel rem iudicatam. Similitet attentata reijciootur, quã-
45 do suut turbida, seu magna ex parte depeodent à negotio principali, vel quaodo fuit frustatoriè appellatum ad litem in loogum protrahendam, vel quando fuit attentatum pet viam visitationis, *Rota in recent. dec. 426. num. 16. par. 5. tom. 2. & dec. 251 num. 1. & seq. par. 3. Duran. dec. 313. num. 13.* quemadmodum
46 nec reuocantor appellatione deserta: videtur enim renuociasse atteotatis qui passus est, sententiam transire in iudicatum, *Buratt. dec. 77. per tot. Scacc.*
47 *de Appellat. q. 15. num. 70.* quod tamen procedit, quando attentata commissa sunt post decem dies, siue post terminum datum ad appellandum, tunc enim obstat res iudicata; secus si attentata perpetrata sunt intra decem dics datos ad appellandum; quia tnoe reuocantur etiam lite deserta, non quidem ex priuilegio, nec per modum attentatorum, sed per viam nullitatis, *Scac. d. q. 15 nu. 74. & seq. &*
48 *q. 17. limit. 47. mem. 1. num. 173.* subdens, quod deserta appellatione cessat quidem priuilegium agendi summariè absque litis contestatione ad reuocationem attentatorum, sed adhuc durat remedium agendi principaliter, via ordinaria, *Cæs. de Graff. decis. 2. de appell. Card. Seraphin. decis. 229. Rota decis. 685. num. 3. & seq. par. 3. Recent. Ferentill. ad Buratt. de. 63. num. 14. & dec. 77. num. 11. Duran. dec. 177. num. 5. Ridolfin in Prax. iudic. par. 2. cap. 15. num. 53.*
49 An verò detur appellatio à sententia lata super reuocatione attentatorum? Resp. affirmatiuè, quia licèt sit interlocutoria, eom pet eam non termioetur negotium principale, habet tamen vim diffinitioæ, tamquam lata super exceptione peremptoria, maximè si per eam fieret restitutio possessionis adeptæ lite, vel appellatione pendente, vel post inbitionem, *Rot. dec. 11. alias 85. de Appell. in nou. latè Scacc. de appellat. q. 17. limit. 47. mem. 1. num. 172.* quod eo magis procederet, quando actu fuit principaliter ad reuocationem attentatorum per viam actionis, aut aliàs via ordinaria non priuilegiata, *Ridolfin. in Prax indic. p. 2. cap. 15. n. 102. & seq.* vbi, quod datur etiam appellatio, si Iudex attentata reuoca-
50 re recusauerit, vel si pronunciauerit, atteotata non esse reuocanda.
Obsetua 3. quod vbi cõtẽtio est ioter plures presẽ-
51 tatos, prefertur is, qui presẽtatus est ab existente in quasi possessione presẽtãdi, itá vt si euincatur ius-
52 patronatos, nõ inde tamẽ talis præsẽtatus remouẽdus sit, sed veris patronis in futurũ dumtaxat reseruatur exercitiũ eorũ iuris præseotãdi, *c. consultationibus, c. ex litteris, vbi DD. de I repatr. cap. querelam, de elect. cap. cum olim, de caus. poss. & propr. Card. Seraphin. dec. 875. n. 3. & dec. 884. nu. 3. Card. Mantic. dec. 86. nu. 1.*

Rot. in recent. dec. 181. num. 1. & dec. 274. num. 6. par. 2. Merlin dec. 454. num. 2. & seq. & dec. 450. num. 1. & seq.

53 vbi subijcit, quod non esset præferendus præsentatus ab existente in quasi possessione, quando vel ex re iudicata, vel ex confessione, vel ex instrumento fundationis incontinenti apparet de proprietate, quia proprietas absorbet possessionem, & veritas præferri debet opinioni, seu præsumptioni, *Abb. in d. cap. consultationibus, num. 3. & 9 Rot. apud Postium post tract. Mandat. de manuten. dec. 285. 332. & 333 & in recent. dec. 197. num. 6. & seq. par. 5. tom. 1.* vbi, quod

54 Episcopus non potest instituere, quando ante præsentationem fuit mota lis contra existentem in quasi possessione præsentandi.

55 Obserua 4. quod ex actu facto, seu admisso sine præiudicio iuris alterius, non acquiritur quasi possessio præsentandi, quia dicta clausula præseruat ius tam in petitorio, quam in possessorio, *Garc. de benef. par. 5. cap. 5. num. 69. Viuian. de Iurepatr. par. 2. lib. 5. cap. 2. sub. num. 12. & lib. 11. cap. 6. num. 13. Post. d. tract. obseru. 32. num. 16. Rot. in Maioricen. Iurispatr. 4. Decembris 1587. coram Rub. quam refert Ferentill. ad Buratt. dec. 633. num. 16.*

56 Quæritur 7. an Iuspatronatus à laico relictū Confraternitati laicorum, vel illius Custodibus, censeatur Ecclesiasticum vel, laicale? Resp. quod aut relinquitur Confraternitati, & tunc censetur ecclesiasticum; aut relinquitur Custodibus seu Prioribus, & tunc censetur laicale; ratio huius vltimæ conclusionis est, tum quia in tali casu iuspatronatus relinquitur Custodibus, aut Prioribus intuitu officij, aut dignitatis, prout illa laicis conueniunt, & dari solent,
57 non autem intuitu Ecclesiæ: tum etiam quia Custodes non repræsentant locum, quinimmò nec totam Confraternitatem, & propterea quod eis legatur, non censetur Ecclesiæ legatum, *late Rot. in Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso 7. Februarij 1628. coram Durano, in impress. decis. 130.*

58 Quæritur 8. an, si iuspatronatus relictum sit descendentibus, possit vltimus descendens extraneo illud relinquere? Resp. affirmatiuè, quia in tali casu remanet hoc ius liberum in hæreditate vltimi descendentis, *per tex. in l. qui solidum, 80. §. prædium, ff. de leg. 2.* vbi, si fidei commissum ad certas personas,
59 vel certos gradus coarctatum sit, vltimus illius gradus potest liberè res fidei commisso suppositas alienare, *ex trad. per Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 2. & ita resoluit Rot. apud Viuian. de Iurepatr. decis. 12. num. 1. & dec. 13. sub num. 4 & in Recentior. decis. 286. num. 11. & 12. & decis. 363. par. 5. tom. 1. Card. Seraphin. dec. 364 num. 2. & seq. & decis. 378. num. 1. & seq.*

S V M M A R I V M.

1 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, & alij ad residentiam adstricti non possunt ab eorum Ecclesijs abesse vltra tres menses sub pœnis hic expressis: idemque procedit, si habeant priuilegium duorum mensium, num. 7.*

2 *Canonici, & alij absentes non possunt pro illis tribus mensibus distributiones quotidianas consequi, nisi fructus omnes consisterent in distributionibus.*

3 *Absentia Canonicorum potest dupliciter considerari, vel à loco, vbi Ecclesia sita est, vel tantùm ab ipsa Ecclesia.*

4 *Canonici siue primo, siue secundo modo abfuerint, incidunt in pœnas Concilij Tridentini.*

5 *Qui vltra tempus à Concilio permissum notabiliter absunt, mortaliter peccant.*

6 *Episcopus ob legitimam causam potest Canonicis facultatem concedere, vt abesse possint per quatuor menses.*

7 *Canonici habentes priuilegium duorum mensium, gaudent hoc priuilegio, etiamsi vltra duos menses absint: priuantur tamen distributionibus debitis pro tempore, quod duos menses excedit.*

8. *An Canonicus absens vltra tres, vel duos menses, teneatur in constituere fructus.*

9 *An Clericus ad residentiam adstrictus, possit inuito proprio Prælato accedere ad Romanam Curiam ad effectum prosequendi appellationem, vel oppressionem euitandi.*

C A P. XIII.

De Clericis non residentibus.

Quæstio I.

Quomodo intelligenda sit absentia ad effectum vt Canonici incidant in pœnas Concilij Trident. sess. 24. de ref. cap. 12.

1 PRæmittendum est, quod ex dicto Sac Concilio Trident. obtinentibus in Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiati dignitates, canonicatus præbendas, aut portiones non licet vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab eisdem ecclesijs quolibet anno abesse: saluis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt; alioquin anno primo priuandus est vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, & residentiæ fecit suos: quod si iterum eadem fuerit vsus negligentia, priuandus est omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit; crescente verò contumacia, contra eos iuxta Sacrorum Canonum constitutiones procedi debet: *vide Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. & seq.* vbi etiam obseruat, non posse Canonicos pro illis tribus mensibus distribu-
2 tiones quotidianas consequi, nisi fructus omnes consisterent in distributionibus, *vt censuit Sac. Congregatio teste Paris. de Resign. lib. 1. q. 10. nu 65. Gonz. ad reg. 8. Cancell. §. 7 prohem. n. 182. Quaran. in ver. residentia vers. item propositionem illam &c.*

3 Præmittendum 2. quod dupliciter potest considerari absentia Conicorum, vel à Ciuitate, seu loco, vbi Ecclesia sita est, vel tantùm ab ipsa Eccelesia, cum possit in tali casu præsens esse in Ciuitate.

4 His præmissis dicendum est iuxta cōmunem Doctorum sensum, Canonicos, siue primo, siue secundo modo abfuerint, incidere in pœnas Concilij *d. cap.* 12. absens enim dicitur non tantùm is, qui non est in Ciuitate, siue in continentia murorum illius, sed etiam is, qui non est in loco particulari, seu vt alij loquuntur, loco loci, puta in cubiculo, Ecclesia, alioue loco, de quo agitur, *l. absentem, vbi glos. & DD. ff. de Verbor. signif. late Monet. in tract. de Distribut. quot. par. 2. qu. 5. num. 1. & seq.* quot etiam clarè colligitur ex eodem Concilio, *ibi ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse &c. & ita declarauit Sac. Congregatio Concilio teste Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 319. & seq.* vbi etiam dicit, quod si vltra tempus à Conci-
5 lio permissum notabiliter absint, peccant mortaliter, cum contraueniant grauissimo præcepto eiusdem Concilij, nec satisfaciant propriæ obligationi; nō enim est, nec dici potest lex purè pœnalis, *Viuian. de iurepation. lib. 15. cap. 3. nu. 166. Piasec. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 3. num. 10. versus fin. Barbos. de offic. & pot.*

pot. Epist. par. 3. alleg. 53. nu. 122. & seq. subdens, posse Episcopum ob legitimam causam Canonicis facul-
6 tatem concedere, vt abesse possint per quatuor menses; idemque dicendum, si Canonici habeant priuilegium duorum mensium in anno, quia isti duo
7 menses cum lucro distributionum subrogantur in locum trium mensium, qui dantur à Concilio, *vide Bonacin. in tract. de Hor. canon. disp. 2. q. 5. pun. 4. nu. 10. & seq.* vbi dicit, quod Canonici habentes priuilegium duorum mensium, si vltra duos menses absint, priuantur solum distributionibus debitis pro tempore, quod duos menses excedit.

8 An verò Canonicus absens vltra tres, vel duos menses vt supra, teneatur in conscientia restituere fructus? vide *Nauar. cons. 3. lib. 3. Viuian. loco cit. num. 165.* vbi asserunt, non teneri, nisi condemnetur.

9 Addit *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. res. 264.* quod Clericus ad residentiam astrictus, etiam inuito proprio Prælato potest accedere ad Romanam curiam ad effectum prosequẽdi appellationem, vel aliã oppressionem euitandi licèt de honestate debeat licentiam petere, *per tex. in cap. omnis oppressus, 2. q. 6.*

SVMMARIVM.

10 *Quando nullus ex Ecclesiæ ministris interest Diuinis officiis, quotidianæ distributiones, quæ ad eos spectarent, si præsentes fuissent, Ecclesiæ debentur.*

11 *Si Canonici aliquot Diuinis officijs intersint, alij verò absint, quotidianæ distributiones præsentibus accrescunt; partes verò fructuum, qui absentibus competerent, si præsentes forent Ecclesiæ debentur: limitatur num. 12.*

An distributiones possint remitti, ibidem nu. 11.

12 *Si omnes fructus in distributionibus consistunt, tunc accrescunt alijs, qui Diuinis horis intersunt.*

13 *Quid si ex statuto, vel consuetudine Ecclesiæ singulis Canonicis, vel omnibus, qui Diuinis interfuerint, certa portio est assignata.*

Distributiones præbendarum vacantium debentur præsentibus, nec reseruantur successoribus, ibidem.

Quæstio II.

Quando distributiones, vel fructus non residentium in loco beneficij, vel eorum, qui horis Diuinis non intersunt, debeantur Canonicis, vel beneficiatis præsentibus, & quando debeantur Ecclesiæ.

10 DIco 1. quod si nullus ex Ecclesiæ ministris interfit Diuinis officijs, omnes quotidianæ distributiones, quæ ad eos spectarent, si præsentes fuissent, Ecclesiæ debentur, *vt tradunt DD. in cap. vn. de Cler. non resid. in 6.*

11 Dico 2. quod si Canonici aliquot Diuinis officijs interfint, alij verò absentes fuerint, in quotidianis distributionibus receptum est, eas, quæ absentibus, si præsentes forent, omninò competerent, præsentibus accrescere; in ipsis verò fructibus principalibus à quotidianis distributionibus distinctis, absentium partes ad Ecclesiam spectant, *cap. pen. de Cleric. non resid. glos. communiter recepta in clem. 2. ver. suspensus de Vit. & hon. Cleric. latè Couar. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 7. vers. Quod si Canonici &c.*

An verò distributiones quotidianæ remitti, seu donari possint? Respondet *Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver. distributiones num. 2.* quod donari possunt à quolibet Canonico pro parte sibi contingente, etiam ei, qui non interfuerit; non possunt tamen capitulariter remitti, *Concil. Trident. sess. 24. de ref. cap. 12. & censuit Sacra Congregatio teste eod. Nicolio ibid.*

12 Dico 3. quod si omnes fructus in distributionibus consistunt, de eis iudicandum est prout de distributionibus; & ideò accrescunt alijs, qui Diuinis horis intersunt, *iuxta glos. receptam in clem. 2. ver. pars dimidia, de Ætat. & qual.*

13 Dico 4. quod vbi ex statuto, vel consuetudine Ecclesiæ cautum est, vt cuilibet Canonico, qui Diuinis officijs interfuerit, detur certa, ac definita quantitas, eo casu portio absentis non diuiditur inter præsentes, sed in beneficium Ecclesiæ conuertitur; tunc enim non est locus iuri accrescendi, quia præsenti certa debetur quantitas absenti verò nulla, *l. si Titio, ff. de leg 2* neque in tali casu aliqua inter eos coniunctio concurrit, cum nec re, nec verbis coniuncti sint, *l. triplici, ff. de Verb. signif. latè Couar. d. lib. 3. cap 13. num. 7.* vbi dicit, hoc procedere, quando ex patrimonio Ecclesiæ, cui ministratur, dãtur reditus, & quotidianæ distributiones ipsis ministris nulla facta diuisione redituum inter ipsam Ecclesiam, & eius ministros; si verò certa portio singulis non est assignata, sed omnibus ità, vt inter eos qui Diuinis intersunt, sit distribuenda, tunc portiones absentium interessentibus accrescunt, seu portione interessentium, propter absentiam aliorum, iure non decrescendi pinguiores fiunt, quia in hoc casu & re, & verbis sunt coniuncti, *Card. Mantic. decis. 226. per tot. latè Garc. de Benefic. par. 3. cap. 2. nu. 444. & seq. Couar. d. cap. 13 num. 7.* vbi obseruat, hoc vltimum procedere, quando ministri habent patrimonium, & reditus distinctos à reditibus Ecclesiæ.

Dico 5. quod distributiones præbendarum vacantium, etiam Theologalis, vel Penitentiariæ, semper dantur præsentibus, & nunquam reseruantur successoribus, *vt censuit Sac. Cong. teste Nicolio in suis flosc ul. siue notabil. in ver. distributiones, num. 7.*

SVMMARIVM.

14 *Canonici associantes suum Episcopum extra Ecclesiam Cathedralem, non lucrantur distributiones.*

15 *Absentes à suis Ecclesijs, & ad Curiam accedentes pro vtilitate dictarum Ecclesiarum, lucrantur fructus, non autem distributiones.*

16 *Distributiones non dicuntur de corpore beneficij, sed potius sunt stipendium quoddam laboris.*

17 *Prouisi de beneficio non faciunt fructus suos, donec iuramentum fidei personaliter, & non per procuratorem præstiterint, lucrantur tamen distributiones, etiamsi non iurauerint.*

18 *An, & quando habens indultum ad lucrandum fructus in absentia, lucretur distributiones.*

Quæstio III.

An Canonici associantes suum Episcopum extra Ecclesiam Cathedralem, lucrentur distributiones.

14 REsp. negatiuè, *cap. de cetero, cap. ad audientiam, de Cler. non resid. & censuit Sac. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. Ecclés. par. 3. res. 90. num. 22 & seq.*
15 vbi etiam dicit, quod absentes à suis Ecclesijs, & ad Curiam accedentes pro vtilitate Ecclesiarum,

lucrantur fructus, non autem distributiones, *per*
16 *tex.in cap.cum non deceat,3. de Elect.in 6* distributiones enim non dicuntur de corpore beneficij, sed potius sunt stipendium quoddam laboris, cum dentur ratione interessentiæ, & ministerij personalis, *Cæs.de Graff.dec.5.num.4.de Preb.Rot.dec.8.num.1.eod.*
17 *tit. de Præb.in nou.& dec.402.nu.4.par.1. Diuers.* vnde licèt prouisi de beneficij non faciãt fructus suos, donec iuramentum fidei personaliter, & non per procuratorem præstiterint, *vt disponit Conc.Tridentinum sess.24.de ref.cap.12.* distributiones tamen, quas interim lucrantur, faciunt suas, etiamsi non iurauerint, *vt declarauit eadem Sac.Congregatio teste*
18 *Ricc.loco cit.nu.9.* idemque dicendum est in habente indultum ad lucrandum fructus in absentia; hoc enim non estenditur ad distributiones, nisi indulto dicatur, quod impetrans percipiat prouentus ac si præsens esset, & Diuinis officijs interesset, *glos.in cap vn.ver.adfuerint,de Cleric.non resid.in 6.Cass.dec.1 eod.tit.Conar.lib.3.var.cap.13.nu.2.vers.Sic quamuis Princeps &c.* subdens, quod non debentur distributiones, si in gratia dicatur, quod impetrans percipiat fructus ac si resideret.

SVMMARIVM.

19 *Canonicus non lucratur distributiones, nisi Diuinis officijs in Ecclesia interfuerit, etiamsi præsens sit in loco, vbi sita est Ecclesia: limitatur numer. 20. 21. & 22.*

20 *Canonicus absens ex causa infirmitatis lucratur distributiones, etiamsi ex propria culpa in morbum inciderit: limitatur num.23.*

21 *Canonicus iniustè bannitus, relegatus, vel carceratus, aut alio impedimento detentus, non amittit distributiones: limitatur nu.23.*

Quid si fuerit carceratus, vel relegatus ob propriam culpam, ibidem d.nu.21.

22 *Canonicus absens ob euidentem Ecclesiæ vtilitatem, lucratur distributiones: limitatur nu.23.& 25.*

23 *Canonicus, qui non fuit solitus residere, seu Diuinis interesse, amittit distributiones, etiamsi abfuerit ex causis prædictis.*

24 *Canonicus iniustè carceratus, excommunicatus &c. si commodè potuit vitæ innocentiam probare, & non fecit, non potest distributiones repetere.*

25 *Canonicus absens propter Ecclesiæ vtilitatem, si ad id habeat congruum salarium, non percipit distributiones.*

26 *Quando quis dicatur solitus interesse, vel non interesse Diuinis.*

27 *Iniustè carceratus, excommunicatus &c. potest repetere distributiones vel à Iudice iniustè procedente, vel à parte iniustè querelante, vel ab ijs, qui distributiones perceperunt: limitatur nu.29.30.& 31.*

28 *Donec pendet quæstio super iustitia, vel iniustitia causæ, distributiones sequestrari debent penes idoneam personam.*

29 *Distributiones remanentes in mensa Capitulari, ab ipso Capitulo restituendæ sunt iniustè carcerato, etiamsi fuerint inter Canonicos diuisæ.*

30 *Canonici, qui bona fide distributiones consumpserunt, an teneantur in foro conscientiæ ad earum restitutionem.*

31 *Iudex, qui seruato iuris ordine censuram tulit, aut carcerationem decreuit, ad restitutionem distributionum non tenetur.*

Canonicus à suo Episcopo missus ad visitanda Apostolorum limina, an lucretur distributiones, ibidem.

Quæstio IV.

An & quando Canonicus præsens in Ciuitate, vel loco vbi sita est Ecclesia, lucretur distributiones quotidianas, licet Diuinis officijs in Ecclesia non intersit.

19 Regula est, quod Canonicus non lucratur distributiones, nisi Diuinis officijs in Ecclesia interfuerit, etiamsi præsens sit in loco, vbi sita est Ecclesia, *cap.vn.Cler.non resid.in 6.*

20 Hæc tamen regula limitatur quantum ad propositam quæstionem, nisi Canonicus absit ex causa infirmitatis: tunc enim lucratur distributiones ac si Diuinis officij interesset, *d.cap.vn.§ qui verò*: cuius textus dispositio procedit, etiamsi ex propria culpa in morbum inciderit, *secundum veriorem opinionem Conar var.resol lib.3.cap.13.num. 8 vers. septimò quotidianæ distributiones &c. quem sequitur Monet. in tract de Distribut. quot. par. 2. qu. 6. num. 11. vbi refert, ità declarasse Sac. Congregationem Concilij Tridentini.*

21 2. Limitatur, quando Canonicus ex iusta, & rationabili corporis necessitate abesset, puta si iniustè fuerit bannitus, relegatus, vel carceratus, aut alio impedimento detentus; hoc enim casu distributiones non amitteret, *vt colligitur ex d.cap.vn.§ qui verò*, quod procedit, etiamsi respectu Iudicis iustè fuerit captus, carceratus, & tortus, quia nimirum ad id habuerit sufficientia inditia; nam si per sententiam fuerit absolutus, restituitur ad omne, quod amisit, & sic ad distributiones quotidianas, quas lucratus fuisset, si Diuinis interesse potuisset, *Monet.d.p.2.q.5.nu.80* vbi quod hoc procedit, dummodò Canonicus non fuerit carceratus, seu relegatus ob propriam culpam, quia textus *in d cap.vn.* intelligendus est de iusto, & necessario impedimento, seu de necessitate iusta, & rationabili, qualis esse non potest, vbi culpa præcessit, *Nan cons. 11. de Cleric. non resid. Gonz ad reg.8 glos.5.§.9.nn.15.& 118.Garc.de Benefic. par 3.cap.1.n.363.Grat.discept.for.c.806.nu.13.quibus adde Nicolium in suis flosc ul. sine notabil.in ver. distributiones,n.12.& seq.* vbi decisũ refert, quod distributiones debentur pro tempore litis iniustæ concernentis principaliter interesse Ecclesiæ, seu Capituli, secus si secundariò.

22 3 Limitatur, vbi Canonicus abesset ob euidentẽ Ecclesiæ vtilitatem, *vt in d. textu, vide quæ diximus in tract.Regim.Eccles.lib.3.cap.16.nu.25.& seq.*

23 Obserua tamen quod nec infirmus, nec iniustè carceratus, nec absens ob Ecclesiæ vtilitatem recuperarent distributiones amissas, nisi antea fuerint soliti residere, seu Diuinis interesse, *vt censuit Sac.Cong.teste Nicolio in suis flosc ul. sine notabil. in ver.distributiones,nu.11.Monet.d.par.2.q.5.n 21 & 43.*
24 vbi dicit quod is, qui iniusto carcere detinetur, aut iniustè fuit excommunicatus, vel pulsus in exilium, si commodè potuit vitæ innocẽtiam probare, & impedimenta auferre, & non fecit, non posset distributiones repetere, quia potius ex propria negligentia, quam ex corporali necessitate abesse censetur, cum teneatur vti medijs opportunis, vt ad chorum accedat, *& q.6.nu.21.& q.11 nn.34.& 35.* vbi etiam
25 dicit, quod absens propter Ecclesiæ vtilitatem, si ad id habeat congruum salarium, non percipiet distributiones, *Nan.in Man.cap.25.nu.124.*

26 Censetur autem quis solitus non interesse Diuinis ad effectum amittendi distributiones, si duobus,

vel

vel tribus præcedentibus annis vltra tres menses ab Ecclesia, seu choro abfuerit, saluis earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt; quemadmodum solitus interesse dicitur, qui minori tempore abfuit; sicut enim absentia vltra tres menses sufficit, vt quis priuari possit fructibus, licèt reliqua parte anni resederit, ità etiam sufficit ad amittendas distributiones, *vt colligitur ex Concilio Tridentino sess. 24. ref. cap. 12. vers. præterea &c.* vnde qui vltra tres menses præcedentibus annis abfuit, nullas recuperabit distributiones: qui verò minori tempore abfuerit, eas recuperabit pro rata temporis, quo antea Diuinis interfuit, *vide Monet. d. par. 2. q. 5. nu. 22. Bonacin. tom. 1. tractat. de horis canon. disp. 2. q. 5. pnu. 1. nu 12 fol. 562.* vbi dicit, infirmo, qui aliquoties interesse consueuerat, conferendas esse distributiones habita ratione temporis, quo solebat interesse, quia morbus hac in parte præsumitur causa absentiæ quoad illam distributionum partem, quam infirmus probabiliter lucratus fuisset, *Capic. decis 163. n. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 6. n. 39. Crescent. dec. t. de consuet. Pen. decis. 764. num. 6.*

27 Sed quæres, à quo huiusmodi distributiones recuperandæ, seu repetendę sint? Resp. quod in tali casu iniustè carcerato datur duplex actio, videlicet vel contra Iudicem iniustè procedentem, vel partem iniustè quærelantem, vel contra eos, qui distributiones perceperunt, quibus quęsitum est ius reuocabiliter, & resolubiliter in euentu, quo de iniustitia appareat, *cap. sacro, §. cumque aduersus, de sent. excom. cap. super causa, 2. q. 5. Nau. cons. 11. de cleric. non resid. Gonz. ad Reg. 8. glos. 5. § 9. nu. 15. & 118. Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. nu. 363. & par. 7. cap. 13 nu. 120. latè Monet.*

28 *d. par. 2. q. 15. nu. 42. & seq.* vbi etiam obseruat, quod donec pendet quæstio super iustitia, vel iniustitia causæ, distributiones sequestrari debent penes idoneam personam, vel saltem à Capitulo præstanda est sufficiens cautio propter difficultatem recuperationis, *Bonacin. de hor. canon. disp. 2. q. 5 pnu. 2. §. 1. nu. 5. vers. negandum tamen non est &c. § 2. nu. 5. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 53. nu. 174. vers. à quo autem &c. Ricc. in Prax. par. 3. resol. 176. nu. 2.*

29 Notandum tamen est, quod distributiones remanentes in mensa capitulari, ab ipso Capitulo reddendæ sunt iniustè carcerato, vel excommunicato, cum constiterit, carcerationem, vel excommunicationem fuisse iniustam, aut nullam, etiamsi fuerint inter Canonicos diuisæ, & distributæ, *Garc. de Benef. par. 7. cap. 13. nu. 122. vbi alios refert.*

30 Notandum 2. quod Canonici, quibus distributiones fuerunt applicatæ, non tenentur in foro conscientiæ ad earum restitutionem, si bona fide eas consumpserunt, nec in re aliqua facti sunt locuple-

31 tiores: idemque dicendum est quoad Iudicem, si bona fide, & seruato iuris ordine censuram tulit, aut carcerationem decreuit, *vide Bonacin. loco cit. d. §. 2 num. 6.*

Notandum 3. quod Canonico ad visitanda Apostolorum limina misso à suo Episcopo, debentur non solum fructus suę præbendę, sed etiam distributiones quotidianæ pro toto tempore accessus, mansionis, & reuersionis ac si eo tempore Diuinis officijs continuò interesset: eodemque priuilegio gaudent duo Canonici Episcopum ad talem visitationem comitantes, *vt pluries declarauit Sac. Congreg. Concilij teste Nicolio in suis flosculis. sine notabil. in ver. distributiones, nu. 10.*

S V M M A R I V M.

Quæstio V.

In quo loco Parochus residere debeat.

32 RESp. quod regulariter residere debet in propria Ecclesia, & in domo ipsius Parochiæ, & non alibi, aut in alia domo, *Conc. Trident. sess. 23. de ref. cap. 1. & tradunt Canonistæ communiter in cap. quia nonnulli, & cap. conquerente, de cleric. non resid.*

33 Obseruant tamen DD. quod si Ecclesia proria careat domo, tunc permittitur habitatio in alia domo, quæ sit intra limites parochiæ, aut saltem ità vicina parochiali Ecclesiæ, vt inde commodè possit per seipsum ei inseruire, *Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. n. 179. in 21. declarat. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 53. num. 71. vbi referunt decretum Sac. Congregationis.*

34 Obseruant 2. quod si Parochus relicta domo parochiali, ob sui maiorem commoditatem, in paterna, vel cognatorum domo degat intra fines parochiæ, sciente, ac tacente Episcopo, tutus erit in conscientia, prout etiam Episcopus permittens, dummodò administrationi sacramentorum, & cęteris curæ indigentijs præsto esse possit æquè benè, ac si in parochiali domo habitaret, *vt post Possenin. de off. Curat. cap. 1 nu. 17. trad. Iordan. Elucubrat. diuers. tom. 2 de re benefic. lib. 10. tit. 40. nu. 56.*

35 Obseruant 3. quod licèt Parochus teneatur in domo parochiali residere etiamsi tantùm essent in illa parochia tres vel quatuor incolæ, *vt d. Barbos. loco cit. nu. 72.* tamen si parochialis Ecclesia in totum desinat parochianos habere, non tenetetur in ea residere: tunc enim dicitur curata habitu tantùm, non actu, & prouidetur de illa, sicut de simplici beneficio, *Garc. d. par. 3. cap. 2. nu. 179. Iordan. d. lib. 10. tit. 40. nu. 43. vbi refert, ita decisum fuisse à Sac. Congreg.*

36 Obseruant 4. quod Vicarius amouibilis in exercitio curæ animarum arguit, curam esse penes deputantem, & ideò deputans tenetur etiam ad residentiam, vt supra, *prout censuit Sac. Cong. teste Garc. d. par.*

37 *3. c. 2. n. 179. in 11. declarat.* quæ quidem residentia intelligenda est cum effectu, videlicet quod per se obeat pastoralia munera, nõ per substitutũ, nisi quatenus suppleri per se ipsum non valeat, quia Concilium *d. cap. 1. sess. 23.* personę industriã requirit, quæ per alium suppleri nõ potest, *l. inter artifices, ff. de solut.* Parochus enim, etsi resideat, si tamen officium sum non exercet, non satisfacit præcepto residen-

tiæ, nec in foro interiori, nec exteriori, & ideò
mortaliter, vel venialiter peccat pro qualitate cul-
pæ, *vide Caiet. 2. 2. q. 185. art. 5. Sot. de Iust. & Iur lib.
10. q 3 art. Fr. Emman. in Summ. tom. 2. c. 33. nu. 2. Possev.
de offic. Cur. cap. 5. nu. 10. Iordan. d. lib. 10. tit. 40. nu. 58.*
38 Obseruant 5. quod Parochus non excusatur à re-
sidentia propter incommoditatem domus, seu ha-
bitationis parochialis, nec propter intemperiem
aeris, *vt est communis Doctorum sensus, vide Garc. d. par.
3. cap. 2. num. 179. in 25. declarat.* immò nec Episcopus
39 admittitur ad permutandum propter aeris intem-
periem, dum in diœcesi adest aliquis locus puri ae-
ris: potest enim residere in qualibet parte diœce-
sis, dummodò ad Cathedralem se conferat tempo-
ribus præscriptis à Sacro Concilio Tridentino *sess.
23. cap. 1. de ref.* nec remoueat Vicarium, & Tribunal
à Ciuitate: *vt pluries resoluit Sac. Congreg. teste Nico-
lio in suis flosculis siue notabilib. in ver. Episcopus num.
93. & colligitur ex d. Concilio loco cit. ibi. obligari ad per-
sonalem in sua Ecclesia, vel diœcesi residentiam &c.*

S V M M A R I V M.

1 *Archiepiscopus, qui fuit translatus ad Ecclesiam suffraga-
neam, in Synodo prouinciali sedere debet immediatè post
Metropolitanum.*
2 *Canonicus, qui antea in eadem Ecclesia fuit prima dignitas,
sedere debet immediatè post Præpositum, & alios, qui di-
gnitatem obtinent.*
3 *Resignans canonicatum reseruato sibi regressu cum loco in
choro, & Capitulo, si vigore huiusmodi regressus ite-
rum canonicatum obtineat, sedere debet in priori, & anti-
quiori loco.*
4 *In quo loco sedere debeat Vicarius Episcopi, vel constitutus à
Papa, qui in eadem Ecclesia Canonicatum obtinet.*
5 *Episcopus Canonicus sedere debet post priorem immediatè.*
6 *Vicarius Apostolicus potest cognoscere etiam causas Episco-
po delegatas.*
7 *Inter Regulares præcedentia debetur iuxta consuetudinem
loci, & si illa non adsit, seruatur consuetudo Romana.*
8 *Cedens maioratum, cui annexa est Dignitas Ducis,
Marchionis &c. post cessionem retinet nomen, & præemi-
nentias.*
9 *Proreges post depositum officium, excellentiæ titulum reti-
nent.*
10 *Aduocatus, qui aduocationis officium deposuit appellatur
clarissimus, & torqueri non potest.*
11 *Parochus stolam deferens præcedit omnes alios presbyte-
ros, & Rectores.*

C A P. X I.

De Præcedentia.

1 QVæritur 1. in quo loco Synodo Prouinciali se-
dere debeat Archiepiscopus, qui fuit transla-
tus ad Ecclesiam suffraganeam? Resp. quod sedere
debet immediate post Metropolitanum in memo-
riam Archiepiscopalis dignitatis, *arg. textus in l. 1.*
2 *ff. de Alb. scrib. Quaran. in ver. Concilium Prouinciale,
num. 9.* eadem ratione videtur, quod Canonicus, qui
antea in eadem Ecclesia fuit prima dignitas, sedere
debeat immediatè post Præpositum, & alios, qui
dignitatem obtinent.
3 Quæritur 2. in quo loco sedere debeat is, qui re-
signauit Canonicatum reseruato sibi regressu cum
loco in, Choro & Capitulo, si vigore huius-
modi regressus canonicatum iterum obtinue-
rit? Resp. quod sedere debet in priori, & antiquio-
ri loco, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. ante nu. 101.
vers. Tertio accedit &c. Gratian. discept. for. cap. 106.
num. 17.*
4 Quæritur 3. in quo loco sedere debeat Vicarius
Episcopi, vel Apostolicus, qui Ecclesia Canonica-
tum obtinet; Resp. quod Vicarius Episcopi, quan-
do interuenit in habitu canonicali, seu vti Canoni-
cus, sedere debet in loco sui Canonicatus; Vicarius
verò Apostolicus, siue constitutus à Papa, cum om-
nes Episcopi prærogatiuas consequatur, sedere de-
bet immediatè post primam dignitatem, seu post
priorem, aut præsidentem Collegij, seu Capi-
tuli, *Gratian. dict. capit. 106. numero 1. & seq. &*
5 *numero 26. Achill. decis. 1. de Præb. & dignit.* vbi di-
cit, quod Episcopus Canonicus debet similiter se-
dere post Priorem immediatè, *Sbrozz. de Vicar. Episc.*
6 *lib. 2. q. 135. num. 7.* vbi addit, quod Vicarius Aposto-
licus potest cognoscere etiam causas Episcopo dele-
gatas, *& q. 25. num. 20. Quarant. in ver. Capitulum se-
de vac. num. 8. Barbos. de Canon. & dignit. cap. 42. num 41
& seq. & de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 54. num 165.
Vulp in prax. iudic. cap. 34. nu 16. Dian. resolut. mor. par.
8. tract. 4. resol. 67.* si verò non interueniat in habitu
canonicali, tunc præcedit omnes alios Canonicos,
& dignitates, etiam primam post pontificalem, siue
sit Vicarius Episcopi, siue Apostolicus, *vt decisum
refert Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver. præ-
cedentia, num. 2.*
7 Notandum est autem, quod inter Regulares præ-
cedentia debetur iuxta consuetudinem loci, & si illa
non adsit, seruatur consuetudo Romana, *Card. Ca-
nal. dec. 588. n. 7.* in hac enim materia præcedēdi mul-
tum defertur consuetudini, *Teodos. Rub. in suis sin-
gular. par. 2. in ver. præcedentia.*
8 Notandum 2. quod cedens Maioratum cui anne-
xa est dignitas Ducis, Marchionis, vel Comitis,
etiam post refutationem, & cessionem retinet non
solum nomen, sed præeminentijs etiam, honori-
bus, & priuilegijs antiquis gaudet, quia in pristi-
næ dignitatis meritum, & memoriam durat semel
9 quæsitum beneficium: vnde Proreges post deposi-
tum officium, excellentiæ titulo vtuntur, *vt latè
probat Alphons. de Olea in tract. de cession. iur. & action.*
10 *tit. 3 q. 3. nu. 23. & seq.* vbi etiam dicit, quod Aduo-
catus similiter, qui aduocationis officium deposuit,
in dignitate est, & appellatur clarissimus, & tor-
queri non potest.
11 Notandum 3. quod simplex Parochus, seu Pre-
sbyter stolam deferens præcedentiam habere debet
super omnes presbyteros, & Rectores, saltem dum
vt Canonici collegialiter non incedunt, *vt declara-
nit Sac. Rituum Congregatio teste Nicolio vbi supra
numer. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando corpora Sanctorum transferri possint de loco ad
locum, & quando ad id requiratur licentia Papæ, vel
sufficiat auctoritas Episcopi.*
2 *Reliquias de nouo inuentas venerari non licet, nisi
prius auctoritate Romani Pontificis fuerint appro-
batæ.*
3 *Refertur decretum Vrbani VIII. & Sac. Congregationis
circa imagines, & reliquias eorum, qui nondum
beatificationis, & canonizationis honore insigniti
sunt.*

CAP. XV.

De Reliquijs, & Veneratione Sanctorum.

1 QVæritur, an corpora Sanctorum, vel partes eorum transferri possint de loco ad locum? Resp. quod aut tradita sunt perpetuæ sepulturæ, & tunc non possunt transferri de loco ad locum, etiam intra eamdem Ecclesiam sine licentia Papæ, *l. nemo humanum iuncta glos. C. de Relig. & sumpt. fun. cap. corpora, de consecr. dist. 1.* nisi necessitas immineat, aut alia iusta, & rationabilis causa concurrat, quo casu sufficit auctoritas Episcopi, & Capituli, l. 1. *vbi glos. Cod. eod. tit. d. cap. corpora, cum glos. ibid. vide infra cap. seq.* iusta verò causa videtur, quando in honorem Sanctorum sacella ampliora extruuntur; tunc enim potest Episcopus cum consensu Capituli in eum locum corpora Sanctorum transferre, *Nau. cons. 9. de sepult. Genuens. in Prax. Cur. Neap. num. 1. & seq.* Aut non sunt tradita perpetuæ sepulturæ, vt si extant in aliquo loco per modum depositi & in tali casu aliò exportari possunt sine alicuius licentia, *l. si necdum, C. eod. tit. de Relig. & sumpt. fun. glos. in d. cap. corpora, Nau. & Genuens. locis cit.*

2 Notandum est etiam quod Reliquias de nouo inuentas venerari non licet, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ, *per tex. in cap. fin. de Reliq. & vener. Sanct.*

3 Item Vrbanus VIII. vetuit, nè imagines eorum, qui nondum beatificationis, aut canonizationis honore insigniti sunt, etiamsi cum sanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione obierint, in Oratorijs, Ecclesijs, alijsque locis publicis, aut priuatis cum laureolis, aut radijs, seu splendoribus, aut quocunque alio signo venerationem, cultumque indicante proponantur, nec ad illorum sepulchra tabellæ, aliæque res ad beneficia per eorum intercessiones à Deo accepta testificanda, nec lampades, aut alia lumina appendantur, nèue libri miracula, vel reuelationes, aut beneficia huiusmodi continentes imprimantur sine recognitione, & approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendi Teologos, aliosque pios, & doctos viros in consilium adhibere negotiumque instructum ad Sedem Apostolicam transmittere, eiusque responsum expectare debet, *ex decreto edito sub die 13. Martij, & 2. Octobris 1625. relat. per Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. post alleg 97.* in quo idem Summus Pontifex declarauit, quod sub hoc decreto non comprehenduntur ij, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel longissimi, aut immemorabilis temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij coluntur.

Item eorum corpora, antequam canonizentur, vel Beati declarentur, non possunt collocari sub altare, *ex decreto Sac. Congregationis 10 Iulij 1586.* ratio prohibitionis esse potest, nè processu temporis habeantur pro canonizatis; nam priusquam solemnis ritus canonizandi introduceretur, ordinarius canonizandi modus censebatur supra corpus Martyris, vel alterius pro Sancto habiti construere altare, & super eo incruentum missæ sacrificium celebrare, *vt obseruat Azor. p. 2. lib. 1. cap 26. qu. 4. quem refert Iordan. tom. 2. de Re benefic. lib. 7. tit. 1. num. 121.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus regulariter non tenetur sequi consilium Capituli, limitatur nu. 2. & seq.*
2 *In alienatione bonorum mensæ Episcopalis requiritur consensus capituri; ampliatur nu. 3 & seq. limitatur nu 8. & seq. vsque ad nu. 14.*
3 *Episcopus non potest de nono construere Ecclesiam Cathedralem, nisi capituli accedat assensus.*
4 *An in translatione corporum Sanctorum de vno loco ad alium requiratur capituli consensus.*
5 *Requiritur consensus capituli, quando Episcopus solus vellet alienare bona Ecclesiæ inferioris sine Rectore ipsius Ecclesiæ.*
6 *Consensus capituli requiritur tam in alienatione rerum immobilium, quàm mobilium pretiosarum Ecclesiæ cathedralis.*
7 *Res mobilis pretiosa Ecclesiæ non vsucapitur triennio.*
8 *In quibus casibus Episcopus non teneatur requirere consensum capituli, & numer. sequent. vsque ad numer. 14.*
14 *Lapides, & alia cæmenta Ecclesiæ dirutæ possunt de licentia Episcopi applicari vsibus prophanis, non tamen sordidis, exceptis statutis, & imaginibus Sanctorum, quæ in alio templo locari debent.*
15 *Quando res spectat ad Episcopum, & capitulum communiter, requiritur consensus capituli.*
16 *Si legatum communiter relictum fuerit Episcopo, & capitulo, Episcopus non potest illi renunciare in præiudicium capituli.*
17 *Gesta per solum Episcopum in casibus, in quibus capituli consensus exigitur, nulla sunt.*
18 *An in casibus, in quibus requiritur consensus capituli, necessaria sit subscriptio canonicorum.*
19 *An & quando absentes sint vocandi.*
20 *In alienatione rei Ecclesiæ inferioris sufficit consensus Rectoris ipsius ecclesiæ, etiamsi ecclesia esset de iurepatr.*
21 *In pertinentibus ad Prælatum, & Collegium, prælatus in explicatione actus maiorem, vel saniorem partem collegij obtinet.*
22 *Quando minor pars capituli præualeat.*
23 *Assensus Apostolicus non supplet consensum capituli, sed solius Prælati Superioris.*
24 *Iuramentum simpliciter præstitum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ad quae alienationes referatur.*

CAP. XVI.

Quando in re agenda per Episcopum requiratur consensus Capituli.

1 QVamuis regulariter satis sit, vt Episcopus requirat consilium Capituli, *vt ait Abb. in cap. nouit, num 7. de His, quæ fiunt à Prælat. & in capit. quanto, num. 5. eodem tit.* vbi etiam obseruat, quod cum Episcopus non teneatur consilium sequi, satisfit iuri ex sola petitione, & expectatione responsi; in aliquibus tamen casibus requiritur con-
2 sensus eiusdem Capituli, quorum primus est, quando agitur de alienatione perpetua bonorum mensæ Episcopalis: tunc enim requiritur expressus Capituli consensus, nec sufficeret tacitus, propter grauitatem præiudicij, & quia interest Capituli, nè Ecclesia fiat deterioris conditionis, *cap. 1. & cap. ea noscitur, vbi Abb. de His quæ fiunt à Prælat. cap. sine sen-*

exceptione, 12. *quaest*. 2. *gloss. in cap. primo*, *versic. defensore, in fin de Reb. Eccles. non alien. in 6.*

3 Amplia 1. vt Episcopus non possit de nouo construere Ecclesiam Cathedralem, nisi Capituli accedat assensus, *cap. si Episcopus*, 12. *q*. 2. *Host. in tit. de Eccles. aedific. §. & quibus ex causis &c. nu. 6.*

4 Amplia 2. vt nec possit Episcopus sine cõsensu Capituli corpora Sanctorum de vno ad aliũ locũ transferre, quando ex aliqua necessitate, vel alia iusta, & rationabili causa huiusmodi translatio facienda esset, *cap. 1. corpora, vbi gloss. de Consecr. dist. 1. vide quae diximus supra in capit. 15. de Reliquijs, & Venerat. Sanct.*

5 Amplia 3. vt requiratur etiam consensus Capituli, quando Episcopus solus vellet alienare bona Ecclesiae inferioris sine Rectore eiusdem Ecclesiae, nè per Episcopum bona Ecclesiae dissipentur *Abb. in d. cap. 1. num. 5. de His quae fiunt à Praelat. & in cap. cum Apostolica nu. 13. eod. tit.*

6 Amplia 4. vt consensus Capituli requiratur non tantùm in alienatione rerum immobilium, sed etiã in alienatione mobilium pretiosorum Ecclesiae Cathedralis, qualia sunt vasa argentea columna Ecclesiae, & caetera huiusmodi, *d. cap. sine exceptione, & cap. placuit, iuncto cap. aurum* 12. *q*. 2. haec enim aequiparantur immobilibus, & pari passu ambulant in hac materia, *extrau. ambitiosae de Reb. Eccles. non alienan. l. sancimus*, 17. *Cod. de Sacros. Eccles. l. lex quae tutores, C. de Admin. Tut. Abb. in cap. nulli, de Reb. Eccles. non alien. & in cap. 1. num. 5. & in cap. cum Apostolica, nu. 13. de His, quae fiunt à Praelat. Quaran. in ver. alienatio rer. Eccles.*

7 *nu. 24.* vbi etiam dicit, quod res mobilis pretiosa Ecclesiae non vsucapitur triennio.

8 Limita 1. in locis, vbi viget contraria consuetudo, vel quando Episcopus iam praescripsit contra Capitulum, vt ipse exerceat pertinentia ad Collegium, quia tunc non requiritur Capituli consensus, *Abb. in cap. ea noscitur, nu. 6. & in cap. nouit, nu. 5. de His, quae fiunt à Praelat.* vbi dicit, valere consuetudinem, per quam Episcopus solus exerceat iurisdictionalia, & similia sine consensu Capituli.

9 Limita 2. vt nec requiratur consensus Capituli, quando immineret necessitas alienadi res immobiles, seu mobiles pretiosas, puta si debitum vrgeat, ab ipsa Ecclesia legitimè contractum, *cap. placuit, iuncta gloss. in ver. necessitate, 12. q. 2. Abb. in c. cum Apostolica, num. 13. de His, quae fiunt à Praelat.* quod intellige iuxta notata *in cap. 3. de loco sacro q. 7.*

10 Limita 3. quando concurreret euidens vtilitas, quia tunc defectus consensus Capituli non est considerabilis, cum iste consensus magis respiciat solemnitatem, quam substantiam, *Abb. in cap. nouit, nu. 7. in fin. de His, quae fiunt à Praelat.* vbi dicit, quod Episcopus in notorijs non tenetur requirere consensum Capituli, *Card. Seraphin. dec. 443. num. 4.*

11 Limita 4. quando Capitulum à tempore scientiae non contradixit intrà sex menses: tunc enim videtur consensisse, *arg. cap. 2. de Concess. Praeb.* praesertim quando non agitur de alienatione perpetua, quo casu sufficit sola scientia Capituli sine contradictione, *Card. Seraph. d. dec. 443. nu. 4.* quemadmodum contemptus in electione, si non contradicat intra tempus praefixum in edicto, quod ponitur pro confirmatione facienda, amplius non auditur, *Abb. in cap. conturbatur, nu. 8. in cap. cum nor. & in cap. ea noscitur, num. 8. de His, quae fiunt à Praelat.* vbi etiam obseruat, quod si Capitulum consensit tractu temporis, valebit concessio vt ex nunc, non vt ex tunc.

12 Limita 5. vt requiratur quidem consensus Capituli, non tamen aliorum Clericorum Ecclesiae, qui non sunt de Capitulo, *Abb. in cap. 1. n. 5. & in cap. cum Apostolica, num. 13. de His, quae fiunt à Praelat.*

13 Limita 6. in lapidibus, vel lignis rudibus Ecclesiae dirutae, vel collapsae, in quorum alienatione sufficit solius Episcopi licentia, *Emman. Sa, in ver. Ecclesia, num. 2. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 9. cap. 13. vers. ait tamen &c. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 64. num. 14. & seq.*

14 An verò huiusmodi caementa possunt de licentia Ordinarij applicari vsibus prophanis? Respondent nonnulli Doctores, quod licèt id fieri possit de licentia Papae, cum huiusmodi prohibitio videatur iuris humani tantùm, *cap. proposuit, de Concess. Praeb.* Ordinarius tamen hanc licentiam concedere nequit ob reuerentiam Ecclesiae, cui seruierunt, *cap. ligna, & cap. vestimenta, de Consecr. dist. 1. & ità tenuit S. Tho. in 2. 2. quaest. 88. art. 10. ad 2. Nauar. in Commentar. de Spol. Cleric. §. 18 num. 10. & seq.*

Ego sentio, posse etiam Ordinarium concedere licentiam, vt lapides, & alia caementa altaris vel Ecclesiae destructae applicari possint vsibus prophanis, non tamen sordidis: tum quia vasa sacra ex causis expressis *in cap. aurum, 12. q. 2.* praeuia eorum execratione vendi possunt ab Ordinario, *Mantic. de Tacit. lib. 25. tit. 6. num. 11. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tr. 9. c. 13. num. 5.* tum etiam quia sicut Ecclesia maiori ex parte exusta, vel destructa, desinit esse consecrata, *cap. de fabrica, vbi gloss. in ver. innouata, de Consecr. dist. 1.* & altare enormiter deformatum, definit similiter esse consecratum, *cap. 1. & cap. quod in dubijs de Consecr. Eccl. vel altar.* ità etiam, immò à fortiori lapides, ligna, & alia caementa altaris, vel Ecclesiae dirutae, seu destructae, desinunt esse sacra, *Sylvest. in ver. benedictio num. 7. vers. vel in alio loco honesto &c. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 64. num. 14. & seq. Emman. Sa in ver. Ecclesia, num. 2. quem refert, & sequitur Layman. loco cit. num. 6. vers. ait tamen &c.* saltem si materia diruta nullum amplius signum, vel indicium seruet, quod pertinuerit ad Ecclesiam; idque magis procederet, quando concurreret necessitas, vel alia rationabilis, & vrgens causa, *vt d. Lud. Mirand. tom. 1. manual. Praelat. qu. 34. quem refert idem Layman. loco cit.* subdens, quod sacrae statuae, & imagines in alio templo locari debent, & ità seruari in Hispania testatur *Nauar. loco supra cit. d. §. 18. n. 11. vers. secundò eiusmodi &c.* vbi ligna Ecclesiae veteris dirutae, quae nouae construendae inepta sunt, etiam sine licentia Ordinarij venduntur plus offerenti, etiam volenti ex eis domum prophanam construere, *prout refert Layman. loco proximè cit.*

15 Secundus casus, in quo requiritur consensus Capituli, est, quando res spectat ad Episcopum, & Capitulum communiter, *Abb. in d. cap. nouit, num. 7. vers. tertiò in spectantibus &c. De his, quae fiunt à Praelat. Piasec. in Prax. p. 2. capit. 5. num. 33.*

16 *vers. posset etiam &c.* vbi dicit, quod si legatum communiter fuerit relictum Episcopo, & Capitulo, Episcopus non posset illi renunciare in praeiudicium Capituli.

17 Notandum est autem, quod gesta per solum Episcopum in casibus, in quibus Capituli consensus exigitur, nulla sunt, *Abb. in cap. nouit, num. 7. de His, quae fiunt à Praelat. Innoc. in c. 1. eod. tit. Genuens. in tract. de Eccles. q. 381.*

18 Notandum 2. quod in casibus, in quibus requiritur consensus Capituli, regulariter non est necessaria subscriptio Canonicorũ, nisi in casibus à iure expressis, & tũc satis esset, si haec subscriptio fiat per Notarium,

rium, *l.pactum, C.de Pact. Abb.in cap.1.num.4.de His, quæ fiunt à Prælat. Quaran.in ver.alienatio rerum Eccl. num.3.& 4.*

19 Notandum 3. quod in dictis casibus non requiritur consensus Canonicorum absentium, sed tantùm præsentium, *gloss.in cap.2.ver. ipsorum, de Testibus in 6.* vbi ponit solum tres casus, in quibus absentes sunt vocandi, *Abb.in d.cap.1.nu.5.de His, quæ fiunt à Prælat.*

20 Notandum 4. quod in alienatione rerum Ecclesiæ inferioris sufficit consensus Rectoris ipsius Ecclesiæ, etiamsi Ecclesia esset de iurepatronatus; nam consensus Patroni non est de necessitate, *c. placuit, 12.q.2.Innoc.in c.1.& ibidem Abb.num.5. d.tit. de His, quę fiunt à Prælat. Quaran in ver.alienatio rer. Eccles. nu.3 & 4.*

21 Notandum 5. quod in pertinentibus ad Prælatum, & Collegium, Prælatus in explicatione actus maiorem, vel saniorem partem Collegij obtinet, *vt inquit Abb.in c.ea noscitur, nu.5.eodem tit.de His, quę fiunt à Prelat.& in c.1.num.3.& 11.de His, quæ fiunt à maior.part.Capit.*

22 Notandum 6. quod licèt minor pars Capituli, seu Collegij, vel Vniuersitatis ex causa rationabili possit impedire decretum maioris partis: non tamen potest aliquid disponere nomine totius Vniuersitatis; nisi maior pars esset priuata propter delictum, quia tunc potestas totius Vniuersitatis residet in non delinquentibus, *cap.gratum, de Postulat. Prælat. & not. Abb. in dict. cap. ea noscitur, numer.5.*

23 Notandum 7. quod assensus Apostolicus supplet tractatum, & consensum Prælati superioris, non tamen consensum Capituli, *Quaran.in ver.alienatio rer. Eccles.nu.7.vers.in cæteris &c.*

24 Notandum 8 quod iuramentum simpliciter præstitum de rebus Ecclesiæ non alienandis, restringitur ad alienationem illicitam, non autem ad necessariam, vel Ecclesiæ vtilem, *Mantic.de Tacit.lib.25. tit.6.nu.12. Genuens.in tract.de Eccles.q.546. Nau.cons. 2.nu.1.de reb. Eccles.non alien.lib.3. Quaran. loco cit. d. nu.7.vers.in cæteris &c.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum regulariter congregari debet in loco consueto, aliàs actus esset nullius roboris: declaratur, & limitatur num.2.*
2 *Non est de substantia Capituli certus locus, sed omnis locus, in quo Capitulum est congregatum, dicitur capitularis, dummodò sit honestus.*
3 *Regulariter electio, & alij actus Capitulares faciendi sunt in Ecclesia.*
4 *Nulla est electio, si cessante causa legitima fieret extra ambitum Ecclesiæ Cathedralis.*
5 *Vocatis omnibus de Capitulo ad aliquem actum, si aliqui non veniant, tota potestas capitularis remanet in illis, qui venerunt: declaratur num.6.*
6 *Quando minor pars Collegij possit vocare maiorem, & procedere ad actus expeditionem.*
7 *Quando ad conuocandam Vniuersitatem sufficiat sonus Campanæ, & quando requirantur litteræ, vel nuncius.*
8 *In quo loco fieri debeat electio Summi Pontificis.*

CAP. XVII.

An validi sint actus à Capitulo, vel Collegio celebrati extra locum consuetum.

1 RESp. quod Capitulum congregari regulariter debet in loco consueto, alioquin actus esset nullius roboris, *vt d.glos.communiter recepta in cap.in nomine, ver.fieri in Vrbe, 23. dist.* quod procedit, si
2 ibi commodè fieri possit; secus si aliqua iusta causa occasionem præberet mutandi solitum locum: tunc enim Capitulum congregari potest vbi melius obtulerit se facultas, & actus ibi gesti, essent validi; non enim est de substantia Capituli certus locus, quinimmò omnis locus, vbi Capitulum est congregatum, dicitur Capitularis, dummodò sit honestus, *dict.cap.in nomine, vers.quod si prauorum cap.cum terra, & ibidem gl. in ver.in quo, extr.de elect. Innoc.in c.cum ex iniuncto, n.2.de Nou.oper.nunciat.* vbi etiam dicit,
3 quod regulariter electio, & alij actus Capitulares faciendi sunt in Ecclesia, *Bald. in l.nulli, num. 2. ff. Quod cuiusque Vniuers.nom.&c. Abb. in cap. quod sicut, num.2.eodem tit.de elect.* subdens, quod nulla
4 esset electio, si cessante causa legitima fieret extra ambitum Ecclesiæ Cathedralis, *Rot.decis.36 num.4. & seq.par.6. Recent.* vbi, quod vocati omnibus de
5 Capitulo ad aliquem actum, si aliqui non veniant, tota potestas capitularis remanet in illis, qui venerunt, & gesta per illos valēt tamquam gesta à Capitulo: contumacia enim aliquorum non potest impedire actiones, & acta capitularia, sed eis est imputandum, si non venerint, *vide Innoc.in d.cap. cum ex iniuncto, num.2.de Nou.oper.nunciat.& in cap.1 nu. 2. de Maior.& obed. Abb.in cap.cum omnes, num.11. &*
6 *seq. de Constit.* vbi, quod si est aliquis, ad quem spectet congregatio Vniuersitatis, tunc si ad mandatum illius non veniant omnes, possunt venientes explicare actum, etiamsi non interueniant duę partes, vel maior pars Collegij, quasi conuocatio Superioris constituat non venientes in contumacia, & contumacia priuet illos facultate dandi vocem; vnde si in Vniuersitate sint centum, & ex vocatis ab habente potestatem conuenerint 30. ius Vniuersitatis residet in istis 30. si verò non est aliquis, ad quem spectet conuocatio, tunc si instat finis termini Vniuersitati præfixi ad actus expeditionem, potest minor pars vocare maiorem, & nolente ea venire, potest minor pars ad actum procedere, quia non debet priuari propter contemptum maioris partis; sed si terminus non est præfixus ad actum explicandum, tunc debent saltem interuenire duæ partes, & moneri debet tertia pars ab habente talem facultatem, aliàs posset tertia pars agere de contemptu, *Put.dec.283.lib.3.* vbi de communi, *vide Bald.in l.nulli, num.2.ff.Quod cuiusque vniuers.nomin.*
7 vbi subijcit, quod quando requiritur conuocatio absentium, ad quos sonus campanæ non potest pertingere, nec Preconum, tunc sonus campane non sufficit; idemque dicendum, quando agitur de factis grauibus, in quibus non sufficit conuocare Vniuersitatem per campanam, sed conuocari debet per nuncium, vel litteras, *Vt idem Abb.in d.cap.cum omnes, in fin.*

8 Quæres, in quo loco fieri debeat electio Summi Pontificis? Resp. quod fieri debet in conclaui clauso, & non in alio loco, aliàs electio irrita est, *iuxta formam traditam per Greg.XV.& Vrbanum VIII. quorum constitutiones refert, & explicat Bonacin.in tract.de Censur.in partic.disp.2.q.7.pun.1.§.2.per tot.*

SVMMARIVM.

1 *In quo loco consecratio Episcopi facienda sit.*
2 *Episcopus electus, si intra sex menses munus consecrationis non susceperit, Ecclesia ipso iure est priuatus.*

3 *An*

3 *An ad incurrendam huiusmodi priuationem requiratur sententia declaratoria, & nu.5.*
4 *Parochus, qui intra annum ad sacerdotium non ordinatur, Ecclesiam ipso facto amittit absque alia monitione.*
5 *An, & quando delinquens teneatur soluere pœnam ante sententiam declaratoriam.*
6 *Quid si pœna ad sui executionem non requirat actionem hominis.*

C A P. XVIII.

In quo loco consecratio Episcopi fieri debeat.

1 RESP. quod si extra Curiam Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promotus fuit, aut in Pro-
2 uincia, si commodè fieri poterit, celebrari debet, *ex Conc. Trident. sess. 23 de ref. cap 2.* vbi etiam decernitur, quod Ecclesijs Cathedralibus, seu Superioribus quocunque nomine, ac titulo præfecti, etiamsi S. R. E. Cardinales sint, munus consecrationis intra tres menses suscipere debent, alioqnin ad fructuum perceptorum restitutionem tenentur: & si intra totidem menses postea id facere neglexerint, ecclesijs ipso iure sunt priuati.
3 An verò ad incurrendam huiusmodi priuationem requiratur sententia declaratoria? Resp. quod alij asserunt, sententiam declaratoriam in tali casu non requiri, quemadmodum nec requiritur sententia
4 huiusmodi quoad parochum, qui post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem non promouetur ad presbyteratum intra annum, quo casu Ecclesiam ipso facto amittit, peccatque mortaliter, si anno elapso illa retinet, vel fructus post annum perceptos non restituit, *iuxta tex. in cap. licèt canon. de elect. in 6.* vbi Parochus in tali casu beneficio absque alia monitione priuatur, *& ità sensit Nau. in man. cap. 25. nu. 118. Reginaldus lib. 13. num. 281. & alij apud Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 17.* subdens, hoc intelligendum esse respectu illorum locorum, in quibus prædictus textus *in cap. licèt canon.* est acceptatus, aut in quibus contrarium legitima consuetudine non est receptum.
5 Alij verò contrarium quoad Episcopum sentiunt, videlicet quod requiratur in casu prædicto sententia declaratoria, *ità tenet Bonacin. loco cit. num. 18. vbi citat Suar. l. 5. cap. 8. nu. 13.* ratio est, quia delinquens non tenetur ante sententiam declaratoriam soluere pœnam, quæ non potest mandari executioni absque actione hominis: nisi manifestè appareat, talem esse legislatoris intentionem, vt velit, delinquentem pœnam subire ante Iudicis sententiam; in dubio autem præsumitur legislatorem nolle reum obligare ante sententiam ad pœnam, quę ad sui executionem requirit actionem ipsius delinquentis, vel alterius, sed censetur pęnam imposuisse sub hac conditione, si delictum per Iudicis sententiam fuerit declaratum, *vide Lessium lib. 2. de Iustit. cap. 29. dub. 8. num. 67. Valentiam par. 2. disp. 7. q. 5. pun. 6. §. 3. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 8. q. 4. Suarez lib. 5. de legib. cap. 8. nu. 5. Filliuc. tract. 21. cap. 11. q. 9 nu. 23. & seq. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 15. nu. 8. & seq. Bonacin. d. tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 8.* vbi subijcit, quod etiamsi delictum, propter quod imposita est pœna ipso facto, ità notum sit, vt nulla tergiuersatione celari possit, adhuc delinquens non tenetur ante sententiam declaratoriam soluere pęnam, quæ ad sui executionem requirit hominis actionem; vnde reus non tenetur se rebus propris spoliare, nec se aliquo officio priuare ante sententiam declaratoriam delicti, nisi aliter constet de mente legislatoris, *& ità sensit etiam Sac. Regularium Congregatio, prout refert Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver pœna, nu. 14. Dian. par. 2. tract. 17. resol. 67.*
6 Dixi, *quæ non potest mandari executioni absque actione hominis,* quia pœna, quæ ad sui executionem nullam homins actionem requirit, ante Iudicis sententiam incurrritur; talis est censura, & irregularitas: incapacitas bonorum: inhabilitas ad matrimonium, vel ad petendum debitum coniugale, vel ad officium, vel ad sacramenta suscipienda, vel ministranda; huiusmodi enim pœnæ, aliæque omnes, quæ in abstinentia ab aliqua receptione, vel actione consistunt, commisso delicto statim incurruntur, cum nulla actio requiratur ad has pœnas incurrendas, *Sot. l. de iust. q. 6. art. 6. conclus. 2 Valent to. 2. disp. 7. q. 5. pun. 6. Clauis Regia lib. 3. cap. 9. num. 23. Azor. lib. 5. cap. 7. q. 4. Reginald. lib. 13. num. 279. & alij apud Bonacin. d. q. 1. pun. 7. §. 2. num. 9. & seq.* vbi etiam obseruat, eum, qui in pœnam priuationis officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incidit, non teneri priuare se officio, vel beneficio, aut voce actiua, vel passiua, quoties hoc præstare nequit sine periculo grauis infamiæ, etiamsi lex decernat, delinquentem debere se ab officio abstinere non expectata vlla sententia, quia ius ad propriam famam conseruandam, præponderat iuri humano indicenti priuationem officiorum &c. tenetur tamen pęnitens quamprimum petere dispensationem, nè interim officium, quo priuatus est, iniquè retineat, *vide Nauarr. in man. cap. 23. num. 67.*

S V M M A R I V M.

1 *Episcopo degente in remotis partibus Vicarius simpliciter constitutus potest expedire ea, quæ speciale mandatum requirunt.*
2 *Quando dicatur Episcopus esse in locis remotis.*
3 *Vicarius Episcopi potest absoluere à casibus reseruatis, quando Episcopus abest diœcesi, etiamsi ab ea non longè absit.*
4 *Quando Vicarius regularis possit absoluere à casibus reseruatis.*
5 *Vicarius Episcopi regulariter non potest. sine speciali mandato absoluere à reseruatis: limitatur nu. seq.*
6 *Sede Episcopali vacante Vicarius Capituli absoluere potest à reseruatis.*
7 *Commissio extenditur ad similia, vel minora, non autem ad maiora.*
8 *Ordinarij per totam diœcesim constituere debent Pænitentiarios cum facultate absoluendi à casibus reseruatis.*

C A P. XIX.

An Episcopo degente in remotis, possit Vicarius simpliciter constitutus ea expedire, quæ requirunt speciale mandatum.

1 AFfirmat *Host. in Sum. in tit. de Penit. & remiss. §. cui confitendum, num. 17. vers. quid de officiali Episcopi &c. latè Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 6. num. 9. & par. 3. alleg. 54. num. 97.* vnde posset in tali casu dimissorias ad ordines concedere, *Iordan. Elu-*
2 *cubr. diuers. lib. 3. tit. 6. num. 120. & seq.* subdens, quod re-

relinquitur arbitrio Iudicis, quando Episcopus dicatur esse in remotis.

3 Obserua tamen, quod etiamsi Episcopus non longè absit à Diœcesi, posset eius Vicarius simpliciter constitutus à casibus eidem Episcopo reseruatis absoluere, quia non sunt detinendi subditi in statu peccati, sed ab eo quamcitius liberandi, *Perein. in Priuil. minim. tom. 1. const. 4. Sixti IV. §.6. num 16. Homobon. in exam. Eccles. par. 1. tractat. 5. cap. 4. quæst. 21. Beia par. 4 cas. 37. Nald. in Summ. ver. abesse num. 11. & ver. absolutio num 15. quos refert, & sequitur Dian. par. 3. resol. mor. tract. 2. de Dub. regular. res. 28.* vbi dicit, quod etiam Vicarius Regularis
6 potest concedere facultatem absoluendi à reseruatis, si Præpositus absit è domo per vnum diem naturale, nisi Præpositus, seu Superior eodem die esset reuersurus, vel nisi subditus de industria sine sufficienti causa in illum diem confessionem distu-
5 lisset. Vicarium verò Episcopi non posse regulariter absoluere à reseruatis sine speciali mandato, *tradit Sbrozz. de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 19. numer. 2.*
6 potest tamen Vicarius Capituli sede Episcopali vacante, absoluere à casibus Episcopo reseruatis, *latè Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 54. numer. 60. & sequent.* vbi 49. casus enumerat, in quibus exigitur speciale mandatum, quos tamen necesse non est in Vicariatus commissione omnes nominatim exprimere, sed satis est, si aliqui exprimantur cum clausula generali, *& ad omnia alia etiamsi exigant speciale mandatum, capit. qui ad agendum, §. sed si aliquis, de Procur. in 6. Couar. variar. lib. 1. cap. 6. numer. 2. versic. Quarto &c. & lib. 2. cap 5. num. 8. Sbrozz. vbi supra lib. 1. quæst. 65. numer. 5. & quæst. 67. numer. 3. Barbos. loco cit. dict. allegat. 54. numer. 124.* vbi addit, quod commissio
7 extenditur ad similia, vel minora, non autem ad maiora, *iuxta textum in clement. non potest, de Procur.*
8 Obserua 2. quod Ordinarij per totam suam diœcesim, & præsertim in ijs locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali sede longiùs remoti sunt, constituere debent Pœnitentiarios cum facultate absoluendi à casibus reseruatis, ità vt illis quoque liceat eamdem alijs, si opus fuerit, etiam viua voce impartiri, præsertim in solemnibus, ac præcipuis anni festiuitatibus, *iuxta decretum Sac. Congreg. quod refert Nicolius in suis floscul. siue notabil. in ver. casus num. 1.*



IOAN-



IOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC I.V.D. VELITERNI



LIBER SECVNDVS. DE LOCO LEGALI.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ non potest e ligi, nec esse officialis eiusdem loci, nisi quatuor mensibus, aliàs punitur proscriptione bonorum, limitatur num 2. & seq vsque ad nu.7.*
7 *Vasallus inuestitus de iurisdictione, potest ipse in suo Castro illam exercere.*
8 *Obligatio facta à subdito in fauorem officialis in loco, vbi habet iurisdictionem, non tenet: limitatur nu. 12. & seq. vsque ad fin.*
9 *Quid si obligatio facta fuerit ad fauorem domestici, & familiaris ipsius officialis.*
10 *Legi probibitiuæ ob publicum fauorem introductæ, non possunt partes renunciare.*
11 *Commodum quæsitum ab officiali ex contractu huiusmodi, applicatur fisco.*

CAP. I.

De Iudicijs Ciuilibus.

Quæstio I.

An Ciuis alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ possit esse, seu eligi officialis eiusdem loci.

1 Resp. negatiuè, nisi quatuor mensibus, & tunc cum permissione Principis, aliàs punitur proscriptione bonorum, siue sit originarius eiusdem loci, siue ibi habeat tantùm domicilium, *l. in consiliarijs, C.de Assessor.l.bi, qui, & l. si cui in Prouincia, ff. ex quib. caus. maior.l.si eadem, vbi gloss. ff.de Offic. Assess.* ratio videtur esse, nè quid ex gratia faciat: quia nemo Propheta acceptus est in patria sua, *vt d.Paris.de Put in tractac. de Sindic. in §. Assessor, n.38. & seq. Thesaur.dec.268.n.1.*

2 Hæc tamen Conclusio limitatur 1. nisi ciuis esset eminentissimæ scientiæ, & experimenti; tunc enim receditur à regula iuris, & potest quis esse Assessor in propria Patria, *Paris.de Put.loco cit.nu.4. Sbrozz. de Offic. Vicar.lib.1.q.34.* vbi dicit, quod in tali casu potest esse Vicarius Episcopi.

3 Limitatur 2. in Assessore Procuratoris Cæsaris, qui est Iudex inter fiscum, & priuatum, *l.fin. vbi gl. ff. de offic. Assess. Paris. de Put. in dict. §. Assessor, numer.39.*

4 Limitatur 3. quando quis non habet salarium à Publico, nec iurisdictionem, quia tunc potest assidere in sua Prouincia, *Paris. de Put. in dict. §. Assessor, numer.41.*

5 Limitatur 4. vt possit quis esse locum tenens, & delegatus in propria Prouincia, *secundùm Bald. & alios, quos refert, & sequitur idem Paris. de Put. vbi supra, num.42.*

6 Limitatur 5. in Castris paruis, vbi officiales exteri vix possent ex emolumentis officij victum parare, *Bertran.consf.1.nu.9.lib.3.quem refert Thesaur.decis. 268.num.2.*

7 Limitatur 6. in locis, vbi adest contraria consuetudo, *Idem Thesaur. dict. decision. 268. numer.2.* vbi etiam dicit, quod Vassallus inuestitus de iurisdictione, potest ipse in suo Castro illam exercere.

8 Quæres, an Officialis in loco, vbi habet iurisdictionem, possit contrahere? Resp. quod si loquimur de obligatione passiua, vt si officialis se obligauerit ad fauorem subditi, obligatio erit valida; in hoc enim non videtur vigere prohibitio cessante ratione legis prohibentis contractum cum personis subditis propter metum reuerentialem; si verò loquimur de obligatione, & contractu ad fauorem, & commodum officialis, tunc obligatio, & contractus regulariter non tenet, etiamsi iuramentum, aut quæcunque renunciatio interuenerit, *l.principalibus, ff. de rebus cred. l.1. Cod. de Contract.*
9 *iud.* vbi, quod neque domestici, & familiares ipsius

Iudi

Iudicis contrahere possunt, *gloss. in l. in quorum, ff. de Pignor. late Peregrin de Iur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 12 & seq.* vbi dicit, quod legi prohibitiuæ ob publicum
10 fauorem introductæ, non possunt partes renunciare, *Merlin. de Pignor. lib. 2. tit. 2. quæst. 82. num. 1. & seq.* vbi subijcit, quod commodum ab officiali
11 quæsitum ex contractu, applicatur fisco, *Natt. cons. 50. num. 13. Cephal. cons. 164. num. 14. vol. 2. Rot. dec. 26. num. 16. & seq. par. 6. Recent.* vbi, quod talis contractus est ipso iure nullus, nec firmatur iuramento, quia cum adest metus, consensus abest; certum autem est, iuramentum nihil operari, quando non adest consensus, *l. fin. cum ibi not. C. de non numer. pec. Cancer. var. lib. 3. cap. 1. nu. 104. & seq.*

12 Limita, si contractus factus fuerit inter officialem, & non subditum: cessat enim ratio prohibitionis cum non subdito, & ideò contractus est validus in tali casu, *vide Cancer. dict. lib. 3. cap. 1. nu. 104. & seq. Peregr. d. lib. 4. tit. 7. num. 11.* idemque dicendum, quando contractus fit cum subdito potenti, nec timente officialem, *Rota dict. decision. 26. numer. 24.*

13 Limita 2. si subditus, cum quo officialis contraxit, nolit, contractum rescindi, sed ei stare velit: tunc enim contractus reputabitur validus, cum non possit rescindi inuito subdito, cuius intuitu, & fauore id à lege inductum est, *vt d. idem Cancer. d. lib. 3 cap. 1. nu. 103.*

14 Limita 3. in rebus, quæ ad victum, supellectilia, & his similia pertinent, vel quando adesset specialis Principis licentia, *l. 1. C. de Contract. iud. Peregr. d. lib 4. tit. 7 nu. 12. vers. limita 2. &c.*

15 Limita 4. in his, quæ pertinent ad studiorum causam, *Peregr. loco cit. vers. item & ea &c.*

16 Limita 5. quod contractus fuit celebratus bona fide, vt quia initus fuerit palam cum iusto pretio, *Io. Franc. de Ponte cons. 49. nu. 42. & 56. lib. 1. quem refert, & sequitur Merlin loco cit. num. 8. 9. & 14.* vel si constaret, ab officiali nullum fuisse incussum timorem, vel contractum fuisse initum pro necessitatibus ipsius officialis, *Peregr. d. lib. 4. tit. 7. nu. 12. vers. limita 4. &c. & num. 14. Rot. dict. decis. 26. numer. 24. par. 6 Recent.*

17 Limita 6. in officiali, qui non habet iurisdictionem, quia ex sola dignitate non præsumitur metus, aut violentia, nisi probetur, *l. ad inuidiam, vbi Bald. & alij, C. de ijs, quæ vi, metusue caus. &c. Peregrin. loco cit. d. tit. 7. num. 14.*

18 Limita 7. in officiali gerente officium in loco originis, quia dicta prohibitio intelligitur de officialibus exteris, *Peregr. d. lib. 4. tit. 7. num. 9. & 10. Merlin. d. lib. 2 q. 82. nu. 10.*

19 Limita 8. in donatione remuneratoria ex causa de præterito: hæc enim in fauorem Prætoris fieri potest pro meritorium æquiualentia, *l. Attilius Regulus, ff de donat. Peregrin. dict. tit. 7 num. 12. vers. limita 5. &c.*

20 Limita 9. in officiali contrahente in vtilitatem Vniuersitatis, cui præest, *Bart. in d. l. principalibus, ff. de Reb. cred. Peregrin. vbi supra d. tit. 7. num. 12. versic. limita 6. &c.*

21 Limita 10. in officiali gerente officium perpetuum, seu ad beneplacitum: hic enim potest contrahere cum subdito, quia textus prædicti procedunt dumtaxat in officialibus ad certum tempus, *vt d. Bart. in d. l. principalibus, ff. de rebus cred. Cancer. var. d. lib. 3. cap. 1. num. 98.* quamuis enim ratio metus magis vigere videatur in officialibus perpetuis, tamen quoad eos huiusmodi fictio, seu præsumptio reijcitur per textum *in l. Præsidis, ff. de rebus cred.* expressè permittentem, vt huiusmodi officiales perpetui cum subditis suis contrahere possint, nisi fortè in tali casu probetur metus, *Natt. cons. 50. num. 13. Peregr. d. lib. 4. tit. 7. num. 10.* vbi dicit, quod officialis ad beneplacitum constitutus, æquiparatur perpetuo, propter incertitudinem, *Cancer. loco cit. nu. 99.* quod prouidè factum est, nè alioquin officialis perpetuus semper haberet interdictum commercium, & sic redderetur quodammodo mancipatus pœnæ, *vt rectè obseruat Merlin. d. lib. 2. quæst. 82. num. 13. & 14.* subdens, quod respectu officialis perpetui probari debet metus aliunde, quàm ex præsumptione legis, quia ad hunc casum lex fingendo non protrahitur.

22 Idem dicendum est in Barone contrahente cum Vassallo: quia etiam in tali casu contractus subsistit, & præsumptio metus cessat, nisi aliunde probetur, *Rot. in Bononien. Canonum 30. Maij 1646. coram Meltio, quæ apud Merlin. de pignor. est dec. 123. nu. 9. & seq. quamuis contrarium senserit eadem Rota d. decis. 26. nu. 22 par. 6. Recent.*

23 Limita 11. in vltimis voluntatibus: potest enim officiali legari, aut aliter per vltimam voluntatem validè relinqui, quia dictæ leges prohibitiuæ loquuntur tantùm de contractibus, *vt d. Peregrin. dict. tit. 7. num. 13.*

SVMMARIVM.

24 *Iudex ordinarius tenetur ius reddere in suo territorio, & in loco solito maiorum: limitatur nu. 27. & seq.*
25 *Locus maiorum in Iudice ordinario est omnis locus existens intra territorium.*
26 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, tenetur seruare locum delegantis, & potest sedere intra territorium delegantis.*
28 *In quo loco possit quis conueniri coram Delegato Papæ.*
29 *Episcopus sine iusta causa non potest remouere cathedram, & tribunal à Ciuitate ad longum tempus.*
30 *Vicarius generalis Episcopi potest in quolibet loco diœcesis ius reddere, sicut Episcopus.*
31 *Secreta non carent suspicione, & plerunque irrita sunt, & cassanda.*
32 *Reformationes populi debent fieri in publico Palatio.*
33 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest alium locum eligere præter Tribunal suorum Antecessorum.*
Partes etiam ex post facto possunt locum declarare. ibidem.
34 *Iudex tempore pestis potest ius dicere in fenestra domus suæ.*
35 *Iudex appellationis potest etiam in domo sua, & in alio loco honesto ius reddere.*
36 *Episcopus excusatur ad effectum alternatiuæ, si propriam diœcesim ingredi non possit ad residendum ob proteruiam impiorum.*
37 *In actis respicientibus litis ordinationem non tenetur Iudex seruare locum maiorum, sed tantùm in ijs, quæ pertinent ad litis decisionem.*
38 *Duces belli etiam extra territorium existentes habent imperium in homines suæ iurisdictionis.*
39 *Arbiter potest sibi eligere locum, vbi vult, dummodo locus honestus sit.*
40 *Si compromissum factum sit in Villa, valeret sententia lata in Ciuitate, etiamsi non fuerit actum de eo loco.*
41 *Delegatus ad vnam causam, Dominus feudi, Abbas, Archidiaconus, Præpositus, & alij non habentes territorium, sed tantùm iurisdictionem in personas, possunt sibi eligere quemlibet locum, dummodò honestus sit: declaratur numer. 42.*
43 *Delegatus ad vnam causam an possit procedere extra territorium non subditum deleganti, si ambæ partes consentiat.*

44 Can-

44 *Cautio de non offendendo, obligat etiam extra territorium iusdicentis.*

45 *An & quando valeant acta gesta per Iudicem in Ecclesia.*

46 *An valeant contractus initi in Ecclesia.*

47 *Episcopus non tenetur accedere ad locum litigij, vel alium ibi delegare, etiamsi haberet duas diœceses.*

48 *Episcopus causas Capitularium diœcesis vnitæ potest cognoscere vel in loco sui domicilij, vel in suo consueto tribunali.*

49 *Iudices ciuiles, licèt non habeant cognitionem causarum criminalium, habent tamen potestatem procedendi in causis criminalibus incidentibus in causa ciuili absque alia delegatione.*

50 *Iudex maleficiorum an & quando possit cognoscere de causa ciuili.*

51 *Commissa causa intelligitur commissa tam ciuiliter, quàm criminaliter etiam quoad illius decisionem.*

52 *An Vicarius Episcopi ex generali commissione possit incurrere, & punire subditorum excessus, eosque absoluere.*

Quæstio II.

In quo loco Iudex ius reddere debeat.

24 REgula est, quod Iudex ordinarius tenetur ius
reddere in suo territorio, & in loco solito
maiorum suorum, vbi videlicet prædecessores soliti
fuerunt ius reddere, alioquin sententia non vale-
ret, *l. pen. in fin. ff. de Iust. & iur. l. cum sententiam, vbi
DD. C. de sentent. & interlocut omn. Iud. Bart in l. si vt
proponis, 5. C. Quom. & quan ind & in l. 1. C. de senten.
ex breu. recit. & in l. si locus, ff. de iudic. Bald. & alij
communiter in l. pen. ff. de iust. & iur. Vant. in tit. de nullit.
ex defect. iurisd. & vnde, ac quib. mod. &c. num.* 110. &
25 111. vbi dicit, locum maiorum in Iudice ordinario
esse omnem locum existentem intra territorium,
dummodò non obstet contraria consuetudo, *Ma-
ran. de ordin. iudic. par. 6. tit. de decisor. ind. 1. act. nu. 71.*
26 *& seq.* vbi, quod delegatus ad vniuersitatem cau-
sarum tenetur seruare locum delegantis, *de quo vide
Bald. in l. testamenta, num. 3. C. de testam. & in d. l. pen. in
2. lect. vers fin. ff. de iust. et iur. et in l. si locus, ff. de iudic.*
27 vbi dicit, quod talis delegatus potest sedere intra
territorium delegantis, dummodò ad eum locum
partes incommodè possint interuenire, *Abb. in c.
P. & G. num. 15. de offic. & pot. iud. deleg. & in cap. dile-
ctus, 29. num. 4. de rescript.* vbi subijcit, quod in quo
28 loco potest quis conueniri coram Ordinario suo si-
ue ratione domicilij, siue ratione contractus, siue
delicti, in eo loco potest conueniri coram delegato
Papæ: nec est curandum, quod trahatur extra do-
micilium per plurimas dietas, quia nullum graua-
men per impetrationem sibi infertur, cum Papa sit
ordinarius cunctorum, *iuxta tex. in cap. cuncta per
mundum, 9. q. 3.*

29 Hæc tamen regula limitatur 1. in Episcopo ha-
bente plura Castra, vel Oppida in sua diœcesi, qui
potest in quolibet loco de diœcesi, vbi reperitur,
curiam erigere, citare, ac sententias fere, *iuxta tex-
tus in cap. cum Episcopus, de offic. ordin. in 6. Bald. in
l. testamenta, num. 3. C. de testam. Card. in clem. vn. num. 1.
de for. comp. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 43. num. 192.
Vant. loco citato num.* 111. vbi id intelligit ad modi-
cum tempus, quia ad longum tempus non potest
Episcopus sine iusta causa remouere cathedram,
& tribunal à Ciuitate, *cap. placuit, vt nemi-
ni, 7. quæst. 1.*

30 Idem dicendum in Vicario generali Episcopi, ac
Præside Prouinciæ: isti enim in quolibet loco diœ-
cesis, vel Prouinciæ possunt ius reddere, *vt tradunt
DD. in d. l. pen. ff. de iust. & iur. Vant. loco cit. dict. nu. 111.
Maran. de Ordin. iudic. par. 6. in tit. de decisor. iud. 1. act.
nu. 82. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 80. à num. 1. vs-
que ad 10.*

31 Limitatur 2. quando Iudex de consensu partium,
vel ex iusta causa ferret sententiam in alio loco
non solito: valeret enim sententia propter proro-
gationem, dummodò non egrediatur suum terri-
torium, & locus aliàs sit congruus, & honestus, *glos.
fin. in l cum non eo die, Cod. Quand pronoc. non est necess.
Abb. in cap. P. & G. num. 14. de offic. deleg. Bart. in d. l.
pen. circa fin. ff. de iust. & iur. Bald. in d. l. cum sententiam,
num. 6. & seq. C. de sent. & interloc. omn. ind.* vbi etiam
obseruat, quod secreta non carent suspicione, &
plerunque irrita sunt, & cassanda, & ideò reforma-
32 tiones populi debent fieri in publico palatio po-
puli, non in alijs locis, *Menoch. de Arbitr. iud. lib. 1. q.*
33 *64 num. 3.* vbi dicit, quod Iudex delegatus ad vni-
uersitatem causarum, etsi habeat tribunal suorum
Antecessorum, potest tamen alium locum eligere,
ad quem partes possint citari. *Vant. de nullit. tit. de
nullit. ex defect. citat. num. 62. Specul. lib 1. in tit. de
Arbitr & arbitrat. §. sequitur, numer. 66.* vbi,
quod partes etiam ex facto possunt locum de-
clarare.

34 Ex quo infertur, quod tempore pestis potest Iu-
dex ius dicere in fenestra domus suæ, vel alicuius
turris, litigantibus existentibus in via publica, vel
in Curia domus suæ, *vt tradunt DD. apud Rip in tract.
de Pest. tit. de Priuil. iudic nu 52.* vbi subdit, hoc pro-
cedere, si partes fuerint citatæ ad illum locum, aliàs
sententia non valeret.

35 Limitatur 3. in Iudice appellationis, qui potest
etiam in domo sua, & in omni alio loco honesto
ius reddere, *secundum glos. in d. l. cum sententiam, vbi
etiam Bald nu. 2. C. de senten. &c. Iordan. loco cit. n. 171.
& est communis opinio.*

36 Limitatur 4. quando locus solitus non est tutus,
vel propter metum tyranni, vel propter bella, vel
pestem, vel propter imminentem ruinam: tunc
enim potest Iudex eligere alium locum, *clem. 1. de
for. comp. Bald in l. 1. C. de sent ex breu. recit. Alex in l.
fin num. 1. ff. de iurisd. omn ind. Rom cons. 352. num. 19.
Maran. loco cit num 83. Boer. dec. 40. num. 10. et sequent.
Gonz. vbi supra d glos 43 num 190.* vbi etiam dicit,
quod Episcopus excusatur ad effectum alternatiuæ,
si propriam diœcesim ingredi non posset ad resi-
dendum, ob proteruiam, & crudelitatem impiorum
ipsum persequentium, vel diœcesim occupantium,
arg. d. clem. 1 de for. comp.

37 Limitatur 5. in causis, in quibus proceditur de
plano, prout sunt quæ non requirunt plenam causæ
cognitionem, *iuxta tex. in l volnit, § fin. vbi gloss. et
DD. ff. de inter. actio.* in his enim valeret sententia
lata extra locum solitum maiorum, *l. 2. § dies, ff.
Quis ord. in bon. poss seruet. Bart in l nec quicquam, §. de
plano, ff de offic. Proconf. & in l. 1. num. 6. Cod. de Confess.*
vbi etiam dicit, quod neque in actis respicienti-
bus litis ordinationem tenetur Iudex seruare lo-
cum maiorum, sed tantum in ijs, quæ pertinent
ad litis decisionem, *Bald in l. testamenta, numer. 3.
Cod de testam Iordan. dict lib. 14 tit. 25. numer 175.
& 177.*

38 Limitatur 6. in causis voluntariæ iurisdictionis,
quæ in omni loco, etiam in itinere, ab Episcopo, vel
Legato, Vicario generali, aliòue Iudice ordinario
pos-

possunt expediri, *cap. pen. de offic. Vicar. in 6. l. 2. ff. de offic. Proconf. §. multis autem, vers. serui vero, Inst. de Libertin. Bal. in d. l. testamenta, num. 3. C. de testam. & in l. penult. in 2. lect. ff. de Iust. & Iur.* vbi subjcit, quod duces belli etiam extra territorium existentes habent imperium more maiorum in homines suæ iurisdictionis, *vide quæ infra dicemus in 3. quæstione.*

39 Limitatur 7. in Arbitro, qui cum non habeat certam sedem deputatam, potest sibi eligere locum, vbi vult, etiam in suo cubiculo, dummodò locus sit honestus, & litigantibus congruus, existat in ea Ciuitate, in qua fuit compromissum, *l. si cum dies, §. si arbiter, ff. de Recept. arbitr. Bald. in l. cum sententiam, C. de sent. &c. & in l. pen. in 2. lectur. circa fin. ff. de iust. & iur.* vbi dicit, quod quando locus non est determinatus, relinquitur arbitrio ipsius Iudicis, *Vant. tit. de nullit. ex defect. citat. num. 62. Specul. lib. 1. in tit. de Arbitr. & Arbitrat. §. sequitur, nu. 66.* vbi

40 etiam obseruat, quod si compromissum factum sit in Villa, valeret sententia lata in Ciuitate, etiamsi non fuerit actum de eo loco.

41 Idem dicendum est in delegato ad vnam causam, Domino feudi respectu Vasallorum, Abbate, Archidiacono, Præposito, & alijs non habentibus territorium, sed tantummodò iurisdictionem in personas, *vide Bald. in d. l. pen. circa fin. Abb. in cap. cum contingat, num. 33. de for. comp.* vbi dicit, quod Ar-

42 chidiaconus, & alij habentes iurisdictionem in homines absque territorio, non possunt exercere iurisdictionem, nisi in loco, vbi consuetudo, vel priuilegium hanc iurisdictionem tribuit, vel in loco, vbi habitant.

43 Addit *Maran. de ord. iudic. par. 6. tit. de Decisor. Iud. p. act. num. 75. & seq.* quod Iudex delegatus ad vnam causam potest procedere, & sententiare extra territorium, seu locum non subditum deleganti, si ambæ partes consentiant, etiamsi dissentiat Dominus illius territorij; quia in delegato potest fieri prorogatio de loco ad locum, cum iurisdictio delegati non cohæreat, nec terminetur territorio, sicut iurisdictio ordinarij, *per tex. in cap. statutum §. in nullo, de Rescript. in 6.*

Sed contrarium videtur verius: non enim potest exerceri iurisdictio in alieno territorio, inuito Domino eius territorij, quia Iudex extra territorium censetur priuatus, non autem Iudex, *cap. vt litigantes, de offic. ordin. in 6. cap. scriptum, 6. qu. 3. Abb. in cap. cum contingat, num. 33. de for. comp. Bald. conf. 102. num. 7. lib. 3. Alex. in l. fin. num. 5. & seq. ff. de iurisd. omn. Iud.* & ità in facti continentia obseruauit *Marant. loco cit.* vbi dicit, quod in causa particulari sibi commissa, cum esset extra territorium delegantis, ad tollendam omnem ambiguitatem, impetrauit assensum Principis illius loci.

44 Notandũ est etiam, quod cautio de non offendendo, obligat etiam extra territorium iusdicentis, coram quo data est, quia hæc respicit personam, & ideò eam sequitur, quòuis illa vadat, *l. fin. Cod. de Prescript. long. temp. Hercul. de caut. de non offen. cap. 9.*

45 Notandum 2. quod licèt valeant acta gesta per Iudicem Ecclesiasticum in Ecclesia non tamen si ibi gesta fuerint per Iudicem sæcularem, etiamsi Ecclesia existat in eius territorio, exceptis actibus pijs, qualis est datio tutoris, & similes, *cap. decet, vbi glos. in ver. sæcularium de Immun. Eccles. in 6. Vant. in tit. de nullit. ex defect. Iurisd. & vnde, ac quib. mod. &c. num. 109. Abb. in cap.*

46 *qua fronte, nu. 2. & 13.* vbi subdit, quod contractus initi in Ecclesia validi sunt, licet contrahentes peccauerint.

47 Notandum 3. quod Episcopus non tenetur accedere ad locum litigij, vel alium ibi delegare, etiam diœcesi valdè esset ampla, *Abb. in cap. sanè, num. 3. de for comp. & in cap. dilectus, 2. num. 4. de Rescript. Rot. dec. 297. numer. 8. par. 2. diuers.* quod procedit, siue Episcopus vnam diœcesim habeat, siue duas: nam hoc etiam casu potest subditos in vna diœcesi delinquentes, extra

48 illam trahere; quia quoad Episcopum diœceses tam accessoriè, quàm æquè principaliter vnitæ, habentur pro vna, exemplo Præsidis duarum Prouinciarum, *Bart. in l. vn. num. 11. C. de Metrop. Beryto. lib. 11. Innoc. in cap. nouit, in fin. de offic. leg. Alex. in l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Card. Caualer. decis. 418. num. 2. & seq. Rot. decis. 537. num. 6. & seq. par. 4. tom. 3. Recent.* vbi etiam decisum fuit, posse Episcopum causas capitularium diœcesis vnitæ cognoscere vel in loco sui domicilj, vbi cum sua familia habitat, vel in suo consueto tribunali, arbitrio ipsius Episcopi, cui est electio, *iuxta dispositionem Conc. Tridentini sess. 25. de ref. cap. 6.*

49 Notandum 4. quod Iudices ciuiles, quamuis non habeant cognitionem causarum criminalium, habent tamen potestatem procedendi in causis criminalibus incidentibus in causa ciuili absque alia delegatione: quemadmodum Iudex malefi-

50 ciorum, qui non cognoscit de causa ciuili, potest cognoscere incidenter, condemnando principaliter furem ad pœnam, & consequenter ad restitutionem rerum, *vt d. Bos. in tit. de for. comp. n. 221. latè Farinac. conf. 85. nu. 131. & seq. lib. 1.* vbi etiam

51 dicit, quod missa causa intelligitur commissa tam ciuiliter, quàm criminaliter etiam quoad illius decisionem, *Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. qu. 143. num. 1. & seq.* vbi dicit, quod etsi ex gene-

52 rali commissione non possit Vicarius Episcopi inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus, nisi specialiter hæc committantur, *vt in cap. licèt, de offic. Vic. in 6.* tamen potest inquirere, & cognoscere, non vt puniat, sed vt referat Episcopo: immò poterit reum absoluere quatenus de iure sit absoluendus, absque alia relatione, cum ei inquisitio permittatur ad effectum remittendi inquisito ad Episcopum, quatenus inuenti fuerint culpabiles, *Felin. in cap. non potest, num. 5. de re iud. Rot. decis. 2. de offic. Vicar. in nou. prout refert. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 1. qu. 43. num. 27. licet ipse contrarium sentiat.*

SVMMARIVM.

53 *Iudex extra suum territorium iurisdictionem voluntariam exercere potest, non autem contentiosam: limitatur num. 54. & seq.*

54 *An is, qui habet iurisdictionem ab inferiore à Principe, possit voluntariam iurisdictionem extra territorium exercere.*

55 *Vicarius generalis habens speciale mandatum ad conferendum beneficia, potest illa conferre extra diœcesim, sicut Episcopus.*

E Epi.

56 *Episcopus, vel alius habens facultatem conferendi beneficia, in Curia præsente Papa ad collationis actum debet è Curia exire.*

57 *Vicarius Episcopi potest concedere litteras dimissorias extra suam diœcesim, ad id haberet speciale mandatum.*

58 *An Parochus, & alij Sacerdotes ad audiendas confessiones ab Episcopo admissi in vna Ciuitate, possint absoluere suos subditos extra diœcesim Episcopi approbantis.*

59 *Promisus de parochiali per concursum, eiusque Vicarius, censentur approbati ad audiendas confessiones tantùm in ea Ciuitate, vel oppido, vbi sita est parochialis.*

60 *Actus, qui non potest expediri absque causæ cognitione, fieri non potest extra territorium.*

61 *Episcopus non potest extra territorium confirmare electionem, vel instituere sibi præsentatum.*

62 *An valeat excommunicatio lata ab Episcopo extra territorium.*

63 *Quando agitur inter non subditos, & de rebus non subditis, non potest iurisdictio voluntaria extra territorium exerceri, nisi de partium consensu.*

64 *In successione intestati inspicitur forus rerum, siue realis.*

65 *Iurisdictio etiam contentiosa potest extra territorium exerceri, si concurrat partium consensus, & licentia Iudicis proprij territorij: declaratur num. 67. & 68. limitatur nu. 69.*

66 *Concurrente consensu Iudicis territorij, & partium consensu potest Episcopus causas delegare extra suam diœcesim.*

69 *Iudex delegatus in certa diœcesi, potest procedere extra illam interueniente expresso consensu partium, licèt dissentiat Dominus illius territorij: declaratur num. 70.*

71 *Iudex delegatus ad vniuersitatem causarum non potest iurisdictionem exercere in loco non subdito deleganti, nisi de consensu partium, & Iudicis illius loci, secus si locus est subditus deleganti, & num. 73.*

72 *Delegatus ad vniuersitatem causarum ordinario comparatur.*

74 *Dominus, qui in aliquo loco habet merum dumtaxat imperium, aut iurisdictionem in aliquibus causis tantùm, non potest ibi continuò tenere officialem, nisi cum casus euenerit.*

75 *Archiepiscopus non potest sibi constituere officiales in diœcesibus suffraganeorum pro causis ad eumdem Archiepiscopum per appellationem deuoluendis.*

76 *Qui habet tantùm merum imperium in aliquo loco, potest ibi furcas erigere, & continuò erectas tenere.*

77 *Quis censeatur Dominus territorij, & Vasallorum, quando Castrum subest duobus Dominis, quorum alter habeat merum imperium, & alter iurisdictionem ciuilem, & num. 78.*

79 *Quando Rector Ciuitatis, vel alius officialis possit substituere Vicarium, etiam ante ingressum officij, & num. 81.*

80 *Vicarius ab officiali substitutus, potest omnia expedire, quæ potest principalis officialis, excepta membrorum abscissione.*

82 *Dominus feudi, vel Castri respectu iurisdictionis vniuersalis fundatam habet intentionem in iuris communis dispositione super toto territorio: declaratur num. 84.*

83 *Dominus feudi, vel Castri potest in suo Dominio ordinationes, & statuta facere propter publicam vtilitatem, non tamen contra, sed præter ius.*

85 *Dominus Castri non potest cogere Vasallum ad ostendendum sibi titulum, quo prædium possidet intra fines Castri.*

86 *Verba in inuestitura apposita, videlicet cum Villis, prædijs, pratis, nemoribus, & alijs iuribus, & pertinentijs, verificantur quoad iurisdictionem, non autem quoad dominium: limitatur num. 87.*

88 *Quando agitur contra tertium possessorem, bona præsumuntur allodialia, etiamsi in inuestitura fuissent expressa, & enumerata in indiuiduo.*

89 *Delegatio facta Episcopo, vel Rectori Ciuitatis transit in successorem, etiamsi fuerit demandatum negotium facti: limitatur num. 90. & seq.*

90 *Quando expressum fuit nomen eius, qui dignitatem habet, delegatio expirat morte delegati.*

91 *Quando committitur iurisdictio sub nomine proprio, & appellatiuo regulariter inspicimus quod præcedit: limitatur num. 92.*

93 *Delegatio non transit in successorem, quando delegati industria electa est, & num. 96.*

94 *Delegatus à Principe, licèt regulariter subdelegare possit, hanc tamen facultatem non habet, quando eius industria electa est.*

95 *Quando censeatur electa industria personæ.*

96 *Delegatio non transit in successorem, quando fuit commissum aliquod negotium, vel aliquis actus, vel exercitium, vt compromissum.*

97 *Delegatus, cui sub nomine proprio, & dignitatis causa commissa fuit, si dignitatem resignauerit, causam sibi commissam adhuc potest cognoscere post resignationem: limitatur num. 99. & 100.*

98 *In quolibet actu principium spectandum est, & habilitas illius temporis sufficit.*

101 *An delegatio transeat in successorem, quando committitur sub nomine dignitatis, quam quis habet beneficio alterius, vt Vicarius, & similes.*

102 *Locum vnum esse de territorio alterius, probatur ex actibus iurisdictionis in dicto loco exercitus cum scientia, & patientia Domini illius loci, vel eius officialium.*

103 *Scientia præsumitur ex temporis antiquitate.*

Scientia an probetur ex instrumentis antiquis, ibidem.

Quæstio III.

An & quando iurisdictio extra territorium exerceri possit.

53 QVamuis extra territorium nemo iurisdictionem contentiosam exercere possit, *l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud.* voluntaria tamen potest etiam extra territorium exerceri, *l. 2. ff. de offic. Proconf. l. 1. vbi Bald. & alij C. de Emancip. liber. cap. nouit, & ibi DD. de offic. legat. Bart. in l. 1. num. 5. C. de confess. Maran. de ord. iudic. par. 6. in tit. de decisor. Iud. 1. act. num. 86. Dec. in l. vlt. num. 6. ff. de Iurisd. omn. Iud. Boer. dec. 30. & alij communiter.*

54 Hæc tamen conclusio limitatur 1. vt non habeat locum in eo, qui habet iurisdictionem ab inferiore à Principe: hic enim non posset ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, extra territorium exercere, *secundum Bald. in l. 2. ff. de offic. Proconf.* vbi dicit, quod posset quidem Episcopus extra diœcesim instituere præsentatum à patrono ad beneficium: secus tamen esset in Vicario eiusdem Episcopi etiam habente speciale mandatum, quia commissio facta ab inferiore à Principe nunquam potest exerceri extra territorium committentis, *Rip. in tract. de Pest. tit. fin. num. 50.* vbi dubitat, an Vicarius parochialis possit extra parochiam confessiones sacramentales audire, *Dec. in d. l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Cancir. var. lib. 2. cap. 2. num. 234.*

Con-

55 Contrarium tamen tenuit Rot.decis.5. de offic. Ar-
chid.in antiq.Gemin.in cap.vlt in fin. de offic. Vicar. in 6.
quem refert, & sequitur Gratian. decis March.98.num.
5.& sequitur Boer decis.30.n.6.& seq. vbi dicit,quod
Vicarius generalis Episcopi habens speciale man-
datum ad conferendum beneficia, potest ea confer-
re etiam extra Diœcesim, sicut Episcopus quia hoc
est voluntariæ iurisdictionis: præterquam in Curia
præsente Papa, quo casu ad collationis actum
56 debet Episcopus, siue eius Vicarius è curia exire,
vt post Gomes.tit.de non iud.iux.for.supplicat.qu.3. Æn.
de Falcon. de reseruat. q.4.& alios obseruat idem Gra-
tian.loco cit.num.7.subdens num.14.cum seq.quod Vi-
57 carius Episcopi potest etiam concedere litteras
dimissorias extra suam diœcesim, si ad id haberet
speciale mandatum,vel si Episcopus ageret in remo-
tis, iuxta textum in cap.cum nullus,de Temp.ordin.in 6.
vide Boer d.decis.30.Couar.var.resol.lib.3.cap.20.nu.8.
58 & 9.item Parochum,& alios sacerdotes ad audien-
das sacramentales confessiones ab Episcopo admis-
sos in vna Ciuitate, posse absoluere suos subditos
etiam in alijs locis extra diœcesim Episcopi ap-
probantis, senserunt Sanch de matrim. t.1.lib.3.disp.
34.num.2.Megal.1.par.lib.1.c.7.num.25.& c.9.nu.12.
Henriq.lib.6.cap.6.num.7.& lib.7.cap.1.num.4.Petrin.
de Relig.subdit.tom.1.qu.1.cap.21.§.2.Vega in Sum.to.
1.cap.62.cas.41.Gom.in explic.Bull.Cruc.claus.10.num.
8.Suar.in 3.par.tom.4.disp.28. sect.6. & 7. Nugn. in 3.
par.tom.2 q.8.art.5.dub.8.quos refert,& sequitur Dian.
par.3.resol.mor.tract.4.de Sacram.res.144. sed contra-
rium hodie seruandum est saltem à Regularibus,
quibus id vetitum est per constitutionem Clemen-
tis X. incip.superna magni Patrisfam.vide quæ supra di-
ximus lib.1.cap.3 q.23.nu.269.

59 Notandum tamen est, quod Prouisus de paro-
chiali Ecclesia per concursum censetur approbatus
idoneus minister ad audiendas confessiones dumta-
xat in ea ciuitate, vel oppido, vbi sita est parochia-
lis non autem passim per totam diœcesim, vt cen-
suit Sac.Congreg.Concilij teste Piasec.in Prax.Episc.par.
2.cap.1.num.10.idemque videtur dicendum de Vi-
cario parochiali constitutio ab Episcopo, cum sit
eadem ratio.

60 Limitatur 2.vt prædicta conclusio procedat,quan-
do actus est talis, qui absque causæ cognitione ex-
pediri potest; secus si expediri non posset absque
causæ cognitione, quia eo casu nec fieri posset extra
territorium,Dec.in d.l.fin.num.6.ff.de Iurisd. omn. Iud.
61 Chartar.dec.Gen.68.num.12.vnde non posset Episco-
pus extra territorium confirmare electionem, vel
instituere præsentatum,quia hæc exigunt causæ co-
gnitionem,cap.fin.iuncta glos.de elect.in 6.Abb.in cap.
nouit num.5.de offic.legat.quemadmodum nec valeret
excommunicatio lata ab Episcopo extra territoriũ,
62 si vellet contentiosè procedere, quia iurisdictio
inhæret territorio, & Episcopus extra territorium
non est Iudex, cap.2.de Constit.in 7.l.2.ff. de offic. Pro-
cons.Abb.in d.cap.nouit,num.3.de offic.legat.

63 Limitatur 3.quando agitur inter non subditos, &
de rebus non subditis: tunc enim non potest iuri-
dictio voluntaria extra territorium exerceri, ni-
si partium consensus accedat, Bald. in l. 1. num.
64 5.vers. tu die &c. C. de Iur. aureo. vbi etiam
dicit, quod in successione intestati inspicitur fo-
rus reum, seu realis, & in l. 2. num 4. ff. de
offic. Procons. Abb. in cap. sicut, numer. 13. Nè
Cler. vel Mon. Buratt. decis. 318. num 4. Cancer.
var. lib. 2. cap. 2. num. 233. subdens num. 236.
65 quod etiam iurisdictio contentiosa potest ex-
tra territorium exerceri, si concurrat partium
consensu, & licentia Iudicis proprij teritorij,
iuxta glos. communiter receptam in cap. vt litigan-
tes de offic. ordin. in 6. Abb. in cap. nouit, num. 4.
de offic. legat. Ricc. in prax. Ecclesiast. for. tom. 1.
par. 2. res. 365. vbi dicit, quod concurrente
66 consensu partium, & Iudicis territorij, posset
Episcopus causa delegare extra suam Diœcesim,
vide Alex. ad Bart. in l. si vt proponis, 2. C. Quom
& quan. Iud. & in l. fin. nu.5.& seq. ff de Iurisd.
omn. Iud. vbi subijcit, quod non potest Iudex
67 extra territorium existens cum consensu Iudi-
cis territorij cognoscere, & procedere contra in-
uitos, & sic sine prorogatione, Iordan.Elucubr.
diuers. lib.14. tit. 25. num.167. & hoc quidem
procedit in Iudice ordinario, qui non potest
68 iurisdictionem contentiosam extra suum territo-
rium exercere, nisi de consensu partium, &
etiam Iudicis illus territorij, vt supra quia iu-
risdictio ordinatij territorio inhæret, latè Bald.
in l. si qui ex consensu, num.10. C.de Episc.au-
dien. Abb. in cap. P. & G num. 14. vers. venio
ad quartam speciem &c. de offic. Iud. deleg secus
esset in Iudice delegato in certa diœcesi: hic
69 enim potest procedere extra illam interuenien-
te expresso consensu partium, licèt dissentiat Do-
minus illius territorij, vt videtur decidere tex-
tus in cap. statutum, §. in nulllo, de Rescript. in 6.
per quem textum ità tenuit Abb. in d. cap. P. &
G. num. 14. quia iurisdictio delegati non cohæ-
ret, nec terminatur territorio, vt d.Marant.
de ordin Iudic. p. 6. in tit. de decisor.Iudic. 1. act.
70 num. 75. & seq. quod tamen intellige, dum-
modo locus ille suppositus sit iurisdictioni dele-
gantis, sed non vbi deficit omninò iurisdictio, vt
sensit Bald.loco cit.d.nu.10.

71 Idem dicendum est in Iudice delegato ad vni-
uersitatem causarum: nam si locus non est sub-
ditus deleganti, non potest ibi iurisdictionem
exercere, nisi de consensu partium, & Iudi-
72 cis illius loci, sicut diximus in ordinario:
delegatus enim ad vniuersitatem causarum or-
dinario comparatur, Bart. & alij in l. more
maiorum, ff. de Iurisd. omn. Iud. si verò locus
73 est subditus deleganti, poterit ibi iurisdictio-
nem exercere, vt d. Maran. de ord. indic. par.
4. dist. 5. numer. 2. & d. par. 6. tit. de decisor.
Iudic. 1. act. num. 75. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex
defect.citat.&c. num.62.

74 Notandum est autem, quod Dominus, qui
in aliquo loco habet merum dumtaxat impe-
rium, aut iurisdictionem in aliquibus causis
tantum, non potest ibi continuo tenere officia-
lem, nisi cum casus euenerit, vt probat textus
in cap. 1. de offic. ordin. in 6. vbi Archiepiscopus
75 non potest sibi constituere officiales in diœcesi-
bus Suffraganeorum pro causis ad eumdem Ar-
chiepiscopum per appellationem deuoluendis,
& ità resoluit Cancer. var. d. lib. 2. cap.2. num.
76 311. & seq. subdens, quod is, qui habet
tantùm merum imperium in aliquo loco, po-
test ibi furcas erigere, & continuò erectas te-
nere, vt subditi à delictis committendis deter-
reantur.

77 Addit Cancer. loco cit. num. 315.& seq. quod si Ca-
strum subsit duobus Dominis, quorum alter habeat
merum imperium, alter iurisdictionem ciuilem,
Dominus territorij, & Vasallorum censetur is, qui
ciuilem habet iurisdictionem, eique præstari

debet iuramentum fidelitatis ; & ideò ad eumdem
ſpectat ab imminente peſte, vel alijs malis, præuijs
edictis & alijs opportunis remedijs cuſtodire terri-
torium, & ſuos ſubditos, *per tex. in l. nam ſalutem, cum ibi not ff. de offic. Præf. Vigil.* niſi Dominus terri-
78 torij monitus adhuc eſſet in mora : quia eo caſu
Dominus meri imperij poſſet negligentiam ſupple-
re, *vide Capic dec. 27. num. 1. & ſeq.*

79 Notandum 2. quod Rector Ciuitatis, vel alius of-
ficialis poteſt in ſui locum dimittere, ſeu ſubſtituere
80 Vicarium, ſi adſit iuſta cauſa impedimenti, dum-
modò impedimentum non ſit diù duraturum ; & eo
caſu Vicarius poteſt omnia expedire, quæ poteſt
principalis officialis, excepta membrorum abſciſſio-
81 ne, *Bart. in l. obſeruare, nu. 3. & ſeq. ff. de offic. Proconſulis*, vbi etiam dicit, quod Rector Ciuitatis ex iu-
ſta cauſa impedimenti poteſt Vicarium conſtituere
etiam ante ingreſſum officij.

82 Notandum 3. quod Dominus feudi, vel Caſtri re-
ſpectu iuriſdictionis vniuerſalis fundatam habet
intentionem in iuris communis diſpoſitione ſuper
83 toto territorio; & ideò poteſt in ſuo dominio pro-
clamata, ordinationes, & ſtatuta facere, præſertim
ex iuſta cauſa, propter publicam vtilitatem, non ta-
men contra, ſed præter ius, *latè Rota in Carpentoraten. iuris lignandi 27. Nouembris 1619. coram Buratto in*
84 *impreſſ. dec. 427.* quod procedit reſpectu iuriſdictio-
nis tantùm, vt ſupra, non autem quoad dominium
aliud enim eſt habere dominium agrorum, qui ſunt
in territorio, aliud habere iuriſdictionem ratione
85 feudi ſuper toto territorio; vnde non poteſt Domi-
nus Caſtri cogere Vaſallum ad oſtendendum ſibi ti-
tulum, quo prædium poſſidet intra fines Caſtri,
quod vtique poſſet, ſi haberet intentionem funda-
tam ſuper dominio directo ; & ideò ſufficit Vaſallo,
ſi dicat, prædium ſuum eſſe, & ſibi ſoli poſſidere,
86 etiamſi inueſtitura facta ſit cum villis, prędijs, pra-
tis, nemoribus, & alijs iuribus, ac pertinentijs ; hæc
enim verba verificantur quoad iuriſdictionem, non
87 autem quoad dominium : niſi probetur, huiuſmo-
di villas, & prædia &c. fuiſſe eo tempore Domini in-
ueſtientis, vel ea fuiſſe Caſtro ex aliqua conceſſione
aſſignata, *vt dixit Rota in Mediolanen. Legati 24. Decembris 1624. coram Vbaldo, & 24. Aprilis 1626. coram Durano, in impreſſ dec. 28. nu. 13. & ſeq. latè Ferentill. ad*
88 *Buratt. dec. 427. & 426.* vbi dicit, quod quando
agitur contra tertium poſſeſſorem, bona præſumun-
tur allodialia, etiamſi in inueſtitura fuiſſent expreſ-
ſa, & enumerata in indiuiduo, *Roſenth. de feud cap. 12. concl. 15. num. 26. & ſeq.*

89 Quæres, an delegatio facta Epiſcopo, vel Recto-
ri Ciuitatis, & ſimilibus, tranſeat in ſucceſſorem?
Reſp. affirmatiuè, quia tunc delegatio dicitur facta
dignitati, quæ nunquam perit, *cap. ſi gratioſè, de Reſcript. in 6. cap. quoniam Abbas, vbi DD. communiter, extr. de offic. deleg. vide quæ ſcripſimus in tract. de temp. legal. lib. 1. cap. 74.*

90 Limita, ſi expreſſum fuerit nomen eius, qui digni-
tatem habet: hoc enim caſu delegatio expirat mor-
te delgati, quia videtur haberi reſpectus tantùm ad
perſonam, *Bart. in l. more maiorum, num. 19. ff. de Iuriſd.*
91 *omn. Iud.* vbi etiam dicit, quod quando committi-
tur iuriſdictio ſub nomine proprio, & appellatiuo,
92 tunc regulariter inſpicimus quod præcedit, niſi ex
aliqua cauſa, vel aliquibus circumſtantijs aliud præ-
ſumatur, *Bellemer. dec. 39. per tot. Gratian. diſcept. for. cap. 92. num. 1. & ſeq.*

93 Limita 2. quando delegati induſtria electa eſt :
quod conſtare poteſt præſumptionibus, & conie-
cturis ductis à qualitate facti demandati, ſeu com-
94 miſſi, & à verbis ipſius delegationis : quo caſu ne-
que delegatus à Principe ſubdelegandi poteſtatem
habet, licet regulariter ſubdelegare poſſit, *Menoch.*
95 *lib. 2. præſump. 21. nu. 1. & ſeq.* vbi dicit, quod cenſe-
tur electa induſtria perſonæ, quando cauſa meri,
vel mixti imperij, vel alia grauis, & ardua delega-
ſuit.

96 Limita 3. vt regula prædicta procedat, quando
commiſſa fuit iuriſdictio ; ſecus quando committitur
aliquod negotium, vel aliquis actus, vel exercitium,
vt compromiſſum : hoc enim caſu ad ſucceſſorem
non tranſit, quia tunc ſimiliter fides, probitaſque il-
lius, cui actus huiuſmodi commiſſus eſt, videtur ele-
cta, *Bart. in d. l. more maiorum, n. 19. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Ruin. conſ. 63. nu. 5. tom. 4.*

97 Limita 4. vt regula procedat mortuo delegato; ſe-
cus ſi delegatus dignitatem reſignauerit, quia tunc
cauſam ſibi commiſſam poſſet adhuc cognoſcere,
etiam poſt reſignationem, dummodò delegatio fa-
cta fuerit ſub nomine proprio, & appellatiuo : in
quolibet enim actu principium ſpectandum eſt, &
98 habilitas illius temporis ſufficit ; niſi talis delega-
99 tus effectus ſit incapax huiuſmodi delegationis, vt
quia contraxit matrimonium, *gloſ. in cap. ſtatutum, &. in ver. canonicis, in fin. de reſcript. in 6. Dec. in cap. quoniam Abbas, num. 56. de offic. deleg. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 1. p. 11. num. 10. & ſeq. Gratian. loco cit. Cenall. in ſpec. opin. commun. q. 666. num. 5. & ſeq.* & eſt communis
opinio : vel ſi delegatio facta fuerit ſub nomine di-
100 gnitatis tantùm, vt ſi cauſa commiſſa fuerit Epi-
ſcopo Senenſi, tunc enim ſi talis Epiſcopus tranſiret
ad aliam dignitatem, dimittit delegationem ſucceſ-
ſori, *vt d. Abb. conſ. 93. in princ.*

101 Limita 5. vt regula procedat, quando committi-
tur ſub nomine dignitatis, quam quis habet iure
proprio; ſecus quando committitur ſub nomine di-
gnitatis, quam quis habet beneficio alterius, vt Vi-
carius, & ſimiles: hoc enim caſu delegatio nõ tranſit
in ſucceſſorem, *ſecundum Bart. in d. l. more maiorũ, n. 19.*

102 Quæres 2. quomodo probetur, locum vnum eſſe
de territorio alterius? Reſp. quod probatur ex acti-
bus iuriſdictionis in dicto loco exercitis cum ſcien-
tia, & patientia Domini illius loci, vel eius officia-
lium, non enim ſufficeret ſola obedientia ſubditorũ,
l. pupillus, §. territorium, ff de Verbor. ſignif. §. ſi quis igitur ex qualibet, Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui &c. Bald. in l. ſi quis, C. de Natur. liber. Alex. conſ. 23. nu. 3. & ſeq.
103 *lib. 5.* vbi, quod ſcientia præſumitur ex temporis
antiquitate, *vide quæ ſcripſimus in tract. de temp. legal. lib. 2. cap. 105. num. 1. & ſeq.* item probatur ex inſtru-
mentis etiam inter alios confectis, ſi plura ſint, &
antiqua, vt ſi excedant centum annos, *latè Ruin. conſ. 92. n. 9. & ſeq lib. 4.* vbi, quod remittitur etiam arbi-
trio Iudicis, quãdo dicatur longũ, & antiquũ tẽpus.

SVMMARIVM.

104 *Creditor primò agere debet cum reo, in ſubſidium cum fideiuſſore, vel pignoris poſſeſſore.*
105 *Creditor non cogitur ad excuſſionem bonorum ſui debitoris exiſtentium extra iudicantis territorium, quando locus remotus eſt, & in aliena Prouincia.*
106 *Non dicitur reus idoneus, ſi abſque difficultate conueniri non poſſit, vel ſi res debitoris eſſent in loco forti.*
107 *Illa bona ſunt diſcutienda, quæ ſine aliqua controuerſia poſſideri poſſunt.*
108 *Poſſidens immobilia in loco remoto à loco iudicij, debet ſatiſdare.*
109 *Fideiuſſor obligatus in forma cameræ, cenſetur renunciaſſe beneficio excuſſionis.*

Ceſſat

110 *Cessat etiam excussionis exceptio, si fideiussor debitum confessus fuerit, seu terminum susceperit cum confessione debiti, vel se se obligauerit ad liberandum à molestijs.*

111 *Concedens est terminus fideiussori, si illum petierit ad præsentandum reum absentem, vt ille primò conueniatur.*

Quæstio IV.

An & quando creditor teneatur excutere bona sui debitoris sita extra territorium.

104 Creditor per iura antiqua electionem habebat, quem vellet primò conuenire, scilicet fideiussorem, vel reum, *l. non rectè, & l. iure nostro, C. de fideiuss.* hæc tamen iura hodie correcta sunt, quando vterque est præsens, & soluendo: tunc enim primò agendum est cum reo; si verò reus est absens, vel non soluendo in totum, vel in partem, in subsidium potest agi cum fideiussore, actionibus à creditore sibi cessis, *vt in auth. præsente, vbi Bald. C. eod. tit.* idemque dicendum, si creditor velit agere contra pignorum possessores, *vt d. Alex. conf. 84. num. 12. vol. 3. Neguf. in tract. de Pignor. in 1. mem. 8. partis princip. num. 42. & seq.*

105 Obserua tamen, quod creditor non cogitur ad excussionem bonorum sui debitoris extra iudicatis territorium existentium, quando locus remotus est, & in aliena Prouincia, quia actor non cogitur peregrinare, *vt d. Bart. in l. sciendum, §. 1. ff. qui satisd. cog. Alex. d. conf. 84. num. 12.* subdens, quod non dici-
106 tur reus idoneus, si absque difficultate conueniri non possit, vel si res debitoris essent in loco forti, vt in Castello, vel Arce, ità vt non possint discuti, nam de illis non est facienda excussio, *Neguf. de Pignor. d. mem. 1. n. 43. & seq.* vbi, quod illa bona sunt di-
107 scutienda, quæ sine aliqua controuersia possideri possunt, vnde ea, quæ sunt in controuersia, sunt dimittenda, nec per illa debet retardari processus cōtra tertium possessorem, *Thesaur. dec. 40. nu. 3.* vbi su-
108 bijcit, quod possidens immobilia in loco remoto à loco iudicij, debet satisdare.

109 Obserua 2. quod censetur fideiussor renunciasse benefieio *d. auth. præsente*, si principaliter, & tanquam principalis se se obligauerit, aut renunciauerit omni legum auxilio, quæ renunciatio in obligatione camerali continetur, *Rot. apud Zacch. de oblig. camer. dec. 22. nu. 3. & seq.* vbi, quod obligatio in forma cameræ tollit beneficium excussionis, *& dec. 143.*
110 *num. 2. & seq.* vel si fideiussor debitum confessus fuerit, seu terminum susceperit cum confessione debiti, vel se se obligauerit ad liberandum à molestijs: nam etiam in his casibus cessat excussionis beneficium, seu exceptio, *Rot. apud eumdem Zacch. dec. 55. num. 2. & seq.*

111 Obserua 3. quod si fideiussor petierit terminum ad presentandum reum absentem in iudicio, vt ille primò conueniatur, est ei concedendus, quo elapso in subsidium agi potest cum fideiussore, *d. auth. præsente, vbi glos. & DD. C. de fideiuss.*

S V M M A R I V M.

112 *Locus iudicij debet esse tutus, aliàs citatus non tenetur comparere: limitatur num. 129.*

113 *Quando non est tutus aditus ad territorium illius, qui citandus est, expeditur citatio coram Iudice alicuius loci viciniores.*

114 *Locus quando dicatur non tutus.*

115 *Non sufficit allegare, locum comparitionis non esse tutum generaliter, sed debent exprimi causæ, aliàs citatus à contumacia non excusatur.*

116 *Exceptio loci non tuti potest allegari per quemcumque absque alio mandato.*

117 *Dominus non excusatur, si locus non sit tutus procuratoribus.*

118 *Locus debet esse tutus etiam Iudici, alioquin alium locorum idoneum, & tutum Iudex eligere potest.*

119 *Exceptio loci non tuti opponi potest post litem contestatam.*

120 *Citatus ad locum non tutum semper potest appellare, & quando id procedat, & nu. 127.*

121 *Si Iudex pronunciauerit, locum esse tutum, tunc debet appellari intra decem dies.*

122 *Is, qui comparuit coram Iudice suspecto, si à principio illum non recusauit, vlterius postmodum non auditur.*

123 *An, & quando citatus probare debeat, locum non esse tutum, & num. 126.*

124 *Citatio facta ad locum manifestè non tutum, est ipso iure nulla.*

125 *Non debet proponi non tutus accessus, quando liquidè apparet, locum non esse tutum.*

126 *An citatus ad locum non tutum, cogi possit ad comparendum, si ei oblatus fuerit saluus conductus, & num. 127.*

127 *Publica fides caduca est, & fragilis cautio.*

128 *Non tutus accessus probatur per testes etiam singulares, & quid deponere debeant.*

129 *Quando non excusetur allegans, locum sibi non esse tutum.*

130 *Probatio semel facta de non tuto accessu in prima commissione deseruit etiam commissione executorialium.*

131 *Exceptio loci non tuti impedit processum executiuum, & executionem cameralem.*

Quæstio V.

De exceptione loci non tuti.

112 Præmittendum est, quod locus iudicij debet esse tutus, aliàs citatus non tenetur comparere, nec per se ipsum, nec per alios, siue causa sit ciuilis, siue criminalis, & potest appellare, *cap. ex parte 47. extr. de appell. cap. venerabilibus, §. & hoc ipsum, de sent. excom. in 6. clem. causam, §. verum, & ibi glos. de elect.*
113 vbi, quod quando non est tutus aditus ad territorium illius, qui citandus est, expeditur citatio coram Iudice alicuius loci vicinioris, *Mandell. conf. 208.*
114 *num. 15.* locus autem non tutus dicitur, si citatus ad eum non potest venire securus, vel propter inimicitias etiam ex propria culpa prouenientes, vel propter bellum, aut sæuientem pestem, vel ob timorem carceris, aut alterius grauis incommodi arbitrio Iudicis, *Coler. de Process. execut. par. 4. cap. 1. num. 179. Parif. conf. 33. num. 13. lib. 2. & conf. 28. num. 6. & conf. 110. num. 16. lib. 4.* vbi addit, quod propter intemperiem loci excusatur quis à comparendo, licèt effectus dictæ excusationis cesset cessante causa, *vt d. Baiard. ad Clar. in pract. crim. q. 34. num. 29. & seq.* vbi
115 etiam obseruat, quod non sufficit allegare, locum comparitionis non esse tutum generaliter, sed debent exprimi causæ, aliàs citatus à contumacia non excusatur.

116 Hæc autem exceptio loci non tuti potest allegari per quemcunque absque alio mandato, & satisdatione, *vt d. Baiard. loco citato num. 30. Dec. in d.*
116 *cap. ex parte*, vbi subijcit, quod Dominus excusatur, si locus non sit tutus procuratoribus, quia

ex causa arctari quis potest ad personaliter comparendum, quando imminet aliqua necessitas: & causa iusta non videtur, quando locus non est tutus procuratori, *cap. 1. in fin. de Iud. in 6.*

118 Præmittẽdum 2. quod sicut partibus locus debet esse tutus, ità etiam Iudici: alioquin alium locum idoneum, & tutum Iudex eligere potest, si aliqua rationabilis causa subsit, *c. p. statuimus, 13. de offic. & pot. Iud. deleg. in 6. cap. cum dilecta, extr. de confirm. vtil.*

119 His præmissis quæritur 1. an hæc exceptio loci non tuti opponi possit post litem contestatam? Resp. affirmatiuè, quia licèt hæc exceptio sit dilatoria, tamen cum grauamen reiteretur, & successiuam habeat causam, ideò etiam post litem contestatam, & quandocunque opponi potest, *Bald. in l. peremptorias, num. 27. C. de senten. rescin. non poss. Coler. de Process. execut. par. 4. cap. 1. num. 169. Alban. ad Bart. in l. eleganter, § si quis post num. 2. ff. de cond. indeb.* vnde citatus

120 ad locum non tutum, semper poterit appellare, licet prima, vel secunda vice non appellauerit, quia à grauamine successiuo semper appellatur, modò appelletur à grauamine illato per nouam citationem, & tempus appellationis lapsum non sit; secus si à grauamine de præterito: quia hoc casu appellatio non procederet, *latè Dec. in d. c. ex parte, num. 6. &*

121 *se. de Appell.* vbi etiam dicit, quod si Iudex pronunciauerit, locum esse tutum, tunc debet appellari intra decem dies; *vide Dec. loco cit. num. 7. vers. secus in eo &c.* vbi subijcit, quod is, qui comparuit coram Iudice suspecto, si à principio illum non recusauit, vl-

122 terius postmodum non auditur, *per tex. in cap. inter monasterium, 20. de sent. & re iud.*

123 Quæritur 2. an citatus probare debeat, locum non esse sibi tutum? Resp. quod si apertè constet, locum non esse tutum, vt quia ibi pestis grassetur, aut bellum, tunc nulla alia requiritur probatio, cum notorium releuet ab onere probandi *Paris. consf. 28. nu. 4. Afflict. dec. 289. num. 24.* vbi dicit, quod citatio facta

124 ad locum manifestè non tutum, est ipso iure nulla, *Mascard. de Probat. conclus. 17. num. 6. & seq. lib. 1.*

125 vbi, quod nec debet proponi non tutus accessus, quando liquidè appare, locum non esse tutum.

126 Si verò de hoc manifestè non constet, tunc is, qui in ius vocatus est, per suum procuratorem comparere debet, & probare locum nõ esse sibi tutum: quo probato ad comparendum cogi non potest, etiamsi sibi oblatus fuerit saluus conductus, *Afflict. d. decis. 289. nu. 24. Rot. decis. 15. de dol. & contum. in antiq.* vbi,

127 quod pars debet petere, sibi assignari locum tutum, & si denegetur, appellare debet, *Boss. in tit. de Citat. num. 37.* vbi dicit, quod si non tenetur comparere, ità neque tenetur venire sub saluo conductu, *Mascard. vbi supra d. conclus. 17. num. 7. & conclus. 19 num. 9. & 10.* vbi dicit, quod nemo tenetur adhibere fidem litteris salui conductus, quando in summo esset vitæ discrimine, cum publica fides caduca, & fragilis cautio sit, *arg. l. qui ità, §. 1. ff. Ad Trebell.*

128 Probatur verò non tutus accessus, non quidem per attestationem magistratus, quia illi non præstatur fides in detrimentum alterius, *latè Alex. consf. 206. nu. 5. lib. 2.* sed per testes etiam singulares, *Vant. de nullit. ex defect. citation. &c. num. 128. Rot. decis. 22. aliàs 693. de Rescript. in antiq.* vbi, quod satis esset, si teste dixerint, se credere impossibile esse, vel non tutum, quod citatio exequi possit personaliter, vel ad domum citandi, *Mascard. vbi supra concl. 18.*

129 Obserua tamen, quod quando locus non est tutus ipsi citato ob crimen eiusdem, pro quo conuenitur, non excusatur, si non accedat ad Iudicem, quando in eum ageretur de delicto, & diceret, locum non esse sibi tutum ob inimicitias, *Bald. in l. omnes qui, §. fin verò, num. 3. vers. circa secundam rationem &c. C. de Episc. & Cler.* vbi dicit, quod sibi imputare debet delinquens, si locus non est sibi tutus ob sui delictum, *Ruin. consf. 48. num. 15. vol. 4. Mascard. d. lib. 1. conclus. 19. num. 14.*

130 Obserua 2. quod probatio semel facta de non tuto accessu in prima commissione, deseruit etiam in commissione executorialium, quia adhuc præsumitur timor, & metus durare, nisi contrarium probetur, *Mascard. d. lib. 1 conclus. 17. num. 5.* vbi citat *Cassad. decis. 3. de Dol. & contum.*

131 Quæritur 3. an exceptio loci non tuti impediat processum executiuum, vel executionem cameralem? Resp. affirmatiuè, *Coler. e Proceß. execut. par. 4. cap. 1. num. 168. & seq.* vbi dicit, quod si citatus probabilibus ex causis dubitat de securitate habenda in iudicio, vel alijs locis intermedij, per quę ipsi iter faciendum est, obijciendo hanc exceptionem loci non tuti, audiendus est ità vt processus executionis aduersus ipsum, priusquam assecuretur præcipitari non debeat, *per tex. in cap. accedens, 2. §. mandamus, Vt lit. non contest. clem. pastorali, §. Pisana, de sent. & re iud.*

SVMMARIVM.

132 *Causæ continentia regulariter diuidi non debet: limitatur nu. 134. & seq.*

133 *Quando causæ dicantur inuicem continentes.*

134 *Possidens res hereditarias in diuersis locis, potest ab hærede in quolibet loc conueniri.*

135 *Si plures pro eodem delicto conueniantur, & diuersis fori subijciantur, possunt coram diuersis iudicibus conueniri, & tunc sententia vnius Iudicis absolutoria non derogaret sententiæ alterius condemnatoriæ, & è contra.*

Quæstio VI.

An & quando causæ continentia diuidi possit.

132 Resp. quod causæ continentia regulariter diuidi non debet; & ideò non potest super causa possessionis vnus Iudex & super causa proprietatis alius Iudex impetrari, *l. nulli, vbi Alex. de Iudic. de qua vide Bart. ibidem nu. 1.* vbi, dicit, quod causæ

133 dicuntur inuicem continentes, vel quia sub vna actione generaliter plures species, & plura capitula continentur, vel quia agitur super eadem re, licèt diuersis actionibus.

134 Limitatur tamen supradicta conclusio in possidente res hæreditarias in diuersis locis: hic enim potest ab hærede in quolibet loco conueniri, *Bald. in l. 1. nu. 2. C. vbi de hæred. agi oport.*

135 Limitatur 2. in ijs, qui pro eodem delicto conueniuntur: isti enim si plures sint, & diuersis foris subijciantur, possunt coram diuersis Iudicibus conueniri, & alij quidem condemnari vno modo, & alij ad alium modum iudicari: tum: quia diuersa potest esse eorum causa, & disparratio defensionis, tum quia causa istorum licèt nasci videatur ex eodem delicto, nõ propterea dicitur indiuidua, immò plura dicuntur delicta ex pluralitate delinquentium, licèt delinquant circa eadẽ rẽ, *vt latè probat Crauett.*

consf.

conſ.332.num.2.& ſeq.par.2 ſubdens *nu.5.in fin.*quod tunc ſententia vnius Iudicis abſolutoria non derogaret ſeutentiæ alterius condemnatoriæ, & è contra.

S V M M A R I V M.

136 *In alternatiua locorum electio eſt actoris : declaratur, & limitatur num.145.*
137 *Debitor nunquam conſtituitur in mora, nec tenetur ad aliquod intereſſe, niſi prius facta per creditorem loci electione.*
138 *Creditor declarando poteſt eligere locum, vbi carior eſt æſtimatio.*
139 *Locus adiectus ſtipulationi includit tempus, quo quis poſſit ad eum peruenire quod arbitrio Iudicis remittitur.*
140 *Quid ſi debitor breuiori tempore ad locum deſtinatæ ſolutionis peruenerit.*
141 *Quando plura loca adiciuntur alternatiuè, debitor in quolibet loco poteſt in ſolidum conueniri.*
142 *Quid ſi plura loca copulatiuè, & generaliter adiciantur.*
143 *Quando certa loca limitatè ſunt adiecta, videtur eo caſu facta diuiſio debiti pro rata cuiuſlibet loci.*
144 *Promittens ſoluere Romæ, Florentiæ, vel vbicunque creditor voluerit, tunc ſub clauſula generali non continerentur loca magis diſtarent, quàm expreſſa.*
145 *Quando in alternatiua locorum electio ſit debitoris.*
146 *Debitor poteſt in alio loco conueniri, ſi ibi habeat domicilium, etiamſi vnus tantùm locus eſſet ſolutioni deſignatus.*
147 *Debitor poteſt etiam extra locum conuentum, vel deſtinatum ſoluere, ſi interpellato creditore ad recipiendum offerat ſoluere intereſſe.*
148 *Quæ mihi non nocent, & alteri proſunt, de facili ſunt concedenda.*
149 *An debitor cogi poſſit ad ſoluendum extra locum promiſſionis, ſoluto illi intereſſe.*
150 *Creditor, in cuius electione plura loca ſunt poſita, quando poſſit agere de aliqua mora ipſius debitoris, ſi locum elegerit, & num.152.*
151 *An electio loci fieri poſſit à procuratore non habente ſpeciale mandatum.*
152 *Reus non conſtituitur in mora, niſi actor, in cuius electiane plura loca ſunt poſita, in interpellatione exprimat, diem & ſpecificum locum.*

Quæſtio VII.

Cuius ſit electio in alternatina lacorum.

136 RESp.quod electio eſt actoris, *l.nan vtique, vbi Bart.nu.7 ff.de ea quod cert.loc.Vrſill.ad Afflict.*
*deciſ.316.nu.4.*vbi obſeruat quod debitor nunquam
137 conſtituitur in mora, nec tenetur ad aliquod intereſſe, niſi prius facta per creditorem loci electione, cum requiratur interpellatio, vt certo loco fiat ſolutio, *Alex.conſ.45.nu.5.& 5.vol.5.Gratian.diſcept. forenſ. cap.42.num.44.& ſeq.* vbi dicit, quod creditor declarando poteſt eligere locum, vbi carior eſt æſti-
139 matio, *Menoch.de Arbitr.Iud.lib.2.caſ.2 num.& ſeq.* vbi dicit, quod locus adiectus ſtipulationi includit tempus, quo quis poſſit ad eum peruenire, quod Iudicis arbitrio remittitur, *Mantic.de Tacit.lib.14. tit.*
140 *38 num.4. & 5.* ſubdens, quod ſi debitor breuiori tempore ad locum deſtinatæ ſolutionis peruenerit, confeſtim intelligitur obligatus.
141 Notandum eſt autem, quod quando plura loca adijciuntur alternatiuè, debitor in quolibet loco poteſt in ſolidum conueniri; idemque dicendum
142 eſt, quando plura loca copulatiuè, & generaliter adijciuntur, vt ſi debitor promiſerit ſoluere Romæ, Mediolani, & in quolibet alio loco, vbi fuerit inuentus, nè ex definita, & nimia diuiſione debiti, ſtipulatio reddatur inutilis, *Bart.in l.3.§.ſi quis ita 1. ff.de eo, quod cert loc.Papien, in form.libell. in act. hypothecar.§ ac reſtituere, nu.2.*
143 Notandum 2. quo vbi certa loca limitatè ſunt adiecta, videtur eo caſu facta diuiſio debiti pro rata cuiuslibet loci, & ſic pro rata tantùm poterit debitor in locis adiectis conueniri, *vt trad.Bart.& Papien. locis cit.*
144 Notandum 3. quod promittens ſoluere Romæ, Florentiæ, Paduæ, vel vbicunque creditor voluerit, tunc ſub clauſula generali non continerentur loca, quæ magis diſtarent, quàm expreſſa, *Rom.conſ.*180. *num.*10.
145 Notandum 4. quod regula prædicta, videlicet quod in alternatiua locorum electio eſt actoris, procedit poſt lapſum termini: nam ante termini lapſum eſt in electione debitoris ſoluere, in quo loco ſibi placuerit, niſi contrarium ſit actum, *vt d.Papien.loco cit.num.1.in fin.*
146 Notandum 5. quod licèt vnus tantùm locus eſſet ſolutioni limitatus, vel deſignatus, poterit tamen debitor in alio loco conueniri, ſi ibi habeat domicilium, *l 1.& ibidem DD. ff. de eo quod cert.loc.l. vn.C.vbi conuen qui cert.loc.dar.promiſ.l hæres abſens, §.fin.vbi Bart ff.de Iud.Papien.vbi ſupra nu.2.verſ.vbi autem &c.*
147 Notandum 6. quod debitor poteſt etiam extra locum conuentum, vel deſtinatum ſoluere, ſi interpellato creditore ad recipiendum offerat ſoluere intereſſe, ſi quod ille patiatur ex tali cauſa, *ex regu-*
148 *la, quæ mihi non nocent, & alteri proſunt, de facili ſunt concedenda, Bart.in l.qui Romæ, 122.nu.2.ff.de Verb. oblig.quem Doctores communiter ſequuntur, vt ait Nig.*
149 *de except.cap.2.§ 2.nu.21.* ſubdens, quod eadem ratione debitor cogi poteſt ad ſoluendum extra locum promiſſionis, ſoluto illi intereſſe.
150 Notandum 7. quod etiam creditor in cuius electione plura loca ſunt, locum elegerit, illumque notificauerit debitori, tamen non poſſet agi de aliqua mora ipſius debitoris, niſi ex parte creditoris oſtenderetur, ipſum, vel eius legitimum procuratorem adfuiſſe in loco illo electo ad quantitatem debitam recipiendam, *Alex. conſ.92 num.10.vol.1.* vbi id intelligit in caſibus, in quibus non requiritur conſignatio, & depoſitio, *& conſ.78.nu.14.vol.5.Riminal. conſ.736. num. 3.* vbi etiam dicit, quod huiuſmodi
151 electio fieri non poteſt à procuratore non habente ſpeciale mandatum, *Afflict.dec.116.nu.4.* vbi ſubijcit, quod, vt reus conſtituatur in mora, requiritur
152 quod actor in interpellatione ipſa exprimat diem, & ſpecificum locum.

S V M M A R I V M.

153 *Notarium regulariter probari non debet : limitatur nu, 161.& ſeq.*
154 *Notarium releuat ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi.*
155 *Manifeſta an indigeant probatione.*
156 *Iudex poteſt iudicare, ſiue attendere id, quod ei eſt notorium.*
157 *In notaria non iuratur de calumnia.*
158 *Notorium quando dicatur, vel probetur, & nu.162.*
159 *Præſens debet notorium allegare, non abſens.*

160 *Præsumptiones debent allegari, licèt sint liquidissimæ*
prabationes.
161 *Licèt notorium non indigeat probatione, debet tamen pro-*
bari, notorium esse.
162 *Notorium probatur etiam per duos testes.*
163 *Quando super notorio requiratur sententia declarato-*
ria.
164 *Negatio notorij non admittitur, quando factum esset om-*
nino notorium.
165 *Iudex potest sumere informationem, etiam parte non cita-*
ta, an aliquid sit notorium.
166 *Notorium facti transeuntis, quale est notorium facti præ-*
teriti, indiget probatione.
167 *Notorium probari debet, quando sumus extra locum no-*
torij.
168 *Notorium ex actis resultans, procedit in loco, vbi acta*
sunt.
169 *Notorium non releuat ab onere probandi, quando pro for-*
ma probatio exigitur, vel quando huiusmodi qualitas re-
quiritur ad fundandam Iudicis authoritatem, seu potesta-
tem.
170 *Quando ad probandum notorium sufficiat sola fama, &*
qualiter fama in tali casu probetur.

Quæstio VIII.

An & quando notorium probari debeat.

153 RESP. quod nototium, seu publicè notum re-
gulariter probari non debet, *glos. in clem. ap-*
pellanti, vers. alias causas, de Appellat. vbi etiam ob-
154 seruat, quod licèt notorium releuet ab onere pro-
bandi, non tamen releuat ab onere ptoponendi, *&*
in l. ciues, C. eod. tit. vbi, quod notoria non indi-
155 gent probatione, sed manifesta sic, *& in l. 1. ver.*
in consilio, C. Qui, & aduers. quos &c. vbi, quod
156 Iudex potest iudicare, siue attendere id, quod ei
est notum, vt notorium, etiamsi non probetur in
iudicio; secus si ei est notum vt priuato, non vt no-
torium, *Bald in l. si verò, §. qui pro rei, ff. Qui satisd. cog.*
157 vbi dicit, quod in notorio non iuratur de calum-
nia, *& in l. emptorem, ff. de Act. empt.* vbi dicit, quod id,
quod probatur per maiorem partem populi, vel
158 etiam per plures, quàm 20. testes, censetur noto-
rium, *Cephal. cons. 82. nu. 52. & cons. 108. num. 15. lib. 1.*
Viu. comm. opin. 548. num. 1. & seq. vbi dicit, quod præ-
159 sens debet notorium allegare, non absens, *Natt.*
cons. 275. n. 1. vbi, quod etiam præsumptiones iuris,
160 licèt sint liquidissimæ probationes, debent alle-
gari, *latè Mascard. de Probat. conclus. 1103. num. 1.*
& seq.
161 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quod licèt no-
torium non indigeat probatione, debet tamen pro-
bari, notorium esse, *secundum Bald. in l. emptorem, ff.*
de Act. empt. Natt. cons. 275. nu. 1. & seq. Viu comm. opin.
548. nu. 9. vbi dicit, quod notorium probatur etiam
162 per duos testes, *& opin. 549.* vbi addit, quod super
163 notorio requiritur sententia declaratoria citata
parte; hoc tamen procedere posset, si uotorium ne-
164 getur, *vt d. Mascard. d. conclus. 1103. num. 8.* subdens,
negationem huiusmodi non esse attendendam, quā-
do factum esset omninò notorium, *vide Viu. comm.*
165 *opin. 548.* vbi dicit, quod Iudex potest sumere in-
formationem, etiam parte non citata, an aliquid
sit notorium.
166 Limitatur 2. vt dicta conclusio locum habeat in
notorio facti transeuntis, quale est notorium facti
præteriti; hoc enim indiget probatione, quia potius
debet hoc dici manifestum, quàm notorium, *Bald.*
in d. l. emptorem, in addit. circa princ. & in l. si verò, ff. qui
pro rei, vers. adde quod quodlibet notorium &c. ff. Qui
satisd. cog. Mascard. de probat. concl. 1103. nu. 7. & seq.
167 Limitatur 3. vt dicta conclusio non procedat ex-
tra locum notorij: eo enim casu probari debet, *vt*
post Innoc. in cap. ex insinuatione de Appell. & alios trad.
168 *Mascar. d. concl. 1103. num. 27.* vbi etiam dicit, quod
notorium ex actis resultans procedit in loco, vbi
acta sunt.
169 Limitatur 4. quando pro forma probatio exige-
retur: quia tunc notorium non releuaret ab onere
probandi, *Alban. ad Bart. in l. cum quid, num. 6. ff. si*
cert. pet. & alij apud Mascard. loco cit. num. 32. subijcit,
quod nec releuaret ab onere probandi, quando
huiusmodi qualitas exigeretur ad fundandam Iu-
dicis authoritatem, seu potestatem.
170 Addit *Dec. in cap. 1. nu. 45. de Appell.* quod ad pro-
bandum, aliquid de antiquo, vel de longinquo no-
torium fuisse, sufficit sola fama, *vide Mascard. concl.*
1101. nu. 22. & seq. vbi dicit, quod hæc fama per duos
testes probatur.

SVMMARIVM.

171 *In citatione, quæ fit coram Iudice delegato, exprimi de-*
bet locus particularis, secus si fiat coram Ordina-
rio.
172 *Si ab initio locus à delegato in citatione depu-*
tatus fuit, non debet inferi locus in reliquis ci-
tationibus.
173 *Delegatus ad vniuersitatem causarum tenetur seruare*
locum delegantis.
174 *Interpellatio non afficit, quando non fit loco, vel tem-*
pore congruo.
175 *In dubio, quando arbiter non eligit locum, intelligitur*
de loco, vbi factum est compromissum.

Quæstio IX.

An & quando in citatione exprimi debeat locus.

171 INTER cętera, quæ ad citationem requiruntur,
etiam locus particularis in quo reus compare-
re debet, exprimendus est, *Specul. in tit. de citat. §.*
iam de citatione, num. 1 hoc tamen procedit in dele-
gato citante: secus est in Ordinario, qui habet cer-
tum, & deputatum Tribunal; & ideò potest citare
sine expressione loci, quia intelligitur de loco soli-
tæ residentiæ, *cap. cum parati, vbi DD. de Apell. Bart in*
l. si vt proponis, 5. C. Quomod. & quand. Iud. subdens,
172 quod si ab initio locus à delegato in citatione de-
deputatus fuit, non debet inferi locus in reliquis
citationibus, quia de illo intelligitur, dummodò sit
congruus litigantibus, & honestus, *Bald. in l. vt per-*
fectius, num. 11. Cod. de Annal. except. Marant. de Ordin.
Iudic. par. 6. tit. de citat. nu. 64. & in tit. de decisor. Iudic.
p act. num. 72. & seq vbi hoc intelligit in delegato ad
173 vnam causam particularem; secus in delegato ad
vniuersitatem causarum, qui tenetur seruare locum
174 delegantis, *Ciriac. contr. 103. num. 24.* vqi etiam ob-
seruat, quod interpellatio non afficit, quando non
fit loco, vel tempore, congruo.
175 Notandum est etiam, quod in dubio, quando
arbiter non eligit locum, intelligitur de loco, vbi
factum est compromissum, *Marant. d. tit. de Decisor.*
Iud. 1. act. num. 80.

SVM-

SVMMARIVM.

176 *In iudicio, quo agitur ad recuperandam possessionem, qua actor per vim se spoliatum esse dicit exprimi debet locus, & tempus: limitatur num. 178. & seq.*
177 *Quando intentatur remedium famosum, siue ciuiliter, siue criminaliter, requiritur expressio loci, & temporis.*
178 *Quando ex forma statuti, vel commissionis proceditur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, omnis solemnitas iuris positiui censetur reiecta.*
179 *Remedium can. redintegranda, 3. q. 1. non enumeratur inter remedia, quæ infamant, sed dicitur condictio oriens ex lege, vel canone prædicto.*
180 *In rebus Ecclesiasticis, seu clericorum, potest agi contra quemlibet possessorem non per interdictum vnde vi, sed condictione ex dicto canone.*
181 *Textus in d. can. redintegranda, inducit nouum, & specificum remedium possessorium contra quemlibet possessorem etiam non vitiosum, & ignorantem.*
182 *Condictio intentata infamiam non irrogat.*

Quæstio X.

Quando in interdictis exprimi debeat locus & tempus.

176 RESP. quod in iudicio quo agitur ad recuperandam possessionem, qua actor per vim se spoliatum esse dicit, exprimi debet locus, & tempus, quia hoc interdictum appellatur famosum, cum inducat infamiam saltem facti, *l. 1. §. interdictum hoc quia, ff. de vi, & vi armat. l. honori, & l. licet, ff. de obseq. glos. communiter recepta in l. neque, ff. eod. tit. de vi, & vi armat. Alex. cons. 6. num. 2. lib. 3.* quando autem inten-
177 tatur remedium famosum, etiamsi ciuiliter agatur, requirit expressio loci. & temporis, sicut quando criminaliter agitur, *l. item exigit, ff de dol. l. Prætor edixit, ff. de Iniur. cap. tuæ, de Procur. Bart. in l. edita nu. 5. C. de eden & in l. per procuratorem, ff. de obseq. & in d. l. 1. §. siue autem, ff. de vi, & vi armat. & in d. l. Prætor edixit, ff. de Iniur.*
178 Limita, quando ex forma statuti, vel commissionis, proceditur summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, quo casu omnis solemnitas iuris positiui censetur reiecta, *clem. sæpe contingit, de Verb. signif. Bart. in extrau. ad reprimendum, in ver. & figura &c. num. 5.* talis est solemnitas, vt exprimatur in libello locus, & tempus: hæc enim non à iure gentium, vel naturali, sed à iure ciuili inducta est, *d. l. Prætor edixit, & l. libellorum, ff de Accus.*
179 Limita 2. in remedio prodito *ex can. redintegranda, 3. q. 1.* hoc enim non enumeratur inter remedia, quæ infamant, cum dicatur condictio oriens ex lege, vel canone prædicto, *vt tradunt DD. in l. 1. ff. de Condict. ex leg. glos. communiter recepta in cap. cum ad sedem, ver. interdictum de Restit. spol.* vbi dicit, quod
182 in rebus ecclesiasticis potest agi contra quemlibet possessorem non per interdictum, vnde, vi sed condictione *ex d. canone, & ibidem Abb. nu. 26. & seq.* vbi etiam obseruat, quod *d. can. redintegranda*, procedit specialiter rebus ecclesiasticis, seu clericorum, & inducit nouum, & specificum remedium possessorium contra quemlibet possessorem etiam non vitiosum, & ignorantem; condictiones autem inten-
182 tatas infamiam non irrogare, constat *ex l. cessat, ff. de obligat. action. & obseruat etiam Alex. d. cons. 6. num. 2. lib. 3.*

SVMMARIVM.

183 *Forensis regulariter conueniri debet in loco sui domicilij.*
Actor sequi debet forum rei, ibidem.
184 *Potest reus conueniri in domicilio, quod habebat tempore contractus, & in nouo domicilio, quod postea acquisiuit.*
185 *Quid si reus habeat plura domicilia.*
186 *Ibi censetur quis habere domicilium, vbi maiorem fortunarum partem habet, etiamsi in alio loco habeat domum, vel alia bona.*
187 *Quando quis habet domicilium in varijs locis, debet attendi domicilium propriæ patriæ.*
188 *Is, qui assiduè conuersatur, vel commoratur in loco, potest ibi conueniri de contractibus etiam alibi gestis, etiamsi ibi domicilium adhuc non contraxerit.*
Quasi domicilium quando contrahatur, ibidem.
189 *Propter diuersitatem bonorum dicitur quis decedere cum duplici patrimonio.*
190 *Si in duobus locis quis forum sortiatur, fit separatio bonorum, vt quodlibet patrimonium secundùm suam legem, aut statutum iudicetur.*

Quæstio XI.

In quo loco forensis conueniri debeat.

183 RESP. quod regulariter conueniri debet in loco sui domicilij: actor enim sequi debet forum rei, *l. 2. C. de Iurisp. omn. Iud.* vbi, quod potest reus
184 conueniri in domicilio, quod habebat tempore contractus, & in nouo domicilio, quod postea acqui-
185 siuit; & si habeat plura domicilia, illud attendi debet, in quo magis versatur, vel maiorem partem facultatum habet, *l. vn. C. Vbi pet. tut. l. ciues, vbi glos. C. de Incol. lib. 10. Bald. cons. 411. n. 1. post med. vers. cōside-*
186 *randum est &c. lib. 1.* vbi dicit, quod licèt quis in loco habeat aliqua bona, pro quibus æstimum soluit, non tamen ex eo ibi censetur habere domicilium, nisi illic quoque habeat maiorem partem fortunarum; *Cephal. cons. 263. n. 6. & seq.* vbi dicit, quod spectandus est locus, vbi quis habet maiorem fortunarum partem, etiamsi in alio loco domum habeat pro æstiuo tempore, *Alciat. reg. 1. præsump. 37. num. 5.*
187 vbi dicit, quod quando quis habet domicilium in varijs locis, debet attendi domicilium propriæ patriæ vtpote principalius.
188 Notandum est etiam, quod is, qui assiduè conuersatur, vel commoratur in loco, potest ibi conueniri etiam de contractibus alibi gestis, etiamsi in eo loco domicilium adhuc non contraxerit, quia eo casu contrahit quasi domicilium, *vt inquit Abb. in cap. quod clericis, nu. 5. de for. comp.*
189 Notandum 2. quod propter diuersitatem bonorum, vt quodlibet secundùm suam legem, aut statutum iudicetur, *Cancer. var. cap. 1. de success. ab intest. num. 72. par. 1.*

SVMMARIVM.

191 *Vxor conueniri debet in foro mariti etiamsi ad eius domum nondum traducta fuerit.*
192 *Matrimonium est talis virtutis, vt transfundat originem vxoris in originem viri.*
193 *Nulla est maior vnio, quam vnio coniugalis, per quam vir,*

vir, & vxor efficiuntur vna caro.

194 *Vxor vti minus digna efficitur conciuis viri vti potentioris, & magis digni, & ligatur statutis loci, vbi vir commoratur, & num. 206 & 207.*

195 *Vxor desinit esse de proprio foro tam ratione incolatus, quàm ratione originis.*

196 *Mulier nupta non est ampliùs de familia patris, sed viri.*

197 *Mulier non sequitur forum originis viri, aut domicilij contracti ante matrimonium, sed solum domicilium habitationis illius contractum post matrimonium.*

198 *Vxor sequitur forum, & patriam viri etiamsi vidua remanserit.*

199 *Vidua viuit lege mariti in fauorabilibus, secus in odiosis.*

200 *Quando vidua retineat priuilegia viri, etiamsi transierit ad alium locum.*

201 *Vxor non potest conueniri, seu trahi ad forum originis, etiamsi ibi reperiatur, nec eiusdem originis statutis ligatur: declaratur num. 202.*

202 *Origo propria amitti non potest.*

203 *Quando statutum absolutè inhabilitat mulierem, tunc mulier dicitur arctata absolutè, & non liberatur à tali nexu, etiamsi extra locum statuti diuertat.*

204 *Stante statuto, quod forensis non possit in loco acquirere, mulier alibi nupta potest in loco originis acquirere, cum non dicatur forensis.*

205 *Vxor habet duo domicilia, vnum originis, alterum habitationis domicilij sui viri.*

206 *Stante statuto, quod proximiores forenses non possint succedere in bonis immobilibus ciuium, proximiores forenses non succederent in bonis immobilibus mulieris nuptæ in loco statuentium.*

An in tali casu debeatur proximioribus mulieris defunctæ æstimatio bonorum, ibidem.

207 *Statutum prohibens, nè forensis in territorio statuentium bona immobilia acquirat, non comprehenderet vxorem aliunde ductam.*

208 *Vxor sequitur forum mariti, etiam quando agitur de dissoluendo matrimonio.*

209 *An statutum prohibens, nè mulier nupta extra territorium succedat alicui de iurisdictione, locum habeat in legatis.*

210 *Actus factus in fraudem legis, est nullus ipso iure, in fraudem verò hominis valet, sed reuocatur.*

211 *An, & quando vir contrahat ciuilitatem, & incolatum in loco vxoris, si ipse ad domicilium vxoris accesserit.*

212 *Animus perpetuò manendi ex decennali habitatione præsumitur.*

213 *Quando domicilium statim contrahatur.*

Quæstio XII.

In quo loco conueniri debeat vxor.

191 RESp. quod conueniri debet in foro mariti,
vxor enim sequitur forum viri, etiamsi non-
dum ad eius domum traducta fuerit, *l. exigere dotem,*
vbi DD. ff. de Iurisd. de Iudic. l. cum quædam puella, ff. de
Iurisd. omn. Iud glos. in l ea quæ 32. ver. ante, ff. Ad mu-
nicip. Bald cons. 439. num. 4. vers respondetur, quod non
videbitur &c. lib. 4. & cons. 62. nu. 2. & cons. 100. lib. 5.
192 vbi dicit, quod matrimonium est talis virtutis, ac
naturæ, vt transfundat originem vxoris in origi-
nem viri, quia nulla est maior vnio, quàm vnio con-
193 iugalis, per quam vir, & vxor efficiuntur vna ca-
194 ro, *iuxta illud Genes. 2. erunt duo in carne vna;* vnde
vxor vti minus digna efficitur conciuis viri vti po-
tentioris, ac magis digni, & ligatur statutis loci,
vbi vir commoratur, *Gozad. cons. 70. nu. 5.* vbi, quod
vxor desinit esse de proprio foro non solum ratione
195 incolatus, sed etiam ratione originis, *Osasch. decis.*
196 *127. n. 1.* vbi, quod mulier nupta, non amplius de
familia patris, sed viri, *Corn. cons. 111. in princ. lib. 3.*
197 *Honded. cons. 6. n 14. lib 2.* subdens, quod non prop-
tereà mulier sequitur forũ originis viri, aut domi-
cilij contracti ante matrimonium, sed solum domi-
cilium habitationis illius contractum post matri-
monium, *& cons. 13. nu. 25. lib. 1.* vbi addit, quod vxor
198 sequitur forum, & patriam viri, etiamsi vidua re-
manserit: vidua enim domicilium viri retinet, do-
nec patriam viri non mutauerit, *l. filii, . vidua ff. Ad*
municip. & censetur esse in matrimonio, si honestè
viuat in loco mariti, *l. fin. C. de Bon. matern. l. feminæ, ff.*
de Senat. vide Corn. cons. 111. num. 4. versus fin. lib. 3. vbi
dicit, quod vidua viuit lege mariti in fauorabilibus,
199 secus in odiosis, *Surd. decis. 330. num. 28. & seq.* vbi
etiam obseruat, quod vidua retinet priuilegia viri,
200 etiamsi transiuerit ad alium locum, si tamen id
fecerit expulsa, & aliunde non habens vnde viue-
ret.

201 Ex his infertur 1. quod vxor non potest conue-
niri, seu trahi ad forum originis, etiamsi ibi repe-
riatur, nec eiusdem originis statutis ligatur, *latè*
Dic. in l. cum quædam puella, nu. 6. & seq. ff. de Iurisd. omn.
202 *Iud.* vbi id intelligit quoad ea, in quibus persona
mulieris distraheretur à seruitijs mariti, nam quoad
alia mulier nupta non mutat originem, *ex trad. per*
Bart. in l fin. §. item rescripserunt mulierem, num. 5. ff. Ad
municip. Bald. cons. 139. lib. 5. Alex. cons. 100. num. 1. lib.
3. vbi dicit, quod mulier nupta extra locum suæ ori-
ginis, nõ desinit esse ciuis Ciuitatis originis quoad
commoda, & fauores, dummodò propter id non se-
paretur à seruitio viri; & ideò gaudet beneficijs sta-
tuti Ciuitatis, vnde oriunda est *Mandell. cons. 23. nu.*
10. & 11. lib. 1. vbi dicit quod mulier sequitur fo-
rum, & statuta mariti quoad ea, quæ concernunt
beneficium mariti, quo verò ad alia retinet forum
originis propriæ, adeò vt soluto matrimonio cesset
penitus tale priuilegium, & mulier, eiusque bona
regantur secundùm statuta originis propriæ, *Iordan.*
elucubrat. diuers. vol. 3. lib. 13. tit. 8 de for. compet. n. 211.
Vinc. de Franch. decis. 416. num. 2. & seq. & decis. 546. nu.
29. & seq Carlenal. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 2. num.
65. & seq. vbi etiam dicit, quod propria origo amit-
ti non potest, *Merlin dec. 828. nu. 14. & 16.* vbi, quod
mulier alibi nupta subditur etiam statuto originis,
dum ex hoc non diuertitur à seruitio mariti; præ-
203 sertim si statutum absolutè inhabilitet mulierem,
quia tunc mulier dicitur arctata absolutè, & non
liberatur à tali nexu, etiamsi extra locum statuti
diuertat, iuxta distinctionem communiter à Docto-
ribus receptam, & pluries à Rota approbatam, *&*
præsertim dec. 238 par. 6. Recent. vide Cephal. cons. 171.
204 *nu. 30.* vbi dicit, quod stante statuto, quod foren-
sis non possit in loco acquirere, mulier alibi nupta
poterit in loco originis acquirere, quia non dicitur
forensis, *Thesaur. decis. 123. nu. 1. & seq* vbi etiam di-
205 cit, quod vxor habet duo domicilia, vnum ori-
ginis, alterum habitationis domicilij sui viri: pri-
mum retinet tantùm quoad sui, commodum, alte-
rum quoad omnia, & ità videntur magis commu-
niter concludere Doctores, *vt d. Caualcan. dec. 42. nu.*
46. & seq. par. 1.

206 Infertur 2. quod stante statuto, quod proximio-
res forenses non possint succedere in bonis immo-
bilibus Ciuium, qui sine testamento decesserint,
proximiores forenses non succederent in bonis im-
mobilibus mulieris nuptæ in loco statuentium, quæ

fine

fine testamento decessit, quia vxor propriè dicitur
ciuis illius Ciuitatis statutis, *Bart. in l. fin. §. item re-*
scripserunt mulierem, nu 4. ff. ad municip. Bald. cons. 139.
nu. 3. lib 5. Abb. cons 100. in fin. par. 2. latè Thesaur. dec.
123. nu. 9. & seq. vbi tamen subdit, quod in tali casu
debetur proximioribus mulieris defunctæ æstima-
tio dictornm bonorum.
107 Infertur 3. quod statutum prohibens, nè forensis
in territorio statuentium bona immobilia acquirat,
non comprehenderet vxorem aliundè ductam, quia
vxor non dicitur forensis, sed Ciuis, *vt supra dixi-*
mus, latè Surd. dec. 330. num. 9. & seq.
208 Infertur 4. quod vxor sequitur forum mariti,
etiam quando agitur de dissoluendo matrimonio,
Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 4. nu. 192.
209 Sed quæres, an statutum prohibens, nè mulier
nupta extra territorium, succedat alicui de iurisdi-
ctione, locum habeat in legatis? Resp. negatiuè,
quia tale statutum de successione vniuersali loqui
videtur, non autem de legatis, *l. quædam, §. nihil ff. de*
eden. Rip. in l. quæsitum, §. si quis cum tutor, ff. eod. tit. nisi
constaret de fraude, vt si mulieri nuptæ extra terri-
torium testator iure legati bona omnia, & sic in ef-
fectu successionem relinqueret, quia tunc tale lega-
tum, cum factum sit in fraudem statuti, non debere-
tur, *l. contra legem, & l. seq ff. de legib. Bart. in l. fin. num.*
5. ff. de Hered. instit. Ruin. cons. 125. nu. 2. lib. 1. vbi dicit,
210 quod actus factus in fraudem legis, est nullus ip-
so iure, in fraudem verò hominis valet, sed reuoca-
tur, *latè Cephal. consil. 191. nu. 6. & seq.*
211 Quæres 2. an vir contrahat ciuilitatem, & incola-
tum in loco vxoris, si ipse ad domicilium vxoris ac-
cesserit? Resp. quod aut vir ad domicilium vxoris
accessit recessurus, & vxorem ad domum suam re-
ducturus, & tunc nec ciuilitatem, neque incolatum
contrahit; aut vir accessit ad domicilium vxoris
animo ibi perpetuo permanendi, & tunc domici-
lium vxoris, non viri attenditur, *vt post Bald. Ias.*
& alios d. Honded cons. 6. nu. 15. tom. 2. Abb. d. cons. 100.
212 *propè fin.* talis autem animus ex decennali habita-
tione præsumitur, *Roland. cons. 79. num. 51. lib. 3. Gra-*
tian. discept. for. cap. 824. nu. 39. Ferentill. ad Buratt. dec.
244. num. 10. & seq. subdens, quod vbi quis declarat,
213 se velle in aliquo loco habitare, statim domici-
lium contraxisse censetur, nec est expectandum
aliud tempus, *ex trad. per Gail. lib. 2. obser. 35. num. 7.*
Menoch. de arbitr. Ind. cas. 86. num. 2 Rot. dec. 150. nn. 7.
par. 2. Diuers.

S V M M A R I V M.

214 *Domicilium, & habitatio inter se differunt, & quali-*
ter.
215 *Ius parochiæ quomodo acquiratur.*
216 *Ad acquirendum ius fori non simplex habitatio, sed do-*
micilium exigitur.
217 *Potest quis conueniri in loco domicilij, etiamsi ibi non re-*
periatur: & nu. 221.
218 *Forus domicilij est generalis, & vniuersalior omnibus*
alijs.
219 *In loco domicilij potest quis conueniri tam de contractibus*
alibi gestis, & de re alibi sita, quàm etiam de criminibus
alibi commissis.
220 *Quando requiratur præsentia Rei in loco, vt ibi conueniri*
possit.
221 *Vterque Iudex tam domicilij, quàm contractus habetur*
pro competente, ità tamen quod, coram quo primò fuit
cœptum iudicium, ibidem etiam finem accipere debeat.

Quæstio XIII.

An quis conueniri possit in loco domicilij.

214 PRæmittendum est, quod domicilium, & habi-
tatio valdè inter se differunt: & ideò non po-
test argui de habitatione ad domicilium; nam do-
micilium habere censetur is, qui in aliquo loco ani-
mo permanendi commoratur, veluti si ibi habeat
maiorem partem fortunarum suarum, nec inde sit
discessurus, *l. Ciues, Cod. de Incol. lib. 10. Spec. in tit. de*
compet. adit. num. 9. in fin. & sequitur nu. 1. habitatio-
nem verò potest quis habere etiam fine animo per-
manendi, dummodò non habitet tanquam hospes,
vt colligitur ex l. 1. § habitare, ff. de ijs, qui deiecer. vel ef-
fuder. Bart. in l. 4. §. Prætor ait, num. 24. ff. de damn. inf.
Menoch. lib. 6. præsumpt. 42. num. 2. Mascard. de probat.
215 *concl. 535. num. 30. & seq.* vbi dicit, quod vt aliquis
dicatur parochianus alicuius Ecclesiæ, seu Paro-
chiæ, non requiritur domicilium propriè sumptũ,
sed satis est habitatio notabilis temporis; vnde illi
Ecclesiæ tenetur soluere decimas personales, &
quartam Parochialem, & coram Parocho eiusdem
Ecclesiæ matrimonium celebrare, omissa Ecclesia
parochiali sui domicilij, cum ex huiusmodi habita-
tionem acquiraturius parochiæ, *cap quæsti sunt, 16.*
q. 1. cap. 1. de Sepult. cap. ad Apostolicæ, de Decim Carle-
ual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2 q. 1. n. 12. subdens, quod
216 ex huiusmodi habitatione non acquiritur ius fo-
ri, ad quod non simplex habitatio, sed domicilium
exigitur.
217 Ad quæsitum verò Resp. quod potest quis con-
ueniri in loco domicilij, siue ibi reperiatur, siue non
nam ratione domicilij adeò forus contrahitur, vt
declinari aliquo modo non possit, *l. hæres absens §. si*
quis tutelam, & §. proinde, & §. illud sciendum est, l. si
fideicommissum, §. sed & rescriptum est. ff. de Iudic. cap.
vlt. de for. comp. glos. communiter recepte in l. quod lega-
tur, ff. de Iudic. Spec. loco cit. Panor. in cap. 1. nu. 6. de for.
218 *comp.* vbi dicit, quod forus domicilij est generalis,
& vniuersalior omnibus alijs, *& in cap. vlt. nn. 37. &*
216 *seq. eod. tit.* vbi quod Iudex ratione domicilij po-
test in subditum exercere omnimodam iurisdictio-
nem, adeò quod potest ibi conueniri de omnibus
tàm de contractibus alibi gesti, quàm de re alibi si-
ta, quàm etiam de criminibus alibi commissis, *Gan-*
diu. de Malefic. nu. 1. vers. è contra videtur &c. Farinac.
in Pract. crimin. q. 7. num. 19. & seq. & alij permulti, quos
refert, & sequitur Carleual. loco cit. d. q. 1. num. 1. & seq.
230 vbi etiã obseruat, quod regulariter in loco cuius-
libet alterius fori necessaria est præsentia Rei in lo-
co, vt ibi possit conueniri, *l. dies cautioni, § Prætor ait,*
ff. de damn. inf §. si verò etiam quidam, in Auth. de exib.
reis &c. cap causam, de dol. & contum. latè Gail. lib. 2. ob-
seru. 36. num. 11. & seq. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 16.
num 12. Clar in Pract. crim. § fin. 39. in princ.
221 Amplia supradictam conclusionem, vt proce-
dat, etiamsi quis in loco non assiduam, sed inter-
uallatam habitationem teneat, ità vt ab vno loco
subinde ad alium discedat, & recedat, *vt d. Coler.*
de Process. execut. par. 2. cap. 1. num. 35. & 40. cum seq. vbi
subijcit, quod forus acquisitus ex contractu in cer-
to loco, non tollit forum domicilij, sed forum fo-
ro accumulat: vterque enim Iudex tàm domicilij,
quam contractus habetur pro competente, ità ta-
men quod, coram quo primò fuit cœptum iudi-
cium,

cium, ibidem, etiam finem accipiat, *Canonistæ in cap. Romana, §. contrahentes, de for. comp. in 6. latè Peregrin. de fideicom. art. 53. nu. 1. & 7.*

SVMMARIVM.

222 *Reus potest conueniri in loco contractus: declaratur, & limitatur nu. 231. & 239.*
223 *In contractibus inspicitur locus contractus, sicut in sententijs locus sententiæ, & in processibus locus processus.*
224 *In delictis inspicitur locus delicti.*
225 *Trasferens domicilium semper potest in ipso loco contractus conueniri de contractibus factis in primo domicilio.*
226 *Ex contractu gesto ab institore, seu Procuratore Dominus forum sortitur.*
227 *Tutor, & administrator publici, vel priuati officij conueniri debet apud Iudicem loci, vbi administratio gesta est.*
228 *Relatores, Aduocati Notarij, & Procuratores possunt conuenire pro sportulis, & salarijs litigantes coram eodem Iudice, apud quem lis agitata est.*
229 *Ad decernenda alimenta filio legitimo, vel naturali, aut etiam adulterino vel spurio competens est Iudex loci, vbi filius genitus, & natus est, & vbi mater domicilium habuit tempore generationis, & natiuitatis.*
230 *Rescissio contractus, quæ per iudicium fit, agitari potest etiam in loco contractus, & apud eius Iudicem.*
231 *Reus non potest conueniri in loco contractus, si ibi non reperiatur: limitatur nu. 233.*
232 *In contractibus regulariter non est locus remissioni.*
233 *Quando reus renunciauit priuilegio fori, tunc in loco contractus conueniri potest, etiamsi ibi non reperiatur, & num. 241.*
234 *Debitores fugitiui, & mercatores falliti remitti debent ad locum contractus.*
235 *Reus etiam existens extra territorium potest citari quoad missionem fiendam in bonis, quæ sunt in loco contractus, & num. 243.*
236 *Quando statutum, & consuetudo loci comprehendat etiam forenses.*
237 *Creditor in quo loco debitorem suum conuenire debeat, quando alibi contrahitur, & aliò destinatur solutio.*
238 *Contra eum, qui se se in Curia obligauit in forma Cam. proceditur per officium contradictarum, si ab Vrbe recessit non electo domicilio, aut non electo in actis procuratore.*
239 *Reus statim recessurus, qualis est viator, in loco contractus conueniri non potest limitatur nu. 244.*
240 *Diutina conuersatio facit conuersantem posse conueniri in loco, licèt ibi non habitet.*
241 *Debitor in loco contractus etiam non repertus conueniri potest, si ibi habeat officinam, vel alia bona.*
242 *Sortitur quis forum tam ratione rei immobilis, quàm mobilis, & se mouentis, ità vt Iudex illius loci possit contra bona procedere, etiamsi ibi debitor non reperiatur.*
243 *Quando Iudex bonorum dicatur incompetens.*
244 *Aduena, & viator statim recessurus potest in loco contractus conueniri, vt impleat ea, quæ secundùm naturam contractus sunt statim expedienda.*
245 *Emens equum certo pretio, quod statim soluit, si equus ei non tradatur, potest venditore conuenire, vt equum statim tradat.*
246 *Aduena, qui aliquid emit, non soluto pretio, potest cogi in foro contractus ad illud soluendum.*
247 *Non videtur habita fides de pretio, quando res traditur Aduenæ, seu ignoto, ac statum recessuro.*
248 *Exemptus contrahens in loco non exempto, potest ibi conueniri.*
249 *Contrahens cum aduena, si ei dederit terminum ad soluendum, vel aliàs eius fidem sequatur circa obseruantiam contractus, debet illum conuenire in loco domicilij, non contractus.*
250 *Contractus in quo loco censeatur celebratus, an in loco, vbi gestum est negotium, vel potius in loco, vbi facta est illius ratificatio.*
251 *Restitutio in integrum non petitur in loco, vbi factus est contractus, sed vbi domicilium habet is, contra quem fit restitutio.*
252 *Exceptio non numeratæ pecuniæ potest proponi coram Iudice loci contractus.*
253 *Locus à quo nuntius, vel epistola dirigatur, non inspicitur, sed in quo contractus perficitur.*
In mandato attenditur locus, in quem per litteras transmittitur consensus, ibid.
254 *Quid si contractus incœatur in vno loco, instrumentum celebretur in alio, & bona sint alibi.*

Quæstio XIV.

Quando reus conueniri possit in loco contractus.

222 QVod reus possit conueniri in loco contractus, constat *ex l. hæres absens 19. §. proinde, & l. omnem 20. ff. de Iudic. & ex §. hæc considerantes, & §. si igitur, in Auth. Vt omn. obed. Iudic collat. 5. tit. 20. cap. vlt. de for. comp. Spec. in tit. de compet. Iud. adit. §. 1. num. 2. vers. quinto ratione contractus &c. Bald. cons. 389. lib.*
223 1. vbi dicit, quod in contractibus inspicitur locus contractus, sicut in sententijs locus sententiæ, & in processibus locus processus, *& in cap. 1. num. 30. de*
224 *constit.* vbi quod in delictis inspicitur locus delicti, *Boer. dec. 114. num. 1. Coler. de Process. execut. par. 2. cap. 1. num. 68.* vbi dicit, quod qui contrahit alicubi, non exprimit clarè, vbi velit pro solutione pulsari; sed lex ipsa præsumit, aut potius fingit, contrahentem in loco, intendere saltem tacitè, quod velit etiam in illo loco iudicari, vel exigi, vbi negocium gessit, *Gratian. discept. for. cap. 379. num. 13. & 14.* vbi dicit,
225 quod transferens domicilium, semper potest in ipso loco contractus conueniri de contractibus factis in primo domicilio; nisi cum mutatione fori mutauerit etiam statum, vt si clericatum assumpserit, quia tunc non posset conueniri vigore contractus præcedentis coram Iudice sæculari, *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 4. num. 160. & seq.* vbi etiam
226 dicit, quod ex cotractu gesto ab institore, seu procuratore Dominus forum sortitur, *Dec. in l. si conuenerit, 18. nu. 31. ff. de iurisd. om. Iud. & in l. vinum. 22. nu. 11. ff. si cert. pet. Couar. pract. cap. 10. num. 4. Panormit. in cap. licèt, vlt. num. 33. de for. comp. Gail. obseru. pract. lib. 2. obseru. 1. num. 4. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 39. nu. 28.*
227 Ampliatur prædicta conclusio, vt locum habeat etiam in quasi contractu, vt est gestio tutelæ, & susceptio, ac administratio publici, vel priuati officij: talis enim administrator conueniri debet apud Iudicem loci, vbi administratio gesta est, *l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. l. hæres absens, §. si quis tutelam, & l. Argentarium, 45. ff. de Iudic. l. 1. C. vt omn. Iud. §. si quis autem in, Auth. de Administrat. coll. 7. Iordan. elucubr. diuers. vol 3. lib. 13. tit. 8. de for. compet. num. 209. Verall. dec. 342. p. 1. Cancer. var. par. 2. cap. 15. num. 66. & 67.* vbi
228 dicit, quod relatores, Aduocati, Notarij, & Procuratores possunt conuenire pro sportulis, & salarijs litigantes coram eodem Iudice, apud quem lis agitata est, etiamsi litigantes domicilium habeant in alij locis, quia tacitè actum videtur, vt ista salaria, & sportulæ soluantur in loco iudicij; habent enim connexionem cum lite, & causa principali, & ab ea dependent, & ideò idem esse debet Iudex vtriusque causæ, cum connexorum idem sit iudicium,

cium, *cap de prudentia, extr. de Donat. int. vir. & vxor.*
Boss. in tit. de for. comp. nu. 117. latè Carleual. de Iudic. lib.
1. tit. 1. disp 2. q 4. num 178. 181. *&* 183. vbi etiam di-
229 cit, quod ad decernenda alimenta filio legitimo,
vel naturali, aut etiam adulterino, vel spurio com-
petens est Iudex loci, vbi filius genitus, & natus est,
& vbi mater domicilium habuit tempore genera-
tionis, & natiuitatis, quia illa obligatio alendi libe-
ros in eo loco contracta est, in quo filius progenitus
est, & natus, *iuxta textum in l. omnem, ff. de Iudic.*
230 Ampliatur 2. etiam quando agitur de rescissione
contractus, quæ per iudicium fit: hæc enim agitari
potest etiam in loco contractus, & apud eius Iudi-
cem, *Bald. in l. in contractibus, 14. §. in omni, C. de non nu.*
pec. Dec. in l. vinum, 22. num. 11. ff. si cert. pet. Gratian. di-
scept. for. cap. 14. nu. 21. vbi de communi, Couar. var. cap.
4. num. 1. Gabr. de Consuet. lib. 6. conclus 2. num. 10. Rolan.
cons. 26. num. 34. lib. 2. Carleual. d. disp 2. q 4. num. 185.
& 192.
231 Declaratur tamen supradicta conclusio, vt pro-
cedat, quando reus reperitur in loco contractus, vel
quasi contractus: quod est regulare in omni foro
præter forum domicilij; secus si ibi non reperiatur,
l. hæres absens, in princ. ff de Iudic. cap. Romana, §. contra-
hentes, de for. comp. in 6. Bart. in l. 3. § si quis ità, num 3. ff.
de eo cert. loc Couar. pract. cap. 10 nu. 3. & alij apud Car-
leual. de Iudic. d. lib. 1. tit. 1 disp. 2. q. 4. nu. 170. 179. 183.
& 185. *& præcipue num.* 218. vbi dicit, quod absens
232 compellendus non est ad comparendum præcisè,
vt se defendat coram Iudice loci contractus, neque
Iudex loci contractus eo casu potest litteris requi-
sitorijs ad alios Iudices missis petere, vt reus ad se
remittatur, quia in contractibus regulariter non est
locus remissioni *Bart. & alij in l. 1. ff. si quis in ius vo-*
cat. non ier. Iordan. loco cit. num. 226. nisi reus renuncia-
23 uerit priuilegio fori: tunc enim in loco contra-
ctus conueniri potest, siue ibi inueniatur, siue non,
Iudex loci, vbi degit, remittet eum ad locum con-
tractus, *vt ibidem not. Bald. post med. vers. tertio modo*
sol. &c. Alex nu. 6. & 7. nec est mirum, quia tunc non
potest opponere declinatoriam, aut de foro compe-
tenti dicere, & videtur dolosè abesse, *Bartolom. So-*
234 *cin. ibi num.* 15. subdens, quod contra debitores fu-
gitiuos, & mercatores fallitos habebit locum remis-
sio ad locum contractus, *Abb. in cap. licèt, vlt. num. 36.*
335 *& seq. de for. comp.* vbi addit, quod si reus non re-
peritur in loco contractus, poterit adhuc citari
etiam existens extra territorium quod missionem
fiendam in bonis, quæ sunt in loco contractus, licèt
non possit inuitus cogi ad comparendum coram
Iudice contractus, *Coler. de Process. execut par. 1. cap. 3.*
236 *num. 167. & 173.* vbi dicit, quod statutum, & con-
suetudo loci cõprehendit etiã forenses tam in deci-
sorijs causæ principalis, quã in ordinatiuis proces-
sus, si in loco statuti contrahant, ac post moram in
loco contractus siue in in persona, siue in rebus suis
reperiantur, *& par. 2. cap. 1. nu. 55. vers. ceterum &c.*
237 vbi dicit, quod creditor, quando alibi contrahi-
tur, & aliò destinatur solutio, debitorẽ morosum nõ
potest conueuire iudicio ordieario in loco contra-
ctus, nisi ibidem reus etiam domicilium habuerit,
aut id expresse conuentum fuerit, sed debet eum
exigere in loco destinaræ solutionis, dummodò ibi-
dem reperiatur, *& latiùs cap. 3. num. 2. & seq. ead. par.*
2. vide etiam Ridolfin. in Prax. par. 1. cap. 3 num. 1. &
seq. vbi dicit, quod si quis in Curia obligatur in for-
238 ma Cameræ ab Vrbe recessit non electo domici-
lio, aut non relicto procuratore in actis, proceditur
contra eum per officium contradictarum.

239 Secundò principalis conclusio procedit, quando
aduena, cum quo contrahitur, in loco contractus
erat permansurus, vt si ibidem tabernam, pergu-
lam, horreum, armarium, seu officinam conduxit,
in quibus merces reponeret; tunc enim ibi creditur
moraturus, & ea mente venisse, vt moretur donec
satisfaciat contractibus ibi celebratis; secus si esset
statim recessurus, qualis est viator: quia tunc in lo-
co contractus conueniri nõ posset, *d. l. hæres absens, §.*
proinde, ff. de Iudic. Bald. in d. l. hæres absens, §. si quis tu-
telam, num. 1. Capel. Tholos. q. 103. Coler. de Process. exe-
240 *cut. cap. 3. nu. 179. par.* vbi dicit, quod diutina con-
uersatio facit, conuersantem posse conueniri in lo-
co, licèt ibi non habitet, *& cap. 1. num. 38. & cap. 3. nu.*
241 5. *par.* 2. vbi dicit, quod debitor in loco contra-
ctus, etiam non repertus conueniri potest, si ibi ha-
beat officinam; vel alia bona, *Couar. pract. cap. 10 vers.*
secundò ex vera &c. Rot decis. 847 num. 2. par. 3. lib. 3.
Diuers. Micch Graßus relat. in Syntagm. opin. commun. de
Contract. loc. 4. tit. 5. de reb. credit. cap. 1. num. 1. vers. no-
ta tamen &c. vbi quod si contrahens habeat bona in
242 loco contractus, poteri Iudex loci istius præce-
dente citatione, & Reo contumace actorem mittere
in possessionem dictorum bonorum, *Ciriac. contr.*
318. *num* 21. *& seq.* vbi, quod sortitur quis forum tam
ratione rei immobilis, quàm mobilis, & se mouen-
tis, ità vt Iudex illius loci possit contra bona proce-
dere, etiamsi ibi debitor non reperiatur; secus si ibi
bona non possideat, *Coler. d. cap. 1. num. 39.* vbi dicit,
243 quod si debitor in loco, vbi bona possidet, non
contraxit, & alibi domicilium fixit, iudex bono-
rum dicitur incompetens, *Carleual. d. lib. 1. tit. 1. disp.*
2. q 4. num. 237. & seq.
244 Obserua tamen, quod aduena, & viator statim
recessurus potest in loco contractus conueniri, vt
impleat ea, quæ secundum naturam contractus sunt
statim expedienda; quia tacitè actum videtur, vt in
eodem loco, in quo contrahitur, statim contractns
impleatur; alioquin huiusmodi aduenæ decipere
possent secum contrahentes, *contra tex. in l. conueni-*
ri, ff. de Pact. dotal. vide Carleual. loco proximè cit. vnde
si quis emit equum certo pretio, quod statim sol-
245 uit, & equus ei non traditur, poterit emptor con-
uenire venditorem, vt equum statim tradat, *vt d.*
Bart. in d l. hæres absens, §. proinde, nu. 1. post med. Bald.
ibidem in §. si quis num. 1. & alij communiter; item si ad-
uena aliquid emerit non soluto pretio, poterit con-
246 ueniri in foro contractus, vt ab eius loci Iudice
ad soluendum cogatur, etiamsi res tradita fuerit:
247 nam licèt quando res traditur simpliciter non
tradito pretio, videatur habita fides de pretio, *se-*
cundùm glos. communiter receptam in l. quod vendidi, 19.
ff. de Contrab. empt. hoc tamen fallit in aduena: non
enim est verisimile, quod huiusmodi fides habeatur
ignoto, ac statim recessuro, *Bald. in l. si non donationis,*
8. C. de Contra. empt. & in rub. C. de reuoc. ijs, quæ in
fraud. num. 5. Capel. Tholos. q. 103 num. 3. Panor. in cap.
licèt, vlt. num. 33. & seq. de for. comp. vbi dicit, quod si
248 exemptus etiam transitoriè contraheret in loco
non exempto, posset ibi conueniri, *Mantic. de Tacit.*
lib. 4. tit. 21. num. 9 vers. tertio notandum &c. Carleual.
d. disp 2. q. 4. num. 239. & seq. subdens, quod contra-
249 hens cum aduena, si ei dederit terminum ad sol-
uendum, vel aliàs eius fidem sequatur circa obser-
uantiam contractus, debet illum conuenire in lo-
co domicilij, non contractus, *latè Natt. cons. 430.*
num. 19.
250 Notandum est autem, quod forum contractus,
seu quasi sortitur quis in loco, in quo expresè, vel
taci-

tacitè gestum est negotium, non autem in loco, in quo ratum habetur, *secundum Bald. in l. si pecuniam, num.6.C.de neg.gest.& in l.ex placito,num.6. vers. octauo &c.C.de rer. permut. Carleu. d.lib.1.disp.2. q.4. num. 279.Mantic.de tacit.lib. 4.tit.39.num.*28. contrarium tamen videtur sensisse *Rot.decis.62.num.*18.*&* 19.*par.* 7.*Recent.* vbi, quod contractus censetur celebratus in eo loco, in quo facta est illius ratificatio, & ideò spectari debet statutum loci, in quo perfectus est contractus per ratificationem, non autem loci, in quo nomine ratificantis gestus fuit.

251 Notandum 2.quod restitutio in integrum non
petitur, vbi factus est contractus, sed vbi domici-
lium habet is,contra quem fit restitutio, *Bart. in l.*
qui loco certo, num.2.ff.de Condict.indeb.Cacher. dec. 78.
252 *num.4. &* 15.exceptio verò non numeratæ pecu-
niæ potest proponi coram Iudice loco contractus, *l.*
in contractibus,§.vlt. C.de non numer.pec.

253 Notandum 3. quod non inspicitur locus, à quo nuntius,vel epistola dirigitur,sed in quo contractus perficitur; & ideò si quis per nuntium, vel epistolam fundum vendiderit alicui existenti Bononiæ, contractus Bononiæ intelligitur celebratus, & ibi agi potest, quia ibi consensus vtriusque verè coniungitur, & contractus perficitur, *Coler. de Process. execut.par.2.cap.1.nu.66.Gratian.discept.for.cap.* 531. *num.41.Cocc in.d.c.116 num.1. Carleual. de Iudic. lib.3. tit.13.num.60.Bellon.decis.161. nu.4.* vbi etiam obseruat,quod in mandato attenditur locus,in quem per litteras transmittitur consensus.

254 Notandum 4.quod si contractus ineatur Venetijs, instrumentum celebretur Paduæ, & effectus contractus referatur Vicentiæ, vt quia ibi sint bona in contractum deducta, locus instrumenti non attenditur ad hunc effectum sortiendi forum, nisi actum esset, quod de illo contractu conficienda sit scriptura: nam tunc non dicetur contractus ante confectam scripturam, & sic attenderetur locus, in quo ipsam stipulari, contigerit, *l. contractus, C. de fid.instrum & post Abb.& alios trad.Iordan. Elucubr.diuers.vol.3.lib.13.tit.8.de for.compet.num.*212.

S V M M A R I V M.

255 *Debitor repertus in loco, potest coram Iudice eiusdem loci conueniri, etiam super contractibus alibi celebratis: limitatur num.*256.

257 *Viatores non possunt iurari suspecti ratione recessus.*

Quæstio XV.

An & quando possit quis conueniri in loco, vbi repertus fuerit.

255 Regula est, quod debitor repertus,seu inuentus in loco,potest coram Iudice eiusdem loci conueniri, etiam super contractibus alibi celebratis, quia in tali casu illic forum sortitur,nec Iudex domicilij iure inhibere potest, *cap. Romana, §. contrahentes,de for.comp.in 6.l.hæres absens, ff. de iudic.glos.in cap.fin.ver.seu contractus,extr. eod.tit.Coler. de Process.execut.par 2.cap.1.num.36.Ciriac.contr.*318. *num.*18.*& seq.*

256 Limita, si in eo loco accessisset ex causa necessa-
ria, & probabili, veluti ex causa legationis,aut stu-
dij, vel ex causa iudicandi, aut testimonium feren-
di,vel ex causa alicuius litis,aut visitandi parentes,
aut filios,aut pro animæ salute; tunc enim non pos-
set conueniri, nisi ibi contraxerit, *l.2.§.legatis, vbi*
Bart.& alij,ff.de iud.Bald. in l.hæres absens,§.si quis tu-
257 *telam. num. 3. ff.de iudic.* vbi dicit, quod viatores,
cum præsumantur recessuri, ideò non possunt iura-
ri suspecti ratione recessus, *latè Peregrin.de fideicom.*
art.53.num.7.

S V M M A R I V M.

258 *Quando contractus in vno loco fit, & solutio destinatur in alium locum expressum, reus non est conueniendus in loco, vbi contractus fuit celebratus, sed in loco, vbi fuit destinata solutio,& num.261.limitatur num.265. declaratur num.273.& seq.*

259 *Quid si solutio tacitè destinata fuerit.*

260 *Et quid si contractus fuerit celebratus Romæ, quæ est communis patriæ.*

261 *Quid operetur obligatio cameralis.*

262 *An ex vi obligationis cameralis possit quis conueniri extra locum destinationis.*

263 *Si quis existens Romæ vendat fundum existentem Neapoli, inspiciendus erit locus Neapolis.*

264 *Si post perfectum contractum in vno loco, adijciatur ex interuallo destinatio solutionis in alium locum, promissor potest conueniri tam in loco contractus, quàm destinatæ solutionis.*

265 *Quid si contractus fiat in vno loco, & conditionis implementum destinetur in alio.*

266 *Quando contractus fit in vno loco, & solutio destinatur in quemlibet locum, nullo in specie expresso, potest reus conueniri in quocunque loco inueniatur: limitatur num.* 267.

267 *Quid si promissor in aliquo loco reperiatur casu iter faciendo, vel nauigando.*

268 *Reus in loco destinatæ solutionis potest conueni, etiamsi inueniatur tanquam aduena, & statim recessurus.*

269 *Si contractus fiat in vno loco, & solutio destinetur in multa loca alternatiuè,reo non soluente in vno ex istis locis, in electione est actoris, eum conuenire vbi ipse voluerit.*

270 *Quando contractus fit in vno loco, & solutio destinatur in multa loca copulatiuè, videntur pro rata diuisæ summæ debitæ quantitatis in tot loca, quot continet solutionis destinatio: limitatur, num.271. & seq.*

271 *Quando coniunctiua pro disiunctiua accipi debeat.*

272 *Quid si in contractu exprimantur duo vel tria loca, in quæ solutio destinetur, & subiungatur clausula generalis, videlicet, & vbicunque reus fuerit inuentus.*

273 *Locus destinatæ solutionis attendi debet in ijs, quæ spectant ad sortiendum forum, quæque respiciunt executionem ipsius contractus, secus si ageretur de alijs effectibus.*

274 *Quando agitur de solemnitate contractus, de eius interpretatione, viribus obligationis, modo cauendi, & consequenter de litis decisione, attenditur locus contractus, eiusque consuetudines, & statuta, & non locus, in quem collata est solutio.*

275 *Quando inspiciatur locus contractus, & quando locus, in quo mora committitur.*

276 *Mora contrahitur in loco, vbi destinata fuit solutio.*

277 *In promissione dotis inspicitur consuetudo loci mulieris, vbi fit contractus; secus si agitur de restitutione, seu repetitione dotis, quia tunc attenditur consuetudo loci mariti.*

278 *Exactio dotis censetur destinata in loco, in quo vir domicilium habet, si fuerit constituta in pecunia.*

279 *Quando agitur de resolutione contractus, inspicitur locus iudicij, vbi quis debet conueniri.*

280 *Attenditur consuetudo loci mariti, quando contractus est celebratus in loco domicilij ipsius mariti.*

281 *Quid si contractus celebratus fuerit in alio loco tertio.*

282 *Reus ità demum conueniri potest in loco destinatæ solutionis, si ibidem inueniatur, secus si absit: limitatur num.* 283.*& seq.*

An ad hunc effectum sufficiat præsentia procuratoris,ibid.

Reus

Quæstio XVI.

An & quando quis possit conueniri in loco destinatæ solutionis.

258 QVia diuersimodè possunt concipi verba, quibus in locum à contractus loco diuersum destinari solet solutio, ideò diuersi à Doctoribus distinguuntur casus.

Primus est, cum contractus in vno loco fit, & solutio destinatur in alium particularem locum expressum, v.g. si contrahitur Neapoli, & destinatur solutio facienda Romæ: & in hoc casu Reus non est conueniendus Neapoli, vbi contractus fuit celebratus, sed Romæ, vbi solutio destinata fuit: tunc enim iuris censura non intelligitur quis contraxisse in loco, vbi fuit celebratus contractus, sed in eo loco, in quem solutio destinata est, *l. hæres absens, 9. §. illud sciendum, ff. de Iudic. l. contraxisse, 20. ff. de Action. & obligat. l. 3. ff. de bon. author. Iud. possid. l quæro, ff. de solut. Bart. in d. l. quæro, & in l. si fideicommissum, 50. num. 1 ff. de Iudic. & in d. l hæres absens, §. proinde num. 1. in fin. Panorm. in cap. vlt. nu. 30. de for. comp DD. in Syntag. opin. comm. de Contract. loc. 4. tit. 5. de Reb. cred. cap. 1. in princ. Carleual. de Iudic lib. 3. tit. 13. num 59. & seq. & lib. 1. tit. 1. q. 4. nu. 248. cum seq* quod procedit, etiam
259 si tacitè solutio destinata sit; in hoc enim idem operatur tacitum, quod expressum, *Dec. in cap. 1. in 1. lectur. num. 124. 149. & 151. cum seq. de Iudic. Couar. pract. cap. 10. num 5. vers sexto &c. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 39. num. 22.* vbi ampliat, etiamsi Romæ, quæ
260 est communis patria, contractus fuerit celebratus, quia etiam in tali casu Reus conueniri debet in loco destinatæ solutionis, *Bellon. dec 105. nu. 2. & seq.*
261 *Rot. apud Zacch. de oblig. cam decis 78. nu. 6.* vbi dicit quod obligatio cameralis, licèt operetur, vt quis vbique conueniri possit, non tamen operatur, vt
262 solutio certo in loco destinata alibi fiat.
263 Ex quo infertur, quod si quis existens Romæ V. G. vendat fundum existentem Neapoli, inspiciendus erit locus Neapolis, vbi res extat: ibi enim venditor censetur contraxisse, *Bald. in l. multum, num. 11. C. si quis alter. vel sib. Rot. apud Zacch. de oblig. camer. decis. 78. num. 7. Carleual. d. q. 4 num. 261, vbi cit. Hypp. de Marsil. in repet. l. vlt. nu. 204. ff. de Iurisd. omn. Iud. Felin. in cap. 1. num. 23. de Sponsal.*
264 Limita, si post perfectum contractum in vno loco, adijciatur ex interuallo destinatio solutionis in alium locum: tunc enim promissor potest conueniri tam in loco contractus, quàm destinatæ solutionis; hoc enim casu forus solutionis accumulatur foro contractus, *Dec. in cap. 1. in 1. lect. nu. 152. de Iudic. Barbos in d. l. hæres absens, in princ num. 85. & ibidem in §. proinde, num. 50. & alij apud Carleual. d. q. 4. nu. 260.*
265 Limita 2. in conditionis implemento: nam si contractus geritur in vno loco, & conditionis implementum destinatur in alio, attenditur locus contractus, non autem locus implementi conditionis, *l. si filius fam. ff. de verb. oblig. Iordan. Elucubr. diuers. vol. 3. lib. 13. tit. 8. de for. comp. num. 213.* vbi dicit quod implementum conditionis trahitur ad diem contractus.
266 Secundus casus est, quando contractus fit in vno loco, & solutio destinatur in quemlibet locum, nullo in specie expresso; & hoc casu potest reus conueniri in quocunque loco inueniatur, *Spec. lib. 2. tit. de compet. Iud. adit. §. 1. num 18. & 19. Dec. in l si conuenerit, 18. num. 31. ff. de Iurisd. omn. Iud. Vinc. de Franch. decis. 177. num. 2.*
267 Limita, si in aliquo loco promissor casu reperiatur in transitu iter faciendo, vel nauigando: tunc enim in eo loco non potest côueniri, cum non sit verisimile, quod promissor se ad hunc casum adstrinxerit, *vt colligitur ex d. l. hæres absens, §. proinde, & tradit Dec. in cap. 1. in 1. lect. num. 168. de Iudic. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 39. nu. 9.* præsertim si pertransiret per aliquem locum peste infectum, aut aliàs non tutum, *Carleual. loco cit. d. q. 4. num. 254* quamuis contrarium in hoc sentire videatur *Bart. in d. l. hæres absens, §. proinde nu. 1. in fin.* vbi dicit, quod reus in loco destinatæ solutionis potest conueniri, etiamsi inueniatur tamquam aduena, & statim recessurus.
269 Tertius casus est, si contractus fiat in vno loco, & solutio destinetur in multa loca alternatiuè, vt si contrahens Neapoli, promittat soluere Velitris vel Romæ, & in tali casu non soluente reo in vno ex istis locis, in electione est actoris, reum conuenire in eo loco, in quo ipse voluerit; sicut enim electio est rei, vbi soluat, ita electio est actoris, vbi petat, *l. non vtique, 3. ff. de eo quod cert. loco &c. vbi DD. Coler de Process. execut. par. 2. cap. 1. nu. 45. Carleual. d. q. 4. num. 255.*
270 Quartus casus est, quando contractus fit in vno loco, & solutio destinatur in multa loca copulatiuè:

& in

& in hoc casu videntur pro rata diuisæ summę debitæ quantitatis in tot loca, quot continet solutionis destinatio, ità vt si sunt duo loca, solutio, & petitio fiat per medietates, si tria, per tertias partes, si quatuor, per quartas, *iuxta tex. in d. l. non vt que, 3. §. si quis ità, vbi DD. ff. de eo. quod cert. loc.*

271 Limita 1. vbi ageretur de promissione rei indiuiduę; nam tunc, nè contractus vitietur, coniunctiua pro disiunctiua accipitur, *l. sepè, 53. ff. de Verb. signif. glos. in l. & puto, 16. § Iulianus, ver. non communicati, ff. Fam. ercisc. Bald. in cap. licèt, vlt. nu. 3. de Translat. Episc. Ang. in §. omnium autem actionum, nu. 24. Inst. de Action. Carleual. loco cit. num. 256.*

272 Limita 2. si exprimantur in contractu duo, vel loca, in quæ solutio destinetur, & subiungatur clausula generalis, videlicet, & vbicunque reus fuerit inuentus; eo enim casu totam quantitatem tenetur in quolibet loco soluere, nec videntur pro rata diuisæ partes solutionis, quia si præstatio per loca singula diuideretur, ad tam paucas redigeretur summas, vt creditori esset inutilis, *contra tex. in l. quoties, ff. de reb. dub. & ità sensit Bart. in d. l. non vtique, 3. §. si quis ità, num. 1. Carlenal. d. lib. 1. disp. 2. q. 4. num. 257.* vbi dicit, quod ex contractu istis verbis concepto non potest promissor conueniri in locis remotioribus, quàm sint expressa, *arg. tex in l. vlt. §. cui dulcia, ff. de Trit. vin. & oleo legat. clem. non potest, in fin. de Procurat. cap. sedes, 15. de Rescript.*

273 Declaratur tamen principalis conclusio, vt locus destinatæ solutionis attendi debeat in ijs, quæ spectant ad sortiendum forum, quæque respiciunt exe-

274 cutionem ipsius contractus: non autem vbi ageretur de alijs effectibus, videlicet de solemnitate contractus, de eius interpretatione, viribus obligationis, modo cauendi, & consequenter de litis decisione; in his enim attenditur locus contractus, seu negotij gesti, eiusque consuetudines, statuta, & non locus, in quem collata est solutio, *l. vt fundus, ff. Comm. diuid. l. si fundus, vbi Bart. ff. de Evict. l. 2. C. Quemad. testam aper. idem Bart. in l. 1. num. 13. & seq. C. de Sum. Trinit. & in l. semper in stipulationibus, 35. num. 2. vbi etiam Dec. nu. 8. ff. de reg. Iur. Alex. cons. 21. num. 3. lib. 2. idem Dec. in l. si conuenerit, 18. num 32. ff. de Iurisd. omn. Ind. Colet. de Process. execut par 2. cap. 1. num 68. & seq. Panorm. in cap. dilecti, 17. num. 6. & in cap licèt, vlt. nu. 30. de for. compet. Guid. Pap. decis. 262. Bellon. dec. 105. num. 2 & seq. Iordan. loco cit. num. 210. Gabr. lib. 6 commun. conclus. tit. de Consuet. conclus. 2. num 1. & 6. & alij apud Carleual. d. lib. 1. tit 1. disp 2. q. 4 nu. 382. & seq. Ludon. decis. Lucen. 39. num. 2. & seq. quibus adde Gratian. discept for. cap. 42. num 39 & seq. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. n. 48. & seq.* vbi dicunt, quod in ijs, quæ oriun-

275 tur tempore contractus secundùm eius naturam, inspicitur locus contractus: in ijs verò, quæ postea contingunt propter moram, inspicitur locus, in quo mora committitur; vnde si contractus celebratus fuerit Romæ, & solutio destinata fuerit Perusij, & ibi extet statutum, quod debitum præscribatur spatio decem annorum, transacto decennio potest opponi exceptio præsumptionis solutionis ex statuto Perusij, quia in eo loco mora contrahitur, *ex trad.*

276 *per Bart. in l. cunctos populos, num. 13 in fin. cum seq. C. de Summ Trinit. Ruin. cons. 117. num. 12. lib. 5. Cornu. cons. 205. num. 9. lib. 3. Paul. Rub. in annot. ad decis. 6. num. 53. & seq par. 3. recent.*

277 Notandum est autem, quod in promissione, seu traditione dotis, seu in conficiendis instrumentis dotalibus inspicitur consuetudo loci mulieris, vbi fit contractus, *Panorm. in cap. 1. num. 10. de Sponsal.* vbi dicit, quod quando agitur de solemnitate contrahendi, debet semper obseruari consuetudo loci, vbi matrimonium contrahitur, etiamsi ambo contrahentes sint forenses; secus si agitur de restitutione, seu repetitione dotis quia tunc attenditur consuetudo loci mariti, *l. exigere dotem, vbi DD. ff. de Iudic. Rot. recent. decis. 229. num 2. & dec. 174. nu. 6. par. 4. tom.*

278 *2. & decis. 810. num. 8. par 8.* vbi, quod exactio dotis censetur destinata in loco, in quo vir domicilium habet, si fuerit constituta in pecunia, *Panorm. in cap. vlt. num. 30. de for. comp.* vbi etiam dicit, quod licèt in actu gerendo inspiciatur consuetudo loci, vbi fit

279 contractus, tamen si agitur de resolutione contractus, inspicitur locus iudicij, vbi quis debet con-

280 ueniri, *latè Afflict. decis. 226.* subdens, quod attenditur consuetudo loci mariti, quando contractus est celebratus in loco domicilij ipsius mariti, vel in

281 alio loco tertio *Surd. dec. 227 num. 6. & 7.*

282 Declaratur 2. principalis conclusio, vt ità demum possit reus conueniri in loco destinatæ solutionis, si inueniatur, secus si absit, *Innoc. in cap. dilecti, num. 2. de for. comp. Panorm. in cap. 1. nu. 23. de Iudic.* & quidem requiritur præsentia ipsius Domini, nec sufficeret præsentia procuratoris, *vt inquit Dec. in d. cap. 1. in 1. lectur. num. 158. de Indic. & in l. si conuenerit, 18. num. 33. & seq. ff. de Iurisd. omn. Iud. Carleual. d. disp. 2. q. 4 num. 262. quicquid dicat Menoch. lib. 6. præsumpt. 6.*

283 Excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus etiam absens conueniri potest in loco destinatæ solutionis: quorum primus est, quando reus se submisit Iudici loci destinatæ solutionis cum renunciatione proprij fori: tunc enim videtur voluisse, quod tantùm ibi causa decidatur, *Iaf. in l. 1 ver. pro non dato, ff. si quis in ius vocat. non iet. Dec. in d. cap. 1. in t. lect. num. 165. & seq. vbi de communi testatur.*

284 Secundus est, si aliquando ibi comparuit in iudicio, & postea recessit; iudicium enim cęptum est semel, ibi & finem accipere debet, *l. vbi acceptum, ff. de Iudic. l. consentaneum, vbi Bald. num. 7. C. Quom. & quan. Ind. l. si si qui Romæ, 34. inniba glos. ff. de Iudic. Innoc. in cap. præterea, nu 1. vers. si autem vocatus venit, de dilat. Panorm. in cap. vlt. num. 36. de for comp. Carleual. d. q. 4. num. 230. & 265. Cocin. dec. 216. nu. 25 & 26.* vbi dicit

285 quod citatus in aliqua habitatione, & post citationem comparens in iudicio, videtur illam habitationem approbare pro domicilio; comparitio enim

286 partis validat citationem nulliter executam, *vide Bart. in d. l. vbi acceptum, ff. de Iudc.* vbi etiam obser-

287 uat, quod acta siue Arbitri, siue alterius Iudicis delegati, vel ordinarij, qui non habent certum locum maiorum, possunt fieri in diuersis locis *d. par. 2. cap. 1. num. 40.* vbi, quod iudicium etiam per solam

288 citationem cęptum dicitur non opposita declinatoria fori, *Peregrin. de fideicomm. art. 53. num. 5. Gratian. discept. for cap. 389. num. 12.* vbi dicit, quod legi-

289 timè citatus tenetur apud Iudicem, coram quo fuit citatus, causam prosequi, etiamsi post talem citationem mutauerit forum.

290 Addit *Coccin. vbi supra num. 24.* quod electio domicilij facta ex eo, quod quis non habet sedem permanentem, & reperiri non potest, operatur, vt quis citatus domi dimissa copia, habeatur tamquam personaliter citatus.

291 Tertius est, quando quis in certo loco soluere promisit, & ibidem se repræsentare, præsertim si fuit adhibitum iuramentum *Bald. in l. cum Archimedoram, num. 5. 6. & 7. Vt in possess. legat.* vbi dicit, quod in tali casu ad eum locum fit remissio, *Dec. in d. cap. 1. in 1. lect.*

lect.n.162.& seq.de Iudic.Couar.pract.cap.10.n.6. vers. Duodecimo &c.

292 Quartus est, quando quis promisit soluere in certo
loco,& certa die,puta Florentię,in die S.Ioãnis,*Bald.*
in c.1.n.9.Milit.Vas qui cõtum.est,Dec.in d.c 1.n.1.lect n.
164.Idic.Couar.loco cit.c.10.n.6.vers. Decimotertiò &c.
ratio est,quia quando quis promisit se repræsentare,
aut soluere certo loco,& tẽpore,si postea se nõ repręsentat,
aut non soluat,videtur per dolũ ab eo loco ab
esse,& ideò habetur pro præsente ; quemadmodũ is ,
293 qui dolo desijt possidere,habetur pro possessore,*l.*
is,qui dolo,ff.de rei vind.Mobed.dec.1.aliàs 102. de Vsur.
294 vbi,quod debitor in tali casu tenetur ad interesse,
etiã si non fuerit expresse promissum;quod præcipuè
locum habet, quando Ecclesia procedit cõtra clericũ
absentem,vel vxor cõtra maritum etiã absentem:tũc
295 enim sufficit citatio in domo executa,cum clericus
teneatur residere in Ecclesia,& maritus cũ vxore habitare,
Innoc.in cap.si aduersarius,n.4. de eo qui mittit.in
possess.caus.rei seru. vide Carleual.d.lib.1.tit.1.disp.2.q.4.
nu.268 & seq.Dec loco cit.in d.c.1.n 159.& seq.de Iudic.
296 Quintus est,vbi quis in aliquo loco incępit partẽ
debiti pręstare:tũc enim ibi cõueniri poterit,vt totũ
pręstet, modò ibi forũ sortiatur aliqua ratione,veluti
cõmunis patriæ,originis propriæ,aut paternæ quia
faciliùs quod est prorogatur,*Peregrin.de fideic.art.53.*
297 Notandũ est etiã,quod solutio fieri debet de moneta
currenti,& visitata in loco, in quo solutio est facienda,
nisi ex verisimilibus coniecturis appareat,
aliud contrahentes sensisse,*vt d.Mantic.de Tacit.lib.3.*
298 *tit.13.nu.50.*vbi etiam obseruat,quod si dubitetur,
de qua moneta contrahentes senserint , magis inspicitur
locus celebrati contractus, quàm destinatæ solutionis,
ex trad.per Barbat.cons.15.in fin.lib.2.
299 Notandũ 2. quod gabella regulariter solui debet
in loco contractus,& nõ in loco destinatæ solutionis,
*Dec.in l.si cõuenerit,18.n.32.ff.de Iurisd.omn.Iud.*si verò
cõtractus celebratus sit in loco,vbi nõ soluitur gabella,
& traditio facienda est in loco,vbi solui debet,inspicitur
eo casu locus traditionis,*Bald.in l.multũ,n.12*
*vers.pone ergo &c:si quis alter.vel sib.quem refert , & sequitur
Mantic.loco cit n.55.*in vẽditionibus verò cõfe-
300 ctis per epistolã,gabella solui debet in loco,in quo
contractus perficitur ; ideo si venditor Perusij degit,
& vendit emptori existenti Bononiæ , gabella Bononię
solui debet,cum ibi demum,& non alibi perficiatur
cõtractus *Coler.de Process.execut.par.2.cap.1.n.76.*
301 Notandũ 3. quod quãdo creditor, & debitor sũt
diuersi fori, & creditor conuenta die non accessit ad
locũ destinatę solutionis,tũc dies nõ interpellat pro
homine,nec constituit debitorẽ in mora,*Bart. in l.item
illa,in princ.ff.de Constit.pec.*nec in tali casu debitor tenetur
deponere,*vt d.Alex.cons.92.nu.10.lib.1.*

S V M M A R I V M.

302 *Heres in eodem loco,& foro conueniri debet,in quo defunctus potuit se, debuit conueniri:limitatur ibidem & nu.308.*
303 *Heres,& defunctus censentur esse eadem persona.*
304 *Sicut defunctus in loco sui domicilij poterat etiam absens conueniri, ità conueniri ibidem poterit eius hæres,licèt inde absit,& nu.335.*
305 *In cęteris foris, scilicet originis,contractus,aut rei sitæ,sicut præsentia defuncti erat necessaria ad facultatem conueniendi,ità etiam est necessaria præsentia hæredis,vt conueniri possit.*
306 *In successorem particularem non transit forus sui Antecessoris , nisi esset successor particularis ex necessitate in iudicio,& actione reali.*
307 *Quando res in aliquem transeat de necessitate.*
308 *Clericus,miles,pupillus & vidua hæredes coram suo Iudice competente conueniendi sunt: declaratur num 309.*
309 *Clericus hæres laici tenetur respondere creditoribus hæreditarijs coram Iudice Ecclesiastico eius loci , in quo degebat defunctus.*
310 *Quando forus mutatur ex mutatione personæ successoris , & qualitatis eius successor non tenetur sequi forum defuncti.*
311 *Clericus in Iudicem laicũ consentire non potest etiã cũ iuramento. Quando prius iudicium expiret,& opus sit noua instantia, ibidem.*
312 *Cęptũ dicitur iudiciũ per solã citationẽ etiã ante litis cõtestationẽ.*
313 *Hæres priuilegiatus priuilegio proprio , seu speciali indulto sibi a Principe concesso,conueniri potest in foro defuncti:*
314 *Coram quo Iudice hæreditas iacens,& non adita conueniri debeat.*
315 *Vbi multa sunt fora, electio spectat ad actorem,& nu.315.*
316 *Inuentarium bonorum coram quo Iudice confici debeat , quando hæreditas Clerici adhuc iacet, vel quando hæres clerici,vel laici est clericus ,vel locus pius.*
317 *Coram quo Iudice fieri debeat insinuatio,& publicatio testamenti.*
318 *In legatis,& fideicommissis à defuncto relictis non attenditur forus defuncti: sed hæres conueniri debet coram suo Iudice competenti in loco,vbi est maior pars hæreditatis,si ibi inueniatur.*
319 *Si fideicommissarius personali ex testamento agat aduersus hæredem grauatum,vel hæredem hæredis,in duobus locis illum conuenire potest, scilicet in loco domicilij ipsius hæredis,vel in loco , vbi maior pars hæreditatis reperitur: & nu.335.*
320 *Quid si bona sint extra territorium sui dicentis.*
321 *Et quid si fideicommissarius reali agat aduersus hæredem , aut tertium possessorem.*
322 *Heres adeundo hæreditatem videtur in loco ,vbi eam adiuit, quasi contrahere cum legatarijs: tacitè tamen videtur solutionem destinare in locum,vbi est maior pars hęreditatis.*
In quo loco legata solui debeant,ibidem,& nu.335.
323 *Quando contrahitur in vno loco,& in alium confertur solutio, non censetur contractũ in loco,in quo cõtractus celebratur,sed in loco, in quẽ solutio destinata est. ampliatur in quasi contractibus,n.324.*
324 *In eodem loco petenda est cautio,in quo peti debet legatum,& n.325.*
325 *Quid si res in specie legata sit alibi,quã vbi est maior pars hæreditatis.*
326 *Legatum,si consistat in specie, præstari debet, vbi res ipsa est : legatum verò generis præstandum est vel in loco domicilij hæredis, vbi conuenitur , vel vbi est maior pars hæreditatis .*
327 *Si hæres promisit soluere legata in certo loco , vel si ibi testator ea solui iussit, ibidem hæres poterit conueniri etiamsi alibi sit maior pars hæreditatis .*
328 *In quo loco præstari debeant legatã,quãdo testator locũ non expressit.*
329 *Si testator legauit frumentum ex illo horreo, vel vinum ex illo dolio, ibi pręstari debet legatum,vbi horreum ,vel dolium est .*
330 *Alimenta alicui legata præstanda sunt in loco,vbi ille degit .*
331 *Legatum scholari relictum in subsidium studiorum , in loco studij præstari debet .*
332 *Quid si hæres dolo , malo ,vel culpa rem legatam aliò transferat .*
333 *Hæres,qui in certo loco sponte incępit soluere partem legati,in eodem loco conueniri potest pro reliqua parte, non tamen pro alijs legatis .*
334 *Gratuita solutio partis debiti,nõ grauat ad solutionẽ alterius partis.*
335 *Legatarius ,vel fideicommissarius potest hęredem conuenire non solum in loco, in quo est res legata, aut maior pars hęred.itatis, sed etiam in loco domicilij,& in loco originis propreę vel paternę,si ibi inueniatur .*

Quæstio XVII.

In quo loco conueniri debeat hæres , & successor defuncti .

302 DIco 1. quod quando hæres,seu successor vniuersalis
cõuenitur ex cõtractibus,vel quasi cõtractibus
defũcti,pro quibus ipse poterat cõueniri,si viueret,
tũc in eodem loco,& foro conueniri regulariter
debet,in quo defunctus potuit,seu debuit cõueniri,
nisi obstet priuilegiũ ex parte hæredis insertũ in corpore
iuris,*l.2.§.ex his,l.in executione,85.§.pro parte,ff.
de verb.oblig.l.hæres absens, vbi Bart. & alij,ff.de Iudic.
Anchar.cõs.244.n 2. Rom.cõs.300.n.2.*quia hęres,& de-
303 fũctus censentur esse eadẽ persona,*Auth.de Iureiur.
à morien.præst.post.princ.coll.5.l.hæredẽ, 60.vbi DD.ff.de
reg.Iur.*vnde in casibus,in quibus defunctus absens in
aliquo poterat cõueniri,in eodẽ loco poterit conueniri
hæres absens,& vbi præsẽtia fuisset necessaria ex
parte defũcti,necessaria etiã erit præsentia hæredis ,
vt tãquã hæres cõueniri possit;ex quo sequitur,quod
304 cũ defũctus in loco sui domicilij potuerit etiã absens
cõueniri,ibidẽ conueniri potest eius hæres,licèt
inde absit, præsertim si lis cõtestata ibi fuerit contra
defũctũ,*l.si is,qui Romæ,34.ff.de Iud.*in cæteris autem
305 foris,nempe originis,contractus,aut rei sitæ, quia
pręsentia defũcti erat necessaria ad facultatem cõueniendi,
est etiã necessaria præsentia hæredis,vt cõueniri
possit,*glos.in d.l.hæres absẽs,Bart.in l.fi.fideicom.
50.ff.de Iudic.& alij apud Carleual.eod. tit. de Iudic. l.1.
tit.1.disp.2.q.5.n.288.& seq.* quicquid in contrarium
sentiat *Mandell.cõs.208.n.1.* vbi dicit non posse hæredem
cõueniri in foro defũcti,nisi ibidem reperiatur.
306 Dixi,*hęres,seu successor vniuersalis* , quia in successorem
particularem nõ trãsit forus sui antecessoris,*d.
l.hęres absẽs,ff.de Indic.*nisi esset successor particularis

ex necessitate in iudicio, & actione reali, aut in rem scripta, *l. in iudicio 48. vbi glos. in ver. parte adiudicatus, ff. fam. ercisc. Bart. in l. Lucius, 78. §. rogatus, ff. Ad Trebell & in l. si eum hominē, 34. n. 4. ff. de fideiuss. Socin. iun. cōs. 34 n. 13. l. 3.* vbi dicit, quod tūc res in aliquem transit de
307 necessitate, quādo trāsit ex præcedenti, quæ necessariò transitum illum inducit, *peregrin. de fideicom art. 53. nu. 24. & 25. Mohed. dec. 1. alias 41. de Iudic.*
308 Dixi, *nisi obstet priuilegiū ex parte hæredis inferiū in corpore iuris*, quale est priuilegium clerici, militis, pupilli, & viduę: isti enim corā suo Iudice cōpetente conueniendi sunt, *l. vn. C. Quād. Imp. int. pup. vel vid. c. cler. nullus, 11. q. 1. Bart. in d. l. hæres absens, n. 1. Panorm. in c. quia, 11. n. 12. de Iudic. Far. in Prax. crim. q. 8. nu 46. vers. amplia 17. Scacc. de Iudic. l. 1. c. 11. n. 23. Carol. de Graff. de eff. cler. eff. 1. n. 278. Surd. dec. 110. n. 8. & 9. Vinc. de Frāch. dec. 234. n. 2. & dec. 373. n. 4. alij apud Carleual. qui hanc dicit tutiorē, iurib. magis cōformē, & cōmuniorē, in d. tract. de Iud. l. 1. tit. 1. disp. 2 q. 2. n. 301. & seq.* vbi n. 307. subij-
309 cit, quod nō propterea clericus hæres laici extraneus à loco, in quo degebat defunctus, & alibi domiciliū habens, cōueniri debet apud Iudicem sui domicilij, sed tenebitur respōdere creditoribus hæreditarijs corā Iudice ecclesiastico eius loci in quo degebat defunctus *arg. l. 2. C. de Noxal. act Dec. in c. 1. n. 31 de Rescript.* quod procedit, siue cōueniatur clericus hæres laici ante iudicium cœptum cum defuncto, siue iudicium cœptum fuerit cum defuncto laico corā Iudice sæculari: vtroq; enim casu cōueniendus est corā Iudice ecclesiastico, *secūdū veriorē, & cōmuniorē sētētiā, Panorm. in d. cap. quia, n. 12. in fin. & ibidē Dec. n. 37. de Iudic. Bald. in l. 1. C. si pend. appell. mors interu. Maran in Prax. 5 par. n. 13. Peregrin. de fideicō. art. 53. n. 20. Boer. dec. 69. n. 32. & seq. Rot. dec. 5. aliàs 551. de for. comp. in antiq. Card. Seraphin. dec. 957. nu. 8. & 9. alij apud Carol de Graß. loco*
310 *cit. eff 1. n. 281. vers. sub ampliatur 3.* ratio est, tū, quia quando forus mutatur ex mutatione personæ successoris, & qualitatis eius, successor nō tenetur sequi forū defuncti *glos in c. is qui in ius, 46. de reg. iur. in 6.* tum
311 etiam quia Clericus hæres iudicem propriū ecclesiasticū habet, adeò vt in iudicē laicū cōsentire possit, etiā cū iuramento; & ideò opus erit noua instātia, cū prius iudiciū expirauerit, *c. si diligēti, extr. de for. comp.* quicquid in cōtrariū in secūdo casu, videlicet quādo iudiciū cęptum fuit cū defūcto corā Iudice sęculari, senserint. *Alex. in l. si cōstāte, §. fin. n. 4. ff. sol. matr. Couar. pract. c. 8. n 3 Gail. l. 1. obseru. 38. nu. 8. Viu. cōm. opin. 108. ver. clericus*, vbi addit, quod cęptū dicitur iudiciū per
312 solā citationē, etiā ante litis cōtestationē, *Scacc. de Iud l. 1. c. 11. n. 23. Cenall. l. 1. q. 36. n. 9. & seq. Surd. dec. 110. n. 1. Gratia. discept for. c. 16. n. 31. & 33. Car. de Graff. d. eff. 1. nu. 282. cū seq. & n. 947. vers. limitatur 28. & alij apud Carleual. vbi supra d. q. 5. num. 309. & seq.*
313 Secus esset, quando hæres est priuilegiatus priuilegio proprio, seu speciali indulto sibi à Principe concesso; tunc enim eo nō obstante conueniri poterit in foro defuncti, *d. l. hæres absens, vbi glos. in ver. excusatur, Vinc. de Franch. dec. 234. n. 2. & alij communiter.*
314 Sed quæres, corā quo Iudice hæreditas iacens, & nō adita, cōuenienda est? Respondet *Carleual. d. disp. 2. q. 5. n. 322.* quod si hæreditas laici adita nō est, etiamsi hæres institutus sit clericus, cōueniēda est coram Iudice laico, apud quē defūctus debebat conueniri; & è cōtra si hæreditas iacens sit clerici, etiamsi hæredem laicū instituerit, cōuenienda erit coram Ecclesiastico Iudice clerici defuncti, quia hæreditas, quādiù iacēs est repręsentat defunctū, nō hæredē futurū, *l. nō minus 31 in fin. eff ud. hæret, instit. l. hæreditas, 34. & l. hæreditas 61. ff. de acq. rer. dom. l. si mihi, & Titio, 57. §. 1. ff. de leg. 2.* & tūc si actio realis in iudiciū deducatur, adiri poterit Iudex loci, vbi res est sita; si verò intentetur actio personalis competens contra defunctum, tunc hęreditas iacens ibi potest conueniri, vbi poterat defunctus, & vbi hæres conueniendus esset, si adijsset, *vt*
315 *inquit idem Carleual. loco cit. num. 323.* subdens, quod vbi multa sunt fora, electio spectat ad actorem: quāuis aliter sentiat *Mandell. consil. 208. num. 1.*
316 Eadē ratione, quādo hęreditas Clerici adhuc iacet, & eā nondū adiuit hęres laicus inuentariū eo casu cōfici debet corā Iudice ecclesiastico, non seculari: quia hęreditas clerici iacens, siue hæres, qui nondum adiuit, sit clericus siue laicus, repręsentat personam clerici, & gaudet priuilegio fori: quemadmodum, si hęreditas est adita, inuentarium conficiendum quoque est coram Iudice ecclesiastico, quando hęres clerici, vel laici, est clericus, vel locus pius, *Franc. Marc. dec 105. & dec. 1058. nu. 3. par. 1. & ità sentiunt alij, quos refert Carleual. d. q. 5. num. 340. 342. & 345.*
317 Quęres 2. corā quo Iudice fieri debeat insinuatio & publicatio testamenti? Resp. quod alij censent, publicationē, & insinuationē testamenti semper esse faciendā corā Iudice sęculari, siue testamentū conditū fuerit à Clerico, siue à laico, siue in causas pias, siue in prophanas, siue instituatur hęres clericus, siue laicus, *ità Couar. pract. qq. cap. 8. nu. 1. Surd. dec. 27. n. 14. Carol. de Graff. d. eff. 1. n. 961. & 1034. Carleual. d. disp. 2. q. 5. n. 332* alij verò asserūt, testamentū posse insinuari, & aperiri coram Iudice ecclesiastico, etiāsi testator sit laicus, & eo magis si testamentū confectū sit à Clerico, vel cōpertū sit, factum esse à laico distribuente bona sua in opera pia, *vt sensit Felin. in c. si instrumēta, 16. n. 3. de fid. instrum. Gutt. l. 1. pract. q. 48. n. 2. & 3. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 250. §. Couaruuias, & Azeued. in l. 15 n. 7. tit. 4. l. 5. recop. Menchac. de success. tom. 3. lib. 2. §. 18. nu. 14. & 15. prout eos refert ibidem Carleual. vbi supra, nu. 331.*
318 Dico 2. quod si in iudiciū deducātur actiones initiū sumētes à persona hæredis, quæ oriuntur ex quasi cōtractu celebrato in aditione hæreditatis, *iuxta tex. in l. apud Iulianū, 3. §. vlt. in fin. ff. Quib. ex caus. in poss. eat & in §. hæres instit. de oblig quæ ex quas. contr. nasc.* vt si petātur legata, & fideicōmissa à defuncto relicta, tūc nō attēditur forus defuncti, sed hęres cōueniri debet corā suo Iudice cōpetente in loco, vbi est maior pars hæreditatis, si ibi inueniatur, *l. si fideicom. 50. vbi Bart. Bald. & alij, ff. de iud. l. vn. C. vbi fideic. pet. opor. Peregrin.*
319 *de fideicom. art. 53. n. 1.* vbi dicit, quod si fideicōmissarius personali ex testamento agat aduersus hæredem grauatū, vel hæredem heredis, in duobus locis illum cōuenire potest, scilicet in loco, vbi maior pars hęredis, vel in loco, vbi maior pars hęreditatis reperitur,
320 *iuxta textum in d. l. si fideicom.* & his duobus casibus pro rebus, quę sūt extra territorium ius dicētis, post factā pronūciationē Iudex destinat litteras ad Iudicē loci, vbi res sitę sūt, de mittendo fideicōmissariū in possessionē, *ad trad. per Bart. & alios in l. fin. Cod. de Edict.*
321 *Diu. Adrian. tollen.* si verò reali agat aduersus hæredem, aut tertiū possessorem, similiter in duobus locis forus erit, scilicet in loco domicilij possessoris, & in loco, vbi res est, *vt tradūt glos Bart. Bald. & alij in l. quod*
322 *legatur, ff. de iudic.* ratio supradictę conclusionis est, quia licèt hęres adeundo hęreditatē, videatur in loco, in quo eā adiuit, quasi cōtrahere cū legatarijs, *§. hæres, inst. de oblig. quæ ex quas. contract.* tacitè tamē videtur solutionē destinare in locū, vbi est maior pars hęreditatis, cū ius pręcipiat, vt legata soluantur in
323 prędicto loco, *l. vn. C. vbi fideicom. pet. opor.* vnde succedit cōclusio, quod quādo cōtrahitus in vno loco, & in alium cōfertur solutio, nō cēsetur cōtractum in loco, in quo cōtractus celebratur, sed in loco, in quē solutio destinata est, *l. cōtraxisse, 22. ff. de Action. & oblig. l. 3.*

324 lig.l.3.ff.de bon.authbor.Iud.possid.quę conclusio etiã
in quasi contractibus locũ habet Paul.Castren.in l.nõ
aliàs,24.ff.de Iudic.quẽ refert Carleual.d.l.t.tit.t.disp.
2.q.5.n.353.& seq.vbi etiã dicit, quod in eodẽ loco
petẽda est cautio,in quo peti debet legatũ,quod est
principale,cũ cautio sit accessoria principali causæ,
l.in omnibus,43 ff.de solut.l.postquã,5.§.cũ quærebatur,
vers.quare si.hæres,ff.vt legat.seu fideicom.nom. caueat.
325 Si verò res in specie legata, est alibi, quã vbi est
maior pars hæreditatis, tũc peti potest non solũ in
eo loco,vbi est maior pars hęreditatis,licèt pręstari
ac solui debeat in loco, in quo erat tempore mortis
testatoris,l.quod legatur,38.ff.de Iudic.l.cũ res,49.ff.de
leg.1.sed potest etiã hęres cõueniri in eodemmet lo-
co,vbi est res legata,dũmodò ibi hęres inueniatur,
etiamsi in alio loco sit maior pars,hæreditatis,l.sed
etsi susceperit,52.§.si ea res,ff.de indic.vbi, quod ibidem
agi etiã potest pro cautione præstanda,Azo.in Sum.
Cod.vbi fideicom.pet.opor.n.1.Salic.in l.vn.n.2.& 3.C.
eod.tit.Castr.in d l.quod legatur,n.2.ff.de iudic.quos re-
fert,& sequitur Carleual.vbi supra,n.356.& seq. Pere-
326 grin.de fideicom.art.53 n 8.vbi dicit,quod legatũ,si
consistat in specie,præstari debet,vbi res ipsa est:le-
gatũ verò generis pręstãdũ est vel in loco domicilij
hęredis,vbi cõuenitur, vel vbi est maior pars hęre-
ditatis,per tex.in d.l.quod leg.& l.si fideicõ.ff.de iudic.
327 Idéq;dicendũ est,quãdo hæres promisit soluere
legata in certo loco,vel si ibi testator ea solui iussit,
quia tũc ibi poterit cõueniri, etiamsi alibi sit maior
pars hæreditatis,l.quamuis,51.d.l.quod legatur, l. sed
& si susceperit,§.si libertis,ff.de iudic.l.cum res, 49. ff. de
leg.Duen.reg.161.vers.tertiò fallit,Peregrin de fideicom.
328 art.53.n.4 6.& 8.vbi dicit,quod legatũ,si testator
locũ expressit,ibi præstãdũ est;si verò non appareat
de expressa voluntate testatoris, ad coniecturas est
recurrẽdũ,ex quibus tacita eius volũtas colligatur,
329 nã si iussit,legatario dari frumẽtũ ex illo horreo,
vinũ ex illo dolio ibi præstabitur legatũ,vbi horreũ
330 vel doliũ est;itẽ alicui alimenta legauit,hęc præ-
stãda sũt in loco,vbi ille degit,quemadmodũ lega-
331 tũ scholari relictũ in subsidiũ studiorũ,in loco stu-
dij pręstari debet,de quo vide tex.in d. l. quod legatur,
332 & ibi glos.in ver.à legatario,ff.de Iudic. vbi etiã ca-
uetur,quod si hæres dolo malo,vel culpa rem lega-
tam aliò transferat, tenetur eam dare,vbi petitur.
333 Sed si hęres in certo loco spontè incęperit solue-
re partẽ legati,in eodẽ loco tunc conueniri poterit
pro reliqua parte eiusdem legati,d.l.si fideicommissũ,
§.vlt.vbi Bart.& alij,ff.de iudic.Duen.reg.161.limit.4.
Peregrin.d.art 53.n.3.ratio est, quia per solutionem
partis legati videtur heres renũciasse exceptioni fo
ri declinatorię,quę indiuidua,& partiũ expers est:
nõ enim potest quis in vno, & eodẽ negotio renun-
ciare exceptioni fori pro parte,& pro parte non re-
nunciare; vnde fit,vt censeatur tacitè renunciatum
huiusmodi exceptioni quoad integrã eiusdẽ legati
solutionem,nõ tamen quoad cętera legata, vt rectè
probat Carleual.d.disp.2.q.5 nu.372.& seq. vbi n.375.
334 id limitat in gratuita solutione partis debiti,
quę non grauat ad solutionem alterius partis, per
tex.in l.vlt.C.Nè vx.pro marit.
335 Obserua tamẽ,quod forus loci,in quo est res le-
gata,aut maior pars hęreditatis,licèt sit necessarius
ex parte hęredis,itã vt si ibi conueniatur,non possit
forũ declinare, est tamen volũtarius ex parte acto-
ris legatarij, vel fideicommissarij,qui poterit hę-
redem conuenire in quocũq;foro cõpetenti,videli-
cet in loco domicilij hęredis, & in loco originis
proprię vel paternę, si ibi inueniatur; est enim re-
gulare,vt quoties reus sortitur diuersa fora,electio
fori ad actorem,pertineat,d.l.fideicommissum,§.sed &
rescriptum est,Sim.de Præt.de interpret.vltim.vol.lib.4.
interpr.1.dub 8.num.110.quem refert, & sequitur Car-
l.ual.d.lib.1.tit.1.disp.2.q.5.num.386.

S V M M A R I V M.

336 Ratione rei sitæ sortitur quis forum,vt possit conueniri coram Iudice territorij,in quo res immobilis sita est:ampliatur nu.340.declaratur an.344.& 356.
337 Si Clericus conuenitur actione reali, debet conueniri coram Iudice ecclesiastico illius loci, vbi res reperitur sita, & non in loco clerici.
338 Statuentes possant disponere etiam in præiudicium forensium quoad bona existentia in territorio.
339 Onera realia,qualia sunt tributa, solui debent in loco, vbi sita est res,etiam à forense,& alibi habitante.
340 Exemptus quandò conueniri possit corã Ordinario rei sitæ.
341 Clericus ratione beneficij conueniri potest in quolibet loco, vbi beneficium possidet.
342 Quando reus conueniri possit coram Iudice loci, in quo reperitur res mobilis & se mouens.
343 Forensis,penes quem reperitur res mobilis, vel se mouens, quando remittendus sit ad domicilium suum, & quando res sequestrari debeat.
344 Reus potest conueniri in loco rei sitæ,si ibi inueniatur.
345 In omni foro, præter forum domicilij, requiritur præsentia rei, vt ibi possit conueniri.
346 Iudex rei sitæ non potest reum absentem citare in territorio alterius iurisdictionis,& nu.351.
347 Iudex rei sitæ potest requirere Iudicem domicilij ipsius rei, vt ipsum citari faciat ad comparendum in loco, vbi res est sita: quo non comparente actor mittitur in possessionem rei petitæ ex primo decreto.
348 Quid continere debeant litteræ requisitoriæ.
349 Iudex rei sitæ non potest decernere bonorum possessionem ex secundo decreto,neque procedere ad sententiam diffinitiuam absente reo,neque ad bonorum venditionem.
350 Possessio ex primo decreto parum præiudicij affert, & ideò potest decerni etiã contra pupillũ, & absentẽ causa Reip.
351 An Iudex possit verbaliter citare in territorio alterius, quãdo vtrũq;territorium vni,& eidem Superiori subditũ est.
352 An,& quãdo Iudex rei sitæ,& loci cõtractus procedere possit cõtra reũ absẽtẽ,& quid eo casu seruare debeat,& n.354.
353 An contra se occultantes, vel latitantes procedi possit ad venditionem bonorum.
354 Si Iudex requisitus litteras Iudicis requirentis exequi recusat, Iudex requirẽs potest citare reũ absentẽ per edictũ. In quo loco affigi debeat huiusmodi edictum,ibidem.
355 Quando Iudex rei sitæ ad vlteriora procedere possit,etiamsi reus citatus non fuerit.
356 Quando quis conueniri possit coram Iudice loci, vbi res est sita, & quando non.
357 Quando ius pacti, vel statuti executiui exerceri possit contra bona debitoris in loco statuti sitaata.
358 Restitutio in integrum in quo loco peti debeat.
359 Iudicis officium dicitur quodammodo actio personalis.
360 Actor sequi debet forum rei non solum in actione simplici personali, sed etiam vbi agitur remedio reintegrandæ.
361 Quando minor teneatur implorare restitutionem in integrum pro rescissione contractus.
362 Iurisdictio Iudicis delegati à Papa, vel à Rege, se extendit ad omnia loca ad quæ se extendit iurisdictio delegantis
363 An, & quando forensis citari possit in loco contractus, vel rei sitæ.
364 Statutum disponentes circa modum,& formam citandi forenses, an valeat,& in quo casu procedat.
365 Quando iudex interponere possit decretum in loco, vbi res est, vel in re alibi existente.

Quæstio XVIII.

Quando quis conueniri possit coram Iudice territorij, in quo res est sita.

336 COmmunis est conclusio, quod ratione rei sitæ
sortitur quis forũ,vt possit conueniri corã Iu-

dice territorij, in quo res immobilis sita est, etiamsi
neq; ratione domicilij, aut originis, cõtractus, deli-
cti, aut alia ratione ibi forũ sortiatur, *l. sed & si suscc-
pit, 52. §. vlt. ff. de Iudic. l. actor, C. Vbi in rem act. &c. glos.
in l. hæres absens §. proinde, ver. debebit, ff. de Iudic. Spec.
in tit. de compet. Iud. adit. §. 1. n. 4. lib. 2. Iordan. Elucubr.
diuers. vol. 3 l. 13. tit. 8. de for. cõp. n. 226. Carol. de Graff.*
337 *de effect. cleric. eff. 1. n. 17.* vbi dicit, quod si clericus
conueniatur actione reali, debet conueniri corã Iu-
dice ecclesiastico illius loci, vbi res reperitur sita, &
nõ in loco clerici, *Roman. cons. 250. Mandel. cõs. 370. n.*
338 20. vbi dicit, quod statuẽtes possũt disponere etiã
in preiudiciũ forẽsiũ quoad bona existentia in ter-
ritorio, *Natt cons. 4. n. 2. & cõs. 160. n. 6.* subdens, quod
339 onera realia, quia imponũtur rebus ipsis pro re-
bus, vt sunt tributa, debent solui in loco, vbi sita est
res, etiã à forẽsi, & alibi habitãte, *Vinc. de Franch. dec.
177. n. 1. & dec. 389 n. 2. Cancer. var. l. 2. c. 6. n 160. vers.
si debitor &c. Coler. de Process. execut. p. 2. c. 3. n. 2. & seq.*
340 Amplia prædictã cõclusionẽ, vt procedat, etiãsi
reus esset exẽptus; adhuc enim cõueniri posset corã
Ordinario rei sitæ, dũmodò res ipsa nõ existat in lo-
co exẽpto, *c. 1. vbi DD. de Priu. in 6. Rot. dec 155. nu. 5.
par. 7. Recent.* vbi, quod in loco, in quo res est, potest
quis cõueniri actione reali, nõ obstate quocũq; pri-
uilegio generaliter cõcesso, quod nõ possit, cõueniri
nisi sub certo Iudice, *latè Thomas Carlenal. de Iudic. l. 1.
tit. 1. disp. 2. q. 3. n. 193. & seq.* vbi dicit, quod reus po-
341 test etiam conueniri coram Iudice loci, in quo re-
342 peritur res mobilis, & se mouẽs, dũmodò permã-
sura sit in eo loco; secus si esset trãsitu, & via ad aliũ
locum, *vide Specul. loco cit. nu. 17. & ibidem Io. Andr.
ver. in principio &c. & in tit. de satisdat. §. 2. nu. 1. Bart.
in l. vlt. nu. 1. C. vbi in rem act. & ibidem Bald.* vbi dicit,
343 quod forensis, penes quem reperitur res mobilis,
vel se mouens, si petat, se remitti ad domicilium
suum, debet remitti secundùm iura, si satisdat; si
verò non potest satisdare, res sequestrari debet, *Pa-
norm. in cap. vlt. n 43. & 44. de for. comp.* vbi hoc intel-
ligit, quando reus est suspectus, tunc enim fieret se-
questratio, nisi cautio præstetur; secus si non esset
suspectus, vt quia in suo domicilio, vel alibi possidet
immobilia *arg. l. sciendum, ff. Qui satisd. cog.*

344 Prædicta tamen conclusio procedit, si reus inue-
niatur præsens in loco rei sitæ: est enim regulare,
345 vt in omni foro, præter forum domicilij, requira-
tur præsentia Rei, vt ibi possit conueniri; quia hoc
forum non est potentius foro contractus, & tamen
in foro contractus requiritur præsentia, *cap. Roma-
na, §. contrahentes, de for. comp. Vinc. de Franch. dec. 177.
n. 2. & 2. Cancer. var. lib. 3. c. 1. n. 69. & seq. Carlen. d. l. 1.*
346 *disp. 2. q. 3. n. 149.* vbi dicit, quod si reus absit ab eo
loco, in quo res sita est, Iudex eius loci, licèt nõ pos-
sit reum citare propria auctoritate in territorio al-
terius iurisdictionis, *l. cũ vnus, §. is qui, ff. de Bon. au-*
347 *thor. Iud. possid.* potest tamẽ requirere per suas lit-
teras, quæ requisitoriæ, seu subsidiales appellantur,
Iudicẽ domicilij ipsius Rei, vt ipsum citari faciat ad
comparẽdũ in tribunali ipsius Iudicis rei sitæ, exẽ-
plo Rei absentis à foro cõtractus: & si non compar-
uerit, Iudex rei sitæ mittet actorẽ in possessionẽ rei
petitæ ex primo decreto, *iuxta tex. in d. c. Romana, §.
contrahentes, clem. pastoralis, §. nos quoq; de re iud. cũ ibi
not. per DD. l. properandũ, §. sin autem reus, C. de Iudic. l. 1.
§. Præsides, ff. de requir. reis, & §. si verò quis, in Auth. vt
nulli Iudic. coll. 9. Cephal. cons. 263. n. 28. & 29. Rum. cõs.
15. n. 6. l. 4. Coler. de Process. execut. p. 2. c. 3. n. 15. & seq.
Specul. in tit. de Cõpet. Iud. adit. §. 1. n. 4. & 5. & in tit. de
Accusat. §. 6. sequitur &c. n. 6. vbi ponit formã huiusmo-
di litterarum:* quod enim dicitur de foro cõtractus,
dici etiam potest de foro rei sitæ, *vt inquit Panorm.
in cap. sanè, n. 5. de for. comp. Conar. pract. qq. c. 10. n. 7. &*
348 *cap. 11. n. 8.* vbi obseruat, quod huiusmodi litteræ
requisitoriæ, seu subsidiales in tali casu cõtinere de-
bent insertũ libellũ partis aduersæ: & si petatur exe-
cutio contra reũ, cõtinere debent insertũ instrumẽ-
tũ obligationis, vel chirographi recogniti, vel sẽtẽ-
tiæ, aut rei iudicatæ, vel decreti, *Clar. lib. 5. sentent. §.
fin. q. 31. vers. sed hæc quidẽ &c. & vers. posset fortè &c.
Maran. in Prax. 6. par. tit. de Citat. n. 40. & 41.* nõ tamen
349 posset Iudex rei sitę in tali casu decernere bonorũ
possessionem ex secundo decreto, neque procedere
ad sententiam definitiuã in absentia, etiã in ijs casi-
bus, quibus litis contestatio non est necessaria, *vide
glos. in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. & in
l. si finita, §. si fortè, vers. possidere, ff. de damn. inf. & in l.
ignorare, ver. possideri, C. de Restit. milit.* vbi, quod eo ca-
su non fit venditio bonorũ, & si fiat, ipso iure nõ va-
let, vel saltem per restitutionẽ rescinditur, *Carlenal.
d. lib. 2. disp. 2. q. 4. n. 221.* vbi etiã notat, quod posses-
350 sio ex primo decreto parum præiudicij affert, &
ideò decerni potest etiã contra pupillum, & absentẽ
causa Reip. *vt in l si finita, §. si fortè, vbi glos. in ver. pos-
sidere, ff. de damn. inf. l. ignorare, C. de Restit. milit.* quam-
351 uis contrarium sentiat *Bart. in l. 1. §. 1. n. 3. ff. de re-
quir. reis,* vbi asserit, posse vnum iudicem citare ver-
baliter in territorio alterius, quando vtrũque terri-
toriũ vni, & eidem superiori subditũ est, quia Prin-
ceps superior videtur id permittere: quã quidẽ sen-
tentiã sequutus est *Bald. in l. vlt n. 5. ff. de Iurisd. omn.
iud.* vbi dicit, quod actus citandi, prout explicatur à
nuntio, non est actus iudicialis, & ideò potest extra
territorium exerceri, *Gail. lib. 1. obseruat. 55. n. 3. Boss.
tract. crim. tit. de citat. nu. 20. & seq. & num. 26. & alij;*
sed non est recedendum à primò dicta sententia,
quæ communis est, & vsu ac praxi præualuit.

352 Si verò reus malitiosè se occultat, nè citatio ad
eũ perueniat, potest Iudex eius territorij, in quo res
est sita, sicut & Iudex loci cõtractus, in pœnã huius-
modi fraudolentæ latitationis citare reum per edi-
ctum, *iuxta clem. 1. de Iudic.* ac mittere actorẽ in pos-
sessionem bonorũ, quę reus habet etiam extra terri-
torium similiter ex primo decreto, licèt circa exe-
cutionem requirere debeat eo casu iudicẽ loci, vbi
bona existũt, qui tenebitur requirentis mandatum
implere, *iuxta textũ in d. cap. Romana, §. contrahentes,
vbi DD.* hoc tamen adhibito temperamento, quod
cũ misso in bonorũ possessionem nõ debeat fieri, ni-
si pro quantitate debiti, *auth. & qui iurat, C. de Bon.
auth. Iud. poss.* prius eo casu fiat missio in possessionẽ
bonorũ, quę intra territorium Iudicis eius loci exi-
stunt, & quatenus hęc bona non sufficiant ad debiti
solutionem, pro residuo dumtaxat fiat missio in bo-
nis sitis extra territoriũ, *iuxta l. properãdum, § sin autẽ
reus, vbi glos. in ver. audiatur, C. de Iudic. vide glos. in l.
ignorare, ver. possideri, C. de Restit. milit.* vbi, quod cõtra
343 se occultantes, seu latitantes proceditur etiã ad
venditionem bonorũ, *Bart. in d. l. hæres absens, §. 1. n. 1.
& 3. eod. tit. de Iudic. Gail. lib. 1. obser. 56. nu. 7. Carle-
nal. loco cit. d. q. 4. nu. 220. cum seq.*

354 Item dicendum, si Iudex requisitus litteras Iu-
dicis requirentis exequi recuset; tunc enim Iudex
requirens potest etiam citare reum absentem per
edictum, *Bart. in extrauag. ad reprimendum, ver. per
edictum, num. 12. Bald. in l. consentaneum, nu. 2. C. Quom.
& quan. Iud. subdens,* quod edictum huius citationis
debet affigi in locis publicis eius Ciuitatis, vel
Oppidi, vbi reus habitat, vel moratur, nec
suffi-

sufficeret, si affigeretur in loco, vbi moratur Iudex
requirens, *Alex. in addit. ad Bart in l. 1. §. Præsides, ver. Canonist. vi, lit. C. ff de requir. reis, Maram. in prax. par. 6 tit. de citat. n. 83. & 84. Gail. lib. 1. obseru. 55. n 3. & 4.*
vbi, quod huiusmodi citatio eo loco affigenda est,
vbi verisimiliter ad notitiam citati peruenire possit
& obseru. 57. n. 1. & seq. vbi quod si tutus nõ est accessus, edictum in locis vicinis est affigendum, *Hyppol. de Marsil. sing. 203. Carleual. d. tract. de Iudic. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 41.* vbi, quod in tali casu potest Iudex requirens propria auctoritate citare reum in territorio
requisiti, & mittere proprium nunciũ in locũ alienæ iurisdictionis ad vocandum reum in iudicium.

355 Verũ si hęc vel fieri non possent, vel non nisi cum
magna difficultate, tunc reus pro citato habendus
erit, ità vt Iudex requirens in suo territorio ad vlteciora procedere possit, cũ habeat iurisdictionẽ fundatã ratione rei, *ad trad per Gail d. l. 1. obs. 55. n. 3. & 4.*

356 Obserua tamen, quod supradicta communis
conclusio locum habet, quoties quis in foro rei sitæ agit actione reali, aut rei vindicatione publiciana, confessoria, negatoria, vel hypothecaria, aut etiã
mixta, seu personali in rem scripta, vt est actio pro
iure congrui, pro retractu, pro re violẽter subtracta,
& similes: tunc enim potest quis conueniri coram
Iudice loci, vbi res est sita, *vt latius dicemus quæst. seq.* secus si quis ageret actione mera personali, *glos. in l. forma, § si verò quis, ver. lenari, ff. de censib. Bart. in l. actor, num. 2 C. vbi in rem act. Spec. lib. 2. tit. de compet. Iud. adit. §. 1. num. 4. vers. septimus &c. Panorm. in cap. vlt. num. 43. de for. comp. Rom. cons. 197. num. 1. Tiraq. de Retract. ligna. §. 8. glos. 5. num 1 & seq. Cancer. var. lib. 3. cap 1. num. 69. Carleual. de Iudic. d. lib. 1. disp. 2. qu. 3. num. 151.* nisi cum loco situationis bonorum
concurreret locus contractus, quia tunc debitor
in loco rei sitæ potest etiam actione personali descendente ex contractu conueniri, *Coler. de Process. execut. par. 2. cap. 1. num. 50. & cap. 3. num. 14.* vbi
357 etiam obseruat, quod ius pacti, vel statuti
executiui exerceri non potest contra bona debitoris in loco statuti situata, nisi idem reus simul vel
ratione domicilij, vel ratione contractus, aut saltem destinatę solutionis ibidem etiam sortiatur forum competens.

358 Ex quo infertur, quod quando restitutio in
integrum petitur principaliter ad resolutionem
contractus, tunc illam petens tanquam actor semper tenetur adire iudicem domicilij rei conuenti,
nec posset eam petere in loco, vbi res sita est, tum
quia restitutio in integrum est personalis, cum restituatur persona, tum etiam quia restitutio in inte-
359 grum petitur tantùm Iudicis officio, quod dicitur
quodammodo actio personalis, *vt latè probat Ciriac. contr. for 380. nu. 56. & seq. lib 2.* subdens *nu. 65.* quod
360 nedum in actione simplici personali actor debet
sequi forum rei, sed etiam vbi agitur remedio reintegrandæ.

361 An verò minor teneatur implorare restitutionem in integrum pro rescissione contractus? Resp.
quod si actus, ex quo minor prætendit se læsum, est
nullus, tunc recta via potest agere ad rei suæ recuperationem; si verò est validus, vel habet colorem
validitatis, tunc necessariò petere debet restitutionem, *Goz ad. cons. 44. nu. 12. Borgn. dec. 46. nu 120. & alij apud Ciriac. d. contr. 380. nu. 33*

362 Obserua 2. quod vbi iurisdictio citantis nulli
territorio cohæret, vt contingit in Iudice delegato
à Papa, vel à Rege, tunc Iudex existens in vno loco
citat existentes in alijs territorijs, quia eius iurisdictio se extendit ad omnia loca, ad quæ se extendit
iurisdictio delegantis, *Felin. in cap. fin. de for. comp. Rebuff. tom. 2. in const. Reg. tract. de litter. requis. art. vu. glos. 3. nu. 19.* quos refert, & *sequitur Carleual. loc. cit. d. disp. 2. quæst. 1. nu. 29.*

363 Obserua 3. quod si forensis in loco contractus,
vel rei sitę domum habeat, ibi citari potest, dummodò in processu non constet, ipsum alibi habere domicilium, maioremque partem fortunarum, *latè Cephal. cons. 263. num. 24. & seq.* vbi etiam dicit, quod
364 valeret statutum disponens circa modum, & formam citandi forenses, cum possit eos ligare in ordinatorijs iudicij, *de quo vide Ruin. cons. 15. num. 6. lib. 4.*
vbi dicit, quod prouisio statuti in tali casu procedit
quoad effectũ immissionis ex primo decreto, nõ tamẽ quoad effectum. vt possit absens diffinitiuè condẽnari, & pro executione sententiæ executio fieri in
bonis, *& cons. 24. nu. 3. eod. lib. 4. Alex. cons. 6. n. 2. lib. 2. & cons. 107. n. 2. lib. 5.* vbi, quod statutum disponens,
vt forenses citentur ad valuas palatij, procedit,
quando locus forensium est omninò incertus; secus
si certus sit, quia tunc loco certo citandi sunt, vt
sensit etiam Cephal. loco cit. num. 10. & 32.

365 Obserua 4. quod ratione contractus, qui celebratur in loco decreti, potest interponere Iudex decretum in loco, vbi res est: quemadmodum ratione
personæ decretum potest interponi in re alibi existente, quia ratione personæ voluntaria iurisdictio
effectum suum extendit ad res etiam extra territorium Iudicis situatas, *Bald. in l. obseruare, §. post hæc ff. 8. ff. de offic. Procons. & leg. & in l. magis puto, §. illud, in de Reb. eor.*

S V M M A R I V M.

366 *Ius congrui peti potest coram Iudice loci rei sitæ.*
367 *Quoad forum æquiparatur actio realis, & in rem scripta.*
368 *Statuta disponentia de iure congrui, requirunt specificam Principis confirmationem, & nu. 369.*
369 *De iure communi vnicuique liberum est, bona sua in quemlibet etiam extraneum alienare.*
370 *Confirmatio statutorum in dubio præsumitur in forma communi.*
371 *Confirmatio in forma communi non comprehendit, neque conualidat statuta contra ius: limitatur nu. 374.*
372 *Legatus de latere non potest condere, neque confirmare statuta iuri communi contraria.*
373 *Item nec Dominus loci recognoscens superiorem.*
374 *Confirmatio Apostolica non præsumitur ex cursu 30. annorum, nisi probetur scientia Papæ.*
375 *Quando statutum est fauorabile, prout est statutum exclusiuum fœminarum, sufficit confirmatio in forma communi.*
376 *Quando confirmatio dicatur, & sit in forma specifica.*
377 *Clausula, ex certa scientia, confirmationem specificam operatur: limitatur ibidem.*
378 *Quid si talia statuta consuetudine fuerint approbata.*
379 *Si quis vno contractu, ac pretio vendat res duas, quarum vna sit mihi vicina, altera non sit, possum retrahere eam tantùm, quæ mihi vicina est, & alteram relinquere; declaratur, & limitatur nu. 380.*
381 *Fundus, si diuidatur occasione viæ nouiter directæ à Principe non ex hoc desinit esse vnum corpus.*
382 *Ius congrui locum habet non obstante via vicinali in medio quando id procedat.*
383 *Publica via in medio existente, ius congrui cessat limitatur ibidem.*
384 *Iuri congrui potest tam expressè, quàm tacitè renunciari.*
385 *Dictio, omninò explicatur.*
386 *Quando decennalis taciturnitas habeatur pro consensu.*
387 *An scientia probetur præsumptionibus, & coniecturis.*

388 *An vicinus, qui in prima venditione vsus non fuit iure retractus, possit eo vti in secunda.*
389 *Ex noua causa nouum producitur remedium.*
390 *Negligens in vno actu, non videtur sibi praeiudicare in sequenti.*

Quæstio XIX.

An ius congrui peti possit coram Iudice loci rei sitæ.

366 RESP. affirmatiuè, quia hæc actio est in rem scripta, *l.fin.C.Vbi in rem act.* & quoad forum
367 æquiparatur actio realis, & in rem scripta, *vt post Innoc.Bald.& alios d.Tiraq.de Retract.lignag.§. 8. glos. 5.nu.9.& ità resoluit Sac.Concil.Neapol.teste Vincen.de Franch.decis.389.*
368 Verum, quia plerumque hoc ius ex locorum statutis inducitur, videndum in primis est, an specifica ad id Principis cõfirmatio accesserit, quia cũ statuta huiusmodi odiosa sint, & contra iuris dispositionem, secundùm quam vnicuique liberum est,
369 bona sua in quem velit etiam extraneum alienare *l.dudum,C.de Contrah empt.l.falso,C.de commun.rer.alienat.l.1.C.Commun.diuid.* ideò pro sui validitate specificam Principis confirmationem exigunt, *Rot.Diuers. decis.780.n.5.& 6.par.1.* vbi, quod cõfirmatio in du-
370 bio præsumitur in forma cõmuni, presertim stante clausula, *licita tamen, & honesta, & quatenus non sint contra libertatem Ecclesiæ:* quæ quidem confirmatio
471 non cõprehendit, neq; cõualidat statuta cõtra ius,
372 *& decis.103.n.26.par.2.* vbi, quod Legatus de latere nõ potest condere, neq; confirmare statuta iuri cõ
373 muni contraria, sicut nec Dominus loci recogno-
374 scens superiorẽ, *Buratt.decis.6 per tot.* vbi, quod cõfirmatio Apostolica non presumitur ex cursu 30.annorũ, nisi probetur scientia Papæ, *Merlinus decis.698.*
375 *num.2.& seq.* subdens, quod quando statutũ est fauorabile, prout est statutũ exclusiuum fẽminarum, sufficit confirmatio in forma communi, *& decis.740.*
367 *n.1.& se* .vbi, quod vt cõfirmatio sit in forma specifica, requiritur, quod statutorũ substantia inserta fuerit in prædicta cõfirmatione, vel constare debet, statutorũ tenorẽ à Principe fuisse discussum diligenti causæ cognitione adhibita, ex qua illi innotesceret, statuta, quæ confirmantur, iusta sint, & honesta
377 adeò, vt licèt clausula, *ex certa scientia*, cõfirmationem specificã regulariter operetur, tamen hæc minimè sufficeret, si aliũde nõ cõstet ex præcedẽtibus, vel subsequentibus, Principẽ informatũ fuisse de validitate, & iustitia actus cõfirmãdi, *glos.in c.1.ver.de qu. extr.de confirmat.vtil.vel inut.Abb.cons.103.n.3.lib.1. Alex.cõs.123.n.18.l.4.Gabr.de clausul.concl.1.per.tot. & præcipuè n.52.Gratian.discep.for.c.245.n.41.& seq.*
378 An verò releuaret obseruantia huiusmodi statutorũ deducta ex sententijs super retractu latis? Resp. quod alij affimatiuã partem tuentur, quãdo constat consuetudine per spacium 40.annorũ legitimè prescripta, *Abb.in cap.fin.n.11.de consuet.Alex.cons.123. n.1.lib.5.Card.Caualer.decis.419.n 5.* alij verò negant, quia sicut non valet in tali casu statutum sine specificaPrincipis confirmatione, ità nec consuetudo subsistit sine eiusdem principis approbatione, *vide Merlin.d.decis.740.n.13.& seq.& decis.353 n.55.*
379 Illud etiã notandũ est, quod si quis vno cõtractu, ac pretio vendat res duas, quarum vna sit mihi vicina, altera nõ sit, possũ retrahere eã, quę mihi vicina, & alterã non vicinam relinquere, *vt post Bald.& Afflict trad.Tiraq.de Retract.lignag.§.23.glos.2.n.2.* quod intellige, quãdo essent plura corpora separata, quo-
380 rũ vnum non dependet ab alio; secus quando sũt plures res mixtę, & inseparabiles, *Farinac.in repertor. de Contract.in ver.retractus,n.4.vide Tiraq.loco cit.* vbi dicit, quod si totum id, quod venditum est, esset mihi vicinum, & vellem partem tantùm retrahere, non essem audiendus, *Card.Seraphin decis 174.Gratian.di-*
381 *scept.for.cap.745.nu.64.& seq.* vbi dicit, quod fundus, si diuidatur occasione viæ nouiter directę à Principe, non ex hoc desinit esse vnũ corpus, *Afflict.*
382 *dec.62.* vbi, quod habet locũ ius congrui nõ obstãte via vicinali in medio, quia vię vicinales sunt priuatarum personarum, *per tex.in l.2.§.vicinales,ff.Ne quid in loc.publ.* quod tamen intelligẽdum est, quãdo constaret, viã vicinalẽ fuisse confectã à vicinis, & de ipsa extaret memoria, *secundũ distinctionem glos. in d. l.2.ver.publicas;* secus si non extaret memoria: tunc enim cessaret ius congrui, quia via vicinalis habet
383 vim publicę: cessat autẽ ius cõgrui, publica via in medio existẽte, *vt rectè obseruat Vrsil.ad Afflict. d.decis.62.* subdens, quod via publica in medio nõ obstat agenti iure congrui, quando quis reperitur coniunctus domui vicini per pontem, siue superficiem supra viam publicam.
384 Quęres, an huic iuri possit renunciari tã expressè, quam tacitè? Resp. affirmatiuè, & ideò si vicinus sciens tacuerit per id tempus, quod ab eodem statuto ad retractũ præfixum est, ità repellitur, vt ad idẽ ius amplius non admittatur, *cap.Titius filios, tit. si de feud.defun.&c.ibi, quod si consensit alienationi, vel per annum, ex quo sciuit, tacuit, omninò repellitur,* ponderã-
385 do dictionẽ, omninò, quę exponitur, idest in omnibus casibus, & sine aliqua distinctione, *vt post glos. in l.si cum exceptione,§.quatenus,ff.de eo quod met.caus. Decian.resp.6.n.54.lib.1.& alios obseruat.Giouagn. l.1. resp.57.n 42.& ità in terminis retractus resoluit Bald.in d.§.Titius filios, Rosentb.de feud.c.9.cõcl.91.n.22.Boer. dec.76.nu.9.& dec.78.n.2.latè Tiraq de retract.lignag. §.1 glos.9.n.13 ..Gratian.discept.for.cap.672.num.1.& seq.& cap.905.n.7.Rota coram Merlin.dec.698.n.1 .&*
386 *dec.740 n.19.* presertim si vltra lapsum termini à statuto præfixi, decennium effluxerit, & vicinus aliquẽ actũ fecerit, ex quo assentiri videatur, tũc enim decennalis taciturnitas habetur pro consensu, *Bald. cons.392.n.1.lib.1.Tiraq.vbi supra,d.§.1.glos.num.160. Merlin.d.dec.698 n.11.& 12.Buratt.dec 658.nu.4.* vbi
387 quod scientia probatur etiam ex presumptionibus coniecturis, quamuis contrarium sentiat *Ludouic.dec.Lucen.52.num.13.& seq.* quando statutum requirit particularem scientiam pretij, confinium, & similium qualitatum.
388 Sed predicta procedunt quoad actum primę venditionis; secus esset, si res eadem iterum vendatur: tunc enim poterit idem vicinus, seu consanguineus vti iure retractus, *secundùm Luc.de Penn. in l. vnicuique, in fin. C.de Proxim.Sac.Scrin.lib 12.quem sequitur Tiraq.de retract.lignag.d.§.1.glos.9.n.145.& 161.* ratio
389 est, tũ quia ex noua causa nouũ producitur reme-
390 diũ, *arg.l.si mater,§.eamdem, ff.de except.re iud.* tum etiam quia negligens in vno actu, non videtur sibi preiudicare in sequẽti, *cap. si clericus,§.verũ, de Preb. in 6.Innoc.in cap.quærelam, nu.3.de elect. Ruim.cons.50. n.19.lib.5.quamuis contrarium sentiat Boer.decis.78.*

SVMMARIVM.

391 *Potest quis cõueniri ciuiliter, & criminaliter in loco originis propriæ, vel paternæ, dummodò ibi inueniatur.*
392 *Quid requiratur ad hunc effectum.*
393 *Origo natiuitate contrahitur.*
394 *Quid si natiuitas fuerit casualis.*
395 *Natus in itinere, aut transitu, non censetur originarius eius loci, in quo sic nascitur, sed dicitur originarius domicilij paterni.*

Natus

396 *Natus in Villa, seu vico, sortitur originem ex illa Ciuitate, cui subest villa, vel vicus.*
397 *Statutum loquens de ciuibus originarijs, comprehendit etiam natum in Suburbijs.*
398 *Natus extra Ciuitatem tempore pestis, fingitur natus in Ciuitate.*
399 *Sub nomine paternæ originis comprehenditur origo Patris, & Aui.*
400 *Oriundus dicitur is, qui natus est in eo loco, vel qui inde originem duxit, vt quia Pater, vel eius maiores ex eo loco prognati sunt.*
401 *Nepos in loco originis Patris, & Aui conueniri potest.*
402 *Nepos sequitur originem Patris, & Aui non tamen aliorum Ascendentium: declaratur nu.404.*
403 *Filius habere potest plures origines, videlicet propriam, paternam, & auitam.*
404 *Quando nepos sequatur originem Aui, & nu.405.*
405 *Nepos conceptus Auo defuncto, non sequitur Aui originem, nec illi suus hæres existit.*
406 *An, & quando filius sequatur originem matris.*
407 *Expositus originem habet in eo loco, in quo exponitur.*
408 *Filius bastardus legitimatus à Principe, sequitur originem patris.*
409 *Origo contrahitur non solùm natiuitate propria, & naturali, sed etiam ciuili.*
410 *Adoptatus, & manumissus sequitur originem adoptantis, & manumittentis.*
411 *Origo acquiritur etiam per natiuitatem spiritualem, videlicet per baptismum susceptum in loco: declaratur ibidem.*
412 *Quid si ex propria origine, & paterna, vel ex paterna, & auita resultarent contrariæ qualitates.*
413 *In legibus, & statutis nomen Ciuis accipitur pro Ciue originario ex origine paterna, & censetur exclusus ciuis per incolatum, aut domicilium, aut ex priuilegio.*
414 *An ciues absentes à loco originis, seu alibi habitãtes, gaudeant priuilegijs, & immunitatibus originis, & num. seq.*
415 *An filius conceptus, & natus postquam pater transtulit suum domicilium extra locum originis, possit dici originarius loci originis paternæ.*
416 *Qui stetit per decennium in alio loco præsumitur mutasse prius domicilium.*
417 *Origo mutari, & illi renunciare non potest; possunt tamen amitti eius iura, & commoda.*

Quæstio XX.

An, & quando quis in foro originis conueniri possit.

391 Conclusio communis est, quod potest quis conueniri tam ciuiliter, quàm criminaliter in loco originis propriæ, vel paternæ, dummodò ibi in-
392 ueniatur, *l.1.l.assumptio, 6.§.filius, ff. Ad municip. l.1. l.origine, l.vlt. C.de municip. & origin. lib.10. Spec. lib.2. tit. de Compet. Iud. adit. § generaliter, num.33. Hyppol. de Marsil. sing.404. Farinac. in Prax. crim. q.7. num.1. & 19. cum seq. Thesaur. decis.90. Gasp. Anton. Thesaur. qq. for. lib.4. q.55. Crauet. cons.441. nu.4. vol.3. Ludouic. dec. Lucen.16. num.18. Boer. decis.13. nu.5. Rot. diuers. par.1. decis.414. Afflict. decis.384. num.6.* & de dicta conditione, videlicet, dummodò ibi inueniatur, tradit *glos. vlt. in l.1. ver. numeribus, C. de municip. & origin. lib.10. Bart. in d. l. assumptio, §. filius, nu.2. in fin. ff. Ad municip. Bald. in rubr. num.3. C. si à non compet. Iud. Alex. in l. cum quædam, num.5. ff. de Iurisd. omn. Iud. vbi Dec. qui ibidem de communi testatur num.5. idem Dec. in cap.1. prim. lect. num.158. & 159. de Iudic. Panorm. in cap. significauit, nu.6. de Paroch. Luc. de Penn. in l. filios, C. de municip. & origin. lib.10. Afflict. dec.384. num 6. Gail. lib.2. obseru.36. num.11. Carleual de Iudic. lib.1. tit.1. disp.2. q.2. nu.48. 56. & 63. Host. in sum. de for compet. num.6. vers. item ratione originis &c. & vers. item ratione militiæ &c.*
393 Origo autem natiuitate contrahitur; inde ciuis quis efficitur originarius per natiuitatem in Ciuitate, Municipio, aut Regno, *l.1. ff. Ad municip. l. ciues,*
394 *C. de Incol. lib.10.* quod intelligendum est de natiuitate non causali & fortuita, quæ ad hunc effectum non habentur in consideratione, sed de natiuitate filij in loco, in quo pater, aut mater domicilium constituerit, *Bart. in d. l. filios, nu.4. C. de municip. & origin. lib.10. Bald. in l. huiusmodi 86. §. legatum, n.1. ff. de leg.1. Panorm. in cap. Rodulphus 35. n.9. de Rescript. Grammat. decis.103. n.111. Menoch. lib.6. præsumpt.30. n.13. Hond. cons.5. n.5. vol.1. Afflic. d. decis.384. n.4. Ceuall. lib.2. q.458. n.17. & seq. Coer. decis.13. nu.50. & seq. Rot. diuers. decis.327. nu.1. & seq. par.1. Carleu. de Iudic. lib.2. tit.1. disp.2. q.2. n.91. & seq.* subdens *n.102. & 109.* quod vt
395 filius acquirat originem propriam in Ciuitate, in qua pater domicilium habet, non requiritur vera, & realis natiuitas in Ciuitate, vel loco domicilij paterni, sed satis est natiuitas ibi cõtingens iuris fictione; & ideò filius natus in itinere, aut transitu, aut in loco, in quo pater ad tempus habitat cũ animo reuertendi ad suum domicilium, nõ censetur originarius eius loci, in quo sic nascitur, sed dicitur originarius loci domicilij paterni quia iuris censura apud paternum domicilium censetur natus, *l. nihil interest, 25 ff. de Capt. & postlim. reuer. l. huiusmodi, §. legatum ff. de leg.1. l. qui ex vico, 30. vbi glos. & DD. ff. Ad municip. Bart. in l. si quis, 3. n.1 C. de Natur. liber.* vbi, quod natus
396 in villa, seu vico, sortitur originem ex illa Ciuitate, cui subest villa, vel vicus, *Bald. cõs.183. vol.2. Azo. in sum. C. de municip. & origin. lib.10. n.6. Menoch. lib.6. præs.30. n.13.* vbi, quod statutum loquens de ciuibus
397 originarijs, comprehẽdit etiam natum in suburbijs, *Rip. de Pest. tit. de priuil. contract. caus. pest. n.181. & seq* vbi, quod natus extra Ciuitatem tempore pestis,
398 fingitur natus in Ciuitate, à qua mater aufugerat propter pestem: quicquid in contrarium afferat *Crauett. cons.441. n.3. Gratian. discept. for. cap.75.* & a ij existimantes, propriam originem contrahi in eo loco, vbi quis nascitur etiamsi ibi nascatur casualiter.
399 Nomine verò paternæ originis non solum intelligitur origo patris, sed etiam Aui, *secundùm Bart. in l. assumptio, §. filius, num.1. ff. Ad municip. Decian. tract.*
400 *crim. lib.4. cap.16. nu.19. & 20.* vbi, quod oriundus dicitur is, qui natus est in eo loco, vel qui inde originem duxit, puta quia pater, vel eius maiores ex eo loco prognati sunt. vnde nepos non tantùm in
401 loco originis patris, sed etiam in loco originis Aui conueniri potest: quia nepos non tantùm pa-
402 tri, sed etiam Aui originem sequitur, licèt non sequatur originem aliorum parẽtum antiquiorum, *l. libertus, §. in adoptiua, ff. Ad munici p & sensit etiam Boer decis.13. num.6. & 7. Carleual. vbi supra, d. q.2. nu. 52. & seq. & nu.85.* vbi dicit, quod filius habere po-
403 test plures origines, nempe propriam, paternam, & auitam, *contra Host. in sum. de for. compet. nu 6. vers. item ratione originis &c.* vbi dicit, quod inspicitur origo patris tantùm, non autem aliorum maiorum.
404 Verum quod diximus de origine Aui ità demũ procedit, si nepos viuo Auo conceptus fuit, *§. cum autem quæritur, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. Bart. in d. l. assumptio, §. filius, num.1. in fin. Luc. Penn. in l. filios, in fin. C. de municip. & origin. lib.10.* vbi aliam conditionem ad id requirit, videlicet quod eo tempore, quo nepos natus fuit, pater eius fuerit in potestate sui patris, eiusdemque Aui, *Gonz. ad reg.8. Cancell. glos.9. §.1. num.98. & 99. Cæs. de Graff dec.5. aliàs 180. Qui fil. sint legit. Rot. diuers par.1. decis.359* vbi quòd nepos conceptus ex filio emancipato, non sortitur forum in origine Aui, quamuis contrarium sentiat

Barbos.in l.hæres absens,§. proinde in art.de for.orig. nu. 30.ff.de Iudic quem refert, & sequitur Carleual. d. l. 1. tit.1.disp.2.quæst.2.num.55. vbi quod dicta conditio, videlicet quod nepos natus, fuerit in potestate Aui, non est necessaria, quia nepos sequitur originem Aui naturalis, etiamsi natus fuerit in adoptiua familia, *l.libertus,§.in adoptiua, ff. ad municip.* quo casu certum est, eum non nasci in potestate Aui naturalis, *§ illud autem scire, Inst. Quib.mod ius patr. potest.sol-*
405 *uit.* secus esset, si nepos conceptus sit Auo defuncto: tunc enim non sequitur Aui originem, quia eo casu nullo iure cognationis Auo iungitur, & ideò neque tunc nepos Auo suus hæres esset, *d. §.cum autem quæritur, inst. de hæred. quæ ab intestat. defer.Bart. loco cit. & alij.*

406 An verò filius sequatur originem matris? Resp. quod filius legitimus non sequitur originem matris, nisi sit ibi originaliter natus, *d.l.filios C.de municip.& origin.lib.10 l.exemplo,C.de Decurion.eod.lib.10. Afflict.d dec.384.num.4.* subdens, quod eo casu filius non ratione maternæ originis, sed propriæ subit munera. filius verò spurius, seu vulgo quæsitus, cum patrem ostendere non possit, ideò aliam originem, quàm matris, habere non potest, *l.vulgo,l.cum legitimè,l.lex naturæ,ff.de stat.hom.l.eius,qui insu,ff.Ad mu-*
407 *nicip.* eademque ratione expositus originem habebit in eo loco, in quo exponitur, *vt d. Bart. in l. 1. num.21.ff.ad municip.Boer.dec.13.num.41.Grat. discept. for.cap.65.num.12.*

408 Quid verò dicendum sit de filijs bastardis legitimatis à Principe? Resp. quod isti patris originem sequuntur, *vt d.Bart.in d.l.1.num.22.ff.ad municip.* origo
409 enim contrahitur non solum natiuitate propria, & naturali, sed etiam ciuili; vnde manumissus, &
410 adoptatus sequitur originem adoptantis, manumittētis, *l.1.& l.assumptio,6.§. libertini,l.si quis à pluribus 7.l.ordine,§.ius originis,ff.Ad municip.l.sicut proponis,C.de municip.& origin.lib.10.l.Ciues Cod.de Incol.eod.lib.Host.in sum.de for.comp. nu.6. vers. item ratione originis &c.Spec.in tit.de compet.Ind.adit.§.1.nu. 33.Decian.tract.crim.lib.4.cap.16.num. 21. Carleual. d.*
411 *disp.2.q.2.num.101.& 110.cum seq.* vbi addit, quod origo acquiritur etiam per natiuitatem spiritualem; vnde per baptismum quis contrahit originem in loco, in quo baptismum suscipit, etiam quoad tēporalia, *ex trad.per Luc.de Penn.in d.l.ciues, C. de Incol.lib.10.Gonz.ad reg.8.Cancell. glos. 9. §.1. num. 106. Gratian.discept.for.d.cap.75.num.16.* quod tamen intelligendum videtur, dummodò ibi casualiter non fuerit baptizatus, *iuxta superius dicta, vide Bart.in d.l. 1.num.8.ff.Ad municip.*

412 Notandum est autem, quod si ex propria origine, & paterna resultarent contrariæ qualitates, præponderabit, & vincet qualitas procedens ex origine paterna, *arg.l.cum satis,22.Cod. de Agric. & Censit. lib.11.* item inter qualitates paternam, & auitam, secum pugnantes, paterna vincet auitam, & paternam magis sequetur filius, quàm auitam, *l. priuilegio 27.vbi DD.C.de Decurion lib.10.* quod præcipuè procedit in fauorabilibus: nam si ad aliquod munus, vel beneficium requiratur qualitas, vt aliquis sit de tali Ciuitate, vel Regno, ad illud munus
413 admitteretur filius Ciuitatis, vel Regni Originarius ex origine paterna, licèt sit alienigena ex propria, *Anchar.cons.37.Carleual.loco cit.d.q.2.num.105.* vbi *num. 106.* id limitat, quando lex, vel statutum ad aliquē effectū expressè requireret qualitatem prouenientem ex origine propria, *& num.82.& 87.* vbi, quod in materia stricta in legibus, & statutis nomeo ciuis accipitur pro ciue originario, ità vt censeatur exclusus à dispositione ciuis per incolatum, aut domicilium; quemadmodum nomine ciuis originarij solum ille comprehenditur, qui verè originarius est, non autem originarius ex priuilegio, *Alex.cons. 41.num 12.& 13.lib.5.Natt.cons.254.nu.2.& 3. lib 2. Boer.dec.13.nu.24.Surd.dec.329.nu.9.*

414 Quæres, an ciues absentes à loco originis, & in eo domicilium non habentes, gaudere debeant priuilegijs, & immunitatibus originis? affirmat *Cephal. cons.451.num.88.& seq.Decian.respons.44.vol. 4.* quos refert; *& sequitur Carleual.d.lib.1.tit.1.disp 2.q.2.num 117.& seq.* dummodò nō repugnent verba priuilegiorum, vel statutorum; sicut enim orignarius etiā absens potest vocari, & compelli ad munera, *l. 1.C. de municip.& origin.lib.10.l.priuilegio 6. Cod. de Incol. cod.lib.l.Incola,29.ff. Ad municip.l.3.in princ. ff. de muner.& honor.l.senatores,ff.de Senat.l.in adoptionem 1.C. de Adopt.Bart.in d.l.assumptio,§ filius,nu 2. ff. Ad municip. Bosf in tit.de for.comp.num.34.* excepto eo, qui adeptus est senatoriam dignitatem, *l. Municeps, in princ.ff.eod.tit.Ad municip.* ità etiam frui debet commodis, & priuilegijs loci originis etiāsi munera non subeat, cum per ipsum non stet, quominus ea impleat, *l.qui operas 41 ff.locat.l. iure ciuili,24. ff. de condit.& demon.l.1.§.Diuus Seuerus,ff de var.& extraord. cognit*

415 Contrarium tamen tenet. *Afflict.decis.384.& ibidem Vrsill.* vbi dicit, quid ciuis deserens Ciuitatem amittit priuilegium Ciuitatis, & desinit esse ciuis *Rot.d.dec.327.num.1.& seq.par.1. Diuers.* vbi quod si ciuis originarius habitat extra Prouinciam originis, vel extra Ciuitatem, dicitur ab eo deserta Prouincia vel Ciuitas originis, ità vt si filius sit conceptus, & natus postquam pater deserta Prouincia, vel loco agnationis, domicilium alibi transtulerit, non possit dici originarius, vel naturalis loci iā prius deserti à Patre, sed sequitur domicilium patris, *Hond cons.5,num.27.& seq. num. 43. & seq. vol.1.* vbi quod origo amittitur quoad forum, munera, & onera, si originarius transferat suum domicilium extra locum originis *Rol.à Vall.cons.79.num. 31. & seq. lib. 3.*
416 subdens *nu.53.* quod si quis steterit per decennium in alio loco, præsumitur mutasse prius domicilium;
417 quamuis enim origo mutari, & illi renunciari nequeat, amitti tamen possunt iura, & commoda ipsius originis, *vt rectè probat Gail.lib.2.obseruat. 36.num.5. & seq.Menoch.lib.6.præsumpt.30.num.32.& seq. Surd. dec.330.num 4.& seq.*

SVMMARIVM.

418 *Quando quis possit vbique locorum conueniri, & num.420. & 423.*

419 *An quis possit resilire à pacto, seu conuentione, vt vbilibet conueniatur.*

420 *Obligatus in forma cameræ Apost. potest vbilibet conueniri, si ibi reperiatur limitatur num.423.*

421 *In contractibus consistit remissio neque ad verum locum contractus, neque ad fictum.*

422 *An Dominus conueniri possit in loco, vbi reperitur eius procurator.*

423 *Quid si debitor obligatus in forma Cam. Apost. non reperiatur in loco, sed tantùm eius bona.*

424 *Debitor certo loco obligatus, si fuit in mora soluendi, ex dispositione iuris communis potest conuenire, vbilibet reperiatur, dummodò in loco idoneo.*

425 *Quid si quis promisit soluere Florentiæ v.g. & Senis, & vbique locorum.*

426 *Quando causa ad Iudicem loci contractus sit remittenda?*

Quid

427 *Quid si debitor in vno loco se obligauit, & in alio solutionem destinauit.*
428 *Et quid si debitor in loco contractus, vel destinatæ solutionis non reperiatur.*
429 *Vagabundus potest vbique locorum conueniri.*
430 *Debitor, qui se per pactum expressum ad manus iniectionem in personam, vel bona obligauit, potest coram quocunque Iudice aliàs competente conueniri.*
431 *Causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes coram Ordinarijs locorum cognosci debent.*
432 *Causæ prædictæ etiam alibi cognosci possunt accedente consensu vtriusque partis, & Ordinarij illius loci.*
433 *Quisque iuri suo renunciare potest, quando non resultat in tertij præiudicium.*

Quæstio XXI.

An & quando possit quis vbilibet conueniri.

418 POtest quis vbique locorũ cõueniri, si ad id per
pactum se se obligauerit, renunciando omni
419 priuilegio fori, *Anchar.cons.*140 *n.*4. vbi etiã dicit,
quod ab ista conuentione potest impunè resilire vsq;
ad litem contestatam, *& cons.*192.*n.*4.*vers.Dixit tertiò*
&c. subdens, quod si talis conuentio firmata sit iura-
mento, hoc casu non videtur habere locum pœniten-
tia, *Alex.in l.si conuenerit,n.*2.*de iurisd.omn.Iud.latè Ci-*
420 *riac.contr.*310.*n.*18.*& n.*28.*&* 29.& itá de facto vi-
dentur pacisci qui in forma Cameræ Apostolicæ se se
obligant, *vt ex formula, quã refert Tyber.in Pract. iudic.*
*lib.*4 *fol.*491. quod quidem pactum intelligi debet, si
debitor in eo loco reperiatur, *cap.Romana,§.contrahẽ-*
*tes,de for.comp.in*6.*l.hæres absens,ff.de iudic.* quia in cõ-
421 tractibus regulariter non fit remissio etiam verum
locũ contractus, nedum ad fictum, *vt d.Bald.cõs.*167.
422 *n.*2.*& seq.lib.*3. vbi etiam obseruat, quod nõ potest
Dominus ibi cõueniri, vbi reperitur eius procurator
simpliciter constitutus, nisi ad illum locũ, & causam
constitutus fuerit, *Ciriac.d.contron.*31.*n.*21.*& seq.* vbi
423 subijcit, quod si in loco extẽt aliqua debitoris bo-
na siue immobilia, siue mobilia, & se mouẽtia, tũc pa-
riter eiusdem pacti vigore ibidem ratione rei forum
sortitur, itá vt Iudex loci possit creditorem eorumdẽ
bonorum possessionẽ mittere, etiamsi debitor ibi nõ
reperiatur, *vt sensit etiam Cancer.var.lib.*2.*c.*7.*n.* 160.
424 *Bellon.dec.*161.*n.*5. vbi dicit, quod quando debitor
certo loco obligatus, fuit in mora soluendi, ex dispo-
sitione iuris communis potest conueniri vbilibet re-
periatur, dũmodò locus sit idoneus, *Petr.à Duenn.*1.2.
425 *reg.*86. vbi dicit, quod si quis promittit soluere Flo
rentiæ, & Senis, & vbique locorum, ista clausula intel-
ligitur de locis existentibus sub iurisdictione locorũ
præcedentium eiusdem Iudicis, quia illa generalitas
recipit intellectum à specialibus præcedentibus, *de*
*quo vide Dec.in cap.*1.*n.*157.*de Iudic.* vbi addit, quod si
locus nõ sit insolitus, licet remotior sit alijs locis ex-
pressis, ex intentione partiũ videtur, quod possit ibi
conueniri; vnde qui Pisis contraxit, & promisit sol-
uere Florentiæ, & Senis, & vbique locorum, poterit
etiam Romæ, & Mediolani, vel Venetijs conueniri;
secus si locus esset insolitus, de quo verisimiliter par-
tes nõ debuerunt cogitare, quia tũc nõ poterit in tali
loco cõueniri, *Iordan.elucubr.diuers.vol.*3.*lib.*13.*tit.*8.
*de for.compet.n.*225. vbi consulit, vt apponatur clausu-
la, *in solidũ*, nè videatur facta diuisio propter copulã,
& positam inter loca specificata, *vide Bart.in l. Seio,§.*
*medico,ff.de Ann.leg.Grot.decis. Marc.*180.*n.*12. *& seq.*
426 Notandum tamen, est quod in nonnullis casibus
causa ad Iudicem loci contractus est remittẽda, vide-
licet quando debitor promisit soluere in certo loco,
vel se submisit foro illius loci, renunciando expressè
loco domicilij. 2. si apud tribunal loci cõtractus cum
iuramento promiserit, se responsurum, & litigaturũ,
absque alia fori renunciatione 3. vbi quis certo in lo-
co contraxit, & in eo promisit se præsentare. 4. si quis
soluere promisit in certo loco, & tempore, nempe in
nundinis in certi loci. 5. quando agitur de reddendis
rationibus: tunc enim locus est remissioni ad locũ, in
quo quis priuatim, vel publicè administrationẽ exer-
cuit, *Abb.in cap.fin.nu.*37.*de for.comp.Iordan.elucubrat.*
*diuers.vol.*3.*lib.*13.*tit.*8.*de for.compet.n.*225. *& alij Do-*
ctores relati in Syntogm.opin.cõm.loco 4.*de Contract.tit.*5.
*de reb.cred.cap.*1.*nn.*1.*& seq.Bellon.dec.*161.*n.*6. vbi etiã
427 dicit, quod si debitor in vno loco se obligauit, & in
alio solutionem destinauit non ad locum contractus,
sed ad locum destinatæ solutionis fieret remissio, *latè*
*Couar.pract.qq.cap.*10.*n.*3.*& seq.* subdens *n.*7. quod vbi
428 causa est examinanda in loco contractus, vel solu-
tionis destinatæ, Iudex illius loci non poterit etiam
verbali citatione vocare ad iudiciũ ipsum reum ex-
tra ipsius territorium commorãtem, licèt vtrumque
territorium sub eiusdem Principis imperio esset; &
ideò Iudex loci contractus debet requirere iudicem
domicilij, vt faciat citari, & reuocari ad tribunal cõ-
tractus ipsum reum, vt forensis praxis obseruat; quod
si Iudex requisitus nolit exequi litteras Iudicis re-
quirẽtis eius Superior interpellandus est, vt cogat
Iudicem requisitum ad eas exequendum, *iuxta tex.in*
cap.nullus,de Iurepatr.l.si tutor pupillo,ff.de Author.Tut.
429 Notandum 2. quod etiam vagabundus, hoc est qui
per mundum vagatur, nec habet certum domicilium,
in quo habitet, potest vbique locorum cõueniri, *glos.*
*communiter recepta in l.*1.*C.Vbi de crim.ag.opor.*
430 Notandum 3. quod quando debitor se se per pa-
ctum expressum ad manus iniectionem in personam,
vel bona in euentum moræ obligauerit, ex vi iuris
communis conueniri potest coram quocumque Iudi-
ce aliàs competente ipsius debitoris, *vt d. Coler. de*
*Process.execut.par.*2.*cap.*1.*nu.*41.
431 Notandum 4 quod causæ omnes ad forum eccle-
siasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficia-
ciales sint, in prima instantia coram Ordinarijs lo-
corum dumtaxat cognosci, seu tractari debent, *iuxta*
*Conc.Tridentinum sess.*24.*de ref.cap.*20. vnde non suffi-
ceret partium consensus, quod causa alibi tractetur,
*Cæs. de Grass. dec.*9. *aliàs* 37. *de Caus. poss. & propr.* nisi
432 vltra consensum vtriusque partis accederet con-
sensus Ordinarij: tunc enim alibi huiusmodi causæ
433 cognosci possunt, cum quisque iuri suo possit re-
nunciare, quando non resultat in tertij præiudi-
cium, *vt censuit Sac. Congregatio Concilij teste Iordan.*
*Elucubr.diuers.lib.*13.*tit.*1.*de Iudic.num.*39.*vers.Imo ac-*
cedente &c.

SVMMARIVM.

434 *Quando agitur ciuiliter, nemo in propria domo capi potest, etiamsi domus sit aliena, dummodò eam inhabitet: amplia-tur nu. seq. limitatur nu.*440. *& seq.*
435 *An prædicta conclusio locum habeat in prædio rustico.*
436 *An quis capi possit in naui.*
437 *Et an capi possit in Vniuersitatibus scholariũ, vel in nũdinis.*
438 *Debitor, qui habet bona sufficientia, non potest carcerari.*
439 *Capiens in prædictis casibus tenetur iniuriarum.*
440 *Potest quis capi in taberna, si ibi sit vt viator.*
441 *Quando quis citari possit in domo hospitis.*
442 *Item potest quis capi in porticu domus, in scalis extra domum existentibus, & in ostio domus extra clausuram.*
443 *Quando quis dicatur esse in domo.*
444 *Potest quis capi in limine portæ.*

Item

Quæstio XXII.

An, & quando quis capi possit in domo.

434 VBi ciuiliter agitur, nemo in propria, quā inhabitat, domo, seu horto domui contiguo, regulariter capi potest, siue ostiū clausum sit, siue apertū, quia domus tutissimū cuiq; refugiū, ac receptaculum est, *l. pleriq; vbi Bart. Alex. & alij, ff. de in ius voc. l. nemo de domo, ff. de Reg. Iur.* quod procedit etiā respectu domus conductæ, dūmodò quis eā inhabitet: hæc enim, licèt aliena sit tamen ad hunc effectū dicitur propria *Bart. in d. l. plerique, n. 3. latè Gabr. commun. conclus l. 7. de malefic. concl. 10. n. 1. & seq.* vbi dicit, id locū habere nō
435 solū in prędio vrbano, sed etiam in prędio rustico, in quo quis habitat, *Dec. in d. l. nemo de domo, nu 2. & 3.*
436 vbi, quod neque in naui quis capi potest, cū nauis prædio vrbano cōparetur, *Farinac. in Pract. crim. q. 27. n. 91. Scanarol. de Visit carc. l. 3. . 10. n. 1 & seq. & n. 6. & 11. cum seq.* vbi dicit, quod neque potest quis capi in
437 Vniuersitatibus scholariū, dūmodò scholæ habeāt priuilegiū Vniuersitatis, neq; in nundinis, nisi cōtractus fuerit iuratus, vel celebratus in ipsis nundinis, quia tunc nō admittitur hoc priuilegiū, vide *Bald. in l. 1. C. de nund. & in cōs. 312. n. 5. l. 5.* vbi subijcit, quod si
438 debitor habeat bona sufficientia, nō potest, nec de-
439 bet de iure ciuili carcerari, *& in d. l. plerique*, vbi, quod capiens tenetur iniuriarum, & eidem potest etiam armis resisti.
440 Hæc tamen cōclusio limitatur 1. quando quis caperetur in taberna, & esset ibi vt viator, nō animo ibi cōmorandi, quia taberna nō dicitur propria domus, *Dec. in l. nemo, ff. de Reg. Iur. Tiraq. de Retr. lign. §. 9. glos.*
441 *2. n. 31. seq.* nō tamē potest quis citari in domo hospitij, nisi in eo frequentiùs conseruari consueuerit, vel decreuisset in illo diutiùs habitare, *vt not. Tir. ci t.*
442 Limitatur 2. quando quis reperiretur in porticu domus vel in schalis extra domum existentibus, vel
443 vel in ostio domus extra clausuram, quia tunc capi posset: nō enim dicitur quis esse in domo, nisi saltem aliqua pars corporis, vel aliquod membrum existat intra clausuram, *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de cloac.* vbi dicit, quod quando aliquid fit in ostio intra clausuram domus, dicitur fieri in domo: secus quando fit extra clausuram ostij, *Alex. in d. l. plerique, num. 4.*
444 *& 5. & alij apud Gabr. d. l. 7. concl. 10. n. 23. & seq.* vbi dicit, quod potest quis capi in limine portę.
445 Limitatur 3. quando quis reperiretur in domo aliena: tunc enim capi potest, etiamsi Dominus domus prohiberet ingressum, *Dec. in l. nemo num. 3. & 4. ff. de reg. Iur.* quamuis in hoc contrarium sentiat *Alex. in d. l. plerique, nu. 10.*
446 Obserua tamen, quod domus viri, vxoris, & patris nō censetur ad huc effectū aliena, sed dicitur propria etiā respectu filij emancipati, *Gabr. loco cit. n. 28. & seq.*
447 Limitatur 4 vt possit quis etiam in domo propria capi, si ibi non habitet, *Gabr. ibidē n. 31. alij communiter.*
448 Limitatur 5. in eo, qui recusat acceptare officium publicum, *l. ex omnibus, vbi Bart. C. de Decurion. lib. 10. Gabr. d. lib. 7. concl. 10. num. 33. & 43.* vbi ampliat, quod
449 etiam in causa syndicatus potest quis extrahi de domo propria.
450 Limitatur 6. in eo, qui se obligauit ad factum, vel cum iuramento, vel in forma camerę, vel aliter renūciauit beneficio *d. l. pleriq; ff. de in ius voc.* vel omni legū auxilio, *Alex. in d. l. pleriq; n. 11.* vbi dicit, quod li-
451 cèt mulier honesta pro debito ciuili non possit regulariter capi, fallit tamen in muliere obligata pro
452 administratione tutelæ, quā assumpserat, renūciādo Velleiano, & omni legum auxilio, *& ità sentiunt alij apud Gabr. d. concl. 10. n. 34. & seq. Zacch. ad Gallef. de oblig. camer. q. 2. nu. 24. & seq. Guid. Pap. dec. 208. versus fin. Rot. apud Zacchi. post d. tract. decis. 64. nu. 2.*
453 Limitatur 7 quādo debitor repertus fuit à satellitibus extra domum hoc enim casu, etiamsi deinde in domum fugiat, tamen ex ea extrahi potest, quia attenditur initium, *vt post Bald. obseruat Hyppol. de Marsi. singul. 225. post med. Alex. cons. 24. nu. 28. post med. vol. 2. Io de Anan. cons. 11. n. 4.*
454 Limitatur 8. vt prædicta cōclusio procedat de iure: secus de consuetudine, secundū quā apud nos pro quocunque debito, pro quo persona capi potest, capi etiam potest in domo propria, *vt testatur Farinac. in Pract. crimi. q. 27. num. 91. in fin.* quod tamen procedit, quando ianua principalis est aperta, & nemo prohibet, aliàs secus, *Scanarol. de Visit. carcerat. lib. 3. cap. 10.*
455 *n. 2.* subdens *n. 5.* quod non potest quis pro causa ciuili capi in domo etiam aperta, & nemine prohibente ingressū, si illa fuerit assignata pro carcere in cau-
456 sa criminali. Vnde si ostiū domus debitoris sit clausū cōmuniter seruatur, vt non possit familia aperire per vim, nisi præuio nouo mandato Iudicis, etiāsi debitor se obligauerit cū iuramēto, vel in forma cameræ, *Alex. in d. l. plerique, nu 10. ff. de in ius voc. Farinac. d. q. 27. nu. 94. Scanarol. vbi supra nu. 3. & seq.*
457 Limitatur 9. in debitore suspecto de fuga, & in causis criminalibus, *glos. cōmuniter recepta in d. l. nemo, ff. de reg. Iur. Bart. in d. l. plerique, nu. 5. & cons. 169. lib. 1. Bald. in l. sed & si, ff. de in ius voc. Gabr. loco cit. nu. 36. & 37. Scanarol. d. lib. 3. cap. 10. n. 18. cum seq.* & de debitore doloso, delinquente, & fraudante, & alienante bona, seu illis abutente in fraudem, tradit *Parif. cons. 94.*
458 *nu. 54. & seq. par. 1 Farinac. d. q. 27. num. 93.* vbi, quod satellites possunt etiam frangere ostium, & fenestras ad effectum capiendi delinquentem.
459 Notandum est etiā, quod senes septuagenarij pro debito ciuili nec in domo, nec extra capi possunt; & ideò Principes solēt passim eximere huiusmodi senes

facta

facta assignatione bonorũ,& præstito cõsensu illorũ
subhastationi, *latè Ridolfin. in Prax. pa. 1. c. 14. n. 346.*
460 Notandum 2 quod minor 25. annorum similiter
nõ potest pro debito priuato carcerari nec in domo,
nec extra, *Rom. cons. 220. n. 4* idemque dicendũ est in
461 filiofam. etiã maiore, *latè Paris. d. cõs. 94. n. 13. vers.*
istis tamẽ nõ obstantibus &c. & per tot. Vrsill. ad Afflict.
decis. 308. n. 20. vbi dicit, quod filiusfam. non conue-
nitur de persona, sed tantum, in quantum facere po-
test, deducto nè egeat, etiã quãdo se se obligauit cũ
Patre & cum consensu ipsius, si faciat se emancipari
à Patre, vel post mortẽ Patris renunciet hæreditati
paternæ, *iuxta textũ in l. si filiusfam. ff. Quod cũ eo &c.*
& l. 2. C. eod. nisi filiusfam. beneficio dictarum legũ
expressè eum iuramento renunciauerit, quia tunc
carcerari potest, *vt not idem Vrsill. loco cit. nu. 21.*

S V M M A R I V M.

462 *Offendens procuratorem, vel principalem ex causa litis amittit omne ius, quod in causa habet, ex constit. 2. Alexandri VI.*
463 *Prædicta constitutio non habet locum extra Vrbem, nisi lis penderet in Romana Curia.*
464 *Dicta constitutio cõprehendit etiã offendentem testes, & Iudices etiam extra Curiam lite pendente, occasione litis.*
465 *Offensio præsumitur facta causa litis, alia causa nõ apparẽte.*
466 *In Romana Curia lis inducitur sola citatione.*
467 *Constitutio Pii IV. contra debitores non deferentes biretum viride post cessionem bonorũ, nõ extenditur extra Vrbem.*
468 *An is, qui gestat biretum viride, possit carcerari pro debito postea contracto.*
469 *An constitutiones Ægidianæ, & Carpenses in toto ecclesiastico statu seruari debeant.*

Quæstio XXIII.

An bulla Alexandrina circa offensiones factas occasione litis liget extra Romanam Curiam.

462 PRæmittendum est, quod offendens procurato-
rem, aut principalẽ ex causa litis, amittit om-
ne ius, quod in causa habet, *ex consti. 2. Alexandri VI.*
463 Ad quæsitum resp. quod dicta bulla, seu cõstitu-
tio non ligat extra Romanã Curiã, ità vt neque lo-
cum habeat in districtu nisi lis penderet in Curia,
quo casu haberet locũ etiã extra curiã, *Mandos. cons.*
60 per tot. quem refert Grat. dec. Marh. 84. n. 3. Pui. decis.
464 *99. lib. 1.* vbi dicit, quod licèt dicta constitutio vi-
deatur prospicere, vt existentes in Curia sint tuti,
& libertati Curiæ fauere, comprehendit tamen eos,
qui offendunt testem, vel Iudicẽ extra Curiam, lite
pendente, occasione litis, tum quia alioquin per in-
directũ impediretur, nè lites exercerẽtur in Curia,
tum etiam quia cũ dicta constitutio consultat quie-
ti, ac securitati litigantium, dicitur fauorabilis, &
ideò extendenda; vnde habet locum vbicũque fiat
offensio, *Cherubin. in Compen. Bullar. d. const. 6. schol. 1.*
Gonz. ad reg. 8. Cancell. §. 6. probem. nu. 59 Rot. dec. 639.
465 *par. 1. Diuers.* vbi, quod offensio præsumitur facta
ex causa litis, alia causa nõ apparẽte; secus si de alia
causa constaret, quia tunc cessaret dicta præsum-
ptio, & allegãti, offensionem fuisse factam ex causa
litis, incumberet onus probandi, *Cherubin. vbi supra*
schol. 2. Puta. decis. 97. & 98. lib. 1. Galganett. ad statut.
466 *Vrb. lib. 1. cap 118. in princ.* vbi etiam obseruat, quod
in Romana Curia lis inducitur sola citatione.
467 Ità etiã constitutio 39. *Pij IV.* vbi statuitur, quod
debitores obtinentes alternatiuas significationes, &
dilationes, semper biretum viride deferre debeant
sub certis penis ibidẽ expressis, nõ extenditur extra
Vrbem, quia dicta constitutio intelligitur de debi-
toribus, qui post cessionem bonorum non discedunt
ab Vrbe, & tamquã pęnalis, & correctoria non debet
extendi neq; ex identitate, seu maioritate rationis,
l factum, §. in pęnalibus, vbi Dec. ff. de reg. iur. Hond. cons.
95. n. 98. & seq. lib. 1. Fariu. in frag. ver. extensio, n. 162. &
165. quos refert, & sequitur Scanarol. de Visit. Carcerat.
lib. 3. c. 9. nu. 20. & seq. subdens *n. 22.* quod visita con-
sulta ad instantiam cuiusdam debitoris, qui captus
fuit Imolæ ob non delationem bireti viridis, quod
cedendo bonis Romæ promiserat gustare respondit,
esse relaxandum, tamquam nulliter captum.
468 Quæres, an is, qui gestat biretum viride, possit
carcerari pro debito postea contracto? negat *Scana-*
rol. loco cit. nu. 23.
469 Quæres 2. an constitutiones Ægidianę, & Carpen-
ses in toto ecclesiastico statu seruari debeant? Resp.
quod constitutiones Carpenses non egrediuntur Pi-
cenum; quia Rodulphus Cardinalis Carpensis solum
Piceni legatus fuit, nec à fel. record. Paulo III. fuerũt
extensæ vltra legationem eiusdem Card. Carpensis.
Cõstitutiones verò Ægidianæ, ab eodẽ Sũmo Ponti-
fice cõfirmatę, in toto statu Ecclesiastico seruãdę sũt,
quia Ægidius Card. Carillus pro tota Italia, dũ Sũ-
mi Pontifices degebant Auenione, legatus fuit cõsti-
tutus, *vide Rot. in Ferrarien. restitutionis dotis 26. Nouẽ-*
bris 1633. corã Merlino, quæ decis. 238. n. 14. & seq. par. 6.
recent. vbi aliæ eiusdem Rotæ decisiones allegantur.

S V M M A R I V M.

470 *Debitor de fuga suspectus iurari potest in loco contractus & in loco destinatæ solutionis.*
471 *Mercatores, dum sunt in nundinis, suspecti sunt de fuga.*
472 *Fugiens, seu parans se ad fugam, quocunque in loco capi potest à creditore etiam in alieno territorio, in quo non contraxit, si deficiat copia Iudicis.*
473 *Debitor, qui consensit, vt possit omni loco conueniri, potest vbique iurari suspectus.*
474 *Debitor de fuga suspectus in loco sacro capi non potest.*
475 *An capi possit tempore feriato in honorem Dei.*
476 *An captus cum mandato suspicionis fugæ, possit arrestari pro alia causa ciuili, & nu. seq.*
477 *Debitor suspectus censetur debitor ex delicto.*
478 *Captus pro delicto, non potest arrestari pro causa ciuili.*
479 *Relaxatus à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebatur, non potest per spatium horæ pro ciuili causa capi, seu carcerari.*

Quæstio XXIV.

In quo loco debitor iurari possit de fuga suspectus.

470 REsp. quod debitor simpliciter de fuga suspe-
ctus iurari potest in loco contractus, & desti-
natę solutionis; idemque dicendũ in debitore nun-
dinarum; nã quamuis recipiendo in nundinis nõ se
obligauerit personaliter, tamen si intra tẽpus nũdi-
narum non soluat, potest iurari suspectus, si debitum
fuerit contractũ nundinarũ causa, & solutio sit ibidẽ
471 destinata; ratio est, quia mercatores omnes, dum
sunt in nũdinis, suspecti sunt de fuga, *Curt. de Sequest*
nu. 3. Nig. de exec. rei iud. c. 14. §. 5. n. 23. quos refert, &
sequitur Scanarol. de visit. carcerat. l. 3. c. 3. nu. 35. & seq.
472 Notandum est etiam, quod fugiens, seu parans
se ad fugam, quocũque loco reperiatur, capi potest,
l. 1. C. vbi quis de Curial. aliàne cond. conuen. Caccial. de
Susp. deb. q. 7. n. 1. & 2. Scanarol. loco cit. n. 37. vbi, quod
etiam in alieno territorio, in quo non contraxit, ca-
pi potest à creditore, si deficiat copia Iudicis.
473 Notandum 2. quod debitor consenserit, vt possit
omni loco conueniri, potest vbique iurari suspectus
etiamsi, se non pręparet ad fugam, *glos. in l. ait Prætor*
10. §. si

10. § si debitorem, & ibid. DD. ff. Quæ in fraud. cred. Alex.
in l. 2. nu. 8. ff. de Iurisd. omn. Iud. Rom. cons. 242. nu. 2. &
alij apud Scanarol. d. lib. 3. cap. 7. nu. 38. & 39.

474 Notandum 3. quod in nullo casu suspectus de fu-
ga capi potest in loco immuni, seu sacro, licet possit
475 capi tempore feriato etiã in honorem Dei, *Couar.*
2. var cap. 20. nu. 14. Germ. de Immun. lib. 3. cap. 16. n 99.
& seq. & alij apud Scanarol. loca cit. n. 40. & seq.

476 Notandum 4 quod captus cũ mandato suspicio-
nis fugæ non potest arrestari pro alia causa ciuili, *se-*
477 *cundum Scanarol. lib. 3. cap. 11. nu. 25.* tum quia arre-
storũ materia est odiosa, & propterea restringenda:
tum etiam quia debitor suspectus videtur aliqua ra
tione debitor ex delicto: fuga enim sapit delictum,
cũ fugitiuus debitor furtũ rerũ creditoris dicatur
committere, *Bald. in rubr. C. de reuoc. ijs, quæ in fraud.*
478 *credit. n. 7. Anchar. cons 192. n. 4.* captũ verò pro de-
licto non posse arrestari pro ciuili, sed tantũ pro alia
causa criminali, tradit *Bart. in tract. de Carcer. n. 21. &*
in l. 2. §. qui exhibendi, num. 4. ff de Custod. reor. Marsil. in
Prax. crim. §. attingam, nu. 73. fol. 153. Caball. cas. 299. n.
479 *30. Vermigl. cons. 351. n. 1. & seq.* vbi etiam obseruat,
quod relaxati à carceribus in quibus pro causa cri-
minali detinebantur, non possunt per spatium horæ
pro ciuili causa capi, seu carcerari, *Fariuac. q. 26. nu.*
155. vbi de receptiori, ac veriori testatur.

S V M M A R I V M.

1 *Testes examinari non possunt extra locum iudicij, nisi iura-*
uerint in loco iudicij, vel nisi aliter seruetur de consuetu-
dine: limitatur nu. 5.
2 *Testes infra terminum inducti, & iurati, extra terminum*
examinari possunt: limitatur nu. 6.
3 *Depositio facta post terminum, vel in alio loco, fingitur fuisse*
facta tempore, & loco præstiti iuramenti.
4 *Testes iurati infra tempus datum in remissoria, possunt post*
terminum examinari de æquitate.
5 *Quando testes examinati, & iurati extra locum iudicij, fa-*
ciant fidem.
6 *Quãdo datus fuit terminus ad probatũ habendũ, testis etiamsi*
iurauerit in termino, non potest deponere post terminum.
7 *Testes examinari non possunt extra locum deputatum in re-*
missoria: limitatur n. 8.
8 *Testes si præstiterunt iuramentum in loco assignato in remisso-*
ria, possunt in alio loco examinari.
9 *Quid si in commissione adsit clausula, arbitrio Rotæ.*
10 *Locus loci examinis testium exprimi debet, nisi ex præceden-*
tibus actibus, aut alijs circunstantijs concipi possit.
11 *Ea, quæ incontinenti fiunt, præsumuntur facta eodem loco,*
& tempore.
12 *Quando actus consueuit fieri in certo loco, ibi in dubio cen-*
setur celebratus.
13 *Literis Episcopi etiam sine loco, datur plena fides.*
14 *Testes differentes in loco, non probant, immò in tali casu pu-*
niuntur.
15 *An defectus loci inualidet probationem.*
16 *Quid si vnus deponat de loco, alter non.*
Qualibet differentia testes singulares reddit, ibidem.
17 *Instrumentum, si deficiat in loco, aut in alijs necessarijs, adhuc*
semiplenam facit probationem.

CAP. II.

An testes examinari possint extra locum iudicij.

1 RESp. negatiuè, nisi aliter seruetur de consuetu-
dine, vel testes iurauerint in loco iudicij, quia
tunc possent alibi examinari: examen enim est meri
facti, & extra locum iudicij potest expediri, *Specul.*
de Test. §. qualiter autẽ sint producendi, n. 13. vers. is quo-
que &c. Rot. dec. 27. de Probat. in antiq. & in Meliten.
Prioratus 7. Maij 1618. coram Manzanedo, quam refert
Gratian, discept. for. cap. 738, n. 72, Vestrius, in Prax, lib. 6.
2 *cap. vlt. n. 8.* vbi, quod eadem ratione testes infra ter-
minum inducti, & iurati, extra terminum examina-
ri possunt, *vide Franc. Curt. in tract. de Testib. concl. 33.*
3 vbi dicit, quod depositio facta post terminum, vel
alio loco, fingitur fuisse facta tẽpore, & loco præstiti
iuramenti, & trahitur ad tẽpus, & locũ eiusdem iu-
4 ramenti, *Rot. decis 26. de Probat. in antiq.* vbi, quod
testes iurati infra tempus datum in remissoria, pos-
sunt post terminum examinari de æquitate.

5 Limita in casu, quẽ ponit *Bar. in l. 4. n. 2. C de Nau-*
frag. lib. 11. vbi dicit, quod potest quis in eo loco, vbi
patitur aliquem casum, examinare testes super tali
casu, & illæ probationes postea faciunt fidem coram
Iudice competente; quod procedit, dummodò testes
deponant de signis, & qualitatibus requisitis, *vide*
Cancer. var. lib. 1. cap. 14. de locat. & conduct. nu. 57.

6 Limita 2 quando datus fuit terminus ad probatũ
habendum; hoc enim casu testis etiamsi iurauerit in
termino, non potest deponere post terminum, *Bart.*
in l. damni, §. Sabini, ff. de Damn. inf.

7 An verò testes examinari possint extra locũ depu-
tatũ in remissoria? Resp. negatiuè, alioquin examen
esset nullũ, *cap. statutũ; §. in nulla quoq; vbi DD. de Re-*
script. in 6. Greg. dec. 510. n. 10. dec. 15. de offic. del. in nou.

8 Limita, si iuramentũ præstitũ fuit in loco assigna-
to in remissoria: tunc enim examen validũ, est etiãsi
factum deinde fuerit in alio loco, cũ examẽ sit meri
facti, & extra iudiciũ expediri possit, *vt supra dixi-*
mus, Rot. in d. Meliten. prioratus 7. Maij 1618. corã Man-
zaneda, quam refert. Beltram. ad Greg d. dec. 518. n. 12.

9 Limita 2. stante cõmissione cum clausula, arbitrio
Rotæ, per quã censetur relaxatus rigor iuris, & data
facultas seruandi æquitatem, *vide Crescen. dec 4. n. 3.*
de Testib. Seraphin. dec. 43. Rot. in Spoletana S Crucis 6.
Februarij 1576. coram Blanchetto, & decis. 122. ex recol-
lect. per Fariuac. & dec. 15. de offic. deleg in nou.

10 Notandum est etiam, quod locus loci examinis
testium exprimi debet, *vt d. Bart. in l. de pupillo, §. qui*
nunciat, ff. de nou. oper. nunc & ibidem alij DD. communi-
ter: nisi ex præcedentibus actibus, aut alijs circum-
stantijs concipi possit, quia tunc necessariò exprimi
non debet, *idem Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. si ini-*
tium, n. 27. ff. de eden. Bald. cons. 208. n. 2. lib. 1. vbi dicit,
11 quod ea, quæ incontinenti fiunt, præsumuntur facta
eodem loco, & tempore, *Alex. in l 2. n. 8 ff. de liber. &*
posthum. Card. Mantic dec. 64. n. 1. & seq. vbi etiam di-
12 cit, quod quando actus cõsueuit fieri in certo loco,
ibi in dubio censetur celebratus, *Achill. dec. 6. aliàs*
13 *170. de prob.* vbi, quod litteris Episcopi etiam sine
loco datur plena fides, quia censentur expeditæ in
loco Episcopatus.

14 Notandum 2. quod si testes differant in loco, non
solum non probant, sed in tali casu puniuntur, vt in
exemplo Susannæ: illi enim falsi testes ad vnũ actum
numero probãdũ deponebãt de loci diuersitate, ex
quo manifestè apparuit, eos falsum deposuisse; nam
implicat contradictionem, quod idem corpus in eo-
dem instanti sit in pluribus, & diuersis locis, & di-
stantibus, *Bald. in d. l. testium, n. 14. & seq. C. de Testib.*

15 Notandum 3. quod defectus loci non inualidat
probationem, si locus non sit de substantia proba-
16 tionis, *Bald. in d. l. testium, nu. 14. & seq.* vbi etiam ob-
seruat, quod si vnus ex testibus deponat de loco, al-
ter non, testes eo casu sunt singulares, cum quælibet
differentia testes singulares reddat, *Corn. cons. 134.*
17 *num. 2. & 5. vol. 5.* vbi addit, quod instrumentum, si
deficiat in indictione, vel in nomine Papæ, vel in lo-
co, aut in alijs necessarijs, & notarius mortuus sit,
facit adhuc semiplenam probationem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quando confessio extraiudicialis facta parte præsente plenè probet, & nu.seq.*
2 *Quilibet actus probari debet per duos testes.*
3 *Confessio in iudicio sine causa valet.*
4 *Confessio extraindicialis facta parte absente plenè probat de æquitate canonica: limitatur nu.7.*
5 *Quid si confessio facta fuerit in articulo mortis pro exoneratione conscientiæ, & nu.seq.*
6 *Talis confessio obligat hæredem in vim debiti, non autem in vim legati.*
7 *Confessio facta parte absente de iure ciuili semiplenè tantùm probat: limitatur nu.10.*
8 *Statutum mandans seruari ius ciuile, intelligitur de iure ciuili non correcto per ius Canonicum.*
9 *Pœnæ à iure ciuili latæ contra secundò nubentes intra annum luctus, fuerunt sublatæ per ius canonicum.*
An vero remaneant intacta iura, quæ ad fauorem filiorum inducta sunt, ibidem.
10 *Quando agitur de probanda veritate rei gestæ, puta solutione, talis confessio per idoneos testes probata, facit fidem etiam de iure ciuili.*
11 *Confessio ante partis acceptationem potest reuocari, etiam non docto de errore.*
An sufficiat præsentia partis pro acceptatione, ibidem, & nu.15. & 18.
12 *Confessio potest acceptari per alium nomine absentis.*
13 *Stipulatio notarij nõ facit, vt acquiratur ius nõ sequuta ratificatione, sed operatur, vt sine cessione vtilis actio acquiratur.*
14 *Donatio facta absenti, ante acceptationem potest reuocari: limitatur nu.16.*
15 *In renunciatione iuris de futuro sufficit partis præsentia siue expressa acceptatione.*
16 *Donatio non potest reuocari, si Donatarius rei donatæ possessionem apprehenderit.*
17 *Confessio geminata plenè probat, quando agitur de liberando, secus si de obligando.*
Confessio geminata reuocari non potest sub prætextu falsitatis, ibidem.
18 *Confessio facta in epistola, vel in libro rationum, aut alia scriptura, quæ consignatur à parte parti, plenè probat in fauorem absentis.*
19 *Vnitas, seu identitas probatur ex identitate temporis, loci, & personarum.*
20 *Identitas probatur, quando eadem causa conuenit, licèt summa sit diuersa.*
21 *An & quando testes fidem faciant, si discordent in loco, & tempore, & nu.22. & seq.*
22 *Ad probandam electionem sepulturæ, an sufficiant testes singulares.*
23 *In decimis tempus, & locus non est de substantia actus.*
24 *An testes præsumantur contestes, si vnus deponit de certo actu, adiecto certo loco, & tempore, alius vero deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, & loco.*
25 *Quando agitur de probatione alicuius loci generalis, puta quod quis fuerit in Ciuitate, non dicuntur testes singulares, si vnus deponat de vno loco Ciuitatis, alter de alio loco eiusdem Ciuitatis.*
26 *Quid si vnus diceret, actum fuisse gestum in domo Petri, alter in eius camera, vel vnus diceret, fuisse gestum in mense, alter in hebdomada.*
Omnis fides testium est Iudici arbitraria, & quomodo id intelligatur, ibidem.
27 *Quid si testes dubitatiuè deponerent de tempore, vel loco.*
28 *Et quid si testes deponerent de actu reiterabili, vel continuato, & successiuo, & nu.29.*
30 *Si vnus testis deponat de confessione facta parte præsente, & alij testes singulares deponant de confessione facta absente parte, coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
31 *Quando plures actus habent vnam originem, & vnam causam, illa causa, & origo probatur per testes singulares.*
32 *Solitum, & consuetum probatur etiam per testes singulares.*
33 *Quando fama probetur per testes singulares.*
34 *Ad probandam famam testes debent concordare de tempore, loco, & personis.*
35 *Testes singulares probant crimen, confessionem, siue actum in genere.*
36 *Testes singulares adminiculati ab alijs testibus de auditu, plenam faciunt probationem.*
37 *Testes de auditu, plenè non probant, sed faciunt adminiculum, & etiam præsumptionem.*
38 *An, & quando testes fidem faciant, si nullo modo de tempore, aut loco deponant, & nu.39.*
39 *Quando testes censeantur suspecti.*

CAP. III.

An, & quando confessio extraindicialis probet contra confitentem.

1 DIco 1. quod cõfessio extraindicialis facta parte
præsente, & acceptante, plenè probat dummodò probetur per duos testes contestes de loco, & tẽpore, *latè Marescott. var. lib. 2. cap. 44. n. 4. Buratt. decis.*
2 *928. nu. 1. Afflict. decis. 364. nu. 4.* vbi dicit, quod quilibet actus debet probari per duos testes, *Vrsill. ibidem, nu. 1. & seq. Gabr. commun. conclus. lib. 1. tit. de Confess. conclus. 1. n. 46.* quod procedit in confessione facta principaliter, & cum causa, vt si quis fateretur, se debere ex causa mutui; secus si incidenter, seu ad alium finem, vel sine causa, *Marant. de ord. iudic par. 6. act. 5. tit. de confess. n. 4. & seq. Caucer. var. lib. 2. cap. 3. n. 74. & cap. 8. n. 99. & seq.* vbi dicit, quod confessio sine
3 causa nulla esset tanquam indiscreta, nisi facta fuerit à maiore in instrumento habente ex statuto executionem paratam, vel cũ iuramento, vel in iudicio, secus si à minore, *vide Gabr. d. tit. de cõfess. cõcl. 1. n. 69.*

4 Dico 2. quod confessio extra iudicialis facta parte absente plenè probat de æquitate Canonica, *latè Mascard. de Probat. cõclus. 347. n. 57. & seq. Buratt. dec. 117. n. 4. & 5. Merlin. dec. 170. n. 3. Vrsill. ad Afflict. dec. 364. n. 9.* præsertim si facta fuerit ad liberandum debitorem, vt si Titius esset debitor Sempronij in centum, & ipse Sempronius in absentia Titij fassus fuerit, se fuisse satisfactum, *Luc. de Penn. in l. fin. Col. de conu. fisc. debit. lib. 11. Alex. & Ias. in l. postquam liti C. de Pact. Hipp. sing. 202. idem Ias. cõs. 41. vol. 3. Gram. cõs. 17. in ciui. quos refert, & sequitur Vrsill. ad Afflict. dec. 364. n. 7. & dec. 105. n. 1. Thesaur. decis. 109. nu. 2. & 6. in fin. quicquid in contrarium asserant Marant. loco cit. n. 12. & alij apud Caucer. par. 3. c. 7. n. 334. & seq. & apud Gabr. d. tit. de Confess. conclus. 1. n. 22. 31. & 41. cum seq.*

5 Idem dicendum, si confessio facta fuerit in articulo mortis pro exoneratione conscientiæ, *Bald. in l. generaliter, n. 30. & seq. C. de non n. pec. Marsil sing. 202. Maran. d. par. 6. tit. de confess. nu. 16. Mascard. de Probat. concl. 347 n. 99 & conclus. 359. n. 13. & 25. Ciriac. contr. 347. n. 1. seq. & nu 13.* vbi dicit, quod talis confessio
6 obligat hæredem in vim debiti, non autẽ in vim legati, *Gabr. d. tit. de confess. concl. 1. n. 47. & 68.* vbi dicit, quod confessio facta in vltima voluntate, ità operatur de æquitate canonica, vt hæres non possit illi contrauenire.

7 Limita prædictam conclusionem, vt non procedat de iure ciuili, secundũ, quod confessio facta parte absente, semiplenè tantùm probat, non autẽ ple-
8 nè, *latè Mascard. de Probat. concl. 379. n. 1. & seq.* quod est notandum pro statuto Vrbis *lib. 1. cap. 42.* in quo disponitur, vt primariè seruetur ius ciuile, quia inter ciues, & incolas, & districtuales Vrbis confessio facta extra iudicium parte absente, nõ probaret, nisi semiplenè, *Penia dec. 332. n. 2. & seq.* quemadmodum etiã in alijs casibus ius ciuile inter prædictos ciues, & districtuales seruandũ est, dummodò per iura canonica non reperiatur expressè correctum quia statutũ mandãs, seruari ius ciuile, intelligitur de iure ciuili nõ correcto, vel abrogato, cum ius correctum
non

non dicatur ius ciuile, *glos. in l. fin. ff. ad l. Corn. de fals. Gaar. l. 3. tit. de secun. nupt. concl. 5. n. 4. Capr. conf. 60. n. 12 verf. nec obstat statutum &c. Penia decis. 166. n. 1. & seq.* vbi decisum refert, non esse seruandam inter ciues, & incolas Vrbis, & districtuales dispositionem
9 *l. 1. & 2. C. de Secun. nupt.* quia pęnę à iure ciuili latæ contra secundò nubentes intra annũ luctus, fuerũt sublatæ per ius canonicum, *cap. super illa, & cap. vlt. extr. de Secun. nupt.* remanent tamen intacta iura, quę ad fauorem filiorũ inducta sunt, de quibus nos abũdè tractauimus *tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 22. §. 5.*
10 Obserua tamen, quod vbi agitur de probanda veritate rei gestæ, puta solutione, talis confessio per idoneos testes probata facit fidem etiam de iure ciuili, *Felin. in cap. si cautio, n. 28. verf. fallit tertiò, de fid. Instrum. Curt. iun. conf. 168. n. 10. & seq. lib. 2. quos refert & sequitur Marescott. var. lib. 2 cap. 44. nu. 5.*
11 Obserua 2. quod acceptatio partis requiritur ad hoc, vt cõfessio præiudicet, siue confessio facta fuerit in iudicio, siuè præsente parte, siue ea absente: & ideò ante partis acceptationẽ potest reuocari, etiã non docto de errore, præsertim si facta fuerit per procuratorem, *latè Marescott. var. d. lib. 2. cap 44. n. 8. & seq.* vbi etiam dicit, quod non sufficeret præsentia partis pro acceptatione, sed expressa acceptatio re-
12 quiritur, *Maran. d. par. 6. tit. de Confess. n. 18.* vbi dicit quod confessio potest acceptari per alium nomine
13 absentis, *Thesaur. dec. 70. n. 3. & seq.* vbi, quod stipulatio Notarij nõ facit, vt acquiratur ius nõ sequuta ratificatione, sed operatur, vt fine cessione vtilis
14 acquiratur, *& decis. 109. n. 7.* vbi etiam dicit, quod donatio facta absenti, ante acceptationem potest reuocari, *Gabr. d. tit. de confess. cõcl. 1. n. 7. & cõcl. 2. n. 1.*
15 *& seq.* subdens, quod in renũciatione iuris de futuro sufficit partis presẽtia sine expressa acceptatione.
16 An antè possit donatio reuocari, si donatarius rei donatæ possessionem apprehenderit? resp. negatiuè quia ex tali possessionis apprehensione censetur donationem acceptasse, *Thesaur. d. dec. 7. n. 3. in fin.*
17 Obserua 3. quod cõfessio geminata plenè probat, etiamsi facta fuerit incidenter, & propter aliud, *secundũ Cranett. de Antiq. temp. §. propositum n. 32. Vrsill. ad Afflict. decis. 364 n. 9. in fin. Ciriac. contr. 161. nn. 20. Gabr. d. tit. de Confess. concl. 1. nu. 61. & concl. 3. nn. 5.* vbi dicit, quod confessio geminata reuocari non potest sub prætextu falsitatis, *Maran. d. par. 6. confess. nn. 15.* contrarium tamen sensit *Rot coram Penia decis. 332. nu. 16.* vbi, quod quando agitur non de liberando, sed de obligando verba geminata non probant.
18 Obserua 4. quod cõfessio facta in epistola, vel in libro rationũ, aut alia quacunque scriptura, quę consignatur à parte parti, plenè probat in fauorem absentis, *latè Gabr. d. tit. de Confess. conclus. 1. n. 56. & seq.*
19 Notandũ est etiã, quod vnitas, seu identitas probatur ex identitate temporis, loci, & personarũ, vt si testes dicant, eo tempore, & loco, & illis presentibus testamentũ, vel aliũ actũ confectũ fuisse, *itã Menoch.*
20 *lib. 6. præsũpt. 15. n. 3. & seq.* vbi, quod probatur etiã identitas, quando eadẽ causa conuenit, licèt summa sit diuersa, *vide Alex conf. 30. n. 7. & conf. 84. nn. 2. in fi n. lib. 7. & conf. 105. lib. 2. Socin. sen. conf. 129. nu. 2. 6. & 7. lib. 4. Crauett. conf. 198. nu. 2.*
21 Quæres, an testes fidem faciant, si discordent in loco, & tempore: Resp. quod regulariter ne semiplenè quidem probant, sed censentur singulares, vt si vnus dicat vidisse in domo, alter in via, vel vnus dicat, aliquid gestũ fuisse de die, alter verò de nocte, dummodò diuersitas, & discordia in testibus esset in tempore notabili, secus si in modico, *cap. nihilominus, 3. q. 9.* vbi *glos. & est communis opinio.*
22 Limitatur tamen hęc conclusio, vt procedat, quãdo tempus, & locus sunt de substantia actus; secus quando non sunt de substantia, quo casu diuersitas in loco, & tempore singularitatem non inducit, nec testibus fidem tollit, dũmodò ex huiusmodi diuersitate loci, & temporis non inducatur diuersitas facti, *Rolan. conf. 82. n. 41. & seq. lib. 2.* vbi dicit, quod ad probandã electionem sepulturę sufficiunt testes singulares respectu loci, & temporis, cum de substantia electionis sepulturæ nõ sint tẽpus & locus, *Mascard. de Prob. cõcl. 483. n. 2* vbi dicit, quod in decimis tẽpus
23 & locus nõ est de substãtia actus, *latè Far. de Test. q. 64. n. 77. & seq Gabr. eod. tit. de Testib. conclus. 2. nn. 18.*
24 Limitatur 2. quando vnus deponit de certo actu, adiecto certo loco, & tempore, alius verò deponit de eodem actu, nõ tamen recordatur de tempore, & loco: tunc enim præsumuntur contestes, dummodò vnus alium in contestem vocet, *Alex. conf. 4. nu. 7. lib. 6. Farinac. d. q. 64. n. 74. & 76.*
25 Limitatur 3 quãdo agitur de probatione alicuius loci generalis, puta quod quis fuerit Ciuitate: tunc enim non dicũtur testes singulares, si vnus deponat de vno loco Ciuitatis, alter de alio loco eiusdem Ciuitatis; sufficit enim, quod concordent in genere de Ciuitate, *Ruin. conf. 35. n. 6. l. 4. & alij apud Farinac. loco*
26 *cit. n. 81. & 82.* vbi, quod testes faciũt plenã probationem, si vnus dicit, actũ fuisse gestum in domo Petri, alter in eius camera: vel vnus diceret, actũ fuisse gestũ die lunę hora 3. alter eadem die, vel vnus diceret, in mense, alter in hebdomada, *Rim. conf. 35. n. 6. vol. 4. Gabr. de Testib. d. cõcl. 2. n. 55.* subdens *n. 62.* quod si Iudex ex dictis testiũ singulariũ in credulitatem reducatur, potest illis fidem adhibere, quia omnis fides testiũ est Iudici arbitraria: quod intelligendũ est, quãdo adest iusta causa, vt si cõcurrat integritas testiũ, vel subiecta materia itã de facili probari non possit, *vide Par. cõs. 57. n. 36. et seq. & n. 48. et 49. vol. 1.*
27 Limitatur 4. quando testes dubitatiuè deponerent de tempore, vel de loco, non benè recordatentur, vt si vnus diceret, credo, quod fuit de mense Maij, alius dicat, credo, quod fuit de mense Iunij, *Aym. conf. 78. n. 9. Alex. conf. 65. nu. 4. vol. 2, Ruin. conf. 69. nu. 12. lib. 4. Farinac. loco cit. num. 83.*
28 Limitatur 5. vt procedat dicta cõclusio probatione actus non iterabilis: secus in actu iterabili, *Rol. conf. 92. n. 45. lib. 2. & alij cõmuniter:* quę quidem opinio locũ habet, quando agitur de probando non solũ actũ iterabilem, sed etiã iteratũ: tũc enim diuersitas in loco, vel tempore nõ inducit in testibus singularitatem; secus si agatur de probãdo vnũ actũ, licèt de sui natura iterabilem, nõ tamen iteratũ, quia tunc testes diuersi in loco, & tempore dicuntur singulares, & nihil omninò probant, *vt declarat Farin. d. q. 64. num. 85. & 87.*
29 Limitatur 6. vt dicta cõclusio procedat, quãdo sumus in probatione actus momentanei, quo casu diuersitas in loco & tempore tollit fidem testibus; secus quando agitur de probatione actus continuati, & successiui: tunc enim testes vel in tempore, vel in loco discordes, non dicuntur singulares, sed probant, *Gabr. tit. de Testib. conclus. 2 num. 19. & 69. Mascard. de Probat. conclus. 59. num. 17. & 18. & alij apud Farinac. d. q. 64 nu. 88. & seq.*
30 Limitatur 7. quando cũ dicto testiũ singularium concurrerent aliæ præsumptiones, & coniecturæ adiuuantes dicta ipsorum testium singulariũ, *Gabr. loco cit. d. concl. 2. nu. 76. Rolan. conf. 82. num. 47. & seq. lib. 2.* vbi dicit, quod quando concurrunt confessio facta

facta parte præsente, probata per vnũ testẽ, & testes singulares deponentes de confessione facta absente parte, coniunguntur ad plenã probationem, *ex trad. per Paul. de Castr. cons. 109. vol. 2. Paris. cons. 57. nu. 46. & seq. vol. 1. Crau. cons. 35. nu. 6.*

31 Limitatur 8. quando plures actus habent vnam originem, & vnam causam, quia tunc illa causa, & illa origo probatur per testes singulares, *Gabr. tit. de testib. concl. 2. nu. 20. Grau. cons. 73. nu. 34.*

32 Limitatur 9. in testibus deponentibus de solito, & cõsueto: id enim probatur etiã per testes singulares in loco, & tempore, *Farin. cons. 41. n. 6.* vbi dicit, quod solitũ, & cõsuetũ nõ potest nisi ex pluribus diuersis actibus cõcludi; & ideò diuersitas in loco, & tẽpore nõ videtur inducere in testibus singularitatẽ obstatiuã, quia potest stare, quod vnus viderit vno tẽpore, & vno loco, & alius altero tẽpore, & altero loco, *vide Alex. de Neuo cõs. 71. sub n. 9. Hypp. Rim. cõs. crim. diuers. 85. nu. 9. 20. & 28. vol. 2. in fol. Marsi. cons. 5. n. 6. & seq. vol. 1. Nell. in tract. de Testib. nu. 224.*

33 Limitatur 10. vbi agitur de fama probanda: hæc enim probatur per testes etiam singulares, dũmodò sint contestes in loco tempore, & personis, *Abb. cõs. 42. n. 2 post med. vol. 1.* vbi dicit, quod vt fama pro-

34 betur, testes debent concordare, vt dicãt, tali die audiuimus talem rumorem, vel infamiam, & tali loco, & talibus personis, *Gabr. de testib. concl. 2 nu. 38.*

35 Limitatur 11. quando agitur de probando quid in genere, *Rim. d. cons. 85. n. 1. & seq. Mich. Graff. cõmun. opin. lib. 2 cap. 17 in fin. Osach. dec. 79. n 38.* vbi quod testes singulares probant crimen, siue actum in generẽ, *Rolan. cõs 82. n. 42. vol. 2.* vbi dicit, quod testes singulares plenè probant cõfessionem in genere, *& ità sentiunt alij, quos refert, & sequitur Farinac. d. cons. 41.*

36 *n. 6. & seq.* vbi etiam obseruat, quod testes singulares adminiculati ab alijs testibus de auditu, plenam

37 faciunt probationem: quia testes de auditu, licèt non plenè probent, faciunt tamen non solum adminiculum, sed etiam præsumptionem, *Cephal. cons. 140. nu. 29. vol. 1. Crauett. cons. 73. n. 36. Gabr. de Testib. d. concl. 2. nu. 30. 42. & 76.*

38 Quæres 2. an testes fidem faciãt, si nullo modo de tempore, aut loco deponant? Resp. quod aliquandò plenè probant, aliquando non; probant quidẽ, quãdo tempus, seu locus non est de substantia: itẽ quãdo tempus est antiquum, in quo verisimilis est obliuio, vel quando constat aliunde de loco, & tempore, puta ex confessione partis, vel si deponerent de tempore dubitatiuè, & per verbũ, videtur, non enim necesse est, quod deponant de tempore præciso, vel de die, nisi ageretur de probatione actus, in quo dies sit de substantia; non tamen probarent, nec fidẽ facerent testes de loco, & tempore non deponentes, quando tẽpus, & locus sunt de substãtia actus probandi, vel quando tempus est breue, in quo obliuio non est verisimilis, vel si de tempore, & loco interrogati, de eo nihil deponerent, etiamsi tempus, & locus non essent de substãtia actus, de cuius proba-

39 tione agitur, vel si testes essẽt plures, & omnes, dicerent, se de loco, & tempore non recordari: tunc enim censentur suspecti, etiãsi locus, & tempus non sint de substantia actus præsertim si verisimiliter de loco, & tempore essent informati; itẽ non probarent in causis criminalibus, in quibus testes debent deponere de loco & tempore, *vide glos. in d. cap. nihilominus, in ver simul, 3. q. 9. Gabr. d. tit. de Testib. conclus. 2. Grau. cons. 9. nu. 18. Alex. cons. 149. nu. 2 lib. 5. & cons. 65. tum. 4. lib. 2. Ruin. cons. 69. num. 12. lib. 4. Boss. in tit. de opposit. contest. nu. 40. Farinac. d. q. 64. à num. 92. vsque ad nu. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Negotiatio quid sit, & in quo differat ab artificio, & nu. 3.*
2 *Clericus negotiator tenetur soluere gabellam.*
3 *Ementes victualia in vno loco, vt vendant in alio, exercent artem negotiandi.*
4 *Clericus non dicitur negotiator, qui vendit fructus ex prædijs sui patrimonij, aut beneficij recollectos, etiamsi illos deferat de loco ad locum.*
5 *Quid si clericus emat animalia, vt illa pascat in proprijs prædijs, ad effectum ea vendendi, cum pinguia facta fuerint.*
6 *Clericus regulariter non potest prædia conducere: limitatur nu. seq.*
7 *Clericus, si succedit conductori, potest in conductione perseuerare.*
8 *Clericus negotiator non dicitur, qui agrum conducit, vt ex illius fructibus se, & familiam substentet, & nu. 12.*
9 *Quid si clericus aliquid emit ad sui, vel familiæ substentationẽ, & deinde data occasione lucri, idẽ cũ lucro vẽderet.*
10 *Et quid si clericus id quod superest ad familiam substantiam vendat carius, quàm emerit.*
11 *Potest clericus aliquam rem emere, & postea sua opera, & industria mutatam vendere, vt aliquid lucretur, & quando id procedat.*
An clericus in tali casu teneatur soluere gabellam, ibidem.
12 *Clericus potest recipere possessiones excolendas ad quartam, vel quintam partem ad substentationem sui, & suorum.*

CAP. IV.

De Contractibus.

Quæstio I.

Quid sit Negatio.

1 NEgotiatio nihil aliud est, quàm solertia quædam viliùs emendi, & cariùs distrahendi, non mutata forma rerũ, *latè Quaran. in ver. vectigal. vers.*

2 *tertiò quatenus &c.* vbi dicit, quod in tali casu clericus etiam tenetur gabellas soluere, *Natt. cons. 139.*

3 *n. 1. & seq.* vbi dicit, quod ementes sal, & victualia in vno loco, vt vendãt in alio, exercent artẽ negotiãdi; secus si mutaretur forma, quia tunc lucrum proueniret ex artificio, velati si emantur chartæ, vt scribantur libri, & lina, vt texantur retia, *cap. eijciens, cum ibi not. 88. dist.*

4 Ex quo infertur 1. quod Clericus non dicitur negotiator, qui vendit vinum, granum, aut oleum ex prædijs sui patrimonij, aut beneficij recollectum, etiamsi huiusmodi fructus deferat de loco ad locũ causa habendi maius pretiũ: quia, vt clericus quoad hunc effectum dicatur negotiator, duo copulatiuè requiruntur videlicet vt rem vendat, nõ ex propria re ortam, sed ab alio comparatam: 2. vt eo fine emerit, quò cariùs reuenderet, quorum altero deficiente, deficit quoque negotiatio, *Rolan. cons. 71. num. 10. vol. 4. Voglin. de offic. Episc. cap. 13. §. 16. n. 4. in fine Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 3. nu. 9. Genuens. in Pract. Archiep. Neap. cap. 62. n. 7. Vener. in exam. Episc. in tit. de cleric. negotat. nu. 5. Sperell. dec. 49. num. 9. & seq. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 13. nu. 10. & seq.*

5 Item Clericus negotiari nõ dicitur, qui emit animalia, vt illa pascat in proprijs prædijs, & cum pinguia facta fuerint, vel cum partus ediderint, illa, & eorũ partus vendat, *Molin. de iustit. tract. 2. disp. 342. n. 14. Sylu. in ver. clericus 3. nu. 2. Redoan. de Spol. Eccles. q. 2. n. 1. Carol. de Graff. de effect. cleric. eff. 6. nu. 18. & resoluit Sac. Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporũ præposita sub die 22. Iunij 1629. prout refert. Barbos. loco cit. d. alleg. 13. n. 11.* subdens *n. 13.* quod licèt Clericus

6 non possit regulariter conducere prædia potest ta-

7 men, si succedit conductori, in conductione perseuerare, donec locationis tempus finiatur, & interim

agri

agri conducti fructus vendendo, vel trāsuehendo ad alia loca, vt illos cariùs vendat, nō dicitur negotiari, quia ipse non accepit agrum, vt inde lucrum referret, sed quia ius habet succedendi primo conductori, cuius onus in successorem transmittitur, *vide Sylu. in ver. clericus 2 nu. 1. Redoan. d. tract. de Spol. q. 2. Less. lib. 2. cap. 21. Bonacin. de censur. in part. disp. 1. q. 19.*
8 *pun. 3. §. 3. n. 6.* vbi subdit, quod clericus non dicitur negotiator, si agrum conducit, vt ex illius fructibus se, & familiam substentet, *Sylu. loco cit. d nu. 1. in fin.* vbi dicit, quod Clericus, si eget, potest vti negociationibus honestis, victum manibus quærere.

9 Idem dicendū, si Clericus aliquid emit ad sui, vel familiæ substentationē, & deinde data occasione lucri, idem cū lucro venderet; cum enim hoc non emerit ad vendendū, vel permutādū cū lucro, nō dicitur iuxta cōmunē loquendi vsū negotiari: in hoc enim attendi solet finis, seu prima destinatio ob quā res contractu acquiritur, & venditio in casu proposito est quasi per accidens, *ità Molin. de iustit. disp. 339. & 672. Reginald. lib. 9 nu. 379. Bellett. de exempt. cleric. à mun. §. 4. n. 5. Nau. c. 27. nu. 128. Quaran. in ver. vectigal. vers. tertiò quatenus &c. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. d pun. 3. §. 3. nu. 6. quibus adde Ricc. in Prax. Ec-*
10 *clef. for. resol. 217. Barbos. d. alleg. 13. nu. 11.* asserentes, quod non dicitur clericus negotiator, aut mercator, si id, quod superest de eo, quod viliùs ad sui, vel suorum substentationem emit, iusto pretio tūc currentē cariùs vendat, quàm emerit, *vt sensit etiam Quarant. loco cit. Syl. in d. ver. Clericus 3. nu. 1.*

11 Infertur 2. quod potest Clericus aliquā rem emere postea sua opera, & industria mutatam, vel melioratam cariùs vendere, vt aliquid lucretur, præsertim ad necessaria vitæ cōparanda, quia hæc non dicitur negotiatio, sed potius artificium, & ideò nec soluitur gabella in tali casu, *vt sentiunt communiter DD. teste Nauar. d. cap. 27. num. 128* quod intellige tribus concurrentibus conditionibus, 1. vt Clericus id faciat per se, non autem per mercenarias personas. 2. vt ea de causa non se subtrahat ab his, quibus incumbere ex clericali silentio tenetur. 3. vt artificiū non reddatur illicitum, seu sordidum ratione rerū, quibus se immisceret, vt si chartas lusorias, taxillos, arma bellica, & similia cōficeret, vel si pelles, & coria aptaret, & huiusmodi, *vide Sylu. in ver. clericus 3. n. 1.*
12 *& 2.* vbi subijcit, quod clericus potest recipere possessiones excolendas ad quartā, vel quintā partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad substentationem sui, & suorum, *Quarant. d. ver. vectigal. vers. difficultas versatur &c.*

SVMMARIVM.

13 *Quando locus in contractibus, inseritur, tempus tacitè adiectum intelligitur, quo promissor possit peruenire ad locum destinatæ solutionis.*
14 *Impossibilitas stipulationem vitiat: declaratur, & limitatur nu. seq.*
15 *Si difficultas non est expressa in contractu, sed ex accidenti emergit post contractum non vitiat stipulationem.*
16 *Quando fuit interpositum iuramentum, nunquam nocet angustia temporis.*
17 *Iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat omni meliori modo.*

Quæstio I.

Quando inutilis sit stipulatio ratione loci.

13 CVm locus in contractibus inseritur, tempus tacitè intelligitur adiectū, quo promissor possit peruenire ad locū destinatæ solutionis; vnde si quis
14 Venetijs ità stipuletur, hodie Romæ dare spōdēs? inutilis est stipulatio, quia impossibilitas stipulationem vitiat, *l. 3 §. si quis ità. 2. vbi Bart. ff. de eo quod cert. loc.*

15 Hęc tamen conclusio limitatur, vt procedat quidem, quando difficultas est expressa in cōtractu: secus si ex accidenti emergat post cōtractū; tunc enim non vitiat, quia sufficit, quod ab initio pręstari potuerit, *vt obseruat Mantic. de tac. l. 3. tit. 13. n. 13. in fin.*

16 Limitatur 2. vbi interpositum fuerit iuramentū; in hoc enim casu nunquam nocet angustia temporis
17 quia habet vim clausulę, vt actus valeat omni meliori modo *Bald. in repet. l. 2. ff. de de Iureiur. Mantic. d. lib. 3. tit. 13. n. 13.*

SVMMARIVM.

18 *Locus celebrati contractus in instrumento exprimi debet, & qua causa limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
19 *Insertio loci est de solemnitatibus requisitis in instrumento saltem de consuetudine, eiusque omissio instrumentum vitiat: limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
20 *Omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum.*
21 *Si locus in instrumento fit omissus, & Notarius superstit, potest errorem suum corrigere, & nu. 24.*
22 *In instrumento, vel testamento etiā inter liberos de necessitate poni debet non solum locus principalis, sed etiam locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeat: declaratur, & limitatur nu. 35.*
23 *Instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, an faciat fidem, & n. 24. & 25.*
24 *Potest probari per testes in quod deficit scriptura.*
25 *Quando instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faciat semiplenam probationem.*
26 *Locus loci particularis regulariter non est de necessitate inserendus: limitatur nu. 28.*
27 *Si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere mentionem de loco loci.*
28 *Quando locus loci particularis inseri debeat.*
29 *Si in generali loco tacitè includatur specialis, sufficit illius generalis expressio.*
30 *Litteris Episcopi, dispensationibus, & priuilegijs etiam sine loco, datur plena fides.*
31 *Quando ex serie facti potest constare de loco loci, non vitiatur instrumentum ex dicti loci omissione.*
32 *Ea, quæ incontinenti fiunt præsumuntur facta eodem loco, & tempore, & nu. 33. & 44.*
33 *Quando scriptura imperfecta suppleatur per præcedentia.*
34 *Iudicis arbitrio remittitur, qualis, & quanta expressio loci requiratur in instrumento, & in teste.*
35 *Quando in testamento condito inter liberos requiratur expressio loci, & quando non.*
36 *Testamentum non dicitur conditum inter liberos, si in eo facta fuerit substitutio filijs per fideicommissum in fauorem personæ extraneæ, & nu. 38. & seq.*
37 *Frater, & filij fratrum extranei dicuntur.*
38 *Testamentū patris imperfectū non valet quoad substitutionē fideicommissariam factam in fauorem personæ extraneæ.*
39 *An legata extraneis relicta in testamento patris imperfecto, debeantur.*
40 *Testamentum fauore piæ causæ validum est, etiamsi non adsit locus, annus, & dies.*
41 *In testamento ad pias causas non ius ciuile sed ius Canonicum, & Diuinum seruandum est.*
42 *Pia causa fauorabilior est, quam causa liberorum, excepta legitima.*
43 *Schedula manu propria scripta, & subscripta, etiam sine testibus confecta, ad piam causam, & inter liberos sustinetur.*
44 *Quando instrumentum subsequens censeatur confe-*
ctum

ctum in eodem loco, et tempore, quo antecedens confectum fuit, et nu.45. et 48.

45 *Si in secundo instrumento dicatur, die dicta, censetur repetita dies cum loco, loco loci, et alijs qualitatibus, prout in præcedenti instrumento: declaratur, et limitatur num.46.*

46 *Quid si secundum instrumentum non incontinenti, siue non eadem hora fuerit confectum, sed ex interuallo, et num.57.*

47 *Præsentia non præsumitur, sed qui eam asserit, probare debet.*

48 *Quando locus est pro forma exprimendus, non sufficeret expressio facta illis verbis, Actum vbi supra etc.*

49 *Quid si in secundo instrumento est descriptus locus, et dies, sed non in primo.*

50 *Quando instrumenta sine loco, vel tempore sint nulla, et an in tali casu locus, et tempus aliunde probari possint, et num.51. et seq.*

51 *Solemnitas præsumitur in contractibus, secus in iudicijs.*
Confessio releuat ab onere probandi. ibid.

52 *An instrumenta, seu contractus celebrati in Ecclesia sint validi, et num.53.*

53 *Processus Iudicum sæcularium, eorumque sententiæ in Ecclesia prolatæ irritæ sunt.*

54 *An peccent qui instrumenta, seu contractus celebrant in Ecclesia.*

55 *An valeat consuetudo non apponendi locum in instrumento, et num.56.*

56 *An, et quando locus descriptus in principio libri, censeatur repetitus in sequentibus instrumẽtis.*
Quãdo contractus censeantur correspectiui. ibid.

57 *An, et quando dies, et locus sint de substantia scripturæ priuatæ, et nu. seq.*

58 *Scriptura priuata, si non habet diem, probat contra scribentem, non autem contra tertium; si verò in ea locus tantùm desit, probat contra scribentem, et etiam contra tertium.*

59 *Quid si de loco, vel tempore creditores, vel partes disceptarent.*

60 *Et quid si scriptura non esset absolutè priuata, sed publica reputetur.*

Quæstio III.

An locus celebrati contractus in instrumento exprimi debeat.

18 RESP. affirmatiuè. *l. optimam. C. de Contrab. et committ. stipul. §. item verborum. Inst. de Inutil. stipul. glos. et Bart. in l. generali. C. de Tabular. lib. 10. et in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. Alex. conf. 59. n. 5. lib. 2. Menoch. lib. 2. præsumpt. 84. n. 1. et seq. Specul. in tit. de Instrumen. edit. §. breuiter. num. 9.* ratio huius conclusionis potest esse, quia in vno loco posset esse permissum, in alio non, vel vt sit facultas reprobandi scripturam de falso, quia indefinita, & non coarctata non posset reprobari. *vt inquit Bald. cons. 354. nu. 2. vol. 3. Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 908. n. 10. Rolan. cons. 38. n. 7. et seq. libr. 1. Rot. decis. 6. de Consuet. in antiq. Couar. pract. quæst. cap. 20. n. 3. Gratian. discept. for. cap. 767. n. 12. Corn. cons. 60. n. 4. et cons. 216. nu. 1. in fin. lib. 4.* vbi, quod insertio loci est de solemni-

19 tatibus requisitis, saltem de consuetudine, ita vt eius omissio instrumentum vitiet. *Farinac.*

20 *cons. 109. num. 17. et seq. vol. 2.* vbi addit, quod omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum. *Buratt. decis. 265. n. 1. et decis. 543. n. 3. et ibid. Add. Boer. decis. 33. nu. 27. et communem dicit Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. num. 4. et seq.*

21 subdens, quod si locus sit omissus, & Notarius supersit, potest errorem suum corrigere. *Natt. cons. 329. nu. 1. Ruin. cons. 154. nu. 3. et 10. lib. 3.*

22 vbi, quod in testamento, vel instrumento de necessitate poni debet non solum locus principalis, vt Ciuitas, Castrum &c. sed etiam locus loci, puta in tali domo, vel in platea &c. quod procedit etiam in testamento condito inter liberos, in quo conscribi debet locus, & locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeret, quia præberet materiam delinquendi, de quo infra. *Gabr. discept. for. cap. 479. n. 47. et seq. vbi de communi, et cap. 235. n. 13. Scacc. de Commer. §. 2. glos. 2. n. 1. et seq. Honded. cons. 66. n. 45. ad fin. lib. 2. Menoch. de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 84. n. 1. et seq.*

23 alioquin instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, quousque locus specialis, & certus non probetur per Aduersarium, nullam interim faceret fidem. *Bald. consil. 358. in princ.*

24 *lib. 3.* vbi dicit, quod potest probari per testes id, quod deficit in scriptura. *Capell. Tholosan. dec. 491. et ibi Aufrer. Gratian. discept. forens. cap. 479. n. 57.* vbi, quod instrumentum, si non apponatur locus loci, semper redditur suspectum, ità vt stante oppositione incumbat producenti onus probandi illum locum specialem, in quo instrumentum celebratum fuit. *Buratt. dec. 666. n. 2. et decis. 672. nu. 1.* vbi, quod instrumentum carens loco loci, & clausula, *Actum &c.* fidem non facit. *Marescott. var. cap. 121. n. 34. lib. 2. Rot. dec. 1156. n. 2. par. 3. lib. 3. Diuers. Cas. de Grass. dec. 45. aliàs vnic. n. 7. & seq. de dol. & contum. Gratian. discept. for. cap. 899. n. 17. & 18. & decis. March. 28. n. 1. & seq. Gait. de Credit. cap. 3. tit. 1. n. 358. & 359.* quod

25 intelligendum est viuente Notario, qui instrumentum confecit: tunc enim instrumentum nullam fidem facit, quia imputari potest parti, cur non agat contra Notarium, vt sibi instrumentum perfectum restituat; secus esset defuncto Notario: hoc enim casu tale instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faceret semiplenã probationem. *secundùm Bart. in l. admonendi. n. 34. ff. de Iureiur. Alex. cons. 187. nu. 1. lib. 7.*

26 Obserua tamen, quod locus loci particularis non est de necessitate inserendus, puta si dicatur, Actum in tali palatio, non est necesse addere, in tali camera. *vt post Bart. in l. libellorum. ff. de Accus. tradit Ruin. d. cons. 154. nu. 10. lib. 3.* vbi

27 etiam dicit, quod si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere aliter mentionem de loco loci, cum villa non sit locus generalis, vel vniuersalis, vt Ciuitas, vel Castrum &c. sed locus singularis, & particularis. *de quo vide Menoch.*

28 *d. præs. 84. n. 4. lib. 2.* vbi subdit, quod est etiam ascribendus locus loci singularis, vt puta in aula Prætorij, vbi ius redditur, quando in loco ipso singulari actus conficiendus est.

29 Obserua 2. quod si in generali loco tacitè includatur specialis, tunc illius generalis expressio suf-

agri conducti fructus vendendo, vel trãsuehendo ad alia loca, vt illos cariùs vendat, nõ dicitur negotiari, quia ipse non accepit agrum, vt inde lucrum referret, sed quia ius habet succedendi primo conductori, cuius onus in successorem transmittitur, *vide Sylu. in ver. clericus 2 nu. 1. Redoan. d. tract. de Spol. q. 2. Less. lib. 2. cap. 21. Bonacin. de censur. in part. disp. 1. q. 19.*
8 *pun. 3. §. 3. n. 6.* vbi subdit, quod clericus non dicitur negotiator, si agrum conducit, vt ex illius fructibus se, & familiam substentet, *Sylu. loco cit. d nu. 1. in fin.* vbi dicit, quod Clericus, si eget, potest vti negociationibus honestis, victum manibus quaerere.
9 Idem dicendũ, si Clericus aliquid emit ad sui, vel familiæ substentationẽ, & deinde data occasione lucri, idem cũ lucro venderet; cum enim hoc non emerit ad vendendũ, vel permutãdũ cũ lucro, nõ dicitur iuxta cõmunẽ loquendi vsũ negotiari: in hoc enim attendi solet finis, seu prima destinatio ob quã res contractu acquiritur, & venditio in casu proposito est quasi per accidens, *ità Molin. de iustit. disp. 339. & 672. Reginald. lib. 9 nu. 379. Bellett. de exempt. cleric. à mun. §. 4. n. 5. Nau. c. 27. nu. 128. Quaran. in ver. vectigal. vers. tertiò quatenus &c. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. d pun. 3. §. 3. nu. 6. quibus adde Ricc. in Prax. Ec-*
10 *clesi. for. resol. 217. Barbos. d. alleg. 13. nu. 11.* asserentes, quod non dicitur clericus negotiator, aut mercator, si id, quod superest de eo, quod viliùs ad sui, vel suorum substentationem emit, iusto pretio tũc currentẽ cariùs vendat, quàm emerit, *vt sensit etiam Quarant. loco cit. Syl. in d. ver. Clericus 3. nu. 1.*
11 Infertur 2. quod potest Clericus aliquã rem emere postea sua opera, & industria mutatam, vel melioratam cariùs vendere, vt aliquid lucretur, præsertim ad necessaria vitæ cõparanda, quia hæc non dicitur negotiatio, sed potius artificium, & ideò nec soluitur gabella in tali casu, *vt sentiunt communiter DD. teste Nauar. d. cap. 27. num. 128* quod intellige tribus concurrentibus conditionibus, 1. vt Clericus id faciat per se, non autem per mercenarias personas. 2. vt ea de causa non se subtrahat ab his, quibus incumbere ex clericali silentio tenetur. 3. vt artificiũ non reddatur illicitum, seu sordidum ratione rerũ, quibus se immisceret, vt si chartas lusorias, taxillos, arma bellica, & similia cõficeret, vel si pelles, & coria aptaret, & huiusmodi, *vide Sylu. in ver. clericus 3. n. 1.*
12 *& 2.* vbi subijcit, quod clericus potest recipere possessiones excolendas ad quartã, vel quintã partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad substentationem sui, & suorum, *Quarant. d. ver. vectigal. vers. difficultas versatur &c.*

SVMMARIVM.

13 *Quando locus in contractibus, inseritur, tempus tacitè adiectum intelligitur, quo promissor possit peruenire ad locum destinatæ solutionis.*
14 *Impossibilitas stipulationem vitiat: declaratur, & limitatur nu. seq.*
15 *Si difficultas non est expressa in contractu, sed ex accidenti emergit post contractum non vitiat stipulationem.*
16 *Quando fuit interpositum iuramentum, nunquam nocet angustia temporis.*
17 *Iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat omni meliori modo.*

Quæstio II.

Quando inutilis sit stipulatio ratione loci.

13 CVm locus in contractibus inseritur, tempus tacitè intelligitur adiectũ, quo promissor possit peruenire ad locũ destinatæ solutionis; vnde si quis
14 Venetijs ità stipuletur, hodie Romæ dare spõdẽs? inutilis est stipulatio, quia impossibilitas stipulationem vitiat, *l. 3 §. siquis ità. 2. vbi Bart. ff. de eo quod cert. loc.*
15 Hęc tamen conclusio limitatur, vt procedat quidem, quando difficultas est expressa in cõtractu: secus si ex accidenti emergat post cõtractũ; tunc enim non vitiat, quia sufficit, quod ab initio pręstari potuerit, *vt obseruat Mantic. de tac. l. 3. tit. 13. n. 13. in fin.*
16 Limitatur 2. vbi interpositum fuerit iuramentũ; in hoc enim casu nunquam nocet angustia temporis
17 quia habet vim clausulę, vt actus valeat omni meliori modo *Bald. in repet. l. 2. ff. de de Iureiur. Mantic. d. lib. 3. tit. 13. n. 13.*

SVMMARIVM.

18 *Locus celebrati contractus in instrumento exprimi debet, & qua causa limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
19 *Insertio loci est de solemnitatibus requisitis in instrumento saltem de consuetudine, eiusque omissio instrumentum vitiat: limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
20 *Omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum.*
21 *Si locus in instrumento sit omissus, & Notarius superstit, potest errorem suum corrigere, & nu. 24.*
22 *In instrumento, vel testamento etiã inter liberos de necessitate poni debet non solum locus principalis, sed etiam locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeat: declaratur, & limitatur nu. 35.*
23 *Instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, an faciat fidem, & n. 24. & 25.*
24 *Potest probari per testes in quod deficit scriptura.*
25 *Quando instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faciat semiplenam probationem.*
26 *Locus loci particularis regulariter non est de necessitate inserendus: limitatur nu. 28.*
27 *Si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere mentionem de loco loci.*
28 *Quando locus loci particularis inseri debeat.*
29 *Si in generali loco tacitè includatur specialis, sufficit illius generalis expressio.*
30 *Litteris Episcopi, dispensationibus, & priuilegijs etiam sine loco, datur plena fides.*
31 *Quando ex serie facti potest constare de loco loci, non vitiatur instrumentum ex dicti loci omissione.*
32 *Ea, quæ incontinenti fiunt præsumuntur facta eodem loco, & tempore, & nu. 33. & 44.*
33 *Quando scriptura imperfecta suppleatur per præcedentia.*
34 *Iudicis arbitrio remittitur, qualis, & quanta expressio loci requiratur in instrumento, & in teste.*
35 *Quando in testamento condito inter liberos requiratur expressio loci, & quando non.*
36 *Testamentum non dicitur conditum inter liberos, si in eo facta fuerit substitutio filijs per fideicommissum in fauorem personæ extraneæ, & nu. 38. & seq.*
37 *Frater, & filij fratrum extranei dicuntur.*
38 *Testamentũ patris imperfectũ non valet quoad substitutionẽ fideicommissariam factam in fauorem personæ extraneæ.*
39 *An legata extraneis relicta in testamento patris imperfecto, debeantur.*
40 *Testamentum fauore piæ causæ validum est, etiamsi non adsit locus, annus, & dies.*
41 *In testamento ad pias causas non ius ciuile sed ius Canonicum, & Diuinum seruandum est.*
42 *Pia causa fauorabilior est, quam causa liberorum, excepta legitima.*
43 *Schedula manu propria scripta, & subscripta, etiam sine testibus confecta, ad piam causam, & inter liberos sustinetur.*
44 *Quando instrumentum subsequens censeatur confectum*

ctum in eodem loco, et tempore, quo antecedens confectum fuit, et nu.45. et 48.

45 *Si in secundo instrumento dicatur, die dicta, censetur repetita dies cum loco, loco loci, et alijs qualitatibus, prout in præcedenti instrumento: declaratur, et limitatur num.46.*

46 *Quid si secundum instrumentum non incontinenti, siue non eadem hora fuerit confectum, sed ex interuallo, et num.57.*

47 *Præsentia non præsumitur, sed qui eam asserit, probare debet.*

48 *Quando locus est pro forma exprimendus, non sufficeret expressio facta illis verbis, Actum vbi supra etc.*

49 *Quid si in secundo instrumento est descriptus locus, et dies, sed non in primo.*

50 *Quando instrumenta sine loco, vel tempore sint nulla, et an in tali casu locus, et tempus aliunde probari possint, et num.51. et seq.*

51 *Solemnitas præsumitur in contractibus, secus in iudicijs.*
Confessio releuat ab onere probandi. ibid.

52 *An instrumenta, seu contractus celebrati in Ecclesia sint validi, et num.53.*

53 *Processus Iudicum sæcularium, eorumque sententiæ in Ecclesia prolatæ irritæ sunt.*

54 *An peccent qui instrumenta, seu contractus celebrant in Ecclesia.*

55 *An valeat consuetudo non apponendi locum in instrumento, et num.56.*

56 *An, et quando locus descriptus in principio libri, censeatur repetitus in sequentibus instrumẽtis.*
Quãdo contractus censeantur correspectiui. ibid.

57 *An, et quando dies, et locus sint de substantia scripturæ priuatæ, et nu. seq.*

58 *Scriptura priuata, si non habet diem, probat contra scribentem, non autem contra tertium; si verò in ea locus tantùm desit, probat contra scribentem, et etiam contra tertium.*

59 *Quid si de loco, vel tempore creditores, vel partes disceptarent.*

60 *Et quid si scriptura non esset absolutè priuata, sed publica reputetur.*

Quæstio III.

An locus celebrati contractus in instrumento exprimi debeat.

18 RESp. affirmatiuè. *l. optimam. C. de Contrab. et committ. stipul. §. item verborum. Inst. de Inutil. stipul. glos. et Bart. in l. generali. C. de Tabular. lib.10. et in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. Alex. cons. 59. n.5. lib.2. Menoch. lib.2. præsumpt.84. n.1. et seq. Specul. in tit. de Instrumen. edit. §. breuiter. num.9.* ratio huius conclusionis potest esse, quia in vno loco posset esse permissum, in alio non, vel vt sit facultas reprobandi scripturam de falso, quia indefinita, & non coarctata non posset reprobari. *vt inquit Bald. cons.354. nu.2. vol.3. Mascard. de Probat. vol.2. concl.908. n.10. Rolan. cons.38. n.7. et seq. libr. 1. Rot. decis. 6. de Consuet. in antiq. Couar. pract. quæst. cap.20. n.3. Gratian. discept. for. cap. 767. n.12. Corn. cons.60. n.4. et cons.216. nu.1. in fin. lib.4.* vbi, quod insertio loci est de solemni-
19 tatibus requisitis, saltem de consuetudine, ita vt eius omissio instrumentum vitiet. *Farinac.*
20 *cons.109. num.17. et seq. vol.2.* vbi addit, quod omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum. *Buratt. decis.265. n.1. et decis. 543. n.3. et ibid. Add. Boer. decis.33. nu.27. et communem dicit Mantic. de Tacit. lib.3. tit.13. num.4. et seq.*
21 subdens, quod si locus sit omissus, & Notarius superfit, potest errorem suum corrigere. *Natt. cons.329. nu.1. Ruin. cons. 154. nu. 3. et 10. lib.3.*
22 vbi, quod in testamento, vel instrumento de necessitate poni debet non solum locus principalis, vt Ciuitas, Castrum &c. sed etiam locus loci, puta in tali domo, vel in platea &c. quod procedit etiam in testamento condito inter liberos, in quo conscribi debet locus, & locus loci, itá vt contraria consuetudo non valeret, quia præberet materiam delinquendi, de quo infra. *Gabr. discept. for. cap.479. n.47. et seq. vbi de communi, et cap.235. n.13. Scacc. de Commer. §.2. glos.2. n. 1. et seq. Honded. cons. 66. n. 45. ad fin. lib.2. Menoch. de Præsumpt. lib.2. præsumpt.84. n.1. et seq.*
23 alioquin instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, quousque locus specialis, & certus non probetur per Aduersarium, nullam interim faceret fidem. *Bald. consil. 358. in princ.*
24 *lib.3.* vbi dicit, quod potest probari per testes id, quod deficit in scriptura. *Capell. Tholosan. dec. 491. et ibi Aufrer. Gratian. discept. forens. cap. 479. n.57.* vbi, quod instrumentum, si non apponatur locus loci, semper redditur suspectum, itá vt stante oppositione incumbat producenti onus probandi illum locum specialem, in quo instrumentum celebratum fuit. *Buratt. dec.666. n.2. et decis.672. nu.1.* vbi, quod instrumentum carens loco loci, & clausula, *Actum &c.* fidem non facit. *Marescott. var. cap.121. n.34. lib.2. Rot. dec. 1156. n.2. par.3. lib.3. Diuers. Cas. de Grass. dec.45. aliàs vnic. n.7. & seq. de dol. & contum. Gratian. discept. for. cap.899. n.17. & 18. & decis. March. 28. n.1. & seq. Gait. de Credit. cap.3. tit.1. n.358. & 359.* quod
25 intelligendum est viuente Notario, qui instrumentum confecit: tunc enim instrumentum nullam fidem facit, quia imputari potest parti, cur non agat contra Notarium, vt sibi instrumentum perfectum restituat; secus esset defuncto Notario: hoc enim casu tale instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faceret semiplenã probationem. *secundùm Bart. in l. admonendi. n.34. ff. de Iureiur. Alex. cons.187. nu.1. lib.7.*
26 Obserua tamen, quod locus loci particularis non est de necessitate inserendus, puta si dicatur, Actum in tali palatio, non est necesse addere, in tali camera. *vt post Bart. in l. libellorum. ff. de Accus. tradit Ruin. d. cons.154. nu. 10. lib.3.* vbi
27 etiam dicit, quod si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere aliter mentionem de loco loci, cum villa non sit locus generalis, vel vniuersalis, vt Ciuitas, vel Castrum &c. sed locus singularis, & particularis. *de quo vide Menoch.*
28 *d. præs.84. n.4. lib.2.* vbi subdit, quod est etiam ascribendus locus loci singularis, vt puta in aula Prætorij, vbi ius redditur, quando in loco ipso singulari actus conficiendus est.
29 Obserua 2. quod si in generali loco tacitè inincludatur specialis, tunc illius generalis expres-

G sio suf-

agri conducti fructus vendendo, vel trãsuehendo ad alia loca, vt illos cariùs vendat, nõ dicitur negotiari, quia ipse non accepit agrum, vt inde lucrum referret, sed quia ius habet succedendi primo conductori, cuius onus in successorem transmittitur, *vide Sylu. in ver. clericus 2 nu. 1. Redoan. d. tract. de Spol. q. 2. Less. lib. 2. cap. 21. Bonacin. de censur. in part. disp. 1. q. 19.*
8 *pun. 3. §. 3. n. 6.* vbi subdit, quod clericus non dicitur negotiator, si agrum conducit, vt ex illius fructibus se, & familiam substentet, *Sylu. loco cit. d nu. 1. in fin.* vbi dicit, quod Clericus, si eget, potest vti negociationibus honestis, victum manibus quaerere.

9 Idem dicendũ, si Clericus aliquid emit ad sui, vel familiæ substentationẽ, & deinde data occasione lucri, idem cũ lucro venderet; cum enim hoc non emerit ad vendendũ, vel permutãdũ cũ lucro, nõ dicitur iuxta cõmunẽ loquendi vsũ negotiari: in hoc enim attendi solet finis, seu prima destinatio ob quã res contractu acquiritur, & venditio in casu proposito est quasi per accidens, *ità Molin. de iustit. disp. 339. & 672. Reginald. lib. 9 nu. 379. Bellett. de exempt. cleric. à mun. §. 4. n. 5. Nau. c. 27. nu. 128. Quaran. in ver. vectigal. vers. tertiò quatenus &c. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. d. pun. 3. §. 3. nu. 6. quibus adde Ricc. in Prax. Ec-*
10 *clesi. for. resol. 217. Barbos. d. alleg. 13. nu. 11.* asserentes, quod non dicitur clericus negotiator, aut mercator, si id, quod superest de eo, quod viliùs ad sui, vel suorum substentationem emit, iusto pretio tũc currentẽ cariùs vendat, quàm emerit, *vt sensit etiam Quarant. loco cit. Syl. in d. ver. Clericus 3. nu. 1.*

11 Infertur 2. quod potest Clericus aliquã rem emere postea sua opera, & industria mutatam, vel melioratam cariùs vendere, vt aliquid lucretur, præsertim ad necessaria vitæ cõparanda, quia hæc non dicitur negotiatio, sed potius artificium, & ideò nec soluitur gabella in tali casu, *vt sentiunt communiter DD. teste Nauar. d. cap. 27. num. 128* quod intellige tribus concurrentibus conditionibus, 1. vt Clericus id faciat per se, non autem per mercenarias personas. 2. vt ea de causa non se subtrahat ab his, quibus incumbere ex clericali silentio tenetur. 3. vt artificiũ non reddatur illicitum, seu sordidum ratione rerũ, quibus se immisceret, vt si chartas lusorias, taxillos, arma bellica, & similia cõficeret, vel si pelles, & coria aptaret, & huiusmodi, *vide Sylu. in ver. clericus 3. n. 1.*
12 *& 2.* vbi subijcit, quod clericus potest recipere possessiones excolendas ad quartã, vel quintã partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad substentationem sui, & suorum, *Quarant. d. ver. vectigal. vers. difficultas versatur &c.*

SVMMARIVM.

13 *Quando locus in contractibus inseritur, tempus tacitè adiectum intelligitur, quo promissor possit peruenire ad locum destinatæ solutionis.*
14 *Impossibilitas stipulationem vitiat: declaratur, & limitatur nu. seq.*
15 *Si difficultas non est expressa in contractu, sed ex accidenti emergit post contractum non vitiat stipulationem.*
16 *Quando fuit interpositum iuramentum, nunquam nocet angustia temporis.*
17 *Iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat omni meliori modo.*

Quæstio I.

Quando inutilis sit stipulatio ratione loci.

13 CVm locus in contractibus inseritur, tempus tacitè intelligitur adiectũ, quo promissor possit peruenire ad locũ destinatæ solutionis; vnde si quis
14 Venetijs ità stipuletur, hodie Romæ dare spõdẽs? inutilis est stipulatio, quia impossibilitas stipulationem vitiat, *l. 3 §. si quis ità. 2. vbi Bart. ff. de eo quod cert. loc.*

15 Hęc tamen conclusio limitatur, vt procedat quidem, quando difficultas est expressa in cõtractu: secus si ex accidenti emergat post cõtractũ; tunc enim non vitiat, quia sufficit, quod ab initio pręstari potuerit, *vt obseruat Mantic. de tac. l. 3. tit. 13. n. 13. in fin.*

16 Limitatur 2. vbi interpositum fuerit iuramentũ; in hoc enim casu nunquam nocet angustia temporis
17 quia habet vim clausulę, vt actus valeat omni meliori modo *Bald. in repet. l. 2. ff. de de Iureiur. Mantic. d. lib. 3. tit. 13. n. 13.*

SVMMARIVM.

18 *Locus celebrati contractus in instrumento exprimi debet, & qua causa limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
19 *Insertio loci est de solemnitatibus requisitis in instrumento saltem de consuetudine, eiusque omissio instrumentum vitiat: limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
20 *Omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum.*
21 *Si locus in instrumento sit omissus, & Notarius superstit, potest errorem suum corrigere, & nu. 24.*
22 *In instrumento, vel testamento etiã inter liberos de necessitate poni debet non solum locus principalis, sed etiam locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeat: declaratur, & limitatur nu. 35.*
23 *Instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, an faciat fidem, & n. 24. & 25.*
24 *Potest probari per testes in quod deficit scriptura.*
25 *Quando instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faciat semiplenam probationem.*
26 *Locus loci particularis regulariter non est de necessitate inserendus: limitatur nu. 28.*
27 *Si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere mentionem de loco loci.*
28 *Quando locus loci particularis inseri debeat.*
29 *Si in generali loco tacitè includatur specialis, sufficit illius generalis expressio.*
30 *Litteris Episcopi, dispensationibus, & priuilegijs etiam sine loco, datur plena fides.*
31 *Quando ex serie facti potest constare de loco loci, non vitiatur instrumentum ex dicti loci omissione.*
32 *Ea, quæ incontinenti fiunt præsumuntur facta eodem loco, & tempore, & nu. 33. & 44.*
33 *Quando scriptura imperfecta suppleatur per præcedentia.*
34 *Iudicis arbitrio remittitur, qualis, & quanta expressio loci requiratur in instrumento, & in teste.*
35 *Quando in testamento condito inter liberos requiratur expressio loci, & quando non.*
36 *Testamentum non dicitur conditum inter liberos, si in eo facta fuerit substitutio filijs per fideicommissum in fauorem personæ extraneæ, & nu. 38. & seq.*
37 *Frater, & filij fratrum extranei dicuntur.*
38 *Testamentũ patris imperfectũ non valet quoad substitutionẽ fideicommissariam factam in fauorem personæ extraneæ.*
39 *An legata extraneis relicta in testamento patris imperfecto, debeantur.*
40 *Testamentum fauore piæ causæ validum est, etiamsi non adsit locus, annus, & dies.*
41 *In testamento ad pias causas non ius ciuile sed ius Canonicum, & Diuinum seruandum est.*
42 *Pia causa fauorabilior est, quam causa liberorum, excepta legitima.*
3 *Schedula manu propria scripta, & subscripta, etiam sine testibus confecta, ad piam causam, & inter liberos sustinetur.*
44 *Quando instrumentum subsequens censeatur confectum*

ctum in eodem loco, et tempore, quo antecedens confectum fuit, et nu. 45. et 48.

45 *Si in secundo instrumento dicatur, die dicta, censetur repetita dies cum loco, loco loci, et aliis qualitatibus, prout in praecedenti instrumento: declaratur, et limitatur num. 46.*

46 *Quid si secundum instrumentum non incontinenti, siue non eadem hora fuerit confectum, sed ex interuallo, et num. 57.*

47 *Praesentia non praesumitur, sed qui eam asserit, probare debet.*

48 *Quando locus est pro forma exprimendus, non sufficeret expressio facta illis verbis, Actum vbi supra etc.*

49 *Quid si in secundo instrumento est descriptus locus, et dies, sed non in primo.*

50 *Quando instrumenta sine loco, vel tempore sint nulla, et an in tali casu locus, et tempus aliunde probari possint, et num. 51. et seq.*

51 *Solemnitas praesumitur in contractibus, secus in iudiciis.*

Confessio releuat ab onere probandi. ibid.

52 *An instrumenta, seu contractus celebrati in Ecclesia sint validi, et num. 53.*

53 *Processus Iudicum saecularium, eorumque sententiae in Ecclesia prolatae irritae sunt.*

54 *An peccent qui instrumenta, seu contractus celebrant in Ecclesia.*

55 *An valeat consuetudo non apponendi locum in instrumento, et num. 56.*

56 *An, et quando locus descriptus in principio libri, censeatur repetitus in sequentibus instrumētis. Quādo contractus censeantur correspectiui. ibid.*

57 *An, et quando dies, et locus sint de substantia scripturae priuatae, et nu. seq.*

58 *Scriptura priuata, si non habet diem, probat contra scribentem, non autem contra tertium; si verò in ea locus tantùm desit, probat contra scribentem, et etiam contra tertium.*

59 *Quid si de loco, vel tempore creditores, vel partes disceptarent.*

60 *Et quid si scriptura non esset absolutè priuata, sed publica reputetur.*

Quaestio III.

An locus celebrati contractus in instrumento exprimi debeat.

18 Resp. affirmatiuè. *l. optimam. C. de Contrah. et committ. stipul. §. item verborum. Inst. de Inutil. stipul. glos. et Bart. in l. generali. C. de Tabular. lib. 10. et in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. Alex. cons. 59. n. 5. lib. 2. Menoch. lib. 2. praesumpt. 84. n. 1. et seq. Specul. in tit. de Instrumen. edit. §. breuiter. num. 9.* ratio huius conclusionis potest esse, quia in vno loco posset esse permissum, in alio non, vel vt sit facultas reprobandi scripturam de falso, quia indefinita, & non coarctata non posset reprobari. *vt inquit Bald. cons. 354. nu. 2. vol. 3. Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 908. n. 10. Rolan. cons. 38. n. 7. et seq. libr. 1. Rot. decis. 6. de Consuet. in antiq. Couar. pract. quaest. cap. 20. n. 3. Gratian. discept. for. cap. 767. n. 12. Corn. cons. 60. n. 4. et cons. 216. nu. 1. in fin. lib. 4.* vbi, quod insertio loci est de solemni-

19 tatibus requisitis, saltem de consuetudine, ita vt eius omissio instrumentum vitiet. *Farinac.*

20 *cons. 109. num. 17. et seq. vol. 2.* vbi addit, quod omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum. *Buratt. decis. 265. n. 1. et decis. 543. n. 3. et ibid. Add. Boer. decis. 33. nu. 27. et communem dicit Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. num. 4. et seq.*

21 subdens, quod si locus sit omissus, & Notarius superfit, potest errorem suum corrigere. *Natt. cons. 329. nu. 1. Ruin. cons. 154. nu. 3. et 10. lib. 3.*

22 vbi, quod in testamento, vel instrumento de necessitate poni debet non solum locus principalis, vt Ciuitas, Castrum &c. sed etiam locus loci, puta in tali domo, vel in platea &c. quod procedit etiam in testamento condito inter liberos, in quo conscribi debet locus, & locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeret, quia praeberet materiam delinquendi, de quo infra. *Gabr. discept. for. cap. 479. n. 47. et seq. vbi de communi, et cap. 235. n. 13. Scacc. de Commer. §. 2. glos. 2. n. 1. et seq. Honded. cons. 66. n. 45. ad fin. lib. 2. Menoch. de Praesumpt. lib. 2. praesumpt. 84. n. 1. et seq.*

23 alioquin instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, quousque locus specialis, & certus non probetur per Aduersarium, nullam interim faceret fidem. *Bald. consil. 358. in princ.*

24 *lib. 3.* vbi dicit, quod potest probari per testes id, quod deficit in scriptura. *Capell. Tholosan. dec. 491. et ibi Aufrer. Gratian. discept. forens. cap. 479. n. 57.* vbi, quod instrumentum, si non apponatur locus loci, semper redditur suspectum, ità vt stante oppositione incumbat producenti onus probandi illum locum specialem, in quo instrumentum celebratum fuit. *Buratt. dec. 666. n. 2. et decis. 672. nu. 1.* vbi, quod instrumentum carens loco loci, & clausula, *Actum &c.* fidem non facit. *Marescott. var. cap. 121. n. 34. lib. 2. Rot. dec. 1156. n. 2. par. 3. lib. 3. Diuers. Cas. de Grass. dec. 45. aliàs vnic. n. 7. & seq. de dol. & contum. Gratian. discept. for. cap. 899. n. 17. & 18. & decis. March. 28. n. 1. & seq. Gait. de Credit. cap. 3. tit. 1. n. 358. & 359.* quod

25 intelligendum est viuente Notario, qui instrumentum confecit: tunc enim instrumentum nullam fidem facit, quia imputari potest parti, cur non agat contra Notarium, vt sibi instrumentum perfectum restituat; secus esset defuncto Notario: hoc enim casu tale instrumentum carens loco, vel aliis essentialibus, faceret semiplenā probationem. *secundùm Bart. in l. admonendi. n. 34. ff. de Iureiur. Alex. cons. 187. nu. 1. lib. 7.*

26 Obserua tamen, quod locus loci particularis non est de necessitate inserendus, puta si dicatur, Actum in tali palatio, non est necesse addere, in tali camera. *vt post Bart. in l. libellorum. ff. de Accus. tradit Ruin. d. cons. 154. nu. 10. lib. 3.* vbi

27 etiam dicit, quod si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere aliter mentionem de loco loci, cum villa non sit locus generalis, vel vniuersalis, vt Ciuitas, vel Castrum &c. sed locus singularis, & particularis. *de quo vide Menoch.*

28 *d. praes. 84. n. 4. lib. 2.* vbi subdit, quod est etiam ascribendus locus loci singularis, vt puta in aula Praetorii, vbi ius redditur, quando in loco ipso singulari actus conficiendus est.

29 Obserua 2. quod si in generali loco tacitè inincludatur specialis, tunc illius generalis expres-

 sio suf-

agri conducti fructus vendendo, vel trāsuehendo ad alia loca, vt illos cariùs vendat, nō dicitur negotiari, quia ipse non accepit agrum, vt inde lucrum referret, sed quia ius habet succedendi primo conductori, cuius onus in successorem transmittitur, *vide Sylu. in ver. clericus 2 nu. 1. Redoan. d. tract. de Spol. q. 2. Leß. lib. 2. cap. 21. Bonacin. de censur. in part. disp. 1. q. 19.*
8 *pun. 3. §. 3. n. 6.* vbi subdit, quod clericus non dicitur negotiator, si agrum conducit, vt ex illius fructibus se, & familiam substentet, *Sylu. loco cit. d nu. 1. in fin.* vbi dicit, quod Clericus, si eget, potest vti negociationibus honestis, victum manibus quaerere.

9 Idem dicendū, si Clericus aliquid emit ad sui, vel familiæ substentationē, & deinde data occasione lucri, idem cū lucro venderet; cum enim hoc non emerit ad vendendū, vel permutādū cū lucro, nō dicitur iuxta cōmunē loquendi vsū negotiari: in hoc enim attendi solet finis, seu prima destinatio ob quā res contractu acquiritur, & venditio in casu proposito est quasi per accidens, *ità Molin. de iustit. disp. 339. & 672. Reginald. lib. 9 nu. 379. Bellett. de exempt. cleric. à mun. §. 4. n. 5. Nau. c. 27. nu. 128. Quaran. in ver. vectigal. vers. tertiò quatenus &c. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. d. pun. 3. §. 3. nu. 6. quibus adde Ricc. in Prax. Ec-*
10 *clesi. for. resol. 217. Barbos. d. alleg. 13. nu. 11.* asserentes, quod non dicitur clericus negotiator, aut mercator, si id, quod superest de eo, quod viliùs ad sui, vel suorum substentationem emit, iusto pretio tūc currentē cariùs vendat, quàm emerit, *vt sensit etiam Quarant. loco cit. Syl. in d. ver. Clericus 3. nu. 1.*

11 Infertur 2. quod potest Clericus aliquā rem emere postea sua opera, & industria mutatam, vel melioratam cariùs vendere, vt aliquid lucretur, præsertim ad necessaria vitæ cōparanda, quia hæc non dicitur negotiatio, sed potius artificium, & ideò nec soluitur gabella in tali casu, *vt sentiunt communiter DD. teste Nauar. d. cap. 27. num. 128* quod intellige tribus concurrentibus conditionibus, 1. vt Clericus id faciat per se, non autem per mercenarias personas. 2. vt ea de causa non se subtrahat ab his, quibus incumbere ex clericali silentio tenetur. 3. vt artificiū non reddatur illicitum, seu sordidum ratione rerū, quibus se immisceret, vt si chartas lusorias, taxillos, arma bellica, & similia cōficeret, vel si pelles, & coria aptaret, & huiusmodi, *vide Sylu. in ver. clericus 3. n. 1.*
12 *& 2.* vbi subijcit, quod clericus potest recipere possessiones excolendas ad quartā, vel quintā partem, & huiusmodi, seu ipsas conducere ad substentationem sui, & suorum, *Quarant. d. ver. vectigal. vers. difficultas versatur &c.*

SVMMARIVM.

13 *Quando locus in contractibus, inseritur, tempus tacitè adiectum intelligitur, quo promissor possit peruenire ad locum destinatæ solutionis.*
14 *Impossibilitas stipulationem vitiat: declaratur, & limitatur nu. seq.*
15 *Si difficultas non est expressa in contractu, sed ex accidenti emergit post contractum non vitiat stipulationem.*
16 *Quando fuit interpositum iuramentum, nunquam nocet angustia temporis.*
17 *Iuramentum habet vim clausulæ, vt actus valeat omni meliori modo.*

Quæstio II.

Quando inutilis sit stipulatio ratione loci.

13 CVm locus in contractibus inseritur, tempus tacitè intelligitur adiectū, quo promissor possit peruenire ad locū destinatæ solutionis; vnde si quis
14 Venetijs ità stipuletur, hodie Romæ dare spōdēs? inutilis est stipulatio, quia impossibilitas stipulationem vitiat, *l. 3 §. si quis ità 2. vbi Bart. ff. de eo quod cert. loc.*

15 Hęc tamen conclusio limitatur, vt procedat quidem, quando difficultas est expressa in cōtractu: secus si ex accidenti emergat post cōtractū; tunc enim non vitiat, quia sufficit, quod ab initio pręstari potuerit, *vt obseruat Mantic. de tac. l. 3. tit. 13. n. 13. in fin.*

16 Limitatur 2. vbi interpositum fuerit iuramentū; in hoc enim casu nunquam nocet angustia temporis
17 quia habet vim clausulę, vt actus valeat omni meliori modo *Bald. in repet. l. 2. ff. de de Iureiur. Mantic. d. lib. 3. tit. 13. n. 13.*

SVMMARIVM.

18 *Locus celebrati contractus in instrumento exprimi debet, & qua causa limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
19 *Insertio loci est de solemnitatibus requisitis in instrumento saltem de consuetudine, eiusque omissio instrumentum vitiat: limitatur nu. 26. & seq. declaratur nu. 50.*
20 *Omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum.*
21 *Si locus in instrumento sit omissus, & Notarius superfit, potest errorem suum corrigere, & nu. 24.*
22 *In instrumento, vel testamento etiā inter liberos de necessitate poni debet non solum locus principalis, sed etiam locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeat: declaratur, & limitatur nu. 35.*
23 *Instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, an faciat fidem, & n. 24. & 25.*
24 *Potest probari per testes in quod deficit scriptura.*
25 *Quando instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faciat semiplenam probationem.*
26 *Locus loci particularis regulariter non est de necessitate inserendus: limitatur nu. 28.*
27 *Si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere mentionem de loco loci.*
28 *Quando locus loci particularis inseri debeat.*
29 *Si in generali loco tacitè includatur specialis, sufficit illius generalis expressio.*
30 *Litteris Episcopi, dispensationibus, & priuilegijs etiam sine loco, datur plena fides.*
31 *Quando ex serie facti potest constare de loco loci, non vitiatur instrumentum ex dicti loci omissione.*
32 *Ea, quæ incontinenti fiunt præsumuntur facta eodem loco, & tempore, & nu. 33. & 44.*
33 *Quando scriptura imperfecta suppleatur per præcedentia.*
34 *Iudicis arbitrio remittitur, qualis, & quanta expressio loci requiratur in instrumento, & in teste.*
35 *Quando in testamento condito inter liberos requiratur expressio loci, & quando non.*
36 *Testamentum non dicitur conditum inter liberos, si in eo facta fuerit substitutio filij per fideicommissum in fauorem personæ extraneæ, & nu. 38. & seq.*
37 *Frater, & filij fratrum extranei dicuntur.*
38 *Testamentū patris imperfectū non valet quoad substitutionē fideicommissariam factam in fauorem personæ extraneæ.*
39 *An legata extraneis relicta in testamento patris imperfecto, debeantur.*
40 *Testamentum fauore piæ causæ validum est, etiamsi non adsit locus, annus, & dies.*
41 *In testamento ad pias causas non ius ciuile sed ius Canonicum, & Diuinum seruandum est.*
42 *Pia causa fauorabilior est, quam causa liberorum, excepta legitima.*
3 *Schedula manu propria scripta, & subscripta, etiam sine testibus confecta, ad piam causam, & inter liberos sustinetur.*
44 *Quando instrumentum subsequens censeatur confectum*

ctum in eodem loco, et tempore, quo antecedens confectum fuit, et nu.45. et 48.

45 *Si in secundo instrumento dicatur, die dicta, censetur repetita dies cum loco, loco loci, et alijs qualitatibus, prout in præcedenti instrumento: declaratur, et limitatur num.46.*

46 *Quid si secundum instrumentum non incontinenti, siue non eadem hora fuerit confectum, sed ex interuallo, et num.57.*

47 *Præsentia non præsumitur, sed qui eam asserit, probare debet.*

48 *Quando locus est pro forma exprimendus, non sufficeret expressio facta illis verbis, Actum vbi supra etc.*

49 *Quid si in secundo instrumento est descriptus locus, et dies, sed non in primo.*

50 *Quando instrumenta sine loco, vel tempore sint nulla, et an in tali casu locus, et tempus aliunde probari possint, et num.51. et seq.*

51 *Solemnitas præsumitur in contractibus, secus in iudicijs.*

Confessio releuat ab onere probandi. ibid.

52 *An instrumenta, seu contractus celebrati in Ecclesia sint validi, et num.53.*

53 *Processus Iudicum sæcularium, eorumque sententia in Ecclesia prolatæ irritæ sunt.*

54 *An peccent qui instrumenta, seu contractus celebrant in Ecclesia.*

55 *An valeat consuetudo non apponendi locum in instrumento, et num.56.*

56 *An, et quando locus descriptus in principio libri, censeatur repetitus in sequentibus instrumẽtis.*

Quãdo contractus censeantur correspectiui. ibid.

57 *An, et quando dies, et locus sint de substantia scripturæ priuatæ, et nu. seq.*

58 *Scriptura priuata, si non habet diem, probat contra scribentem, non autem contra tertium; si verò in ea locus tantùm desit, probat contra scribentem, et etiam contra tertium.*

59 *Quid si de loco, vel tempore creditores, vel partes disceptarent.*

60 *Et quid si scriptura non esset absolutè priuata, sed publica reputetur.*

Quæstio III.

An locus celebrati contractus in instrumento exprimi debeat.

18 RESp. affirmatiuè. *l. optimam. C. de Contrab. et committ. stipul. §. item verborum. Inst. de Inutil. stipul. glos. et Bart. in l. generali. C. de Tabular. lib. 10. et in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. Alex. cons. 59. n. 5. lib. 2. Menoch. lib. 2. præsumpt. 84. n. 1. et seq. Specul. in tit. de Instrumen. edit. §. breuiter. num. 9.* ratio huius conclusionis potest esse, quia in vno loco posset esse permissum, in alio non, vel vt sit facultas reprobandi scripturam de falso, quia indefinita, & non coarctata non posset reprobari. *vt inquit Bald. cons. 354. nu. 2. vol. 3. Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 908. n. 10. Rolan. cons. 38. n. 7. et seq. libr. 1. Rot. decis. 6. de Consuet. in antiq. Couar. pract. quæst. cap. 20. n. 3. Gratian. discept. for. cap. 767. n. 12. Corn. cons. 60. n. 4. et cons. 216. nu. 1. in fin. lib. 4.* vbi, quod insertio loci est de solemni-
19 tatibus requisitis, saltem de consuetudine, ita
vt eius omissio instrumentum vitiet. *Farinac.*
20 *cons. 109. num. 17. et seq. vol. 2.* vbi addit, quod
omissio loci certi, & determinati non solum red-
dit instrumentum nullum, sed etiam de falso su-
spectum. *Buratt. decis. 265. n. 1. et decis. 543. n. 3.
et ibid. Add. Boer. decis. 33. nu. 27. et communem
dicit Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. num. 4. et seq.*
21 subdens, quod si locus sit omissus, & Notarius
supersit, potest errorem suum corrigere. *Natt.
cons. 329. nu. 1. Ruin. cons. 154. nu. 3. et 10. lib. 3.*
22 vbi, quod in testamento, vel instrumento de
necessitate poni debet non solum locus princi-
palis, vt Ciuitas, Castrum &c. sed etiam locus lo-
ci, puta in tali domo, vel in platea &c. quod pro-
cedit etiam in testamento condito inter liberos,
in quo conscribi debet locus, & locus loci, ità vt
contraria consuetudo non valeret, quia præbe-
ret materiam delinquendi, de quo infra. *Gabr.
discept. for. cap. 479. n. 47. et seq. vbi de communi,
et cap. 235. n. 13. Scacc. de Commer. §. 2. glos. 2. n.
1. et seq. Honded. cons. 66. n. 45. ad fin. lib. 2. Me-
noch. de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 84. n. 1. et seq.*
23 alioquin instrumentum, vel testamentum non
continens locum loci, quousque locus specialis,
& certus non probetur per Aduersarium, nullam
interim faceret fidem. *Bald. consil. 358. in princ.*
24 *lib. 3.* vbi dicit, quod potest probari per testes
id, quod deficit in scriptura. *Capell. Tholosan. dec.
491. et ibi Aufrer. Gratian. discept. forens. cap.
479. n. 57.* vbi, quod instrumentum, si non appo-
natur locus loci, semper redditur suspectum, ità
vt stante oppositione incumbat producenti onus
probandi illum locum specialem, in quo instru-
mentum celebratum fuit. *Buratt. dec. 666. n. 2. et
decis. 672. nu. 1.* vbi, quod instrumentum carens
loco loci, & clausula, *Actum &c.* fidem non facit.
*Marescott. var. cap. 121. n. 34. lib. 2. Rot. dec. 1156.
n. 2. par. 3. lib. 3. Diuers. Cas. de Graff. dec. 45. alias
vnic. n. 7. & seq. de dol. & contum. Gratian. discept.
for. cap. 899. n. 17. & 18. & decis. March. 28. n. 1. &
seq. Gait. de Credit. cap. 3. tit. 1. n. 358. & 359.* quod
25 intelligendum est viuente Notario, qui instru-
mentum confecit: tunc enim instrumentum nul-
lam fidem facit, quia imputari potest parti, cur
non agat contra Notarium, vt sibi instrumentum
perfectum restituat; secus esset defuncto Nota-
rio: hoc enim casu tale instrumentum carens lo-
co, vel alijs essentialibus, faceret semiplenã pro-
bationem. *secundùm Bart. in l. admonendi. n. 34.
ff. de Iureiur. Alex. cons. 187. nu. 1. lib. 7.*
26 Obserua tamen, quod locus loci particularis
non est de necessitate inserendus, puta si dicatur,
Actum in tali palatio, non est necesse addere, in
tali camera. *vt post Bart. in l. libellorum. ff. de
Accus. tradit Ruin. d. cons. 154. nu. 10. lib. 3.* vbi
27 etiam dicit, quod si instrumentum fiat in Villa,
non est necesse facere aliter mentionem de loco
loci, cum villa non sit locus generalis, vel vni-
uersalis, vt Ciuitas, vel Castrum &c. sed locus
singularis, & particularis. *de quo vide Menoch.*
28 *d. præs. 84. n. 4. lib. 2.* vbi subdit, quod est etiam
ascribendus locus loci singularis, vt puta in aula
Prætorij, vbi ius redditur, quando in loco ipso
singulari actus conficiendus est.
29 Obserua 2. quod si in generali loco tacitè in-
includatur specialis, tunc illius generalis expres-

 sio suf-

non dicatur ius ciuile, *glos. in l. fin. ff. ad l. Corn. de fals. Gaar. l. 3. tit. de secun. nupt. concl. 5. n. 4. Capr. cons. 60. n. 12 vers. nec obstat statutum &c. Penia decis. 166. n. 1. & seq.* vbi decisum refert, non esse seruandam inter ciues, & incolas Vrbis, & districtuales dispositionem
9 *l. 1. & 2. C. de Secun. nupt.* quia penę à iure ciuili latæ contra secundò nubentes intra annũ luctus, fuerũt sublatæ per ius canonicum, *cap. super illa, & cap. vlt. extr. de Secun. nupt.* remanent tamen intacta iura, quę ad fauorẽ filiorũ inducta sunt, de quibus nos abũdè tractauimus *tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 22. §. 5.*

10 Obserua tamen, quod vbi agitur de probanda veritate rei gestæ, puta solutione, talis confessio per idoneos testes probata facit fidem etiam de iure ciuili, *Felin. in cap. si cautio, n. 28. vers fallit tertiò, de fid. Instrum. Curt. iun. cons. 168. n. 10. & seq. lib. 2. quos refert & seduitur Marescott. var. lib. 2 cap. 44. nu. 5.*

11 Obserua 2. quod acceptatio partis requiritur ad hoc, vt cõfessio præiudicet, siue confessio facta fuerit in iudicio, siuè præsente parte, siue ea absente: & ideò ante partis acceptationẽ potest reuocari, etiã non docto de errore, præsertim si facta fuerit per procuratorem, *latè Marescott. var. d. lib. 2. cap 44. n. 8. & seq.* vbi etiam dicit, quod non sufficeret præsentia partis pro acceptatione, sed expressa acceptatio re-
12 quiritur, *Maran. d. par. 6. tit. de Confess. n. 18.* vbi dicit quod confessio potest acceptari per alium nomine
13 absentis, *Thesaur. dec. 70. n. 3. & seq.* vbi, quod stipulatio Notarij nõ facit, vt acquiratur ius nõ sequuta ratificatione, sed operatur, vt sine cessione vtilis
14 acquiratur, *& decis. 109. n. 7.* vbi etiam dicit, quod donatio facta absenti, ante acceptationem potest reuocari, *Gabr. d. tit. de confess. cõcl. 1. n. 7. & cõcl. 2. n. 1.*
15 *& seq.* subdens, quod in renũciatione iuris de futuro sufficit partis pręsẽtia sine expressa acceptatione.
16 An autẽ possit donatio reuocari, si donatarius rei donatæ possessionem apprehenderit? resp. negatiuè quia ex tali possessionis apprehensione censetur donationem acceptasse, *Thesaur. d. dec. 7. n. 3. in fin.*

17 Obserua 3. quod cõfessio geminata plenè probat, etiamsi facta fuerit incidenter, & propter aliud, *secundũ Crauett. de Antiq. temp. §. propositum. n. 32. Vrsill. ad Afflict. decis. 364 n. 9. in fin. Ciriac. contr. 161. nu. 20. Gabr. d. tit. de Confess. concl. 1. nu. 61. & concl. 3. nu. 5.* vbi dicit, quod confessio geminata reuocari non potest sub prætextu falsitatis, *Maran. d. par. 6. confess. nu. 15.* contrarium tamen sensit *Rot coram Penia decis. 332. nu. 16.* vbi, quod quando agitur non de liberando, sed de obligando verba geminata non probant.

18 Obserua 4. quod cõfessio facta in epistola, vel in libro rationũ, aut alia quacunque scriptura, quę consignatur à parte parti, plenè probat in fauorem absentis, *latè Gabr. d. tit. de Confess. conclus. 1. n. 56. & seq.*

19 Notandũ est etiã, quod vnitas, seu identitas probatur ex identitate temporis, loci, & personarũ, vt si testes dicant, eo tempore, & loco, & illis pręsentibus testamentũ, vel aliũ actũ confectũ fuisse, *ità Menoch.*
20 *lib. 6. præsũpt. 15. n. 3. & seq.* vbi, quod probatur etiã identitas, quando eadẽ causa conuenit, licèt summa sit diuersa, *vide Alex cons. 30. n. 7. & cons. 84. nu. 2. in fin. lib. 7. & cons. 105. lib. 2. Socin. sen. cons. 129. nu. 2. 6. & 7. lib. 4. Crauett. cons. 198. nu. 2.*

21 Quæres, an testes fidem faciant, si discordent in loco, & tempore: Resp. quod regulariter ne semiplenè quidem probant, sed censentur singulares, vt si vnus dicat vidisse in domo, alter in via, vel vnus dicat, aliquid gestũ fuisse de die, alter verò de nocte, dummodò diuersitas, & discordia in testibus esset in tempore notabili, secus si in modico, *cap. nihilominus, 3. q. 9.* vbi *glos. & est communis opinio.*

22 Limitatur tamen hęc conclusio, vt procedat, quãdo tempus, & locus sunt de substantia actus; secus quando non sunt de substantia, quo casu diuersitas in loco, & tempore singularitatem non inducit, nec testibus fidem tollit, dũmodò ex huiusmodi diuersitate loci, & temporis non inducatur diuersitas facti, *Rolan. cons. 82. n. 41. & seq. lib. 2.* vbi dicit, quod ad probandã electionem sepulturę sufficiunt testes singulares respectu loci, & temporis, cum de substantia electionis sepulturæ nõ sint tẽpus & locus, *Mascard. de Prob. cõcl. 483. n. 2* vbi dicit, quod in decimis tẽpus
23 & locus nõ est de substãtia actus, *latè Far. de Test. q. 64. n. 77. & seq Gabr. eod. tit. de Testib. conclus. 2. nu. 18.*

24 Limitatur 2. quando vnus deponit de certo actu, adiecto certo loco, & tempore, alius verò deponit de eodem actu, nõ tamen recordatur de tempore, & loco: tunc enim præsumuntur contestes, dummodò vnus alium in contestem vocet, *Alex. cons. 4. nu. 7. lib. 6. Farinac. d. q. 64. n. 74. & 76.*

25 Limitatur 3 quãdo agitur de probatione alicuius loci generalis, puta quod quis fuerit Ciuitate: tunc enim non dicũtur testes singulares, si vnus deponat de vno loco Ciuitatis, alter de alio loco eiusdem Ciuitatis; sufficit enim, quod concordent in genere de Ciuitate, *Ruin. cons. 35. n. 6. l. 4. & alij apud Farinac. loco*
26 *cit. n. 81. & 82.* vbi, quod testes faciũt plenã probationem, si vnus dicit, actũ fuisse gestum in domo Petri, alter in eius camera: vel vnus diceret, actũ fuisse gestũ die lunę hora 3. alter eadem die, vel vnus diceret, in mense, alter in hebdomada, *Rim. cons. 35. n. 6. vol. 4. Gabr. de Testib. d. cõcl. 2. n. 55.* subdens *n. 62.* quod si Iudex ex dictis testiũ singulariũ in credulitatem reducatur, potest illis fidem adhibere, quia omnis fides testiũ est Iudici arbitraria: quod intelligendũ est, quãdo adest iusta causa, vt si cõcurrat integritas testiũ, vel subiecta materia ità de facili probari non possit, *vide Par. cõs. 57. n. 36. et seq. & n. 48. et 49. vol. 1.*

27 Limitatur 4. quando testes dubitatiuè deponerent de tempore, vel de loco, non benè recordarentur, vt si vnus diceret, credo, quod fuit de mense Maij, alius dicat, credo, quod fuit de mense Iunij, *Aym. cons. 78. n. 9. Alex. cons. 65. nu. 4. vol. 2. Ruin. cons. 69. nu. 12. lib. 4. Farinac. loco cit. num. 83.*

28 Limitatur 5. vt procedat dicta cõclusio probatione actus non iterabilis: secus in actu reiterabili, *Rol. cons. 92. n. 45. lib. 2. & alij cõmuniter:* quę quidem opinio locũ habet, quando agitur de probando non solũ actũ iterabilem, sed etiã iteratũ: tũc enim diuersitas in loco, vel tempore nõ inducit in testibus singularitatem; secus si agatur de probãdo vnũ actũ, licèt de sui natura iterabilem, nõ tamen iteratũ, quia tunc testes diuersi in loco, & tempore dicuntur singulares, & nihil omninò probant, *vt declarat Farin. d. q. 64. num. 85. & 87.*

29 Limitatur 6. vt dicta cõclusio procedat, quãdo sumus in probatione actus momentanei, quo casu diuersitas in loco & tempore tollit fidem testibus; secus quando agitur de probatione actus continuati, & successiui: tunc enim testes vel in tempore, vel in loco discordes, non dicuntur singulares, sed probant, *Gabr. tit. de Testib. conclus. 2. num. 19. & 69. Mascard. de Probat. conclus. 59. num. 17. & 18. & alij apud Farinac. d. q. 64 nu. 88. & seq.*

30 Limitatur 7. quando cũ dicto testiũ singularium concurrerent aliæ præsumptiones, & coniecturæ adiuuantes dicta ipsorum testium singulariũ, *Gabr. loco cit. d. concl. 2. nu. 76. Rolan. cons. 82. num. 47. & seq. lib. 2.* vbi dicit, quod quando concurrunt confessio

facta

facta parte præsente,probata per vnũ testẽ, & testes
singulares deponentes de confessione facta absente
parte,coniunguntur ad plenã probationem,*ex trad.
per Paul.de Castr.cons.109.vol.2.Paris.cons.57.nu.46.
& seq.vol.1.Cran.cons.35.nu.6.*
31 Limitatur 8. quando plures actus habent vnam
originem, & vnam causam, quia tunc illa causa, &
illa origo probatur per testes singulares, *Gabr. tit.
de testib.concl.2.nu.20.Grau.cons.73.nu.34.*
32 Limitatur 9. in testibus deponentibus de solito, &
cõsueto: id enim probatur etiã per testes singulares
in loco,& tempore,*Farin.cons.41.n.6.*vbi dicit,quod
solitũ, & cõsuetũ nõ potest nisi ex pluribus diuersis
actibus cõcludi;& ideò diuersitas in loco, & tẽpore
nõ videtur inducere in testibus singularitatẽ obstatiuã,quia
potest stare, quod vnus viderit vno tẽpore,& vno loco,& alius
altero tẽpore, & altero loco,
*vide Alex.de Neuo cõs.71.sub n.9.Hypp.Rim.cõs.crim.
diuers.85.nu.9.20.& 28.vol.2.in fol.Marsi.cons.5.n.6.
& seq.vol.1.Nell.in tract.de Testib.nu.224.*
33 Limitatur 10. vbi agitur de fama probanda: hæc
enim probatur per testes etiam singulares,dũmodò
sint contestes in loco tempore,& personis, *Abb.cõs.*
34 *42.n.2 post med.vol.1.*vbi dicit, quod vt fama probetur,testes
debent concordare,vt dicãt,tali die audiuimus talem rumorem,vel
infamiam,& tali loco,
& talibus personis,*Gabr.de testib.concl.2 nu.38.*
35 Limitatur 11. quando agitur de probando quid
in genere,*Rim.d.cons.85.n.1.& seq.Mich.Graff.cõmun.
opin.lib.2 cap.17 in fin.Osach.dec.79.n 38.*vbi quod testes
singulares probant crimen,siue actum in generẽ,*Rolan cõs 82.n.42.vol.2.*vbi dicit,quod testes
singulares plenè probant cõfessionem in genere, *& ità
sentiunt alij,quos refert, & sequitur Farinac.d.cons.41.*
36 *n.6.& seq.*vbi etiam obseruat,quod testes singulares
adminiculati ab alijs testibus de auditu,plenam
37 faciunt probationem: quia testes de auditu, licèt
non plenè probent,faciunt tamen non solum adminiculum,
sed etiam præsumptionem, *Cephal. cons.
140.nu.29.vol.1.Crauett.cons.73.n.36.Gabr.de Testib.
d.concl.2.nu.30.42.& 76.*
38 Quæres 2.an testes fidem faciãt,si nullo modo de
tempore,aut loco deponant? Resp quod aliquandò
plenè probant,aliquando non; probant quidẽ,quãdo
tempus, seu locus non est de substantia:itẽ quãdo
tempus est antiquum,in quo verisimilis est obliuio,
vel quando constãt aliunde de loco, & tempore,
puta ex confessione partis, vel si deponerent de
tempore dubitatiuẽ,& per verbũ,videtur,non enim
necesse est,quod deponant de tempore præciso, vel
de die, nisi ageretur de probatione actus, in quo
dies sit de substantia;non tamen probarent,nec fidẽ
facerent testes de loco,& tempore non deponentes,
quando tẽpus, & locus sunt de substãtia actus probandi,
vel quando tempus est breue,in quo obliuio
non est verisimilis, vel si de tempore, & loco interrogati,de
eo nihil deponerent, etiamsi tempus, &
locus non essent de substãtia actus,de cuius proba-
30 tione agitur,vel si testes essẽt plures,& omnes,dicerent,
se de loco, & tempore non recordari: tunc
enim censentur suspecti,etiãsi locus, & tempus non
sint de substantia actus præsertim si verisimiliter de
loco,& tempore essent informati;itẽ non probarent
in causis criminalibus, in quibus testes debent deponere
de loco & tempore,*vide glos.in d.cap. nihilominus,in
ver simul,3.q.9.Gabr.d.tit.de Testib.conclus.2.
Gran.cons.9.nu.18.Alex.cons.149.nu.2 lib.5.& cons.
65.num.4.lib.2.Ruin.cons.69.num.12.lib.4. Boss. in tit.
de opposit.contest.nu.40.Farinac.d.q.64. a num. 92. vsque
ad nu.12.*

SVMMARIVM.

1 *Negotiatio quid sit, & in quo differat ab artificio,& nu.3.*
2 *Clericus negotiator tenetur soluere gabellam.*
3 *Ementes victualia in vno loco, vt vendant in alio,exercent
artem negotiandi.*
4 *Clericus non dicitur negotiator, qui vendit fructus ex prædijs
sui patrimonij,aut beneficij recollectos, etiamsi illos deferat
de loco ad locum.*
5 *Quid si clericus emat animalia, vt illa pascat in proprijs prædijs,
ad effectum ea vendendi, cum pinguia facta fuerint.*
6 *Clericus regulariter non potest prædia conducere: limitatur
nu.seq.*
7 *Clericus, si succedit conductori, potest in conductione perseuerare.*
8 *Clericus negotiator non dicitur, qui agrum conducit, vt ex
illius fructibus se,& familiam substentet,& nu.12.*
9 *Quid si clericus aliquid emit ad sui,vel familiæ substentationẽ,&
deinde data occasione lucri,idẽ cũ lucro vẽderet.*
10 *Et quid si clericus id quod superest ad familiam substantiam
vendat carius, quàm emerit.*
11 *Potest clericus aliquam rem emere, & postea sua opera,&
industria mutatam vendere, vt aliquid lucretur,& quando
id procedat.*
An clericus in tali casu teneatur soluere gabellam,ibidem.
12 *Clericus potest recipere possessiones excolendas ad quartam,
vel quintam partem ad substentationem sui, & suorum.*

CAP. IV.

De Contractibus.

Quæstio I.

Quid sit Negatio.

1 NEgotiatio nihil aliud est, quàm solertia quædam
viliùs emendi,& cariùs distrahendi, non
mutata forma rerũ,*latè Quaran.in ver. vectigal. vers.*
2 *tertiò quatenus &c.*vbi dicit, quod in tali casu clericus
etiam tenetur gabellas soluere, *Natt. cons. 139.*
3 *n.1.& seq.* vbi dicit,quod ementes sal,& victualia in
vno loco,vt vendãt in alio,exercent artẽ negotiãdi;
secus si mutaretur forma,quia tunc lucrum proueniret
ex artificio,velati si emantur chartæ, vt scribantur
libri,& lina, vt texantur tela, *cap. eijciens,
cum ibi not.88.dist.*
4 Ex quo infertur 1.quod Clericus non dicitur negotiator,
qui vendit vinum, granum, aut oleum ex
prædijs sui patrimonij, aut beneficij recollectum,
etiamsi huiusmodi fructus deferat de loco ad locũ
causa habendi maius pretiũ:quia,vt clericus quoad
hunc effectum dicatur negotiator, duo copulatiuè
requiruntur videlicet vt rem vendat,nõ ex propria
re ortam,sed ab alio comparatam:2.vt eo fine emerit,quò
carius reuenderet,quorum altero deficiente,deficit
quoque negotiatio,*Rolan.cons.71.num.10.
vol.4.Voglin.de offic.Epis.cap.13.§.16.n.4.in fine Mart.
de Iurisd.par.4.cas.3.nu.9.Genuens. in Pract. Archiep.
Neap.cap.62.n.7.Vener.in exam. Episc. in tit. de cleric.
negotiat.nu.5.Sperell.dec.49.num. 9. & seq. & alij apud
Barbos.de offic.& pot.Episc.alleg.13.nu.10.& seq.*
5 Itom Clericus negotiari nõ dicitur,qui emit animalia,vt
illa pascat in proprijs prædijs,& cum pinguia
facta fuerint,vel eum partus ediderint,illa, &
eorũ partus vendat,*Molin.de iustit.tract.2. disp. 342.
n.14.Sylu.in ver.clericus 3.nu.2.Redoan.de Spol.Eccles.
q.2.n.1.Carol.de Graff.de effect.cleric.eff.6.nu.18.& resoluit
Sac. Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporũ
præposita sub die 22.Iunij 1629.prout refert.Barbos.loco
cit.d.alleg.13.n.11.*subdens *n.13.*quod licèt Clericus
6 non possit regulariter conducere prædia potest ta-
7 men, si succedit conductori, in conductione perseuerare,donec
locationis tempus finiatur,& interim
agri

ctum in eodem loco, et tempore, quo antecedens confectum fuit, et nu. 45. et 48.
45 *Si in secundo instrumento dicatur, die dicta, censetur repetita dies cum loco, loco loci, et alijs qualitatibus, prout in praecedenti instrumento: declaratur, et limitatur num. 46.*
46 *Quid si secundum instrumentum non incontinenti, siue non eadem hora fuerit confectum, sed ex interuallo, et num. 57.*
47 *Praesentia non praesumitur, sed qui eam asserit, probare debet.*
48 *Quando locus est pro forma exprimendus, non sufficeret expressio facta illis verbis, Actum vbi supra etc.*
49 *Quid si in secundo instrumento est descriptus locus, et dies, sed non in primo.*
50 *Quando instrumenta sine loco, vel tempore sint nulla, et an in tali casu locus, et tempus aliunde probari possint, et num. 51. et seq.*
51 *Solemnitas praesumitur in contractibus, secus in iudicijs.*
Confessio releuat ab onere probandi. ibid.
52 *An instrumenta, seu contractus celebrati in Ecclesia sint validi, et num. 53.*
53 *Processus Iudicum saecularium, eorumque sententiae in Ecclesia prolatae irritae sunt.*
54 *An peccent qui instrumenta, seu contractus celebrant in Ecclesia.*
55 *An valeat consuetudo non apponendi locum in instrumento, et num. 56.*
56 *An, et quando locus descriptus in principio libri, censeatur repetitus in sequentibus instrumētis.*
Quādo contractus censeantur correspectiui. ibid.
57 *An, et quando dies, et locus sint de substantia scripturae priuatae, et nu. seq.*
58 *Scriptura priuata, si non habet diem, probat contra scribentem, non autem contra tertium; si verò in ea locus tantùm desit, probat contra scribentem, et etiam contra tertium.*
59 *Quid si de loco, vel tempore creditores, vel partes disceptarent.*
60 *Et quid si scriptura non esset absolutè priuata, sed publica reputetur.*

Quaestio III.

An locus celebrati contractus in instrumento exprimi debeat.

18 RESP. affirmatiuè. *l. optimam. C. de Contrah. et committ. stipul. §. item verborum. Inst. de Inutil. stipul. glos. et Bart. in l. generali. C. de Tabular. lib. 10. et in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. Alex. cons. 59. n. 5. lib. 2. Menoch. lib. 2. praesumpt. 84. n. 1. et seq. Specul. in tit. de Instrumen. edit. §. breuiter. num. 9.* ratio huius conclusionis potest esse, quia in vno loco posset esse permissum, in alio non, vel vt sit facultas reprobandi scripturam de falso, quia indefinita, & non coarctata non posset reprobari. *vt inquit Bald. cons. 354. nu. 2. vol. 3. Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 908. n. 10. Rolan. cons. 38. n. 7. et seq. libr. 1. Rot. decis. 6. de Consuet. in antiq. Couar. pract. quaest. cap. 20. n. 3. Gratian. discept. for. cap. 767. n. 12. Corn. cons. 60. n. 4. et cons. 216. nu. 1. in fin. lib. 4.* vbi, quod insertio loci est de solemni-
19 tatibus requisitis, saltem de consuetudine, ita vt eius omissio instrumentum vitiet. *Farinac.*
20 *cons. 109. num. 17. et seq. vol. 2.* vbi addit, quod omissio loci certi, & determinati non solum reddit instrumentum nullum, sed etiam de falso suspectum. *Buratt. decis. 265. n. 1. et decis. 543. n. 3. et ibid. Add. Boer. decis. 33. nu. 27. et communem dicit Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. num. 4. et seq.*
21 subdens, quod si locus sit omissus, & Notarius supersit, potest errorem suum corrigere. *Natt. cons. 329. nu. 1. Ruin. cons. 154. nu. 3. et 10. lib. 3.*
22 vbi, quod in testamento, vel instrumento de necessitate poni debet non solum locus principalis, vt Ciuitas, Castrum &c. sed etiam locus loci, puta in tali domo, vel in platea &c. quod procedit etiam in testamento condito inter liberos, in quo conscribi debet locus, & locus loci, ità vt contraria consuetudo non valeret, quia praeberet materiam delinquendi, de quo infra. *Gabr. discept. for. cap. 479. n. 47. et seq. vbi de communi, et cap. 235. n. 13. Scacc. de Commer. §. 2. glos. 2. n. 1. et seq. Honded. cons. 66. n. 45. ad fin. lib. 2. Menoch. de Praesumpt. lib. 2. praesumpt. 84. n. 1. et seq.*
23 alioquin instrumentum, vel testamentum non continens locum loci, quousque locus specialis, & certus non probetur per Aduersarium, nullam interim faceret fidem. *Bald. consil. 358. in princ.*
24 *lib. 3.* vbi dicit, quod potest probari per testes id, quod deficit in scriptura. *Capell. Tholosan. dec. 491. et ibi Aufrer. Gratian. discept. forens. cap. 479. n. 57.* vbi, quod instrumentum, si non apponatur locus loci, semper redditur suspectum, ità vt stante oppositione incumbat producenti onus probandi illum locum specialem, in quo instrumentum celebratum fuit. *Buratt. dec. 666. n. 2. et decis. 672. nu. 1.* vbi, quod instrumentum carens loco loci, & clausula, *Actum &c.* fidem non facit. *Marescott. var. cap. 121. n. 34. lib. 2. Rot. dec. 1156. n. 2. par. 3. lib. 3. Diuers. Cas. de Grass. dec. 45. aliàs vnic. n. 7. & seq. de dol. & contum. Gratian. discept. for. cap. 899. n. 17. & 18. & decis. March. 28. n. 1. & seq. Gait. de Credit. cap. 3. tit. 1. n. 358. & 359.* quod
25 intelligendum est viuente Notario, qui instrumentum confecit: tunc enim instrumentum nullam fidem facit, quia imputari potest parti, cur non agat contra Notarium, vt sibi instrumentum perfectum restituat; secus esset defuncto Notario: hoc enim casu tale instrumentum carens loco, vel alijs essentialibus, faceret semiplenā probationem. *secundùm Bart. in l. admonendi. n. 34. ff. de Iureiur. Alex. cons. 187. nu. 1. lib. 7.*
26 Obserua tamen, quod locus loci particularis non est de necessitate inserendus, puta si dicatur, Actum in tali palatio, non est necesse addere, in tali camera. *vt post Bart. in l. libellorum. ff. de Accus. tradit Ruin. d. cons. 154. nu. 10. lib. 3.* vbi
27 etiam dicit, quod si instrumentum fiat in Villa, non est necesse facere aliter mentionem de loco loci, cum villa non sit locus generalis, vel vniuersalis, vt Ciuitas, vel Castrum &c. sed locus singularis, & particularis. *de quo vide Menoch.*
28 *d. praes. 84. n. 4. lib. 2.* vbi subdit, quod est etiam ascribendus locus loci singularis, vt puta in aula Praetorij, vbi ius redditur, quando in loco ipso singulari actus conficiendus est.
29 Obserua 2. quod si in generali loco tacitè inincludatur specialis, tunc illius generalis expres-

ſio ſufficit. *Gait. de Credit. d. cap. 3. tit. 1. nu. 357. Menoch. d. præſumpt. 84. nu. 5. lib. 2.* vbi dicit, quod locus loci in tali caſu pręſumptiuè cenſetur adſcriptus, ex quo actus ſimiles eo in loco confici ſolent, ſicuti contingit in actibus iudicarijs, qui ſolent cõſcribi apud Tribunal Magiſtratus. *Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. n. 8.*

30 Obſerua 3. quod litteris Epiſcopi, diſpenſa-
tionibus, & priuilegijs etiam ſine loco, datur plena fides. *Achill. dec. 6. de Probat. Gratian. diſcept. foren. cap. 479. n. 51.*

31 Obſerua 4. quod ſi ex ſerie facti poſſet conſtare
de loco loci, non vitiaretur inſtrumentum ex dicti loci omiſſione, vt ſi fieret inſtrumentum de ſolutione facta eſt Theſaurario. *Alex. in l. nominatim. num. 7. verſ. tamen fallit. ff. de liber. & poſthum. Gratian. diſcept. for. cap. 479. nu. 58.*

32 Obſerua 5. quod ſatis eſt, ſi tacitè in inſtru-
mento appoſitus ſit locus certus per coniunctionem cauſæ, & coniunctionem inſtrumentorum. *Bald. conſ. 208. nu. 2. vol. 1.* vbi dicit, quod ea, quę incontinenti fiunt, præſumuntur facta eodem lo-
33 co, & temporè, & ſcriptura etiam imperfecta
ſuppletur per præcedentia. *l. lecta. ff. ſi cert. pet. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de leg. 2. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1.* vnde ſi inſtrumentum deſcriptum ſit in manuali poſt aliud inſtrumentum eadem die ab eodem Notario factum, in quo adſit locus, Actum, & teſtes, iſta cenſentur repetita in ſubſequenti inſtrumento, etiamſi in hoc tales ſolemnitates regiſtratæ non fuerint. *Rota in Romana Societatum 24. Ianuarij 1600. & in Romana Societatis officij 28. Ianuarij 1602. coram Card. Millino, quæ in impreſſis eſt decis. 300. nu. 7. & in alia Romana Societatum 24. Ianuarij 1600. coram eodem, in impreſſ. decis. 203. n. 1.*

34 Obſerua 6. quod arbitrio Iudicis relinquitur,
qualis, & quanta expreſſio loci requiratur in inſtrumento, & in teſte: nam prudens Iudex debet aduertere, nè locus adeò obſcurè, & generaliter ſit expreſſus, vt parti anguſta reddatur via defenſionis; & è conuerſo, nè adeò exactam, & angularem requirat expreſſionem, vt ſit ſuperflua, & inutilis, & partibus oneroſa, *vt inquit Scaccia de Commerc. §. 2. gloſ. 2. nu. 3. & ſeq. Rot. dec. 431. par. 1. Diuerſ.*

35 Obſerua 7. quod in teſtamento condito inter
liberos requiritur quidem expreſſio loci, vt ſupra diximus, quando non conſtaret de voluntate Teſtatoris, niſi per rogitum Notarij: tunc enim illud inſtrumentum teſtamenti nullam faceret fidem, niſi adeſſet locus, annus, & cætera neceſſaria. *Pariſ. conſ. 68. num. 25. lib. 3. Socin. conſ. 2. nu. 6. vol. 3.* ſecus eſſet, quando conſtaret de voluntate ipſius teſtatoris per eius ſcripturam, aut per teſtes, quia eo caſu defectus loci non vitiaret teſtamentum patris inter liberos. *Menoch. conſ. 288. num. 34. lib. 3. quem refert, & ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 235. nu. 11.* ſubdens
36 *nu. 80. et 81.* quod ſcriptura non dicitur condita
inter liberos, ſi in ea facta fuerit ſubſtitutio filijs
37 per fideicommiſſum in fauorem perſonæ extra-
neæ, puta pro fratre, & filijs fratrum, qui etiam extranei dicuntur. *l. vnic. §. extraneum. Cod. de*
38 *Rei vxor. act.* & ideò quoad hanc ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariam non valebit teſtamen-
39 tum patris imperfectum, ità vt neque legata ex-
traneis debeantur ex huiuſmodi ſcriptura imperfecta. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. vbi DD. C. de teſtam.*

40 Obſerua 8. quod fauore piæ cauſæ validum eſt
teſtamentum, quamuis non adſit locus, annus, & dies: quia in teſtamento ad pias cauſas non ius
41 ciuile, quemadmodum in teſtamento inter li-
beros, ſed ius Canonicum, & Diuinum ſeruandum eſt. *cap. cum eſſes, et cap. relatum 1. de Teſtam. Bart. in repet. l. 1. in fin. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 4. nu. 15. lib. 7. et alij apud Dian. reſol. mor. par. 7. tract. 6. reſol. 23. Gratian. di-*
42 *ſcept. for. cap. 895. num. 41. et ſeq.* pia enim cau-
ſa fauorabilior eſt, quàm cauſa liberorum, excepta legitima, *latè Buratt. dec. 475. num. 1. et ſeq.*
43 vbi etiam, quod ſchedula manu propria ſcri-
pta, & ſubſcripta, etiam ſine teſtibus confecta, ad piam cauſam, & inter liberos ſuſtinetur. *vide quæ ſcripſimus in tract. de Tempor. Legal. cap. 29. num. 5. et ſeq. lib. 2.*

44 Obſerua 9. quod quando conſcriptum eſt in-
ſtrumentum, in quo loca ipſa fuere deſcripta, & deinde ſubſequitur aliud inſtrumentum eadem die confectum, cui adiecta eſt clauſula, *Actum vbi ſupra etc.* tunc præſumitur hoc ſecundum inſtrumentum fuiſſe confectum eodem in loco, in quo & antecedens confectum fuit. *Socin. Iun.*
45 *conſ. 102. num. 2. lib. 3.* vbi etiam dicit, quod ſi
in ſecundo inſtrumento dicatur, die dicta, dicitur haberi relatio ad aliquem præcedentem contractum eadem die celebratum, & cenſetur repetita dies cum ſuis qualitatibus, videlicet cum indictione, Anno Domini, loco, & loco loci, & nomine Pontificis, ſicut erat expreſſum in præ-
46 cedenti inſtrumento, dummodò incontinenti,
ſiue eadem hora illa duo inſtrumenta fuerint cõſcripta, vel ſaltem contrahentes inter vnum, & alterum contractum, non diuerterunt ad extraneos actus; ſecus ſi ex interuallo, & hora diuerſa, vel ſi diuerterunt ad actus extraneos; quia cum homo ſui natura moueatur, nec vno in loco ſemper conſiſtat, ob id non præſumitur, quod eo in loco, in quo certo tempore fuit, ibidem
47 tempore ſubſequenti adfuiſſe credatur; atque
ità præſentia non præſumitur, ſed qui eam aſſerit, probare debet. *Coru. conſ. 67. num. 3. vol. 4. Menoch. lib. 2. præſumpt. 84. num. 6. et ſeq.* vbi
48 ſubijcit, hoc non procedere, quando locus eſ-
ſet pro forma exprimendus, quia tunc non præſumeretur, nec ſufficeret expreſſio facta illis verbis, *Actum vbi ſupra etc.* non enim ſufficit expreſſio per relationem ad aliud, quando illa pro forma requiritur. *ex trad. per Ang. Alexan. et Iaſ. in l. 1. ff. de liber. et poſthum.* Idem dicen-
49 dum, quando in ſecundo inſtrumento eſt deſcri-
ptus locus, ſed non in primo; quia tunc non præſumitur, quod is locus referri debeat ad primum inſtrumentum, ſicuti nec dies appoſita in ſecundo inſtrumento retrotrahitur ad primum. *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. in repet. §. ſi inuitum. nu. 21. ff. de Eden. et communem dicit Ruin. conſ. 23. in fin. lib. 4. idem Menoch. vbi ſupra n. 14.*

50 Obſerua 10. quod inſtrumenta ſine loco, vel
51 tempore, non ſunt nulla ipſo iure: & ideò parte
non opponente probant: quia in contractibus pręſumitur ſolennitas, licèt ſecus in iudicijs, & multò magis probarent, ſi pars confiteretur de loco,

loco, & tempore, vel confiteretur simpliciter, quia vbi confessio, ibi omnis releuatio probationis; parte verò opponente tales scripturæ, seu instrumenta sine loco, vel tempore, eatenus nulla erunt, seu fidem non facient, quatenus locus, vel tempus non fuerit probatum, & ità intelligenda sunt quæ supra diximus. *Innoc. in cap. innotuit, de eo qui furtiu. ordin. &c. Bald. in con. 354. nu. 1. & seq. vol. 3. Gait. de Credit. cap. 3. tit. 1. nu. 358. & seq.*

52 Sed quæres, an instrumenta, seu contractus celebrati in Ecclesia, sint validi? affirmat *glos. in cap. decret. §. ordinarij. ver. processus, de Immun. Eccles.*
53 *in 6.* vbi, dicit quod tantùm processus Iudicum secularium, eorumque sententiæ in Ecclesia pro-
54 latæ irritantur; peccant tamen qui ità contrahunt. *Card. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. nu. 10.*

55 Quæres 2. an valeat consuetudo non apponendi locum in instrumento? negatiuè respondet *Menoch. lib. 2. præsumpt. 84. n. 2. Farinac. cons. 109. nu. 20.* qui vel talis consuetudo videtur contra essentiam, & substantiam actus, vel præstaret occasionem delinquendi, & fabricandi falsum, vel tolleret reo defensionem, *Rot. dec. 6. de consuet. in antiq. Dec. in cap. si scripturam. nu. 25. de fid. instrum.* subdens, quod etiam in scriptura priuata requiritur locus, quando agitur de præiudicio alterius. *de quo vide nu. 57.*

56 Sed mihi destinguendum videtur: aut enim agimus de loco simpliciter, & tunc talis consuetudo tamquam contra substantiam instrumentum, non valet; aut agimus de loco loci, & tunc contraria consuetudo substinetur. *Caputaq. decis. 98. par. 2.* vbi dicit, quod in Hispania valida sunt instrumenta, etiamsi in eis non apponatur locus loci, attenta consuetudine illarum partium. *Ferentill. ad Burat. dec. 256. nu. 4. & 5. & decis. 543. num. 14. Crauet. de Antiquit. tempor. par. 1. §. Quarto limitatur &c. num. 7.*

57 Quæres 3. an locus descriptus in principio libri, cēseatur repetitus in sequentibus instrumentis? Resp. quod in multis casibus censetur repetitus, videlicet quando loco est generalis, vt si Notarius in principio libri in vno instrumento dixit. *Actum Velitris*: tunc enim locus censetur repetitus in sequentibus instrumentis. *Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. nu. 27. in princ. ff. de Eden. Alex. cons. 59. num. 5. lib. 2. & alij communiter.*

Secundus casus est, quando instrumentum confectum est de aliquo actu, qui non nisi certo loco conficit consueuit, quales sunt actus iudiciales qui solent conscribi apud tribunal Magistratus, & actus capitulares, qui in loco, vbi congregatur Capitulum exercentur: & tunc si Notarius in actu scripto in principio libri dixit. *Actum Velitris in Palatio Publico in loco, vbi ius redditur*, sequentia acta, quæ in eodem libro scripta sunt, eodem in loco gesta intelliguntur, cum alibi fieri non possunt; idemque dicendum de instrumentis, quæ non possunt celebrari, nisi in loco Capituli; nam si in primo instrumento dicatur. *Actum in tali Ecclesia, vel in tali loco, vbi Canonici capitulariter congregari solent*, ille locus in sequentibus intelligitur repetitus. *Bart. loco cit. nu. 27. vers. quidam est locus particularis, et singularis etc. Menoch. d. lib. 2. præsump. 84. nu. 5.* vbi dicit, quod in tali casu, etsi in instrumento non fuit expressim adscriptus locus, tamen præsumptiuè censetur adscriptus, ex quo actu similes eo in loco conficit solent.

Tertius casus est, quando locus loci appositus in primo instrumento, erat locus in quo Notarius habet stationem suam, & quem communiter in instrumentis apponere solet, quia ibi illa vt plurimum conficiebat: & tunc ille locus etiam in sequentibus intelligitur repetitus; secus esset, si Notarius loco, qui opponitur in primo instrumento, commorare non consueuit. *Bart. in d. §. si initium. num. 27. vers. si verò adhuc erat illa domus etc.*

Quartus casus est, quando dies in præcedenti instrumento appositus, intelligitur repetitus in secundo, veluti si constet, instrumenta sequentia suisse confecta eadem die: tunc enim secundum instrumentum censetur celebratum in eodem loco, præsertim si secundum instrumentum esset de cohærentijs; ratio est, qui ea, quæ immediatè fiunt vnum post aliud, simul fieri dicuntur. *Bart. loco cit. vers. dico oppositum. et Alex. cons. 59. nu. 5. lib. 2. Ruin. cons. 154. n. 10. lib. 3.* quod intelliget, quod incontinenti, vt si eadem hora, vel eodem tempore conscripta fuerint illa instrumenta, secus ex interuallo, vt supra diximus. *latè Garciarcus lib. 2. patrocin. 40. vers. si verò erat alius locus etc. vide Bald. in l. penul. §. mulier. circa fin. ff. solut. matrim. et in l. 1. circa fin. C. de oper. libert. Nat. cons. 449. nu. 8.* vbi dicit, quod contractus præsumitur vnicus, si fiat coram eisdem testibus, eodem tempore, & loco, rogato eodem Notario. *Corn. cons. 67. nu. 3. vol. 4.* vbi, quod quando reperiuntur duo contractus inter eosdem contrahentes eadem die, loco, & testibus celebrati, censentur correspectiui, hoc est vnus factus præter alium.

Quintus est casus, quando locus appositus in principio libri, refert se ad totam compositionem libri, vt si dicatur. *Hic est liber mei Notarij scriptus per me in Ciuitate Veliterna in domo talis*: & in hoc casu, cum ista solemnitas loci dependeat à Notario, non à partibus, & hęc scripta se referant ad totam scripturam libri, locus similiter censetur in omnibus sequentibus repetitus. *Bart. in d. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 27. in fin. ff. de Eden.*

Secus esset, quando Notarius confecit instrumenta diuersis in locis, seu Ciuitatibus, aut Oppidis, quia in tali casu locus non censeretur repetitus in sequentibus instrumentis. *vt observat Garciarcus d. lib. 2. patrocin. 40. vers. At in casu nostro etc.* quod eò magis procederet, quando Notarius non confecit librum, sed instrumenta confusè continerentur in diuersis folijs: tunc enim, cum instrumenta huiusmodi non habeant ordinatam consequentiam vnius ad alterum, locus non potest dici repetitus, *ut post Bald. Ang. et alios resoluit Garciar. loco cit. in fin.*

57 Quæres 4. an locus si de substantia scripturæ priuatæ? Resp. quod scriptura priuata nec locum, nec diem ad sui validitatem exigit. *l. 1. C. de Apoch. publ. lib. 10. l. cum tabernam. §. idem quęsiuit. ff. de Pignor. Socin. iun. cons. 102. num. 19. uol. 3. Genua de scriptur. priuat. lib. 1. q. 3. nu. 19.*

quod eò magis procederet, quando absq; temporis expressione dies ex alio capite certa foret, veluti si diceretur, die Natiuitatis Dominicæ, vel S. Io. Baptistæ. *Couar. pract. q. 20. n. 2. vers. quartò eadem ratione &c. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 1. nu. 10.* idemque dicendum, quando tempus, vel dies determinatur à lege. *arg. l. tali facta. ff. de Iur. dot. cum ibi not. per glos. & DD.* vnde valeret tam scriptura priuata, quam instrumentum confectum sine die, & anno, si in his ante matrimonium dos promissa fuerit, quia huiusmodi promissio habet relationem ad diem matrimonij subsequuti, ex quo etiam hypotheca dotalis sumit initium. *iuxta textum in d. l. tali facta, & trad. Alex. cons. 145. nu. 2. lib. 5. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 40. num. 21. de quo latè diximus in tract. de Temp. legal. lib. 4. cap. 7. & lib. 2. cap. 29. nu. 12. &*
58 *seq.* cum hac tamen distinctione, quod scriptura priuata, si non habet diem, probaret contra scribentem, non autem contra tertium; si verò in ea locus tantùm desit, non solum contra scribentem probaret, sed etiam contra tertiũ. *vt sensit Genua loco cit. Scacc. in tract. de Commerc. §. 2. glos. 1. nu. 9. et glos. 2. n. 5. latè Gait. de Credit. cap. 2. nu. 2334. et seq.* quamuis contrarium teneat *Dec. in cap. si scripturam. nu. 25. de fid. instrum.* vbi dicit, quod in scriptura etiam priuata requiritur locus, quando agitur de præiudicio alterius.

59 Limita, quando de loco, vel tempore inter creditores disceptaretur, quia tunc scriptura priuata sine loco, vel tempore non probaret. *vide Bald. cons. 354. nu. 1. lib. 3.* vbi dicit, quod quando quæstio penderet ex loco, vt quia pars vna affirmaret certo loco aliquid factum, alia autem
60 negaret, tunc locus, vel tempus probari debet per scripturam, vel testes supplendo id, quod in scriptura deficit; idemque dicendum, quãdo scriptura non est absolutè priuata, sed propter testes scriptos, vel alios respectus accedit ad publicam, vel publica reputatur. *Purpur. cons. 462. n. 18. quem refert, et sequitur Genua vbi supra nu. 21. Gait. loco cit.*

SVMMARIVM.

61 *Notarius stipulari potest pro absente, & num. 67.*
62 *Stipulatio Notarij pro omnibus, quorum interest, quid operetur.*
63 *Ex stipulatione Notarij etiam ante ratificationem ius, & actio acquiritur, excepta possessione, & dominio, in quibus necessaria est ratihabitio, seu acceptatio: limitatur nu. 71. & 73.*
64 *Ratihabitio absente etiam parte fieri potest, eaque probatur non solum ex verbis, sed etiam ex facto.*
65 *Quando ratihabitio est necessaria, si is, cui notarius stipulatus est, ante ratihabitionem decesserit, tale ius ad hæredes non transmittitur.*
66 *Ratihabitio retrotrahitur, & perinde habetur, ac si ius ab initio esset quæsitum.*
67 *Verbum, promisit, positum à Notario in instrumento, stipulationem pro absente importat, & nu. seq.*
68 *Iuramentum dirigitur in Deum, qui vbique præsens est.*
69 *De acceptatione, & ratificatione dicitur constare ex sola scientia absentis absque alio actu positiuo.*
70 *Scientia præsumitur in ijs, quæ commodum afferunt.*
Et an præsumptionibus, vel coniecturis probari possit. ibidem.
71 *Infanti, & Ecclesiæ quæritur dominium ex stipulatione Notarij, quando adest constitutum, & precarium.*
72 *Acceptatio vnius ex donatarijs prodest alteri.*
73 *Ex stipulatione Notarij fauore donationis absenti ius efficaciter acquiritur, & dominium vtile transfertur sine cessione.*
74 *Et an ex huiusmodi stipulatione acquiratur absenti hypotheca.*

Quæstio IV.

An & quando censeatur Notarius stipulari pro absente à loco contractus.

61 RECEPTA est Doctorum sententia, quod Notarius stipulari possit pro absente non solum in prætorijs, & iudicialibus, sed etiam in conuentionalibus, seu extraiudicialibus stipulationibus. *l. non aliter. vbi glos. in ver. seruo publico. ff. de Adopt. §. cum autem. Instit. eod. tit. Bart. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. n. 3. vers. tertiò fallit. ff. de Verbor. oblig. Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. nu. 5. ff. eod. tit. de Adopt. Boer. decis. 172. nu. 5.* vbi, quod potest stipulari etiam non natis. *Corn. cons. 6. num. 10. lib. 2. Rolan. cons. 19. nu. 16. & seq. lib. 1.*
62 *Merlin. decis. 253.* vbi, quod stipulatio Notarij pro omnibus, quorum interest, operatur eorum præsentiam, & consensum, ità vt ex ea agere pos-
63 sint. *Ossasch. dec. 33. nu. 4. et seq.* vbi, quod ex stipulatione Notarij etiam ante ratificationem, ius, & actio acquiritur, excepta tamen possessione, & dominio, quæ ex stipulatione notarij absenti non acquiruntur sine ratihabitione, quia in his requiritur animus illius, cui debet acquiri. *l. 1. §. adipiscimur, et l. 3. in princ. ff. de Acquir. poss.* valet tamen contractus in tali casu ad effectum, vt reuocari non possit. *Dec. in l. contractus. nu. 21. vers. & ampliatur. ff. de reg. iur. Ossasch. d. decis. 33. num. 12. Rot. in recent. par. 2. decis. 369. num. 3. et dec. 488. sub nu. 6. prout refert Beltram. ad Greg. decis. 97. nu. 8. Buratt. decis. 773. nu. 2. Rot. decis. 683. nu. 4. par. 1. diuers.* hæc autem ratihabi-
64 tio absente etiam parte fieri potest, eaque non solum ex verbis, sed etiam ex facto probatur: & ideò tacita ratihabitio sufficit. *l. Paulus respondit, non tantùm verbis. ff. rem rat. hab. Dec. cons. 586. nu. 12. et seq. quam refert, et sequitur Mantic. de Tacit. et ambig. conuent. lib. 14. tit. 26. nu. 2.*
65 *et seq.* subdens *nu. 16.* quod quando ratihabitio est necessaria, vt in dicto casu, si is, cui Notarius stipulatus est, ante ratihabitionem vita decesserit, tale ius ad eius hęredes non transmittetur. *ex trad. per Aleiat. cons. 98. n. 3. lib. 8.* vbi etiam
66 dicit, quod ratihabitio trahitur retrò, & perinde habetur ac si ius ab initio esset quæsitum.
67 Et hæc quidem conclusio procedit non tantùm quando Notarius expressè stipulatus fuit pro absente, sed etiam, quando tacitè, vt si in instrumento adsit verbum, promisit: huiusmodi enim verbum Notarij stipulationem pro absente importat.

tat. l. 1. C. de contrah. stipul. Paris. cons. 88. *num.* 93. *& 94. lib.* 3. & licèt hoc procedat inter præsentes, tamen cum Notarius sit præsens, stipulatio censetur interueniße eo modo, quo debet pro actus validitate. *l. quoties. ff. de Reb. dub. Ruin. cons.* 180. *nu.* 10. *& seq. lib.* 1. *Card. Seraph. dec.* 472. *nu.* 1. *& seq. Rot. decis.* 683. *nu.* 1. *et seq. par.* 1. *Diuer.*
68 *Buratt. decis.* 149. præsertim si in instrumento adsit iuramentum. *Alex. in l. stipulatio. §. alteri, nu.* 9. *ff. de Verbor. oblig.* vbi dicit quod Deus, qui vbique præsens est, in tali casu pro absente recipit.
69 Obserua tamen, quod satis diceretur constare de acceptatione, & ratificatione ex sola scientia absentis absque alio actu positiuo, *latè Gonz. super reg.* 8. *Cancell. glos.* 26. *num.* 25. *Rot. apud Zacch. de oblig. camer. decis.* 124. *num.* 1. *& in Nepesina vsusfructus* 3. *Decembris* 1607. *coram Card. Caualer. in impress. decis.* 12. *n.* 7. *& in Romana donationis* 21. *Aprilis* 1614. *coram Vbaldo prout*
70 *refert Beltram. ad Greg. d. decis.* 97. *nu.* 8. vbi quod ista scientia absentis præsumitur, cum scientia præsumatur in ijs, quę commodum afferunt. *ex trad. per Menoch. Præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *n.* 84. vel saltem solis præsumptionibus, vel coniecturis probatur, *vt in d. Romana donationis* 21. *Aprilis* 1614. *coram Vbaldo. Gonz. loco cit. d. n.* 25.
71 Obserua 2. quod infante quæritur dominium ex stipulatione Notarij, quando adest constitutum, vel precarium. *vt d. Bald. in l. si quis in emancipatum. nu.* 2. *C. de Donat. Paris. cons.* 69. *num.* 148. *lib.* 3. *Corn. cons.* 2. *nu.* 3. *lib.* 4. *Rot. d. decis.* 683. *n.* 6. *& seq. par.* 1. *Diuers.* idemque dicendum in Ecclesia, quæ pupillo comparatur, eiusque omnibus priuilegijs fruitur. *glos. in l. libertas. C. de excus. Tutor. & in l. non est ignotum. C. de Admin. Tut. & in cap.* 1. *& cap. auditis. de in integ. restit. Genuens. in tract. de Eccles. q.* 252. *nu.* 5.
72 Obserua 3. quod acceptatio vnius ex donatarijs prodest alteri. *l. quoties. vbi DD. C. de Donat. quæ sub mod. &c.*
73 Obserua 4. quod ex stipulatione Notarij fauore donationis absenti ius efficaciter acquiritur, & dominium vtile transfertur sine cessione. *d. l. quoties, cum ibi not. Crauett. cons.* 19. *n.* 9. *Osasch. decis.*
74 33. *in fin.* vbi, quod ex stipulatione huiusmodi absenti etiam hypotheca acquiritur. *per tex. in l.* 1. *§. cum prædium. ff. de Pignor.*

SVMMARIVM.

75 *Princeps, qui habent supremum, & merum imperium, possunt in suis dominijs Notarios creare.*
76 *Per consuetudinem potest induci, vt aliquis inferior Principe, possit facere Notarios.*
77 *An Dominus loci intra suam iurisdictionem possit notarios creare.*
78 *An Notarius à Iudice creari possit.*
79 *Tabellio vnius loci, non potest extra illius territorium instrumenta conficere: limitatur nu.* 80. *et seq.*
80 *Notarius creatus à Papa, ab Imperatore, vel à Comitibus, qui id faciant Principis auctoritate, potest conficere instrumenta etiam extra territorium creantis: limitatur n.* 81.
81 *Princeps creando tabelliones, non censetur in dubio velle derogare statutis.*
82 *Instrumenta confecta per Notarium vnius loci faciunt fidem vbicunque.*
83 *Emancipatio facta coram eo, qui habet iurisdictionem à lege municipali, habetur rata vbicunque.*
84 *Notarius vnius loci potest alibi instrumenta conficere de partium consensu: limitatur nu.* 85.
85 *Quid si instrumentum fieret de re, quæ iurisdictionem respicit contentiosam.*
86 *Notarius exterus potest vti persona publica, vbique instrumenta conficere, nisi prohibeatur à Domino loci.*
87 *Presbyter in vno loco ordinatus potest vbique celebrare, saltem de licentia Ordinarij illius loci.*
88 *Notarius vnius loci potest conficere instrumenta extra territorium inter subditos eiusdem loci.*
89 *Notarius vnius loci potest vbicunque conficere instrumenta, & alias dispositiones ad pias causas.*
90 *Parte non opponente statur instrumento celebrato etiam à Notario extero.*
91 *Iudex non debet requirere probationem Notariatus, litteræ, & signi, si pars non opponat.*
92 *Quid si de consuetudine loci pręstetur fides instrumentis celebratis etiam per Notarium exterum.*
93 *Tabellio constitutus à laico an possit super ecclesiasticis instrumenta conficere.*
94 *An, & quando clerici possint exercere Notariatus officium.*
95 *Si Clericus conficiat instrumentum, antequam ei interdicatur officium, instrumentum valet, secus si post prohibitionem.*

Quæstio V.

An Tabellio vnius loci possit extra illius territorium instrumenta conficere.

75 PRemittendum est, quod Principes, qui habēt supremum, & merum imperium, possunt in suis dominijs Notarios creare. *Bart. in l. Proconf. n.* 2. *ff. de offic. Proconf. Ruin. cons.* 69. *n.* 8. *lib.* 3. *vbi de communi, latè Gabr. commun. concl. lib.* 1. *tit. de fid. Instrum. conclus.* 1. *n.* 1. *Innoc. in cap. cum P. tabellio, n.* 3. *&* 4. *eod. tit. de fid. instrum.* vbi etiā ob-
76 seruat, quod per consuetudinem potest induci, vt aliquis inferior Principe, possit facere Notarios. *Host. in summ. eod. tit. §. quibus instrumentis &c. in princ.* vbi addit, quod quilibet intra suā
77 iurisdictionem potest tabelliones creare, *vt sensit etiam Bart. loco cit. Abb. in d. cap. cum P. n.* 7. *Boer. decis.* 242. *num.* 2. quamuis alij contrarium sentiant, asserentes, quod ijs, qui sunt subditi Ecclesiæ, vel Imperio, hoc non licet, nisi priuilegium habeant. *ità Bald. in rub. C. de fid. instru. in* 1. *col. quem refert Add. ad Abb. in d. cap. cum*
78 *P. litt. A. vers. Quis possit &c.* vbi, quod Notarius à Iudice creari non potest, licèt aliquem adhibere possit ad scribendum acta in defectu Notarij.
79 Ad quæsitum verò Resp. quod Tabellio vnius loci regulariter non potest extra illius territorium conficere instrumenta, si priuilegium habuit, ab inferiorę à Principe. *l.* 2. *cum ibi not. ff. de offic. Proconf. Bart. in l. cūctos populos. n.* 34. *& seq. C. de Sum. Trinit. Specul. in tit. de Instrum. edit. §. restat. nu.* 25. *& ibi Add. lit. b. Host. in tit. de fid. in-*

 strum.

strum. §. quibus instrumentis. in princ. Rot. decis. 5. alias 291. eod. tit. de fid. instrum. in nou. Bellemer. decis. 21.

80 Limita in Notario creato à Papa, vel ab Imperatore, vel à Comitibus, qui id faciunt Principis auctoritate; talis enim Notarius conficere potest instrumenta etiam extra territorium creantis. *Bart. vbi supra. nu. 3. Specul. tit. de Instrum. edit. nu. 25. Rot. d. decis. 5. alias 291. de fid. instrum. Ruin. cons. 69. nu. 8. lib. 3. Bellemer. d. decis. 21. latè Gabr. loco cit. d. conclus. 1. nu. 5.* quamuis alij con-

81 trarium sentiant. *uide Boer. decis. 242. nu. 3. Ruin. cons. 69. n. 8. lib. 3.* vbi dicit, quod notarius forensis etiam creatus à Papa, vel ab Imperatore, non potest conficere instrumenta in loco, vbi talis per statutum illius loci prohibetur, quia Princeps creando tabelliones, non censetur in dubio velle derogare statutis, quæ præsumitur ignorare. *cap. 1. de Constit. in 6.*

82 Limita 2. quod licèt talis Notarius non possit conficere instrumenta extra territorium creãtis, tamen instrumenta in territorio per ipsum confecta secundùm consuetudinem illius loci, vbicunque etiam extra territorium faciunt fidem

83 exemplo emancipationis factę coram eo, qui habet iurisdictionem à lege municipali, quę habetur rata vbicunque. *ut d. Bart. in l. cunctos populos. nu. 36. C. de Sum. Trinit. et in l. Proconsul. nu. 2. ff. de offic. Proconf. Spec. loco cit. nu. 25. Gabr. d. conclus. 1. nu. 6. et 10. Burat. decis. 688. nu. 14.*

84 Limita 3. si accedat partium consensus, videlicet si partes scirent, Notarium esse alterius loci, & in eum consentirent: quia tunc tabellio vnius loci potest alibi instrumenta conficere potestas enim Notarij est prorogabilis, & solum agitur in tali casu de præiudicio ipsorum prorogantium. *Gabr. loco supra cit. nu. 2. Spec. d. tit. de Instrum. e-*

85 *dit. §. restat. n. 25.* subdens, hoc procedere, si fieret instrumentum de re voluntaria, secus si de re, quæ iurisdictionem respicit contentiosam, vt de dilationibus, & requisitionibus testium, & huiusmodi. *et ità sensit Abb. in cap. sicut. nu. 13. Ne Cler. vel Mon. et alij apud Boer. decis. 242. nu. 1. et 2.*

86 Limita 4. vt dicta conclusio procedat, si Notarius exterus prohibeatur ab eo, in cuius iurisdictione instrumenta conficit, alioquin posset vti persona publica vbique instrumenta conficere, modò sit bonæ opinionis, & famę. *secundum Bald. cons. 210. num. 1. lib. 5. Boer. d. decis. 242. nu. 4. et a-*

87 *lios apud Spec. loco cit. d. §. restat. nu. 25.* quemadmodum Presbyter in vno loco legitimè ordinatus, potest vbique celebrare saltem de eius licentia, ad quem declinat. *cap. tua. vbi DD. de Cler. peregr.*

88 Limita 5. vt possit Notarius vnius loci conficecere instrumenta extra territorium inter subditos eiusdem loci. *secundùm Abb. in cap. sicut. nu. 14. Ne Cler. vel Mon. Boer. d. decis. 242. n. 2. Gabr. d. tit. de fid. Instrumento conclus. 1. n. 4.*

89 Limita 6. in testamentis, & alijs dispositionibus ad pias causas. *vide Boer. d. decis. 242. num. 4.*

90 Limita 7. vt dicta conclusio procedat parte opponente: secus si pars non opponat, quia tunc statur instrumento celebrato etiam à Notario exte-

91 ro. *Boer. d. decis. 242. nu. 4. versus fin.* vbi etiam dicit, quod Iudex non debet requirere probationem notariatus, litteræ, & signi, si pars non opponat.

92 Limita 8. nisi aliter obseruet consuetudo loci: in hoc enim multũ defertur consuetudini regionis. *vt d. Spec. d. §. restat. n. 25. in fin. Boer. d. dec. 242. num. 1.*

93 Quæres, an tabellio constitutus à laico, possit super ecclesiasticis conficere instrumenta? Resp. quod nonnulli negant, propter defectum potestatis nisi instrumentum fuerit confectum à tabellione clerico, quia in hoc casu illud valeret etiam in temporalibus. *vide Spec. tit. de Instrum. edit. §. restat. nu. 28. Boer. d. decis. 242. num. 4. in fin. Gabr. d. tit. de fid. Instrum. conclus. 1. num. 7. & seq.*

Sed contrarium videtur verius, tum quia Notarius conficit instrumenta de consensu partium, quo casu iurisdictio voluntaria potest de consensu partium prorogari etiam extra territorium: tũ quia conficere instrumenta non est potestatis, seu iurisdictionis, sed officij, seu facultatis, & auctoritatis: & quatenus esset iurisdictionis, est iurisdictionis voluntariæ, quæ potest exerceri in non subditum consentientem; tum quia istud est officium sęculare, & non clericale, ergo recurrendũ est ad ipsos laicos, sicut ad personas publicas: tum etiam quia Notarius exercet nudum ministeriũ, quod laicis non prohibetur, etiam in spiritualibus. *vt post Pede Anch. resoluit Abb. in cap. sicut. nu. 12. & 13. Ne Cler. vel monach. & ità de consuetudine seruari testatur Gabr. loco cit. n. 9.*

94 Notandum est autem, quod licèt Clerici, si habeant sufficientia beneficia, non possint exercere tabellionatus officium etiam in Curia Ecclesiastica (excepta causa hæresis) cum tale officium sit quoddam genus negotiationis. *cap. vt officium. §. ad conscribendas, de Heret. in 6. cap. sicut eum ibi*

95 *not. per DD. Ne Cler. vel monach.* tamen si conficiant instrumentum, antequam eis interdicatur officium, tale instrumentum valet; idemque dicendum, si Clerico fuit quidem interdictum, sed non palam, seu publicè, quia tunc instrumentum non valebit. *latè Abb. in d. cap. sicut. nu. 6. & seq.* vbi dicit, quod gesta ratione publici officij post interdictum Superioris non tenent.

SVMMARIVM.

96 *Locus celebrati contractus, vel testamenti attenditur, quando quæritur, de qua moneta, vel mensura contrahentes senserint: limitatur nu. 104. & seq.*

97 *Verba intelligenda sunt secundùm communem vsum loquendi, qui viget in loco, vbi illa proferuntur: limitatur n. 104. & seq.*

98 *Attenditur valor monetæ, & mensura loci, vbi partes contraxerunt, non autem loci, in quo res sita est, vel in quem destinata fuit solutio.*

99 *Locus celebrati contractus attenditur in ijs, quæ respiciunt litis decisionem.*

100 *Valor, & æstimatio consideratur iuxta locum, vbi gratia facta est, non autem iuxta locum, vbi situm est beneficium.*

101 *Si dubium oriatur circa celebrationem contractus, iudicandum est, contractum celebratum esse iuxtà consuetudinem Regionis.*

102 *Exteri tenentur seruare statuta eius loci, in quo contrahunt, etiamsi alibi conueniantur.*

Fi-

Fideiussio de euictione respicit decisionem causæ. ibidem.
101 *Si quis Romæ promisit alteri soluere aureos centum in Ciuitate Neapolis, promissio huiusmodi intelligitur de aureo Romano.*
104 *Quando attendatur locus solutionis faciendæ.*
105 *Legatum pecuniæ factum Mutinæ, quam testator iussit deponi in Vrbe, solui debet in moneta Romana.*
106 *Testator Perusinus, si alibi testamentum condiderit, et legauerit filiæ v.g. 500. florenos, intelligitur reliquisse ex moneta Perusina.*
107 *Quando reus dicatur in mora constitutus per lapsum diei.*
108 *Quomodo probetur pretium rerum venalium. Valor, et pretia rerum ex tempore, et locorum diuersitate variantur. ibidem.*
In his, quæ non veniunt ex natura contractus, sed præter naturam ex aliqua mora, uel negligentia attenditur statutum loci, ubi solutio fieri debet. ibidem.

Quæstio VI.

Quinam locus attendi habeat, quando quæritur, de qua moneta, uel mensura contrabentes senserint.

96 RESp. quod regulariter attenditur locus celebrati contractus, vel testamenti, & per
97 consequens eiusdem loci statuta: verba enim intelligenda sunt secundùm communem vsum loquendi, qui viget in loco, vbi illa proferentur. *Bart. in l. cunctos populos. nu. 16. C. de Sum. Trin. et in l. contraxisse ff. de Action. et oblig. Papien. in forma libel. in caus. uendi. uer. perticarum centum &c. Alex. cons. 21. nu. 3. uers. aut nos dicimus.*
98 *lib. 2.* vnde attenditur valor monetæ, & mensura loci, in quo partes contraxerunt, non autem loci, vbi res sita est, vel in quem solutio fuit destinata. *Gratian. discept. for. cap. 11. nu. 1. et seq. latè Rolan. cons. 100. per tot. lib. 3.* vbi etiam obseruat, quod quando agitur de mensuratione, tractatur etiam de executione contractus, & per
99 consequens de his, quæ respiciunt litis decisionem: quo casu seruari debent statuta, vel consuetudines loci contractus. *Osasc. dec. 114. n. 3. Surd.*
100 *dec. 197. nu. 1. et dec. 227. nu. 1. et seq.* vbi quod valor, & æstimatio consideratur iuxta locum, vbi gratia facta est, non autem iuxta locum, vbi situm est beneficium. *uide Mantic. de Coniectur. ultim. uolunt. lib. 6. tit. 8. num. 9. & seq. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de consuet. conclus. 1. Marescott. uar. lib. 1. cap. 94. nu. 2. et seq. Bonacin. in tract. de Matrim. q. 2. pun. 7. nu. 5.*
101 vbi dicit, quod si dubium aliquod oriatur circa celebrationem cõtractus, iudicandum est contractũm celebratũ esse iuxta consuetudinẽ regionis.
102 Hinc infertur, quod si Senis vigeat statutum, vel consuetudo, quod venditor teneatur præstare emptori fideiussionem de euictione, & Florẽtinus, dum Senis morabatur, vendit Senensi prædium situm in territorio Florentino, tenetur talis Florentinus præstare fideiussionem Senensi, cum quo contraxit, siue conueniatur Senis, siue Florentiæ, quia ista fideiusso respicit decisionẽ causæ, *vt inquit Rolan. d. cons. 100. nu. 13. vers. & ideò infert Caccialup. &c. vol. 3.*
103 Infertur 2. quod si quis Romæ alicui soluere promisit aureos centum in Ciuitate Neapolis, seu alibi, promissio huiusmodi censetur de aureo Romano, vbi celebratus fuit contractus, *vt tradunt DD. communiter in l. semper in stipulationibus. ff. de Reg. Iur. Surd. dec. 227. nu. 13. Gratian. discept. for. cap. 565. nu. 12.* quamuis enim cotraxisse quis censeatur in loco, in quem solutio destinata est, *vt in d. l. contraxisse. ff. de Act. & oblig.* id tamen procedit quoad hoc, vt qui promisit, in eo loco conueniri possit, si ibi repeſriatur, non tamen quoad hoc, vt verba contractus sint interpretanda secundùm consuetudinem loci, ad quem est destinata solutio. *Rolan. d. cons. 100. nu. 13. Afflict. dec. 363. nu. 5. latè Cancer. var. lib. 2. cap. 6. nu. 157. & seq.*
104 limitatur tamen supradicta conclusio, vbi adsunt coniecturæ in contrarium: tunc enim attenditur locus solutionis faciendæ. *l. vinum, 22. in fin. ff. si cert. pet. Alex. cons. 19. nu. 16. lib. 6.*
105 *Gratian. loco cit. d. cap. 565. nu. 1. & seq.* vbi dicit, quod legatum pecuniæ factum Mutinæ, quam testator iussit deponi in Vrbe, solui debet non in moneta Mutinensi, sed in moneta Roma-
106 na. *Menoch. lib. 4. præsumpt. 106. nu. 4.* vbi dicit, quod testator Perusinus, qui Anconæ fecerat testamentum, & legauerat filiæ. 500. florenos, itelligitur reliquisse ex moneta Perusina, non autem ex Anconitana, quia testator erat originarius Perusiæ, & ibi magis conuersatus fuerat. *Corn. Cons. 244. num. 19. in fin. vers. concurrit etiam &c. lib. 2. quicquid dicat Cancer. loco cit.*
107 Notandum est etiam, quod ad hoc vt reus dicatur in mora constitutus per lapsum diei, vltra interpellatione Actor probare debet, quod die destinatæ solutionis fuerit in loco illo paratus recipere solutionem. *latè Afflict. decis. 316.*
108 *num. 2. & seq.* vbi etiam obseruat, quod pretium rerum venalium probari debet per testes asserentes, quod tanti res valuit in loco destinatæ solutionis in foro publico tali tempore ante, & post. *vide Mascard. de Probat. conclus. 156. per tot.* vbi dicit, quod valor, & pretia rerum ex tempore, & locorum diuersitate variantur.

Notandum 2. quod in his, quæ non veniunt ex natura contractus, sed præter naturam ex aliqua mora, vel negligentia, debet attendi statutum loci, vbi solutio fieri debet, *vt post Bart. in d. l. cunctos populos. num. 18. obseruat Cancer. d. lib. 2. cap. 6. num. 159. in fin.*

SVMMARIVM.

109 *Institor quis dicatur, et in quo differat à Procuratore, et ab exercitore, et num. 111.*
110 *Quæ in iure dicuntur de Institutoribus, trahuntur ad eos, quos hodiè vocamus factores, et ad omnes administratores.*
111 *Institoria actio datur contra Dominum, qui aliquem vniuersali negotiationi præponit.*
112 *Institor si contrahat in rem, quæ ei nominatim est permissa, semper obligat Dominum, declaratur nu. 126.*
113 *Quid si Institutur contrahat in rem, quæ tacitè est sibi commissa, et num. 143. et seq.*

114 *Forma præpositionis seruanda est, etiam contra contrahentes illam ignorantes.*

115 *Dicitur quis tacitè præpositus, si publicè se gerat pro Institore, Domino sciente, & consentiente, & pro tali publicè habeatur, & n. 117.*

Ad hunc effectum requiritur scientia vera, quæ formiter, & verè probanda est. ibidem.

116 *Scientia eorum, quæ ab aliis geruntur, non præsumitur.*

117 *Quando Dominus tacitè consentire censeatur, & quando obligetur exercitoria, vel de peculio.*

An hæres præponentis, vel successor in negotio, qui eodem vtitur institore, in solidum teneatur. ibid.

118 *Procurator, qui habet liberam, seu generalem administrationem omnium bonorum Domini, potest Dominum obligare.*

An talis procurator possit constituere institorem. ibid.

119 *Actio institoria, & neg. gest. quando detur.*

120 *Pater, & Dominus regulariter non tenentur pro filio, vel seruo respectiuè, nisi filius, & seruus habeant mandatum expressum, vel tacitum; limitatur nu. 127.*

Valet argumentum de seruo ad filium, ibid.

121 *Quid si filius tutelam suscipiat de consensu Patris.*

122 *Quando pater teneatur actione quod iussu, & quando tributoria, vel de peculio.*

123 *Casus speciales, quibus inductum fuit, vt pater teneatur pro filio, non sunt extendendi ad alios casus.*

124 *Pater tenetur pro filio, qui est in potestate, si assumatur ad aliquem Magistratum.*

125 *Si institor contrahat in aliam causam, vel vltra limites, Præponens non tenetur institoria.*

126 *Vt institor obliget præponentem, requiritur, vt faciat id, quod sibi commissum est, & vt expendat nomen sui præponentis, non suum.*

127 *Pater ex facto filij non tenetur, si filius nomine proprio, non autem nomine Patris præponentis negotium exerceat.*

128 *Vnus socius non potest extra comprehensa in societate, alium obligare, & num. 133.*

129 *Dispositio restricta ad certum locum, in illo expediri debet.*

Item dispositio restricta ad certas merces, in aliis expediri non potest.

130 *Mandatum limitatum quando extendatur ad alia.*

131 *Ei, qui dicit, aliquem fuisse, vel esse institorem, uel socium, incumbit onus probandi.*

132 *An, & quando in cambio, uel mutuo accepto per institorem, Dominus teneatur.*

133 *Socius non potest alios socios obligare, nisi pro ea quantitate, quam exposuerunt in societate, & non ultra: limitatur nu. 134.*

134 *Quando quis à pluribus fuit alicui negotio expressè præpositus, tunc quilibet in solidum tenetur.*

135 *Mandatores, uel fideiussores, licèt in solidum teneantur, habent tamen beneficium diuisionis, si omnes sint soluendo.*

136 *Si plures simul exerceant, quilibet tenetur pro rata.*

137 *Plures socij unius negotiationis moram trahentes in diuersis locis, ad inuicem censentur præpositi.*

138 *An tales socij in solidum teneantur.*

139 *Mandatum regulariter non præsumitur, nisi quoad res uenales tantùm.*

140 *In societate incidenti unus ex socijs non obligat alium.*

141 *Si duo fratres, uel alij habeant bona, uel hæreditatem communem, & unus contrahat debitum, ille tantùm tenetur: limitatur nu. seq.*

142 *Quid si probetur, quod occasione communis utilitatis debitum contraxerit.*

143 *Institor tacitè in re communi non constituitur, sed tantùm expressè.*

144 *Si sunt plures socij, unus non potest præponere tacitè nisi parti suæ, non autem alienæ.*

145 *Socij, qui ab alijs procuratores constituuntur, censentur reuocati statim ac decoxerunt.*

146 *An, & quando Dominus teneatur de dolo, & culpa Institoris delinquentis in officio.*

Quæstio VII.

An, & quando ex facto Institoris teneatur Dominus, seu is, qui eum præposuit.

109 PRæmittendum est, quod institor dicitur is, qui vniuersali negotiationi præponitur, etiam certo loco non designato: in hoc enim differt à Procuratore, & ab exercitore, qui particulari negotio præficiuntur. *l. institor. 3. & l. institor. 18. ff. de Instit. act. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercit. act. Paris. cons. 93. lib. 1. Alex. cons. 44. num. 4. lib. 2. Mandell. cons. 104. nu. 5. & seq.*
110 vbi dicit, quod ea, quæ dicuntur in iure de Institoribus, trahuntur ad eos, quos hodiernis tempotibus vocamus factores, & generaliter ad omnes administratores. *Ferentill. ad Buratt. decis. 239. litt. A. Afflict. decis. 308. nu. 6.* hæc enim
111 actio institoria dabatur contra Dominum tantùm seruos præponentem: sed postea ex identitate rationis data fuit, etiamsi liberum hominem quis præposuerit. *latè Bellon. decis. 14. num. 1. 35. 69. cum seq. & num. 107. 114. & seq.* vbi tamen constituit differentiam inter Institorem, & administratorem, quia administrator est nomen generale, quod significat quemlibet rem quamcumque agentem, & sic latiùs se habet, quàm Institor; & ideò non rectè infertur, est administrator, ergo est Institor: quia non conuertuntur, sed stant sicut genus, & species; vnde omnis institor est etiam administrator, sed non omnis administrator est Institor; præterea Institor non stat per se, sed supponit præponentem: administrator verò potest per se stare, vt cum rem suam gerit, nec ab alio dependet. *vide glos. in l. mancipia, in ver. exigatur. Cod. de seru. fugit. Ang. cons. 288. Dec. cons. 265.*

112 His præmissis dico, quod Institores, si contrahant in rem, quæ eis nominatim est permissa, semper obligant Dominos; nec attenditur, an sit
113 conuersum in rem, vel non; si autem contrahant in rem, quæ tacite est sibi commissa, si id, quod accipiunt, vel in quo contrahunt, vertitur in rem Domini, tunc recurrendum est ad textum *in l. fin. ff. de exercit.* vbi exigitur scientia credito-

ditoris contrahentis in eam causam, quæ tacitè est Institori permissa: non enim sufficeret sola assertio Institoris. *latè Parisi. d. cons. 93. nu. 52.*
114 *& seq.* vbi dicit, conditionem, & formam præpositionis esse attendendam, qualis sit, nam illa seruanda est etiam contra contrahentes illam ignorantes. *Alex. cons. 44. num. 4. lib. 2. Afflict. dec. 82. num. 3. & seq. Bellon. d. dec. 14. num. 1. & seq. & præcipuè num. 33. 41. 84. & seq. et nu. 94.*
115 vbi obseruat, quod dicitur quis tacitè præpositus, si publicè se gerat pro Institore, Domino sciente, & patiente, seu consentiente, & pro tali publicè habeatur, subdens *n. 73. cum seq.* quod scientia in hac materia dicitur notitia rei cum cognitione qualitatum, & circumstantiarum: nec sufficeret ad hunc effectum scientia ficta, vel præsumpta, sed requiritur scientia vera, quæ formiter, & plenè probanda est, cum regulariter
116 non præsumatur scientia eorum, quæ ab alijs geruntur. *vide Aret. in §. si igitur. num. 5. Inst.*
117 *Quod cum eo &c.* vbi dicit, quod Dominus tacitè consentire censetur, si sciuit, & aliquid fecit, ex quo colligatur eius consensus, puta si accipiebat merces, quas seruus ad eius domum deferebat, quo casu Dominus tenetur in solidum; secus si sciuit, & passus est, non tamen aliquid fecit, ex quo apparere possit de consensu: quia tunc Dominus non obligatur exercitoria, cum ista dicatur nuda scientia, sed obligatur de peculio *iuxta textum in l. 1. §. si is, qui. vers. sed si sciente. ff. de exercit. act. & latè prosequitur Bellon. d. decis. 14. num. 74. & seq.* vbi etiam dicit, quod quis ex sola scientia, & patientia non tenetur, nisi talis scientia resultet ex actibus gestis, qui aliter se habere, aut intelligi non possint, sed inducant de necessitate talem consensum, qui requiritur ad eum actum inducendum, de quo queritur. *Parisi. d. cons. 93. num. 1. & seq. lib. 1.*

Addit *Bellon. d. dec. 14. nu. 26.* quod etiam hæres præponentis, vel successor in negotio, qui eodem vtitur Institore, in solidum tenetur.

118 Dico 2. quod Procurator, qui habet liberam, seu generalem administrationem omnium bonorum Domini, potest Dominum obligare: potest etiam constituere Institorem, ex cuius contractu obligatur tam ipse Procurator generalis, qui eum instituit, quàm Dominus, *vt d. Innoc. in cap. quod quibusdam, n. 2. & seq. de fideiuss.*
119 Dico 3. quod institoria non datur, nisi quando aliquis est institor, vel procurator ad negotiandum pro vtilitate, & quæstu Domini; secus quando quis instituitur ad colligendos fructus, vel ad agrorum culturam: tunc enim nulla interuenit negotiatio quæstuaria, & ideò non datur instit. licèt possit aliquando dari neg. gest. *vide Innoc. in d. cap. quod quibusdam. num. 3. de fideiuss.*
120 Dico 4. quod pater inducens filium ad aliquam negotiationem exercendam, tenetur in solidum in fauorem contrahentium cum filio; quia sicut seruus contrahens voluntate Domini, in solidum eius Dominum obligat ad fauorem contrahentium cum ipso, ità etiam erit in Patre, si filius, eius voluntate contraxit, cum in pluribus valeat argumentum de seruo ad filium, *vt latè probat Parisi. d. cons. 93. nu. 5. & seq. Afflict. dec. 308. num. 5. & seq.* vbi dicit, quod pater regulariter non tenetur pro filio, nisi filius habeat mandatum expressum, vel tacitum à Patre; præsumitur verò mandatum, si sciente, & patiente Patre filius emebat, & vendebat, possessiones locabat, & alia faciebat, quæ consueuerunt facere factores generales, seu Institores. *latè Vrsill. ad Af-*
121 *flict. d. dec. 308. num. 2. & seq.* vbi etiam dicit, quod si Pater consentit filio tutori datiuo, tenetur in solidum.
122 Dico 5. quod pater potest etiam obligari per titulum, quod iussu, qui propriè cadit circa personas subiectas: quo casu concurrere debent hæc requisita. 1. quod pater iubeat tamquam pater, & iubendo se obliget. 2. quod pater iussum dederit in aliquo negotio particulari. 3. quod sciat speciem contractus. 4. quod de tali iussu præcisè constet: non enim inducitur per simplicem consensum. *Parisi. d. cons. 93. nu. 34. & seq.* subdens, quod quando filius præponitur generali negotiationi, pater tenetur tributoria, vel de peculio, non autem actione, quod iussu: quia hæc solum procedit, quando datur in particulari, & speciali negotio. *vide Aret. in §. actiones autem. num. 3. & seq. Inst. de action.*
123 Obserua tamen, quod casus illi speciales, quibus inductum fuit secundùm subiectam materiam, vt pater teneatur pro filio, non sunt trahendi, seu extendendi ad alios casus. *Parisi. d. cons. 93. num. 21.*
124 Obserua 2. quod, quando filius, qui est in potestate, assumitur ad aliquem Magistratum, tunc fauore Reip. & in honorem filij pater videtur fideiubere. *Afflict. dec. 308. nu. 1. Parisi. vbi supra num. 41.*
125 Obserua 3. quod si Institor contrahit in aliam causam, quàm ei commissum sit, tunc præponens non tenetur institoria, & ideò contrahentes debent esse curiosi, & videre formam præpositionis, maximè quando plures sunt constituti: nam si in aliam causam contraherent, vel vltra limites datos, non excusarentur propter ignorantiam, nec sibi obligarent eo casu præponentem. *Afflict. dec. 82. num. 3. Bellon. dec. 14. num. 35. 87. 89. 126. & 131.* vbi dicit, quod vt Insti-
126 tor obliget præponentem, vltra prædicta requiritur, vt faciat id, quod sibi commissum est, & vt expendat nomen sui præponentis, non
127 suum; quemadmodum nec pater ex facto filij tenetur, si filius nomine proprio, non autem nomine patris præponentis, negotium exerceat. *Cacheran. dec. 150. num. 9. Parisi. d. cons. 93. num. 28. 50. 52. & seq.* vbi etiam dicit, quod vnus so-
128 cius non potest extra comprehensa in societate, alium obligare, nec vnus tenetur ex facto alterius, nisi illud fuerit demandatum à consocijs. *Natt. cons. 567. nu. 3. & 6. Anchar. cons. 332. num.*
129 *1. & seq.* vbi dicit, quod dispositio restricta ad certum locum, in illo expediri debet: similiter si ad certas merces, in alijs expediri non potest, quia in vna habuit mandatum. *Vrsill. ad Afflict. dec. 308. num. 4.* vbi subijcit, quod si quis
130 habet à me mandatum limitatum, si tamen me sciente, & patiente porrigit manus vltra fines mandati, videor prorogare potestatem.
131 Obserua 4. quod ei, qui dicit, aliquem fuisse, vel esse Institorem, vel socium, incumbit onus

onus probandi; non enim præsumitur quis Institor, aut socius, nisi probetur. *Ancbar. cons. 332. num. 6. Bellon. d. decis. 14. num. 36.*

132 Obserua 5. quod in cambio, vel mutuo accepto per institorem Dominus regulariter non tenetur, nisi Institor specificè fuerit ad hunc effectum præpositus, vel concurrant infrascripta requisita, videlicet quod Institor tempore mutui dixerit, se recipere pecuniam mutuò pro vtilitate, vel necessitate negotij, vel saltem explicauerit causam, quæ hoc indicet: quia in dubio censetur contraxisse nomine proprio. 2. quod tunc pro negotio opportunum erat accipere pecuniam mutuò. 3. quod Creditor tunc sciret necessitatem, seu opportunitatem recipiendi pecuniam mutuò pro ipso negotio. 4. quod recipiens sit verè Institor, & quod Creditor id sciat, ità vt alterutrum non sufficiat, vt sic appareat, quod creditor habuit animum obligandi ipsum instituentem. 5. quod instituens, seu præponens ratificauerit, aut in eius vtilitatem appareat, mutuum esse versum. 6. quod creditor non dederit mutuò maiorem quantitatem, quàm esset necesse: alioquin non haberet regressum nisi vsque ad quantitatem necessariam. 7. quod mutuum factum fuerit in loco, in quo possit adimpleri causa, propter quam factum est mutuum: quæ quidem requisita ità probanda sunt à creditore, vt non sufficiat ipsius iuramentum. *Alex. cons. 44. num. 6. lib. 2. & cons. 217. nu. 14. vol. 7. Natt. cons. 567. num. 6. Paris. cons. 94. num. 36. par. 1. Capic. decis. 180. num. 4. Bellon. d. decis. 14. num. 88. & seq.* vbi etiam obseruat, quod si consideretur mutuum tanquam deseruiens merci exercendæ, tunc licebit capere quatenus ex necessaria consequentia mercis exercitatio illud exigit; vnde si quis aliquem præponit emendis pannis, si non tradit pecuniam, censetur præposuisse ad accipiendam pecuniam mutuò pro illa re emenda, *l. cuicunque. §. sed etsi pecuniam. et l. habebat. ff. de Instit. Innoc. in cap. quibusdam, de fideius.* vbi dicit, quod Institor, vel procurator negotiationis in tali casu Dominum obligat institoria. *vide Alex. cons. 217. nu. 13. lib. 7. Natt. cons. 567. nu. 3. Bellon. loc. cit. num. 94. et seq. et nu. 123.*

133 Obserua 6. quod socius contrahens etiam nomine societatis, & pro negotio, seu in causam sibi demandatam non potest alios socios obligare, nisi pro ea quantitate, quam exposuerunt in societate, & non vltra. *Caeber. decis. 150. n. 8.* vbi dicit, quod socij, & eorum hæredes non tenentur in solidum pro toto debito, sed vsque ad summam sortis positæ in societate, & non in alijs bonis: quia qui contrahunt nomine societatis, inuestigare debent de qualitate, & quantitate societatis eorum, cum quibus contrahunt, aliàs eis imputandum est. *Ancbar. cons. 332. num. 1. et seq. Afflict. decis. 82. num. 3. et ibi Vrsill. num. 1. Bellon. d. decis. 14. num. 132.* secus esset, quando
134 quis à pluribus fuit alicui negotio expressè præpositus, seu quando plures exercent mercaturam ministerio vnius: tunc enim quilibet insolidum tenetur, quia consensus mutuus plurium facit, vt quisque insolidum obligetur: quo casu non refert, quam quisque portionem habeat, quia poterit ab alijs repetere quod soluit. *Osasc. decis. 150. num. 7. Capic. decis. 180. num. 1. et seq.*
135 subdens, quod licèt plures mandatores in solidum teneantur ipso iure, tamen habent beneficium diuisionis, si omnes sunt soluendo, sicut dicimus in fideiussoribus. *per tex. in l. inter fideiussores, et l. inter eos, ff. de fideiuss. latè Bellon. d. decis. 14. num. 20. et seq. et nu. 126. cum seq.*

136 Si verò plures simul negotium exerceant, tunc quilibet tenetur pro rata. *l. 1. §. fin. ubi Bart. ff. de exercit. Osasc. dicta decis. 150. num. 6. Natt. cons. 567. num. 1. Paris. d. cons. 93. num. 1. et seq.*
137 *par. 1.* secus si essent plures socij vnius negotiationis, & moram traherent in diuersis locis:
138 hoc enim casu ad inuicem censentur præpositi, & quilibet ipsorum in solidum tenetur ex contractu alterius, *uide Bellon. loco cit. num. 6. et seq.*

139 Obserua 7. quod mandatum regulariter non præsumitur, nisi quo ad res venales tantùm, & non circa alia; & ità intelligi debet mandatum in societate conuentionali. *Bellon. d. decis. 14. n. 67.*
140 vbi etiam dicit, quod in societate incidenti vnus ex socijs non obligat alium. *Natt. cons. 567.*
141 *num. 5.* vbi, quod si duo fratres, vel alij habeant bona, vel hæreditatem communem, & vnus contrahat debitum, ille tantùm debet sol-
142 uere absque grauamine alterius: non enim sufficit, contractum esse manente societate, sed necesse esset probare, quod occasione communis vtilitatis contraxerit, *per tex. in l. non debet alteri. ff. de reg. Iur. et in l. iure societatis. ff. Pro soc.*

143 Obserua 8. quod Institor tacitè in re communi non constituitur, sed tantùm expressè: quia si sunt plures socij, vnus non potest præponere
144 tacitè, nisi parti suæ, non autem alienæ. *Bellon. d. decis. 14. num. 65. et 66.* vbi addit, quod
145 socij, qui ab alijs Procuratores constituuntur, statim ac decoxerunt, censentur reuocati.

146 Obserua 9. quod Dominus tenetur etiam de dolo, & culpa Institoris delinquentis in officio, vel exercitio sibi commisso, quia potest Domino imputari, eo quod bonam familiam non elegerit; hoc tamen procedit, si Dominus sciuit, delictum fieri à familia, illudque potuit prohibere, & non prohibuit; secus si nesciuit, vel illud prohibere non potuit, præsertim si nihil ad eum peruenit. *Afflict. d. decis. 82. num. 3. & seq. Bellon. d. decis. 14. num. 1. & seq.*

SVMMARIVM.

147 *Vt obligatio ad interesse quanti plurimi locum habeat, quæ requirantur, & num. seq. vsque ad fin.*
148 *Quando testes reddere debeant rationem dicti sui etiam non interrogati.*
149 *Quando in obligatione, et interpellatione exprimi debeat dies, et locus solutionis.*
150 *Si quis constituatur in mora per procuratorem, constare debet in actis de legitimo mandato.*
151 *Coniunctus pro coniuncto interpellans non constituit debitorem in mora.*
152 *Non dicitur in mora qui potest se aliqua exceptione tueri, quominus soluat.*
153 *Interesse non debetur, quando eodem modo res fuisset in manibus Creditoris peritura.*
154 *Quomodo probetur pretium commune.*

155 Per

155 *Fer petitionem partis indebitæ excusatur debitor à mora: limitatur ibidem.*
156 *Debitor tenetur soluere canonem pro re emphiteotica in eo loco, vbi res est.*
157 *Tutor non mittens frumentum, vel alias merces pupilli ad alium locum, vbi cariùs venditur, non tenetur de isto lucro, siue interesse.*

Quæstio VIII.

Quando locum habeat obligatio ad interesse quantiplurimi.

147 RESp. quod ad hunc effectum multa requiruntur: primò enim testes reddere de-
148 bent rationem dicti sui etiam non interrogati. *Bart. in tract. de Testi. in ver. testis dicit aliquem &c. nu. 5. Bald. in l. 3. in fin. C. de Iur. dom. impetr. Rolan. cons. 35. nu. 14. lib. 1.*
149 Secundò requiritur, quod in obligatione, & interpellatione sit expressus dies, & locus solutionis. *l. aut qui aliter. §. 1. ff. Quod vi, aut clam &c. Bart. in l. cum filius. §. fin. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 33. nu. 9. lib. 6. Afflict. dec. 316. nu. 4. in fin. Card. Seraphin. dec. 1252. nu. 1.*
150 Tertiò, si quis constituatur in mora per procuratorem, constare debet de legitimo mandato, quod debet ostendi, quia in extraiudicialibus non tenetur reus de illo excipere. *Afflict. dec. 316. num. 3. Gratian. discept. for. cap. 42. nu.*
151 *21. et seq. Surd. dec. 215. nu. 1.* vbi etiam dicit, quod coniunctus pro coniuncto interpellans non constituit debitorem in mora.
152 Quartò debitum debet esse liquidum: nam si rationes essent intricatæ, cessat ratio quantiplurimi, quia non dicitur in mora qui potest se aliqua exceptione tueri, quominus soluat. *l. si quis solutioni. ff. de Vsur. Menoch. de Arb. Iud. cas. 220. nu. 46. Card. Seraphin. d. decis. 1252. num. 1. in fin.* subdens *num. 2.* quod valor quantiplurimi in frumento, & similibus, quæ vltra triennium non durant, non crescit perpetuò à die moræ, sed restringitur ad triennium. *Surd. dec.*
153 *81. per tot.* vbi dicit, quod interesse non debetur, quando eodem modo res fuisset in manibus creditoris peritura. *Gratian. d. cap. 42. num. 23. & seq.* vbi, quod iusta dicitur exceptio, quando debitum non est liquidum, etiamsi proueniat ex instrumento habente executionem paratam.
154 Quintò probari debet pretium verum commune, & ad hunc effectum debet constare, quod tali tempore, ante, & post in foro publico res tanti communiter valuit, seu vendebatur in loco destinatæ solutionis: nihil enim refert, si in alio loco cariùs venderetur. *Afflict. dec. 316. nu. 7. et seq.* nec sufficeret probare, quod à singulis tanti res vendebatur. *Bart. in l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad l. fale. & in l. septem. C. de erogat. milit. ann. lib. 12.* vbi dicit, quod si res pluris, vel minoris extra forum vendita fuerit, non debemus illum locum inspicere, sed æstimatio semper consideranda est secundùm locum publici fori. *Afflict. d. dec. 316. num. 5. & seq.* quod intelligendum est de pretio rerum venalium. *vt supra diximus. n. 108.*
155 Sextò requiritur, quod fuerit petitum verum, & integrum debitum; nam per petitionem partis indebitæ excusaretur debitor à mora, si interpellatus non soluit: nisi creditor offerat se accipere partem verè debitam. *Ias. in l. properandum. §. siue autem alterutra. q. 5. num. 17. C. de Iud. Cagn. in l. non potest videri improbus. n. 6. de reg. iur. quos refert, & sequitur Gratian. d. cap. 42. num. 42.* subdens, quod non est opus, vt ipse debitor fateatur se debitorem in parte, aut offerat partem debitam, cum non sit verisimile, quod petens totum, sit recepturus partem. *vide Bart. in l. qui solidum. 80. ff. de leg. 2.*
156 Septimò si creditor, & debitor sint diuersi fori, & solutio debet fieri respectu alicuius rei, & pro aliqua re, vt si quis canonem soluere teneatur pro re emphiteotica, debet constare, quod creditor erat paratus recipere in eo loco, vbi res est; non enim tenetur debitor in tali casu ire extra locum sui domicilij. *Bart. in l. item illa, num. 9. ff. de Constit. pec. Gratian. d. cap. 42. num. 20. & 43.*
157 Quæres, an tutor non mittens frumentum, vel alias merces pupilli ad alium locum, vbi cariùs venditur, teneatur de isto lucro, siue interesse? negat *Bald. in l. fin. §. fin. C. de Admin. Tut.* vbi dicit, quod tutor frumentum pupilli vendere potest in eo loco, vbi est, non expectando caristiam, nec tenetur mittere ad alia loca.

SVMMARIVM.

1 *Bona feudalia regulariter hypothecari non possunt sine Domini licentia: declaratur num. 20. limitatur num. 5. & seq.*
2 *Bona feudalia non veniunt in generali obligatione.*
3 *An bona emphiteotica, vel fideicommisso subiecta veniant in generali obligatione, & num. 13. 22. 28. et 30.*
4 *Si filius bonis paternis in fauorem fratrum, aut Agnatorum renunciet, talis renunciatio non trahitur ad bona feudalia.*
3 *Feudum hæreditarium, vel emptum pro hæredibus, et successoribus hypothecari, et alienari potest.*
6 *Pater potest disponere de feudo hæreditario in præiudicium filiorum.*
7 *Super feudo hæreditario potest imponi census sine consensu Domini directi.*
8 *Feudum in dubio præsumitur hæreditarium.*
9 *Emphiteusis hæreditaria transit etiam ad hæredes extraneos.*
10 *Emphiteusis Ecclesiastica quando transeat ad extraneos hæredes, et nu. 11. et 26.*
11 *Clausula pro se, hæredibus, et successoribus quibuscunque æquipollet clausulæ, & quibus dederit.*
12 *An, & quando feudum ex causa dotis hypothecari possit.*
13 *Bona emphiteotica fauore dotis veniunt in generali obligatione non obstante statuto contrarium disponente.*
14 *Feudum hypothecari potest, quando in inuestitura data fuit libera, & absoluta potestas alienandi.*
15 *Quid si data fuit facultas vendendi.*
16 *Feudum hypothecari potest de licentia Domini ex-*

CAP. V.

De Feudo, & Emphitheusi.

Quaestio I.

An bona feudalia possint hypothecari.

1 RESp. quod regulariter hypothecari non possunt sine Domini licentia, siue agatur de expressa bonorum obligatione, siue de tacita, vt quando ob administrationem tutelae, lex in administrantis bonis hypothecam tacitè inducit. *cap. 1. vbi DD. de Probib. feud. alienat. per Frideric. latè Neguf. de Pignor. in 2. mem. 2. par. princ.*
2 *num. 43.* vbi dicit, quod bona feudalia non veniunt in generali obligatione, & ideò super illis non potest intentari Saluianum interdictum, cum in tali casu cesset hypotheca; vnde si quis contrahat, & obliget omnia bona sua, non cadit à feudo, quia non includitur feudum in tali obligatione. *Bald. in d. cap. 1. de probib. feud. alien. per Frideric. Pacif. de Salu. inter. insp. 3. cap. 2.*
3 *num. 45. et seq.* vbi etiam dicit, quod nec bona emphiteotica veniunt in generali obligatione, quando expressè prohibita sunt alienari sub pena caducitatis, vel quando alienatio esset prohibita alienationis latè sumpto vocabulo. *Rot. decis. 426. num. 1. par. 1. Diuers. Pen. decis. 632. Card. Seraphin. decis. 1290. nu. 5. Merlin. dec. 86. num. 5.* quemadmodum nec in generali obligatione veniunt bona fideicommisso subiecta. *Surd. decis. 292. num. 19. Coecin. dec. 495. num. 2. Comitol. dec. 107. num. 6.* vbi dicit, quod bona restitutioni obnoxia non veniunt in generali obligatione, quando ex ea fieret praeiudicium fideicommissarijs, vel haeres incideret in poenam. *Gratian. decis. 17. nu. 18. Rosenth. de feud. cap. 7. conclus. 22. num. 11. et seq. et cap. 9. mem. 1. conclus. 13. n.*
4 *6. et seq. ac nu. 15. cum seq.* vbi addit, quod si filius bonis paternis in fauorem fratrum, aut agnatorum renunciaret, haec renunciatio non traheretur ad bona feudalia, quia feuda non sunt de ijs bonis, quae ex successione patris debentur, aut acquiruntur filio; vnde renunciatione speciali circa ea opus est. *per tex. in cap. in generali alienatione, vbi omnes, Si de feud. defunct. etc.*
5 Limita, quando feudum est haereditarium, aut si emptum fuerit pro haeredibus, & successoribus: tunc enim hypothecari, & alienari potest etiam ad fauorem extranei. *Natt. cons. 501. n. 20.*
6 vbi dicit, quod quando feudum est haereditarium, potest pater de eo disponere in praeiudicium filiorum. *Cenc. de Censib. par. 1. cap. 2. q. 2. art. 1. nu. 17. Rot. decis. 211. num. 9. et seq. par. 5.*
7 *tom. 1. recent.* vbi, quod eo casu potest super re feudali imponi census sine consensu Domini directi. *Pacif. de Salu. inter. insp. 3. cap. 2. nu. 66.*
8 *et seq.* vbi etiam obseruat, quod feudum in

dubio

dubio præsumitur hæreditarium.
9 Idem dicendum est, quando emphiteusis est
hæreditaria, quia tunc transit etiam ad hæredes
extraneos. Card. Mantic. de Coniect. vltim. vo-
lunt. lib.7. tit.9. num.6. Coccin. dec. 32. num.10.
& dec.343. num.3. Rot. in Nonantulana bonorum
14. Iunij 1610. coram Card. Saerato, quæ est dec.
10 286. par.3. Recent. vbi, quod emphiteusis etiam
ecclesiastica est transitoria ad heredes extraneos,
si data sit in perpetuum, vel cum clausula. ad ha-
bendum, & quicquid placuerit faciendum, vel
cum clausula, quibus dederit &c. vel si in inuesti-
tura posita fuerit reseruatio directi dominij im-
mediatè post dictam clausulam, quicquid placue-
rit faciendum. vel si concessa fuerit expressa fa-
cultas alienandi. Buratt. dec.87. num.10. & seq.
Card. Seraphin. dec.868. num.3. & decis.559. nu.
18. vbi, quod clausula, pro se, hæredibus, & suc-
11 cessoribus quibuscunque, æquipollet clausulæ,
& quibus dederit. Vinc. de Franch. dec.235. Clar.
in §. emphiteusis, q. 28. vers. quicquid tamen &c.
vbi subijcie, quod emphiteusis ecclesiastica con-
cessa pro se, & hæredibus nunquam transit ad
extraneos hæredes, sed tantummodò ad filios,
siue descendentes ipsius recipientis, nisi vltra
debitas solemnitates expressè concessa fuerit e-
tiam pro hæredibus extraneis, vel in ipsa inue-
stitura adsint talia verba, quæ hoc importent,
vide quæ infra dicemus quæst. seq.
12 Limita 2. quando concurrit causa dotis, quia
tunc feudum hypothecari potest, si non adsint
alia bona, ex quibus dos solui possit. Pacif. loco
cit. num.69. & seq. vbi ampliat, etiamsi primo-
genitus, cui dos soluta fuit, prædecesserit Pa-
tri; nam adhuc Baronia transit ad quoscunque
cum dicta hypotheca, & obligatione. Rot. decis.
167. num.41. par.5. tom.1. recent. Surd. dec.160.
13 nu.3. vbi, quod bona emphiteotica fauore do-
tis veniunt in generali obligatione non obstante
statuto disponente, vt ea non veniant in genera-
li obligatione bonorum. Afflict. dec.111. num.6.
quamuis alij apud Rosenth. d. cap.9. mem.1. con-
clus.13. nu.17. contrarium sentiant.
14 Limita 3. quando in inuestitura data fuit libe-
ra, & absoluta potestas alienandi. Rosenth. d.
cap.9. conclus.33. num.4. Rot. d. decis.167. nu.41.
Pacif. d. inspect. 3. num.56. subdens, quod Vas-
15 sallus, cui data fuit licentia vendendi feudum,
illud hypothecare non potest, cum aliud sit ven-
dere, aliud obligare.
16 Limita 4. quando adesset licentia Domini ex-
pressa, vel tacita, vt si feudum hypothecaretur
Domino, vel pro necessitatibus, & seruitijs ip-
sius Domini. Neguſ. loco cit. in 2. mem. 2. par.
princip. num.44. & seq. vbi etiam dicit, quod si
plures essent Domini, & feudum esset diuiduum,
posset pignorari vni ex Dominis etiam alijs dis-
sentientibus; secus si feudum esset indiuiduum,
tunc enim Vassallus pignorans caderet ab ipso
feudo, illudque rediret ad Dominos, qui alie-
nationi non consenserunt. Bald. in cap.1. num.1.
& seq. de Probib. feud. alienat. per Feder. Pacif.
d. insp.3. cap.2. num.61. vbi nu.81. cum seq. ob-
17 seruat, quod si quis assensum Domini obtinue-
rit, vt posset feudum obligare, talis assensus ad
obligationes præcedentes iam factas non exten-
deretur.
18 Limita 5. si feudum obligetur absque traditio-
ne, animo luendi. Bald. in d. cap.1. num.1. de
Probib. feud. alienat. per Feder. & in cap.1. §. aut
si libellario. num.4. Quib. mod. feud. amitt. Ne-
guſ. vbi supra, num. 47. Pacif. d. cap.2. num.62.
19 & seq. vbi obseruat, quod in omni casu, quo
feudum obligari posset, non intelligitur obliga-
tum, nisi in eius possessionem quis fuerit indu-
ctus.
20 Limita 6. vt supradicta conclusio procedat
respectu dominij, & proprietatis, non autem
respectu fructuum, & commoditatum illius: fru-
ctus enim, & commoditates feudi pignorari pos-
sunt, vbi Vassallus obligaret se actione personali
ad huiusmodi fructus, & commoditates; licèt
non posset pro dictis fructibus, & commoditati-
bus constituere ius vsusfructus in re feudali,
quia tunc constitueret ius in re, & esset quædam
alienatio. Bald. in d. §. aut si libellario. num.3. in
fin. Neguſ. loco cit. in 2. mem. 2. par. num.48. &
49. Pacif. d. insp.3. cap.2. num.72. & seq. vbi di-
21 cit, quod fructus feudi vendi, & alienari pos-
sunt, dummodò non fiat venditio ad longum
tempus. Coccin. dec. 56. num.8. vbi, quod fru-
22 ctus rei emphiteoticæ veniunt in generali obli-
gatione, etiamsi proprietas ipsius rei prohibita
sit alienari.
23 Limita 7. in melioramentis factis in re feudali:
hæc enim hypothecari possunt, & non solum ad
filios, sed etiam ad quoscunque etiam extraneos
hæredes transeunt. Bald. in cap.1. §. si vassallus,
in lit. Hic finit. lex. Dom. Federic. Paris. consil.
28. num. 2. lib.3. Pacif. d. insp. 3. cap.2. num.52.
24 et 83. vbi idem dicit in melioramentis factis in
re emphiteotica.
25 Limita 8. in loci, in quibus feuda redacta sunt
instat bonorum patrimonialium, vt in Gallia:
nam attenta tali consuetudine possunt hypothe-
cari, & alienari. Guid. Pap. dec.297. Gozad. cons.
26. num.8. & cons.90. num.9. Peregrin. de fidei-
com. art.6. num.30. & art.32. num.53. Pacif. loc.
cit. d. insp.3. cap.2. nu.79. & seq. vbi, quod hoc
26 etiam procederet in emphiteusi ecclesiastica,
quando bona locari solita, instar allodialium ex
consuetudine redacta sunt. Rot. decis.319. num.
1. et 2. et dec.371. num.24. et 25. par.5. tom.1. re-
cent. vbi, quod bona emphiteotica etiam eccle-
siastica vigore constitutionum Bonifacianæ, &
Paulinæ redacta sunt instar allodialium, ità vt
emphiteuta possessor possit liberè disponere in-
ter viuos, & in vltima voluntate ad fauorem ex-
traneorum, etiam cum exclusione in inuestitura
successiuè vocatorum, & bona prædicta sub vni-
uersali institutione contineantur, etiamsi spe-
cialis illorum mentio facta non fuerit. vide Alex.
cons.91. vers. non obstat etc. lib. 1. Menoch. lib.4.
præsumpt.197. n.13. Peregrin. de fideicom. art.6.
num.30.
An verò pater possit filijs præiudicare, quan-
do emphiteusis concessa fuit intuitu, & contem-
platione etiam filiorum, vel ex mera liberalitate
concedentis, dicemus infra num.138. et seq.
27 Notandum est autem, quod Castrum in dubio
præsumitur liberum, non autem feudale; omnia
enim præsumuntur libera, & allodialia, nisi feu-
dalia probentur, cum feudum sit seruitus, quæ
non præsumitur. cap.1. §.1. vers. defuncto, Si de
feud.

feud. fuer. controuer. int. Dom. & Agnat. cap. 1. iuncta gloss. 1. de controuer. int. mascul. & fœmin. Paris. cons. 20. num. 1. lib. 1. latè Rot. dec. 93. nu. 30. & seq. & dec. 211. num. 8. cum seq. par. 5. tom. 1. recent.

28 Notandum 2. quod res emphiteotica non potest obligari sine Domiui licentia, quando obligatur pro quanto valet, ità vt non sit spes luitionis. *vt post Alciat. Negus. et alios trad. Surd. dec. 173. nu. 1. Pen. dec. 632. nu. 7. et 8.*

29 Notandum 3. quod stante expressa prohibitione alienationis incurritur caducitas ob impositionem census super re emphiteotica, licèt ex quadam æquitate excusetur emphiteuta, si censum extinguat ante factam intimationem acceptationis huiusmodi caducitatis, cum ius Domini directi in tali casu non sit effectum deterius. *Card. Seraphin. dec. 1290. num. 12.* subdens *n. 13.*

30 quod si in concessione emphiteusis expresse non fuit prohibita hypotheca, tunc hypotheca in re emphiteotica durabit, quandiu durat emphiteusis, licèt ea resoluta resoluantur omnes obligationes. *l. lex vectigali. ff. de Pignor.*

31 Notandum 4. quod in concessione emphiteusis alicui facta à laico pro hæredibus, & successoribus, includuntur etiam extranei, etiamsi deinde dominium directum dictę emphiteusis transeat in Ecclesiam, quia attenditur origo successionis, quæ est laicalis. *Card. Caualer. decis. 316. num. 5. et seq.* vbi, quod emphiteusis semel facta transmissibilis ad hæredes extraneos, semper durat talis. *Anchar. cons. 165. nu. 2. Merlin. dec. 872. num. 1. et seq. Clar. in §. emphiteusis q. 28. Rot. dec. 750. nu. 1. part. 3. recent.* vbi addit, quod

32 emphiteusis ab Ecclesia alicui concessa pro se, & suis hæredibus ex eo legitimè descendentibus, dicitur partim ex pacto, & prouidentia, & partim hæreditaria, & ideò in ea non succedunt nisi descendentes legitimi, & hæredes hæreditatis, non autem sanguinis tantùm.

33 Notandum 5. quod bona prohibita alienari, non possunt per filium alienari ad computum legitimæ, si extent alia bona tali prohibitioni non subiecta. *Rot. dec. 113. num. 4. par. 2. Diuers. et dec. 235. num. 8. et seq. par. 4. tom. 1. recent.* vbi,

34 quod nec domus paterna, nec eius mobilia alienari possunt, si hæc vsui, & decori primogenituræ deseruiant.

35 Notandum 6. quod monasterium ex persona ingressi succedit in feudo, siue feudum habeat annexam dignitatem Ducatus, Marchionatus &c. siue non, dummodò Monasterium sit capax bonorum, & seruitium possit præstare per se, vel per substitutum, alioquin feudum ad Dominum reuertitur. *ut tradunt DD. communiter in auth. ingressi. C. de Sacros. Eccles. et in cap. in præsentia. vbi Dec. num. 290. cum seq. & alij. de Probat. cap. auditis. de Præscript. cap. inter dilectos, de fid. instrum. Alex. cons. 10. num. 8. lib. 5. Afflict. dec. 320. nu. 2. et 3. et ita sentiunt alij apud Clar. in §. feudum. qu. 78.* vbi, quod hoc procedit durante vita feudatarij, seu ingressi. *Capic. dec. 10.*

36. *num. 10.* vbi obseruat, quod in omni feudo regulariter est in electione Vassalli, an velit personaliter seruire, vel soluere pecuniam, nisi esset electa industria personæ. *Genuens. in tract. de Eccles. q. 13. per tot. quicquid dicat gloss. in cap. scripsit. uer. dignitate. 27. q. 2. et alij.*

37 An verò Vassallus possit subinfeudare, seu feudum cedere Ecclesiæ absque consensu Domini? Resp. quod aut subinfeudatio expresse fit Ecclesiæ in perpetuum, & tunc non valet; aut fit simpliciter, & tunc valet, sed resoluto iure ipsius Vassalli feudum reuertitur ad Dominum, *latè Genuens. in d. tract. de Eccles. q. 17.*

38 Obserua tamen, quod obtinens feudum ab Ecclesia, non potest illud alteri cedere inconsulto Romano Pontifice. *propter extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* vbi in specie infeudatio prohibetur; quamuis enim secundùm communem conclusionem consuetudines feudo-

39 rum ligent etiam Ecclesias, & ecclesiasticas personas, id tamen intelligendum est, nisi contrarium sit expressum in iure canonico. *vt tradunt omnes in cap. 1. de His, qui feud. dar. poss. Bald. in cap. 1. §. præterea, de Capit. Corrad. Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 26. num. 8. Genuens. in tract.*

40 *de Eccles. q. 23. num. 1. et seq.* vbi etiam dicit, quod Ecclesia Vassalla, quæ tenet feudum à laico potest subinfeudare sine consensu Domini directi, quemadmodum potest fieri in feudo sæculari de iure communi; quod tamen intelligendum est, dummodò accedat assensus Summi Pontificis, cum in hoc etiam casu obstet dispositio. *d. extrauag. Ambitiosæ*: tum quia in ea in specie prohibetur infeudatio, tum etiam quia prohibetur omnis alienatio, per quam dominium transfertur, immò etiam locatio vltra triennium; constat autem, quod per subinfeudationem transfertur vtile dominium, *ut d. idem Genuens. d. q. 23. num. 1.*

41 Obserua 2. quod feudum legari non potest Ecclesiæ, cum non possit alienari. *cap. 1. §. donare. Qualit. olim poter. feud. alien. cap. 1. de success. feud. cap. 1. de Probib. feud. alienat. per Frider.*

42 debetur tamen in tali casu æstimatio, tum quia nullum inde ipsi Domino feudi, neque Agnatis præiudicium irrogatur, & voluntas defuncti eo modo, quo fieri potest, suum effectum sortitur: tum etiam quia, quod res feudalis alienari non possit, non procedit ex natura ipsius rei, sed ex pacto, & prouidentia ipsius Domini concedentis; & ideò de se est alienabilis; quemadmodum debetur etiam æstimatio, si legetur res dotalis, vel fideicommisso subiecta, aut minoris, vel Ecclesiæ, licèt huiusmodi res alienari non possint. *latè Mantic. de Coniect. ultim. uol. lib. 9. tit. 11. per tot.* vbi etiam dicit, quod etsi æstimatio debeatur, hæres tamen ad fructus ipsius rei nullo modo debet condemnari, neque etiam ad vsuras, nisi post litem contestatam. *Genuens. in d. tract. de Eccles. q. 21. per tot.*

43 Notandum 7. quod quando agitur de Regalibus, quale est merum, & mixtum imperium. *cap. un. Quæ sint Regal.* non conceditur feudatario manutentio, etiamsi esset in possessione, nisi constet de titulo habito à Principe, quia Regalia sine expressa Principis concessione haberi non possunt. *l. quicunque, & ibi Luc. de Penn. col. 2. circa med. vers. fortiùs &c. C. de fund. Limitroph. lib. 11. Roland. cons. 89. num. 21. lib. 2.* vbi dicit, quod regula illa, videlicet quod non cogitur quis ostendere titulum suæ possessionis, fallit in feudalibus, si Dominus hoc requirit, & requisi-

tus

tus non neget se Vassallum. *Afflict. decis.* 122. *num.* 2. *& seq. Vrsill. ad eumdem dec.* 267. *num.* 3. *Bellemer. dec.* 433. vbi dicit, quod in his, quæ non possunt haberi nisi ex concessione Principis, non sufficit possessio. *Caput aq. dec.* 304. *num.* 2. *par.* 3. vbi, quod in iurisdictionalibus possessio sine titulo nihil operatur. *Acbill. decis.* 5. *de Restit. spol. Card. Seraphin. dec.* 1047. *num.* 9. *&* 10. *Peregr. de Iur. Fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 20. vbi dicit, quod is, qui regalia possidet, de titulo suæ possessionis docere cogitur, alioquin ad Fisci Regij instantiam, & eius procuratoris fiscalis priuari poterit. *Couar. pract. quæst. cap.* 17. *nu.* 6. *vers. primum vbi de iuribus &c. Menoch. de retinen. poss. remed. vlt. num.* 24. vbi subdit, quod ad hunc effectum sufficit titulus præsumptus, qui robur addat ipsi possessioni.

SVMMARIVM.

44 *In iure non est permissa concessio emphiteusis Ecclesiæ vltra tres personas, idest recipientis, filiorum, & nepotum: declaratur nu. 48. limitatur nu. 49. & seq.*

45 *Quando agitur de emphiteusi ecclesiastica, hæredum appellatione veniunt solum hæredes sanguinis, & descendentes: limitatur num. 49. & seq.*

46 *Emphiteusis ecclesiastica non transit in fiscum, & num. 52.*

47 *Emphiteusis Ecclesiæ non venit in generali institutione bonorum.*

48 *Quid si Emphiteusis ecclesiastica ex præscriptione acquisita sit.*

49 *Emphiteusis ecclesiastica accedente beneplacito Apostolico potest in perpetuum concedi, & liberè alienari.*

50 *Quando in emphiteusi concessa ad tertiam generationem comprehendantur pronepotes.*

51 *An, & quando emphiteusis Ecclesiæ ad hæredes extraneos transeat, & nu. 52. cum seq.*

52 *Per clausulam, & quibus dederit, censetur solum data facultas alienandi primo acquirenti.*

53 *Quando pensio est magna, & fructibus correspondet, emphiteusis Ecclesiæ transit ad hæredes extraneos, & num. 54.*
Quando pensio dicatur magna, ibidem.

54 *Quando contractus dicatur censualis, & quando emphiteoticus.*

55 *In emphiteusi Ecclesiæ attenditur loci consuetudo.*

56 *Emphiteusis Ecclesiæ, quæ semel iure hæreditario cœpit esse apud hæredem extraneum, transit etiam ad alios extraneos, ad quos transit hæreditas.*

57 *Quid si res sterilis Ecclesiæ in emphiteusim concessa fuerit ei, qui illam fertilem fecit.*

58 *Quæ dicatur res sterilis.*

59 *Quando Ecclesia, etiam pro se retinere volens, teneatur renouare.*

60 *Quando petens renouationem debeat esse hæres vltimo loco inuestiti, & quando sufficiat, quod sit proximior.*

61 *In bonis emphiteoticis attenditur proximitas vltimi successoris, non autem primi acquirentis.*

62 *Prælatus non tenetur renouare, nisi cum eisdem conditionibus, quæ ab extraneo offeruntur.*

63 *Emphiteusis priuati, & Ecclesiæ, quando transeat ad fœminas.*

64 *Quando fœminæ ad feudum, vel Emphiteusim admittantur simul cum masculis, & quando ordine successiuo.*

65 *An in emphiteusi concessa pro se, filijs, & nepotibus comprehendantur filiæ, & n. 71.*

66 *An in contractibus masculinum concipiat fœmininum.*

67 *Emphiteusis simpliciter accepta, nulla facta mentione filiorum, vel descendentium, intelligitur pro masculis tantùm: limitatur nu. 71.*

68 *In testamentis ea verba, si sine filijs decesserit, intelliguntur de masculis, non autem de fœminis, stante statuto fœminarum exclusiuo: limitatur num. 71.*

69 *Verbum, descendens, restringitur ad masculos tantùm, stante dicto statuto exclusiuo fœminarum: limitatur num. 71.*

70 *An in Emphiteusi recepta pro se, & filijs, comprehendantur nepotes.*

71 *Quando fœminæ admittantur ad emphiteusim simpliciter receptam, vel pro se, & filijs.*

72 *Emphiteusis priuati in dubio præsumitur perpetua.*

73 *An emphiteusis præsumatur perpetua, quando quis vti emphiteuta spatio 30. annorum canonem soluit.*

74 *Præscriptio eam naturam sequitur, quam res ipsa generaliter, & propriè habet.*

75 *Quando emphiteusis priuati transeat etiam ad extraneos.*

76 *Quid si talis emphiteusis deinde perueniat in personam, seu locum priuilegiatum, vt est Ecclesia.*

77 *Emphiteusis semel facta transmissibilis ad hæredes extraneos semper durat talis.*

Quæstio II.

An, & quando bona Ecclesiæ concedi possint in emphiteusim perpetuam, & quando hæc in extraneos transeat.

44 IN iure non est permissa concessio emphiteusis Ecclesiæ vltra tres personas, idest recipientis, filiorum, & nepotum. §. *emphiteusim. Auth. de non alien. reb. Eccles. Bald. cons.* 375. *num.* 5. *lib.* 4. *Ruin. cons.* 160. *nu.* 1. *lib.* 1. *Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. *Comitol. decis.* 96. *num.* 32. *Rot. decis.* 354. *nu.* 9. *&* 10. *par.* 5. *tom.* 1. *Recent.*
45 vnde non transit in extraneos hæredes, etiamsi concessa fuerit pro hæredibus, & successoribus, vel pro hæredibus in perpetuum ipsius contrahentis cum Ecclesia: quia quando agitur de emphiteusi ecclesiastica, hæredum appellatione veniunt solum hæredes sanguinis, & descendentes, & sic emphiteusis dicitur ex pacto, & prouidentia. §. *alienationis. Auth. de non alienan. Rolan. cons.* 96. *num.* 6. *& seq. & num.* 18. *cum seq. lib.* 1. *Io. Mar. Riminal. cons.* 437. *num.* 4. *&* 5. *Ruin. d. cons.* 160. *num.* 9. 10. *et* 15. *lib.* 1. *Rot. decis.* 381. *nu.* 2. 4. *et seq. et decis.* 60. *nu.* 11. *par.* 5. *tom.* 1. *Recent. Merlin. decis.* 583. *num.* 2. 3. *et* 16.
46 *Surd. dec.* 254. *num.* 22. vbi, quod talis emphiteusis non transit in fiscum, *et decis.* 11. *num.* 8. vbi,

47 vbi, quod emphiteusis Ecclesiæ non potest venire in generali institutione bonorum. *Genuens. in tract. de Eccles. q.88. num.4. Honded. cons.92. nu.19. & seq. lib.1. Gratian. discept. for. cap.351. num.17. Couar. var. lib.2. cap. 17. num.6. Card. Mantic. de Tacit. lib.22. tit. 19. Card. Seraphin. decis.868. num.2.*

48 Hoc tamen procedit in dubio, quando simpliciter conceditur emphiteusis Ecclesiæ: præsumitur enim Ecclesia inuestiens se conformasse cum dispositione iuris communis. *Rot. d. decis. 314. num. 10. par.5. tom. 1. Recent. Couar. var. lib.2. cap.17. num.6.* vbi etiam dicit, quod emphiteusis ecclesiastica ex præscriptione acquisita, si de eius origine non constat, eamdem conditionem, & qualitatem habet, vt nec ad hæredes extraneos transeat, nec perpetua sit.

49 Vnde limitatur 1. quando ex inuestitura constaret, emphiteusim esse perpetuam: potest enim emphiteusis ecclesiastica accedente beneplacito Apostolico, seu solemnitate à iure requisita, in perpetuum concedi, cum eadem res possit etiam liberè alienari. *§. licentiam. Auth. de Alienat. & Emphiteus. Rot. d. decis. 314. num. 11. & 12. & decis.381. numer.13. par.5. tom.1. Recent. Card. Mantic. de Tacit. lib.22. tit.19. num.33.* & sic potest concedi filijs, nepotibus, & omnibus descendentibus in infinitum. *vt obseruat etiam Roland. cons.96. num.18. & seq. lib.1.* quinimmo etiamsi

50 concedatur ad tertiam generationem, diligenter consideranda sunt verba inuestituræ: nam si in ea posita sint aliqua verba, ex quibus appareat, esse distinctam personam acquirentis ab alijs descendentibus, puta si emphiteusis concessa fuerit vsque ad tertiam generationem expletam, vel vsque ad tertiam ipsius acquirentis generationem, tunc comprehenderentur etiam pronepotes; nisi fortè præcederet expressa determinatio personarum, puta si concessa fuit pro se, filijs, & nepotibus, & postea addita fuerint verba, vsque in tertiam ipsius generationem: hoc enim casu hæc verba, nè contrarientur antecedentibus, debent similiter exponi pro recipiente, eiusque filijs, & nepotibus. *Rota in Foro sempronien. seu Eugubina, seu nullius, emphiteusis 16. Iunij 1636. coram Coccino, & in Romana Casalis veteris 6. Iunij 1655. coram Albergato, quas refert Paulus Rubeus in annot. ad decis. 199. num.108. & seq. par.8. Recent. & nos latius diximus in tract. de Regim. Eccles. lib. 1. cap.6. num.8. & seq.*

51 Idemque dicendum est, si eo pacto emphiteusis Ecclesiæ tradita sit, vt etiam ad hæredes extraneos transeat; sicut enim interueniente debita solemnitate totalis rei ecclesiasticæ alienatio permittitur, ità etiam potest Ecclesia pacisci, vt in tali emphiteusi extranei etiam succedant. *Afflict. dec.100. & ibi Vrsill. Ruin. cons. 161. nu.34. lib.1. Ricc. in Prax. par.1. res.130.*

Item transit ad hæredes extraneos, quando emphiteusis concessa fuit pro se, & hæredibus quibuscunque. *Afflict. decis.38. num.5. & Vrsill. ibid. num.1. Menoch. lib.4. præsumpt.197. nu.13.* vbi dicit, quod in hoc casu talis emphiteusis etiam in fideicommisso continetur; idem procedit si in concessione adessent clausulæ, *& quibus dederit, vel ad habendum &c.* quarum singulæ adeò afficiunt substantiam emphiteusis, vt illam ex pacto, & prouidentia, transfundant in emphiteusim hæreditariam. *Rot. decis.381. nu.5. par.5. to.1. Recent. Beltramin. ad Greg. decis.529. n.22.*

52 subdens, quod per clausulam, *& quibus dederit*, censetur solum data facultas alienandi primo acquirenti. *Card. Seraphin. dec. 559. nu.18.* vbi, quod clausula, *pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunque*, capit etiam singulares successores; nisi in inuestitura tacitè, vel expresè prohibeatur alienatio: ex hac enim prohibitione, & pacto eliditur, vel saltem ità temperatur virtus dictarum clausularum, vt tribuant quidem facultatem disponendi, sed inter personas in eadem inuestitura comprehensas, magisque attendi debet, & plus influit in emphiteusim prohibitio alienandi, quàm dictæ clausulæ, quæ vt plurimum ex stylo Notariorum apponuntur. *Merlin. decis.583. numer. 7. & seq. vbi citat Dec. cons.171. nu.3. vers. quartò, & vltimò &c. Curt. iun. cons.130. num.6. Bero. cons. 66. nu.13. & 14. lib.1. Gabr. cons.91. nu. 12. & 13. lib.1. Menoch. cons.61. num.29. & cons.930. num.47. Rot. in Romana domus, & hospitij 7. Iunij 1592. coram Card. Blanchetto, & in Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coram Card. Pamphilio, & in Romana domus 9. Martij 1609. coram Patriarcha Manzanedo, vide quæ diximus quæst. præcedenti n.10. & seq.*

An verò emphiteusis ecclesiastica transeat in fiscum, quando vel ex pacto, vel consuetudine, aut ex Summi Pontificis constitutione transire potest in extraneos? Resp. negatiuè, quia in tali casu Ecclesia priuaretur spe caducitatis, ac solitis laudemijs, cum fiscus nunquam moriatur. *Bart. communiter receptus in l. si finita. §. de vectigalibus. num. 6. ff. de Damn. inf. Farinac. in Pr. crim. q.25. num.55. & seq.*

53 Limitatur 2. quando pensio est magna, & coæqualis fructibus: quia tunc præsumitur contractus locationis, quæ transit ad quemlibet hæredem etiam extraneum. *vt d. Bald. in cap. litteræ tuæ num.2. de dilat. Vinc. de Franc. dec.235. Roland. cons.96. num.27. lib.1. Cephal. cons.9. n.12. Beltramin. ad Greg. decis.529. nu.21. Surd. dec. 198. nu.3.* vbi obseruat, quod dicitur pensio magna, etiam quando est solum mediocris, ita vt non possit dici parua. *ex trad. per Thesaur. dec. 20. num. 8. vbi alios refert. vide Ruin. cons. 160. nu.9. & seq. lib.1.* vbi dicit, quod quando transfertur omne ius, vel locatur res Ecclesiæ pro

54 successoribus in perpetuum, contractus dicitur censualis, non emphiteoticus; hoc tamen procedit in dubio, an contractus sit emphiteusis, vel locatio; secus si constaret, contractum esse emphiteoticum: tunc enim, etiamsi magna soluatur pensio, retinet suam naturam, cui non repugnat, quod pensio sit magna. *Surd. d. decis.198. num.20. & seq. quem nos sequuti sumus in tract. de Tempor. legal. lib.2. cap.55. num.50.*

55 Limitatur 3. quando in contrarium adesset loci consuetudo. *Rot. dec.381. num.4. in fin. par.5. tom.1. Recent.* in hoc tamen casu debet probari, talem fuisse consuetudinem tempore, quo fuit celebratus contractus. *Mantic. de Tacit. d. lib. 22. tit.19. num.33.* vbi etiam dicit, quod si Prælatus in aliquo vellet ab illa consuetudine recedere,

dere, veluti pro minore pensione, vel in vlterio-
rem generationem, quàm fieri consueuit, non
possET eius limites transilire sine solemnitate ca-
nonica; idemque dicendum, si teneatur reinue-
stire vnum, & reinuestiat plures. *Clar. in §. em-
phiteusis. q. 6. vers. scias tamen &c. & q. 28. vers.
aut verò &c. Rot. decis. 107. num. 12. & 13. par. 4.
tom. 2. Recent.*
56 Limitatur 4. quando emphiteusis Ecclesiæ se-
mel transiuit ad extraneos hæredes. *Ruin. cons.
161. num. 33. & 34. lib. 1.* vbi dicit, quod emphi-
teusis Ecclesiæ, quæ semel iure hæreditario cæpit
esse apud hæredem extraneum, transit etiam ad
alios extraneos, ad quos transit hęreditas. *Card.
Mantic. d. lib. 22. tit. 19. nu. 35. Rot. d. decis. 381.
nu. 12. par. 5. tom. 1. Recent.*
57 Limitatur 6. quando res sterilis in emphiteu-
sim datur ei, qui illam fertilem fecit; tunc enim
non solum potest in perpetuum concedi. *iuxta
textum in cap. ad aures. vbi gloss. in ver. hæredi-
tario. & ibidem DD. de Reb. Eccles. non alienan.
Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. resol. 130. vers.
Terræ Ecclesiæ inculta &c.* sed etiam ad extra-
neos hæredes transit. *latè Mantic. de Tacit. d. lib.
22. tit. 19. nu. 30. & tit. 24. nu. 16. & seq.* dicitur
58 autem res sterilis, non tantùm si sit omninò ste-
rilis, sed etiam si aliquam modicam afferat vtili-
tatem. *Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. res. 130.
Rot. decis. 211. num. 13. par. 8. Recent.* vbi addit,
59 quod in tali casu Ecclesia, etiam pro se retinere
volens, tenetur renouare.
60 Obserua tamen, quod quando emphiteusis est
hæreditaria, puta si recepta sit pro se, filijs, &
hæredibus, petens renouationem, debet esse hæ-
res vltimo loco inuestiti; secus quando non est
hæreditaria, puta si non sit concessa hæredibus,
sed consanguineis, vel filijs, & nepotibus: tunc
enim sufficit, quod sit proximior. *Ruin. cons. 12.
num. 20. & 21. & cons. 151. num. 16. & 21. lib. 1.
Rip. in l. 1. nu. 8. ff. de Priuil. Credit. Gabr. de
Iur. emphit. conclus. 1. n. 19. Rot. in recent. decis.
704. & dec. 741. num. 12. par. 4. tom. 3.* vbi, quod
61 in bonis emphiteoticis attenditur proximitas
vltimi successoris, non autem primi acquirentis.
& decis. 501. nu. 19. par. 5. tom. 2. Card. Seraphin.
62 *decis. 610. nu. 10. & 11.* vbi, quod Prælatus non
tenetur renouare, nisi cum eisdem conditioni-
bus, quæ ab extraneo offeruntur. *vide quæ scri-
psimus in tract. de Regim. Eccles. lib. 1. cap. 6. nu.
4. & seq.*
63 Obserua 2. quod emphiteusis tam priuati,
quàm Ecclesiæ transit etiam ad fœminas, quando
verba ipsius concessionis apta sunt comprehen-
dere tam filios, quàm filias, puta si emphiteusis
concessa sit pro se, & hæredibus, vel pro se, & de-
scendentibus. *Clar. in §. emphiteusis. q. 32. Ricc.
in Prax. for. Eccles. par. 1. res. 130. vers. emphi-
teusis Ecclesiæ &c. Ruin. cons. 24. n. 9. & cons. 160.
num. 12. lib. 1. & alij apud Magon. dec. Lucen. 7.
num. 4. & seq. Surd. decis. 95. nu. 14. Cephal. cons.
11. num. 2. & 14. quibus adde Alex. cons. 9. nu. 1.
64 lib. 5.* vbi dicit, quod si quis recepit feudum,
vel emphiteusim pro se, & hæredibus suis mascu-
lis, & fœminis, non censentur fœminæ vocatæ
simul, sed ordine successiuo, iuxta naturam feu-
di, vel statuti municipalis postponentis fœminas
in successione intestati; sed si statutum loci ità
non disponat, tunc in receptione in emphiteusim
dicta verba non intelliguntur ordine successiuo,
sed pariter vocarentur mares, & fœminæ, sicut
de iure communi pariter succedunt. *l. maximum
vitium. C. de liber. præter. l. lege XII. tabularum.
C. de legitim. hæred.*
65 Si verò emphiteusis concessa sit pro se, & filijs,
& nepotibus, eo casu non comprehenduntur filię,
siue agatur de emphiteusi Ecclesiæ, siue de em-
phiteusi priuati, quia in contractibus masculinum
66 non concipit fœmininum, *secundùm veriorem,
et communiorem sententiam, quam sequuntur Co-
uar. lib. 2. var. cap. 18. num. 1. circa med. Rimin.
cons. 121. nu. 4. lib. 1. Marsil. sing. 191. Valasc. de
Iur. emphit. q. 41. num. 3. et alij apud Mantic. de
Tacit. lib. 22. tit. 14. n. 5. Card. Seraphin. dec. 604.
num. 2. Magon. dec. Lucen. 7. num. 14. et seq.* vbi
67 etiam dicit, quod emphiteusis simpliciter acce-
pta, nulla facta mentione filiorum, vel descen-
dentium, intelligitur pro masculis tantùm, non
pro fœminis, præsertim si in loco adesset statu-
68 tum exclusiuum fœminarum; immò etiam in te-
stamentis ea verba, si sine filijs decesserit, intelli-
guntur de masculis, non autem de fœminis, stan-
te statuto fœminarum exclusiuo. *Clar. in §. em-
phiteusis. q. 32.* vbi, quod concurrente dicto sta-
69 tuto exclusiuo fœminarum, verbum, *descendens*,
aliàs commune, & generale, restringitur ad ma-
sculos tantùm, quia præsumitur, testatorem, seu
contrahentem voluisse se conformare cum dispo-
sitione statuti. *latè Paulus Rubeus in annot. ad
decis. 199. num. 74. et seq. par. 8. Recent.* vbi subij-
70 cit, quod si quis recipiat rem in emphiteusim
pro se, & filijs, non comprehenduntur nepotes,
quia secundùm propriam, & strictam significa-
tionem appellatione filiorum non veniunt nepo-
tes. *l. filium eum definimus. ff. de his, qui sunt
sui, vel alien. iur.*
71 Excipiuntur tamen plerique casus, in quibus
fœminæ etiam admittuntur ad emphiteusim re-
ceptam simpliciter, vel pro se, & filijs; primus
est, quando fœminæ cum masculis ex statuto ad
successionem admittuntur. 2. quando in inuesti-
tura contrahentes vsi essent terminis, seu verbis
vtrique sexui communibus, quale est verbum, li-
berorum, hæredum, & etiam verbum, descen-
dentium, saltem quando in loco non adesset sta-
tutum fœminarum exclusiuum. 3. quando data
est facultas recipienti, in casu obitus sine filijs,
nominandi personam extraneam. 4. quando con-
cessio facta fuit ob benemerita. 5. si is, cui facta
fuit concessio, eo tempore vnicam tantum habe-
bat filiam, & erat eius ætatis, in qua verisimiliter
filios generare non poterat. 6. quando emphi-
teusis concessa fuit fœminæ pro se, & filij, ne vi-
deatur recipiens proprium sexum aborruisse.
*Rot. decis. 125. par. 2. Diuer. Marescott. var. lib.
1. cap. 2. Gabr. lib. 6. tit. de Verbor. signif. conclus.
6. n. 45. et 96. Benintend. dec. 52. Vinc. de Franch.
decis. 30. Magon. decis. Lucen. 7. num. 25. et 27.*
subdens, quod verbum filij, etiam in vltima vo-
luntate prolatum à fœmina intelligitur tam de
filio, quàm de filia.
72 Obserua 3. quod emphiteusis priuati in dubio
præsumitur perpetua. *Ruin. consil. 160. num. 1.
73 lib. 1.* vbi dicit, quod talis præsumitur, quan-
do quis vti emphiteuta spatio 30. annorum cano-

74 nem soluit: quia præscriptio eam naturam sequitur, quam res ipsa generaliter, & propriè ha-
75 bet: vnde talis emphiteusis regulariter transit etiam ad extraneos. *Clar. in §. emphiteusis. q.28.*
76 *Merlin. decis.872. num.1. & seq.* vbi etiam dicit, quod hæc qualitas semper attendenda est, quamuis dominium directum perueniat in personam, seu locum priuilegiatum, vt est Ecclesia: quia
77 emphiteusis semel facta transmissibilis ad hæredes extraneos, semper durat talis. *vt supra diximus n.31.*

SVMMARIVM.

78 *Emphiteusis non potest alienari in personam potentem, etiam in casibus, in quibus licita est alienatio irrequisito Domino.*

Prohibitio hominis, si concurrat cum prohibitione legis, operatur suum effectum etiam in casu licito, & à iure permissio. ibid.

79 *Dominus directus in emphiteusi perpetua ad quoscunque hæredes transitoria prohibere non potest, nè bona perueniant ad Ecclesiam.*

Ecclesia non dicitur potentior, nisi quando haberet potestatem in Dominum directum. ibid.

80 *Ecclesia non dicitur persona prohibita, quando vult emphiteusim retinere per annum, & postea illam dimittere, seu vendere.*

Quæstio III.

An Dominus directus in emphiteusi perpetua ad quoscunque hæredes transitoria possit prohibere, nè bona perueniant ad Ecclesiam.

78 ALij affirmant, ea ducti ratione, quia huiusmodi prohibitio conuenit naturæ emphiteusis, quæ in casu, in quo licita est alienatio irrequisito Domino, vt in donatione, non permittit fieri alienationem in personam prohibitam, & potentem, sicut censetur Ecclesia, quæ nunquam moritur. *latè Marescott. var. lib.3. cap.3. Rota coram Greg. XV. decis.520. vbi Beltramin. & dec. 529. num.1. & seq.* vbi etiam, quod consuetudo concedens Ecclesiæ facultatem retinendi per annum, & vendendo subrogandi alium emphiteutam non potentem, locum non habet in hoc casu propter vim pacti, quod resistit potestati relinquendi Ecclesiæ: quia vbi concurrit prohibitio hominis cum prohibitione legis, operatur suum effectum etiam in casu licito, & à iure permisso. *iuxta textum in §. sanctissimas. de Alien. & emphit.*

79 Alij verò negant, tum quia Ecclesia non est incapax emphiteusis laicalis, quando illa est perpetua, & transitoria ad quoscunque hæredes. *vt tenuit Rot. in Romana, seu Viterbien. cessionis bonorum 17. Maij 1619. coram Buratto, in impress. decis. 394. num.5. vbi aliæ decisiones referuntur;* tum etiam quia Ecclesia non censetur potentior, nisi quando haberet potestatem in Dominum directum. *Roman. cons. 518. num.5. Gomes ad reg. Cancell. de subrog. collitigan. q.1.* nec dicitur per-
80 sona prohibita, nisi quia est manus mortua, & sic quando excluditur spes deuolutionis, & laudemij, propter quam Ecclesia ex æquitate cogitur vendere. *Rota in Ferrarien. bonorum 9. Decembris 1611. coram Coccino, & in alia Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1618. coram Remboldo.* vnde quando Ecclesia dimittit penes alium, in quo cessant prædicta præiudicia, cessare etiam debet prohibitio hominis, quæ recipere debet interpretationem, nè emphiteusis ad Ecclesiam perueniat ad effectum retinendi, non autem ad effectum dimittendi, vel vendendi, & ità fuit iudicatum in magna Curia Siciliæ *teste Mastrill. decis.128. n.18. in fin. & hanc opinionem æquiorem esse dicit Ferentill. ad Buratt. decis. 477. num.9.* vbi etiam contrarijs respondet.

SVMMARIVM.

81 *Ecclesia finita emphiteusi, vel feudo absque culpa emphiteutæ, tenetur reficere melioramenta hæredibus emphiteutæ, seu Vassalli: limitatur num.82. & seq.*

82 *Quid si in concessione fuerit conuentum, quod res redeat in tali casu ad Ecclesiam cum melioramentis.*

83 *Et quid si in inuestitura conuentum fuerit, quod emphiteuta, seu Vassallus rem meliorem faciat.*

84 *Ecclesia an & quando teneatur reficere melioramenta, si emphiteusis, vel feudum finitur culpa inuestiti, & num.86. cum seq.*

Quando cesset æquitas inuestiendi proximiores agnatos. ibidem.

85 *An emphiteuta possit bona Ecclesiæ meliorata retinere, donec sibi reficiantur melioramenta.*

86 *Qui cadit à locatione ex culpa sua, meliorationes non amittit.*

87 *Ex quantitate pensionis colligitur, an contractus sit emphiteusis, vel locatio.*

88 *Clericus, qui rem incultam Ecclesiæ reduxit ad culturam, potest huiusmodi meliorationibus frui, quandiù viuit, etiamsi beneficio priuetur.*

89 *An, & quando Clericus, qui rem Ecclesiæ meliorem fecit, vel eius hæres possit repetere huiusmodi meliorationes.*

Quæstio IV.

An Ecclesia finita emphiteusi, vel feudo, teneatur reficere melioramenta.

81 IN hoc puncto Doctores distinguunt: aut enim emphiteusis, vel feudum finitur absque culpa emphiteutæ, puta ob cursum temporis, vel ob generationem finitam, & tunc Ecclesia, si vult pro se retinere, tenetur reficere melioramenta hæredibus emphiteutæ etiam extraneis. *l.2. & 3. C. de Iur. emph. cap.1. §. si Vassallus, in tit. Hic finitur lex &c.* vbi, quod est in electione Domini directi, finita emphiteusi, vel feudo, æstimationem melioramentorum soluere, vel pati, quod ædificium auferatur. *Bald. in d. §. si Vassallus. & in l. Senatus. ff. de leg. 1. Clar. in §. emphiteusis q.45. & in §. feudum. qu.78.* vbi dicit, quod tunc inspici debet valor ipsorum melioramentorum, non autem ædificij diruti. *Dec. in l. qui rem. numer.14. Cod. de Sacros. Eccles.*

Rot.

Rot. coram Penia decis. 675. Gratian. discept. for. cap. 934. num. 7. & seq.

82 Limita, stante pacto, quod finita emphiteusi etiam absque culpa emphiteutæ, res perueniat ad Ecclesiam cum melioramentis: huiusmodi enim pactum validum esse, tenet *Valasc. de Iur. emphit. q. 25. nu. 18. Card. Seraphin. decis. 1496. Genuens. in tract. de Eccles. q. 70.*

83 Limita 2. quando in inuestitura appositum est pactum, quod emphiteuta rem meliorem faciat, quia hoc pactum debet operari, vt Dominus lucretur melioramenta. *secundum Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 21. num. 18. Genuens. d. q. 70.* contrariam tamen sententiam in hoc puto veriorem, & æquiorem, quia de natura contractus emphiteotici est, vt detur ad meliorandum: & ideò exprimendo illud, quod inerat, non impeditur repetitio melioramentorum, præsertim si melioramenta sint magni valoris, & notabilia. *Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 3. num. 10. C. de rescind. vendit. Gratian. d. cap. 934. nu. 10. & seq.*

84 Aut emphiteusis, vel feudum finitur culpa inuestiti, & tunc Dominus melioramenta reficere non tenetur. *l. 2. C. de iur. emphit.* quod procedit, quando culpa emphiteutæ cedit in aliquod damnum directi Domini, vt si emphiteuta, vel Vassallus cessauerit in solutione pensionis, vel negauerit dominium Ecclesiæ, vel possessionem Domini interuertere tentauerit. *vt tradunt communiter DD.* quo casu cessat etiam æquitas inuestiendi proximiores agnatos. *vt d. Pen. d. decis. 675.* secus esset, quando culpa non cederet in damnum Ecclesiæ, vt si res Ecclesiæ non solita alienari, concedatur in emphiteusim absque beneplacito Sedis Apostolicæ: tunc enim resoluto contractu, emphiteuta non amittit melioramenta, quia ex omissione huiusmodi solemnitatis Ecclesia nullum patitur præiudicium; si enim vult stare contractui, potest, cum talis solemnitas inducta fuerit in eius fauorem. *Card. Seraphin. dec. 546. Pen. d. dec. 675.* vbi subijcit, quod si Ecclesia aliquem indebitè inuestiuit, potest denuò illum inuestire, qui de iure erat inuestiendus. *Genuens. in d. tract. de Eccles. q. 71.* vbi etiam ob-
85 seruat, quod emphiteuta potest in tali casu bona Ecclesiæ meliorata retinere, donec sibi reficiantur melioramenta, nam principaliter incumbit possessioni rei suæ, licèt in consequentiam impediatur reuersio fundi ad Ecclesiam. *arg. l. si quis nec causam, cum ibi not. per DD. ff. de reb. cred.*

86 Limita hanc vltimam conclusionem in contractu locationis: qui enim cadit à locatione ex culpa sua, meliorationes non amittit. *l. colonus. & ibi Bart. ff. locat.* ratio est, quia in emphiteusi regulariter soluitur quid modicum; colonus verò soluit pensionem æquiualentem fructibus. *Card. Seraphin. & Genuens. locis cit.* vbi, quod
87 ex quantitate pensionis colligitur, an sit locatio, etiamsi contractus nominetur emphiteusis. *vide Natt. cons. 49. Clar. in §. emphiteusis. q. 1.*

88 Limita 2. in Clerico, qui rem incultam Ecclesiæ reduxit ad culturam: potest enim huiusmodi meliorationibus frui, quandiù viuit, etiamsi ob delictum beneficio priuetur. *cap. fin. vbi In-*
89 *noc. & Abb. de Pecul. cleric.* sed post eius mortem cedunt Ecclesiæ. *vt not. idem Abb. loc. cit.* quod intelligendum est, quando Clericus ex fructibus beneficij rem meliorem reddidit; secus si ex pecunijs proprij patrimonij: hoc enim casu ipse, vel eius hæres huiusmodi meliorationes posset repetere. *vt subdit Abb. ibid. num. 2.*

SVMMARIVM.

90 *Si Prælatus seruitium non præstiterit, Ecclesia priuatur feudo, sed eo mortuo feudum ad Ecclesiam reuertitur: limitatur num. 95. & seq.*

91 *Prælatus non potest, nisi in sui damnum, Ecclesiæ præiudicare.*

92 *Tutor non potest præiudicare pupillo.*

93 *An ex culpa mariti non præstantis seruitium, amittatur feudum in dotem datum, & num. seq.*

94 *Vxor naturaliter manet Domina rei dotalis.*

95 *Quando succurratur Ecclesiæ per beneficium restitutionis, & num. 100.*

96 *Quid si Prælatus culpam commiserit in Vassallum, propter quam, si esset laicus, amitteret proprietatem feudi.*

97 *Et quid si tempore delicti non erat Prælatus, sed postea capit esse.*

98 *Dolus commissus ante mandatum, Domino nocere non debet.*

99 *An, & quando Ecclesia priuetur emphiteusi, si eius Rector canonem non soluerit Domino directi, & num. seq.*

100 *In Ecclesiæ electione est, an velit agere contra Prælatum, an verò rem vindicare à tertio.*

101 *Ecclesia potest vti iure minoris.*

102 *Ecclesia, quæ recepit emphiteusim ab alia Ecclesia, cadit à iure suo, si canonem per biennium non soluerit.*

Quæstio V.

An Ecclesia priuetur feudo, si Prælatus seruitium non præstiterit.

90 RESp. quod Ecclesia priuatur quidem feudo ob culpam Prælati, sed eo mortuo reuertitur feudum ad Ecclesiam, & successorem. *cap. 1. §. fin. vbi glos. Bald. & alij, de Capit. Corrad. Luc. de Penna in l. 2. circa med. C. de fund. patrim. lib. 11. Genuens. in tract. de Eccles. q. 37. num. 1. & seq.* ratio est, tum quia alioquin aperiretur via fraudibus, tum etiam quia Prælatus
91 non est Dominus, sed administrator, & ideò non potest, nisi in sui damnum, Ecclesiæ præiudicare. *cap. delictum. de reg. Iur. in 6. l. memine-*
92 *rint. C. Vnde vi.* vbi tutor non potest præiudicare pupillo. *vt aduertit Genuens. loco cit.* sub-
93 dens, quod ex culpa mariti non præstantis seruitium amittitur feudum in dotem datum, quia maritus est Dominus rei dotalis. *l. doce ancillam. C. de rei vendic.* nec mirum videri debet, quia cũ mulier præsumatur sciuisse negligentiam viri. *l. octaui. ff. Vnde Cognat. l. 1. ff. de Rit. nupt.* de-

buit supplere eius negligentiam. *l. si suspecta. vbi Bart. ff. de inoffic. testam.* potest tamen mulier agere contra virum de dolo, vel culpa commissa, *l. in rebus. C. de Iur. dot.* quamuis eidem mulieri imputetur, si vir non sit soluendo. *l. 1. & ibi*
94 *DD. C. Nè fideiuss. dot. dent.* alij tamen in hoc rectiùs sentiunt, delictum mariti diutius non prodesse Domino, quàm ius mariti duret, exemplo Prælati; & ideò feudum vxori esse reddendum dissoluto matrimonio per mortem viri; idémque asserunt, quandocunque vxor constante matrimonio impetrat separationem bonorum ob inopiam mariti, vel eius sæuitiam, nulla habita distinctione, an maritus sit soluendo, nec ne: ratio est, quia vxor naturaliter manet Domina rei dotalis. *vt in d. l. in rebus. & ità sensit Bald. cons. 476. nu. 2. vol. 4. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. num. 32. & alij, quos refert, & sequitur Rosenth. de feud. cap. 10. conclus. 5. num. 6. & seq. & in litt. D.*

95 Limita principalem conclusionem, quando ex tali amissione temporali Ecclesia læderetur, vt si bona erant communia inter Prælatum, & Capitulum, quo casu succurritur Ecclesiæ per beneficium restitutionis, sicut & pupillo, & minori. *glos. in cap. imperialem. §. præterea si quis infeudatus. ver. quatuordecim annis, de Prohib. feud. alienat. Genuens. d. q. 37. num. 3.* vbi etiam obseruat, quod si Prælatus amisso feudo non posset decenter viuere, competeret Ecclesiæ restitutio vsque ad decentem ipsius Prælati substentationem: nam quæ pertinent ad victum Prælati, dicuntur concernere ipsius Ecclesiæ vtilitatem, vel damnum. *cap. cum secundùm. cum ibi not. de Preb.*

96 Limita 2. quando Prælatus, à quo laicus habet feudum vt ab Ecclesia, culpam commiserit in Vassallum, propter quam si esset laicus, amitteret proprietatē feudi. *vt in tit. Qualit. Domin. propriet. feud. priuet. cap. 1. de Vassall. mil. qui contum. est.* hoc enim casu Ecclesia non priuatur proprietate feudi viuente Prælato, cum id non sit iure cautum, nec pœna priuationis imponi debeat, nisi in iure exprimatur. *glos. & DD. in cap. fin. de Iurepatr. Bald. in cap. 1. §. fin. de Capit. Corrad. Genuens. vbi supra q. 38. nu. 1. quamuis alij contrarium asserant.*

97 Limita 3. quando quis tempore delicti non erat Prælatus Ecclesiæ, sed post cæpit esse, quia neque tunc Ecclesia feudo priuanda est, quemadmodum nec dolus commissus ante mandatum,
98 Domino nocere debet. *Bald. vbi supra d. §. fin. in fin. Genuens. d. q. 37. num. 4.*

99 An verò Ecclesia priuetur emphiteusi, si eius Rector non soluit canonem directi Domino? Resp. quod aut emphiteusis concessa fuit simpliciter nullo expresso pacto deuolutionis in casu non soluti canonis, & tunc Ecclesia non priuatur emphiteusi; aut fuit concessa cum hoc pacto, & tunc priuatur: quia cum in hoc non reperiatur expresse priuilegiata, per consequens seruari debet ius commune. *l. 2. & 3. C. de Iur. emph. cap. 1. de alien. feud. Bald. in auth. qui rem. C. de Sacros. Eccles. Spec. de locat. §. nunc aliqua. quæst. 15. num. 25. Genuens. in d. tract. q. 112. num. 1. & q. 114. per tot.*

100 Datur tamen in tali casu Ecclesiæ restitutio, vt canonem soluat, & rem retineat. *Spec. loco cit. num. 26. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 27. num. 69.* & in eius electione est, an velit agere contra Prælatum, an verò rem vendicare à tertio. *secundum glos. notab. in cap. 2. ver. restituimus. in fin. de in integ. restit. cuius opinio comprobatur ex tex. in l. etiam. C. si Tut. vel Curat. interuen.* vbi datur talis electio minori, an velit agere contra Curatorem, vel restitui contra possessorem;
101 etiamsi Curator esset soluendo; Ecclesiam verò posse vti iure minoris, constat *ex cap. 1. de in integr. restit.*

102 Notandum est etiam, quod Ecclesia, quæ emphiteusim recepit ab alia Ecclesia, cadit à iure suo, si canonem per biennium non soluerit: non enim requiritur in tali casu lapsus triennij. *Spec. de locat. §. nunc aliqua. d. q. 15. num. 33.*

SVMMARIVM.

103 *Ciuitas feudum amittit, si propter delictum ex sententia Superioris omninò destruatur: limitatur num. 108.*
104 *Quid si ex alia causa Ciuitas ità destrueretur, vt nulla esset spes nouæ instaurationis.*
105 *An restituatur feudum restituta Ciuitate.*
106 *An feudum Ecclesia concessum à laico destructa eadem Ecclesia ad Dominum reuertatur.*
107 *Restituta Ecclesia, an redeant iura perdita.*
108 *Ciuitas ob delictum Administratoris iure suo non priuatur, nisi quandiù ipse Administrator in officio est.*
109 *Mariti bonis publicatis feudum, & alia bona dotalia statim ad vxorem reuertuntur: declatur, & limitatur num. seq.*
110 *Quid si maritus Dominum feudi vxoris suæ offenderit, & felloniam commiserit.*
111 *Bona fideicommisso subiecta transeunt in fiscum durante delinquentis vita.*
112 *Quando bona huiusmodi liberè in fiscum transeant.*
113 *An feuda, vel bona emphiteotica existentia in territorio Castri, ob non solutum canonem, vel alia de causa deuoluta, spectent ad Principem infeudantem, vel ad feudatarium.*
114 *Feudatarius habet potentius ius, quàm vsufructuarius.*

Quæstio VI.

An & quando Ciuitas, seu Vniuersitas feudum amittat.

103 RESp. quod si Ciuitas, aliaue Vniuersitas propter delictum ex sententia Superioris omninò destruatur, feudum amittit, illudque ad Dominum redit, quia tunc Vniuersitas dicitur mortua. *Afflict. decis. 282. num. 13. Alex. consil. 43. num. 2. lib. 1. & alij, quos refert, & sequitur Rosenth. de feud. cap. 10. conclus. 4. num.*
104 *15. & in glos. litt. P.* idemque dicendum, si ex alia causa, aut aliunde Ciuitas ità destrueretur, vt spes nulla esset nouæ instaurationis; quia tunc etiam feudum, tanquam defuncta Vassalla, Domino aperitur. *Rosen-*
105 *th. loco citato.* vbi etiam obseruat, quod

non

non restituitur feudum etiam restituta Ciuitate, quia esset noua Ciuitas in tali casu.

106 An verò fendum Ecclesiæ, vel monasterio concessum à laico, destructa eadem Ecclesia, vel monasterio ad Dominum reuertatur? Resp. quod aut Ecclesia destructa fuit auctoritate Summi Pontificis, & tunc feudum renertitur ad Dominum, cum in tali casu priuilegium Ecclesiæ euanescat. *cap. 2. de nou. oper. nunciat.* ant Ecclesia, vel monasterium destructum est ab hostibus, vel casu corruit, vel translatum fuit de loco ad locum auctoritate Superioris, & tunc retinet omnia iura, & priuilegia. *cap. pastoralis 7. q. 1. ità Andr. de Isern. & Afflict. in cap. 1. §. fin. de Cap. Corrad. quos refert Genuens. in tract. de Eccles. q. 41.* quamuis contrarium sentiat *idem Genuens. ibid. nu. 2.* vbi dicit, qnod destructa Ecclesia, aut reprobato Collegio, vel Religione, feudum non renertitur ad Dominum, sed remanet sub dispositione Summi Pontificis.

107 Obserua tamen, quod si Ecclesia iam auctoritate Summi Pontificis destructa, postea restitueretur, redirent iura perdita. *l. & Atilicinus. ff. de seruit. rust. præd.*

108 Obserua 2. quod secundùm leges Resp. seu Ciuitas ob delictum Administratoris iure suo non priuatur: nec iure feudorum aliud in specie decisum est, nisi quod Administratore in Dominum delinquente, feudum Ciuitati, aut Reip. tandiù aufertur, quandiù ipse Administrator in Officio est. *Rosenth. de feud. cap. 1. conclus. 15. n. 9. & seq.*

109 Obserua 3. qnod marito delinquente, & bonis eius publicatis, feudum dotale, & alia bona dotalia, statim ad vxorem reuertuntur, etiamsi matrimonium solutum non fuerit. *l. si marito. ff. solut. matrim. auth. bona damnat. C. de bon. proscript.* ratio est, tum quia vxor naturaliter manet Domina rei dotalis. *l. in rebus. vbi DD. C. de Iur. dot.* tum etiam qnia regula iuris est, quod fauore tertij alienare prohibitus, non potest delinquendo eadem perdere. *vt tradunt DD. in l. lex Iulia 4. & seq. ac tot. tit. ff. de fund. dot. & in auth. siue à me. C. Ad Senatusc. Velleian. Peregr. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 82.* vbi subijcit, quod vxor propria auctoritate potest inijcere manus in bona mariti confiscata pro recuperatione suæ dotis, etiamsi bona mariti publicentur ex causa læse maiestatis. *Boss. in tit. de Bonor. public. num. 73. in fin. Clar. lib. 5. §. fin. q. 78. vers. quæro si bona mulieris &c. Rosenth. de feud. cap. 1. conclus. 15. num. 9. & seq. & cap. 10. conclus. 5. n. 11. & seq.*

110 Et hoc quidem certum est in delictis communibus; secus esset in delictis feudalibus, vt si maritus Dominum feudi vxoris suæ offenderit, & feloniam commiserit: tunc enim maritus priuatur feudo, aut eius honoribus, & commoditatibus durante eius vita, eo verò defuncto feudum vxori reddendum est, siue maritus sit soluendo, siue non, vt supra diximus exemplo Prælati Ecclesiæ. *arg. l. Statius florus. §. Cornelio. ff. de Iur.*
111 *fisc.* vbi, bona fideicommisso subiecta, ob delictum transeunt in fiscum durante delinquentis vita. *Bald. cons. 476. vol. 4. Tiraq. de Retract. conuen. §. 3. glos. vn. n. 32. Peregr. de Iur. fisc. lib. 5.*
112 *tit. 1. nu. 69.* iubdens, quod si contingeret, viuente reo decedere fideicommissarium substitutum, bona ipsa iure libero in fiscum cederent. *Rosenth. d. cap. 10. concl. 5. num. 6. & seq.*

113 Quæres, an feuda, vel bona emphiteotica existentia in territorio Castri, si ob non solutum canonem, vel alia de causa deuoluantur, spectent ad Principem infeudantem, vel potius ad feudatarium eiusdem castri? Resp. quod huiusmodi feuda, vel bona deuoluta spectant quidem quoad directum dominium ad Principem infeudantem, & ei acquiruntur: emolumenta tamen ex re deuoluta obuenientia pertinent ad feudatarium. *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua &c. q. 93. n. 116. ver. qui tabernas &c. Oltrad. cons. 240. n. 6. & 7. Tiraq. de Retract. lignag. ad fin. titul. nu. 110. Guid. Pap. decis. 472. & alij apud Honded. cons. 86. n. 21. & seq. lib. 2.* qui licèt
114 loquantur in vsufructuario, idem tamen est in hoc casu, cum feudatarius non solum habeat vsumfructum in feudo. *iuxta tex. in cap. 1. in fin. In quibus caus. feud. amitt.* sed etiam potentius ius, quàm vsufructuarius: nam feudatarius est Dominus fructuum etiam pendentium propter vtile dominium, quod habet in re: vsufructuarius verò tantùm perceptorum habet dominiũ. *Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 20. vers. sed statim quæritur &c. de Constit. Natt. cons. 501. num. 50. & cons. 563. nu. 22. & seq. lib. 3.*

SVMMARIVM.

115 Filius legitimatus ex rescripto non succedit in emphiteusi ecclesiastica: limitatur num. 117. & seq.

116 Filius naturalis legitimatus per rescriptum non succedit in feudo: limitatur num. seq.

117 Filius legitimatus per matrimonium subsequutum succedit in emphiteusi ecclesiastica, & in feudo.

118 Quid si legitimatus fuerit specialiter quoad bona emphiteotica, vel feudalia, ab eo, qui potestatem habet.

119 Et quid si concessio facta fuerit pro se, hæredibus, & successoribus, et quibus dederit, et nu. 121.

120 Quando emphiteusis Ecclesiæ concessa fuit pro filijs, et hæredibus quibuscunque, comprehenditur etiam legitimatus.

121 Si emphiteusis concessa fuerit pro se, filijs et hæredibus legitimis, et naturalibus, et quibus dederit, naturales legitimati censentur exclusi.

122 In noua acquisitione potest Ecclesia illegitimum ad emphiteusim ecclesiasticam nominare, et inuestire, et num. seq.

123 Tertius habens ius nominandi ab Ecclesia, non potest nominare incapacem.

Quæstio VII.

An, et quando filius legitimatus succedat in emphiteusi ecclesiastica.

115 REgula est, quod filius legitimatus ex rescripto non succedit in emphiteusi ecclesiastica, tam de iure communi. *vt d. Bart.*

in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 8. in fin. & ibi Alex. num. 17. ff. Ad Trebell. Clar. in §. emphiteusis. q. 30. quàm etiam ex constitutione *Pij V. 117. in nou. Bullar. de quo latè Honded. consil. 37. n. 24. & seq. lib. 2.* quia propter honestatē non videtur Ecclesia de illis sensisse. *Rot. decis. 359. num. 20. & seq. par. 5. tom. 1. Recent. & in Ariminen. bonorum 4. Aprilis 1578. coram Robust. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 11. num. 1. & seq.* vbi di-
116 cit, quod filius naturalis legitimatus per rescriptum, in feudo non succedit. *Gratian. discept. for. cap. 218. num. 39.*

117 Limitatur tamen hæc conclusio in filijs legitimatis per matrimonium subsecutum: isti enim succedunt in emphiteusi ecclesiastica, & etiam in feudo. *cap. tanta. vbi DD. Qui fil. sint legit. Mantic. d. tit. 11. in fin. Gabr. in tit. de legitimat. conclus. 1. num. 22. & alij communiter.*

118 Limitatur 2. quando quis est legitimatus specialiter quoad bona emphiteotica, vel feudalia, ab eo, qui potestatem habet. *glos. in cap. 1. §. naturales. si de feud. defunct. cont. &c. Mantic. d. tit. 11. num. 7. & seq.* subdens, quod legitimatio facta cum clausula, *vt legitimatus in quibuscumque bonis possit succedere*, non extenditur ad emphiteusim ecclesiasticam, nisi expressum fuerit. *Gratian. discept. for. cap. 218. num. 44. Card. Seraphin. dec. 34.*

119 Limitatur 3. secundùm aliquos, quando concessio facta fuit pro se, hæredibus, & successoribus, & quibus dederit: hæc enim clausula, sicut operatur, vt huiusmodi emphiteusis transire possit etiam ad extraneos, ità etiam ad filios legitimatos. *vt sensit Afflict. dec. 386. Alciat. cons. 34. num. 4. & seq. lib. 1.* contrariam verò sententiam existimo veriorem, quia de extraneis in dicto casu videtur fuisse ab initio cogitatum, & ideò admittuntur; hæc autem ratio cessat in filijs legitimatis ex rescripto, quos Ecclesia abhorret, vt supra diximus; & ideò tamquam odiosi repelluntur, nisi specialiter fuerit expressum. *Bald. cons. 207. num. 3. & 4. lib. 2.* vbi dicit, quod per dicta verba, *hæredibus, & successoribus, & quibus dederit*, non includuntur personæ prohibitæ, lege, vel moribus, vel natura incapaces, sed tantùm idoneæ. *Ruin. cons. 105. n. 8. 10. & seq. lib. 3. Mantic. loco cit. num. 15.*

120 Limitatur 4. quando emphiteusis Ecclesię cōcessa fuit pro filijs, & hęredibus quibuscumque: tunc enim comprehenditur etiam legitimatus. *Gratian. d. cap. 218. num. 41. & ità resoluisse Rotam coram Card. Seraphin. in Bononien. bonorum de Bologninis 22. Martij 1568. refert Mantic. d. lib. 22. tit. 11. num. 15. & 16.* vbi subijcit, quod
121 si emphiteusis conceditur pro se, filijs, & hæredibus legitimis, & naturalibus, & quibus dederit, naturales legitimati censentur exclusi, quia sub dicta clausula generali, *& quibus dederit*, comprehendi nequeunt, cum nemo pręsumatur in continenti se voluisse corrigere. *l. non ad ea. vbi glos. & DD. ff. de cond. & demon.*

122 Limitatur 5. vt non procedat in noua acquisitione: potest enim Ecclesia illegitimum ad emphiteusim ecclesiasticam nominare, & inuestire. *vt d. Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 42. de constit. Cherubin. ad d. constit. 117. Pij V. schol. 1. Rot. dec. 474. nu. 3. & 4. par. 1. diuers. Seraphin. dec. 1358. num. 1. & decis. 478. num. 1. & seq.* vbi quod dicta constitutio Pij V. non tollit dispositionem iuris communis, sed tantùm habilitationes ex iure speciali prouenientes. *Duran. decis.*
123 *251. num. 11. & 12.* vbi dicit, quod tertius habens ius nominandi ab Ecclesia, non potest nominare incapacem, quia intelligitur hoc ius concessum sub tacita conditione, vt nominetur persona de iure capax, ea nimirum ratione, quia, cum Ecclesia sit speculum pudicitiæ, non intelligit in dubio de filijs illegitimis; quando verò cum illis immediatè contrahit, notitiam habere videtur de illorum qualitate. *l. qui cum alio ff. de reg. iur. Dec. in cap. in præsentia. num. 47. de probat. & ità etiam sensit Flau. Cherubin. in compend. Bullar. ad d. constit. 117. Pij V. schol. 1.*

SVMMARIVM.

124 *Quando Vassallus, vel emphiteuta possit absque consensu Domini formam rei feudalis, vel emphiteotica mutare.*
125 *Si concedatur area in emphiteusim, an possit ibi emphiteuta ædificare.*
126 *Concesso prato, an possit quis ex eo agros facere.*
127 *An emphiteuta, vel Vassallus molendinum frumenti, vel alterius rei concessum, in aliud sine consensu Domini mutare possit.*
128 *An possit Vassallus, vel emphiteuta inuito Domino molendinum extruere.*
129 *An possit emphiteuta inuito Domino syluam extirpare, & in vineam redigere.*
An Beneficiatus possit oliuetum extirpare, vt vineam plantet. ibidem.
130 *An vsufructuarius possit rei formam mutare, & num. 132.*
131 *Et an possit ædificium incohoatum perficere.*

Quæstio VIII.

An Vassallus, vel Emphiteuta possit absque consensu Domini formam rei feudalis, vel emphiteotica mutare.

124 RESP. affirmatiuè, quando res per hoc efficitur melior, vel alteratio formæ talis est, quæ ad pristinum statum facilè reduci possit, etiamsi non efficiatur melior, dummodò non fiat deterior perpetuò. *ità Bald. in l. 1. nu. 12. C. de Iur. emphit. Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 22. de montibus. num. 10. Pinell. in l. 1. par. 2. nu. 52. C. de bon. matern. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 33. num. 15. & 16.*

125 Hinc infertur, quod si area concedatur in emphiteusim, poterit ibi emphiteuta ædificare, tum quia demolito ædificio res redit in priorem statum, tum etiam quia inde res efficitur melior, & vberior; eademque ratione,
126 concesso prato, poterit quis ex eo agros facere. *vt tradunt DD. citati, & alij apud Rosental. d. conclus. 33. num. 17. & 18.* vbi etiam obseruat, hoc in prato pascuorum non semper verum esse.

127 Infertur 2. quod emphiteuta, vel Vassallus molendinum frumenti, vel alterius rei concessum,

cessum, in aliud sine consensu Domini mutare
potest, modò facilè detracto illo, quod adiecit,
& rorsus appositis instrumentis illis, quæ ade-
mit, in statum pristinum restituere possit: vel si
mutatio illa paulo difficilior esset, cautionem
præstiterit de redocendo illud in priorem for-
mam; quia si qua in hoc casu etiam foret deterio-
ratio, ea non consisteret in rei substantia, sed in
fructuum perceptione, & sic ad Vassallum, non
ad Dominnm pertineret. *Bald. loc. cit. Rosenthal.*
d. cap. 10. conclus. 33. num. 21. et seq. vbi etiam
dicit, quod si ipsemet emphiteuta, vel Vassallus
in fundo feudali, vel emphiteotico molendinum
extruxisset, faciliùs mutare formam eius pote-
128 rit, subdens *num.* 25. quod potest Vassallus,
vel emphiteuta, etiam inuito Domino, molen-
dinum extruere.

129 Infertur 3. posse similiter emphiteutam inui-
to Domino syluam extirpare, & in agros, vel vi-
neam redigere, præsertim si ex huiusmodi sylua
pauci reditus percipiantur: agri verò, vel vinea
longè maioris sint emolumenti. *l. æquissimum. §.*
inde quæsitum est. vers. etsi fortè in hoc. ff. de Vsu-
fr. Cepoll. in d. tractat. de seruit. rust. præd. d.
cap. 22. num. 10. Tiraq. de Retract. conuent. §. 3.
glos. 1. num. 27. et §. 7. glos. 1. num. 16. Ricc. in
prax. for. Eccles. par. 1. resol. 130. vbi, quod Be-
neficiatus in tali casu potest oliuetum extirpare,
vt vineam plantet; quod intelligendum est, quan-
do prædium feudale, vel emphiteoticum, aut
Ecclesiæ plus agri requireret, & syluis, aut oli-
ueto commodè carere posset: nam si ad amœni-
tatem prædij, vel aliam ob causam sylua, vel oli-
uetum etiam necessarium foret, non licebit syl-
uam, aut oliuetum extirpare, vt in vineam, vel
agrum redigatur, præsertim si paulo maior ex
agro, vel vinea huiusmodi, quam ex sylua, vel
olíueto fructus colligeretur: tunc enim talis mu-
tatio in notabilem fundi feudalis, vel emphiteo-
tici deteriorationem potius vergeret. *Rosenth.*
d. cap. 10. conclus. 33. nu. 28. et seq. Cepoll. d. cap.
22. num. 10. vbi etiam notat, quod sylua ad cul-
turam reduci non posset, quando aliquot plau-
stra lignorum ex ea pro victu ex pacto tradenda
sunt: quia tacitè eo casu videtur actum inter con-
trahentes, ne sylua destruatur. *per tex. in l. si de-*
bitor. §. verisimile. ff. de contrab. empt. l. lega-
tum. ff. de vsufr. leg.

130 Limita in vsufructu, in quo mutatio huius-
modi permissa non est, quinimmo forma rei mu-
tata vsusfructus perit. *l. repetit 5. ff. Quib. mod.*
vsusfruct. amitt. vbi si areæ vsusfructus sit lega-
tus, & in ea ædificium positum sit, vsusfructus
extinguitur. *l. vsufructu legato 7. §. hac ratione.*
et ibi glos. et DD. ff. de vsufruct. et quemadm. etc.
Pinell. in d. l. 1. par. 2. num. 52. C. de Bon. mater.
131 vbi dicit, vsufructuarium non posse suo iure
ædificium inchoatum consummare, etiamsi aliter
eo vti nequeat; nec mirum videri debet, quia
vsufructuarius non habet in re perpetuum ius,
quemadmodum emphiteuta, & Vassallus. *vt ob-*
seruat Rosenth. loco cit. num. 19. Cepoll. d. cap. 22.
132 *num. 10.* vbi etiam dicit, quod vsufructuarius
non potest syluam extirpare, & in vineam redi-
gere.

SVMMARIVM.

133 *Domum, vel fundum emphiteotieum ruina, vel incendio consumptum tenetur emphiteuta reficere: declaratur num. 134. et seq.*

Et an liberetur emphiteuta, si emphiteusi renunciet. ibidem, et num. 135.

134 *Emphiteuta tenetur non solum de dolo, sed de lata, et leui culpa.*

In culpa est qui non facit quod diligens paterfam. fecisset, vel non prauidit quod de facili poterat euenire. ibid.

135 *Emphiteuta tenetur ad refectionem, quando pro emphiteusi soluitur modica pensio, secus si magna, et excessiua.*

136 *Conclusio, quod de consuetudine emphiteusis cōceditur pro modico canone in recognitionem dominij, qualiter sit intelligenda.*

137 *Quando emphiteutæ fieri debeat remissio pensionis, seu canonis.*

Quæstio IX.

An domum, vel fundum emphiteoticum ruina, vel incendio consumptum teneatur emphiteuta reficere, ac integram pensionem soluere.

133 QVoad primam partem dubij, affirmatiuè respondent communiter Doctores, tum quia ad emphiteutam spectat periculum casus fortuiti, tum etiam quia non aliter interitu rei liberatur emphiteuta, nisi tota pereat: & ideò donec area, vel quid aliud etiam minimum superest, durat contractus, & obligatio. *l. 1. C. de iur. empbit. §. lex itaque. vers. dudum autem &c. vbi glos. in ver. casus. in Auth. de non alienan. §. adeò. Instit. de locat. & conduct. Alex. in l. interdum. §. quod ex naufragio. vers. fin. ff. de acquir. poss. Afflict. dec. 83. num. 12.* vbi dicit, quod quando solum fuisset concessum, vbi erat domus, tunc resoluta domo, remanet emphiteutæ solum. *latè Surd. dec. 198. nu. 9. & 10.* vbi ampliat, hoc procedere etiam quando ex superextante parte non potest percipi integra pensio; & in specie, quod si domus fortuito casu comburatur, emphiteuta teneatur illam reficere, dixit *Ang. in d. §. lex itaque. in auth. de non alienan. Imol. in cap. potuit. num. 44. extr. de locat. Cepoll. de seruit. vrban. præd. cap. 59. de refect. num. 18. Natt. cons. 13. num. 5. & cons. 377. per tot. Corn. cons. 289. col. penult. lib. 1.* vnde nō posset eo casu emphiteuta emphiteusi renunciare inuito Domino. *ad trad. per Thesaur. decis. 20. num. 2. & 3.*

134 Hæc tamen sententia meo iudicio procedere potest in duobus casibus: 1. quando culpa ipsius emphiteutæ domus incendio fuisset consumpta. *vt d. Bald. in d. l. 1. num. 10. in fin. C. de iur. emphit. & in auth. qui rem. nu. 3. C. de Sacros. Eccl. Aufrer. ad Capell. Tholos. dec. 353. Surd. d. dec. 198. num. 23. & seq.* vbi etiam dicit, quod emphiteuta tenetur non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de leui, in tantum, quod siue modicum, siue magnum sit damnum, semper tenetur ad refectionem, & ad interesse. *vide*

textum in l. si quis fundum. §. Imperator. ff. locat. l. in iudicio. C. eod. tit. §. penult. Inst. eod. §. scire. in Auth. de non alienan. & ibidem DD. culpa autem in eo præsumitur, qui non facit quod diligens paterfam. fecisset, vel non præuidit quod de facili poterat euenire. *vt d. Bart. in l. ea igitur. ff. de pignor. act. Crauett. cons. 97. num. 6. & cons. 179. nu. 5. Menoch. de Præsumpt. lib. 5. præsumpt. n. 132. Surd. loco cit. n. 15. & seq.*

135 Secundo casu, quando pro emphiteusi soluitur modica pensio: tunc enim emphiteuta ad refectionem cogi potest; secus si pensio correspondere fructibus, vel aliàs esset magna, & excessiua, quia tunc debemus recedere à terminis emphiteusis, cum contractus eo casu magis accedat ad locationem, quàm ad emphiteusim. *Bald. in d. l. 1. num. 4. vers. Quinto in expendendo &c. & nu. 10. C. de iur. emphit. Rol. cons. 96. num. 26. vol. 1. Bellon. cons. 21. num. 8. quos refert, & sequitur Thesaur. d. dec. 20. num. 6. & 7. & ibidem Add.* subdens, quod potest emphiteuta inuito Domino renunciare emphiteusi, quoties non potest re frui, nisi cum maxima impensa, vel difficultate, quæ æquipararetur impossibilitati: idemque dicendum, si res deuenerit in hostium potestatem ità, vt non sit spes eam recuperandi. *ad trad. per Alex. in d. l. interdum. §. quod ex naufragio, versus fin. ff. de acquir. poss.* vel si mutata fuerit forma ipsius rei. *l. repeti. §. rei mutatione. ff. Quib. mod. vsusfr. amitt. Bald. in d. l. 1. n. 10. quicquid in contrarium asserat Surd. d. dec. 198. num. 25. & seq.*

136 Quoad secundam partem dubij, an teneatur emphiteuta interim soluere integram pensionem, affirmat *Natt. d. consil. 377. num. 2. & alij apud Surd. d. dec. 198. num. 10. & seq.* siue pensio sit modica, siue magna: quod enim dicitur, consuetudine emphiteusim concedi pro modico canone in recognitionem dominij, procedit, vel quia à principio soluitur quantitas pecuniæ vltra canonem conuentum. *vt notat Bart. in d. l. 1. in princ. C. de iur. emphit.* vel quia res sterilis conceditur, vt fiat fertilis. *vt tradunt DD. in d. aut. qui rem;* secus, quando res culta est, & fertilis: tunc enim nunquam conceditur pro minimo canone, nec aliquis inuenitur rerum suarum ità prodigus, qui cum possit ex re singulis annis centum percipere, illam concedat pro decem; vnde ab Ecclesia nunquam conceditur, nisi ea pensio sit æqualis fructibus, quia aliàs non cederet in euidentem vtilitatem. *ex trad. per Capic. decis. 182. Franc. decis. 191. num. 10. & seq.*

137 Veriùs tamen mihi videtur, quod emphiteutæ ob huiusmodi damnum fieri debeat remissio pensionis arbitrio Iudicis: quamuis enim non excusetur à solutione canonis, quando pensio est modica, secus tamen, quando est magna ex rationibus supra deductis. *Bart. in d. l. 1. nu. 4. et 9. C. de Iur. emphit.* vbi dicit, quod si ex re, quæ perijt, non perciperentur sufficientes fructus ad pensionem, non cogitur emphiteuta ad præstandum integrum canonem, sed tunc tenetur pro rata fructuum iuxta declarationem peritorum. *Thesaur. decis. 20. num. 6. & seq. Boss. in tit. de remiss. merced. conduct. nu. 114. Caroc. de Locat. et conduct. tit. de remiss. merced. q. 3. n. 10. et q. 4. n. 6. Mascard. de Probat. concl. 1333. n. 10. vol. 3. Genuens. in tract. de Eccles. q. 73. vide quæ scripsimus in tract. de Temp. legal. lib. 1. cap. 38. nu. 24. et seq.* quod tamen intelligendum est, nisi damnum euenerit culpa ipsius emphiteutæ, quia tunc non solum reficere illud tenetur, vt supra diximus, sed etiam totam pensionem interim soluere, etiamsi magna sit. *vt sensit Bald. in d. l. 1. n. 10. et pro indubitato asserit Surd. d. dec. 198. num. 13. vbi alios refert.*

SVMMARIVM.

138 *Vno ex hæredibus emphiteutæ per biennium, vel triennium canonem non soluente, totus fundus inter ipsos diuisus incidit in commissum: limitatur num. 141. et seq.*

139 *Hæres, qui soluit, ab alio, qui non soluit, suum interesse consequitur per iudicium fam. erciscundæ.*

140 *Quid si collaterales euincerent rem emphiteoticam iure congrui, et inter se diuiderent, et alter ipsorum canonem non soluerit, et num. 141. cum seq.*

141 *Si Dominus consensit dictæ diuisioni, pars non soluentis tantùm incidit in commissum.*

142 *Minor aduersus commissum, siue deuolutionem restituitur ob canonem non solutum.*

143 *Restitutio minoris prodest etiam alteri habenti rem communem cum minore.*

144 *Quando res emphiteotica duobus conceditur, vnusquisque pro parte tenetur ad canonem.*

145 *Quando plures obligant se in eodem contractu simpliciter, quilibet tenetur pro parte virili, et num. 147.*

146 *Duo fundi, vel domus sub vno reditu, seu censu submissæ, pro parte, siue pro rata reditus singulariter tenentur.*

147 *Quando plures condemnantur per sententiam, quilibet pro rata tenetur.*

148 *Quid si plures obligati in solidum, per sententiam condemnentur simpliciter.*

149 *In materia emphiteusis multum defertur consuetudini loci.*

Ad probandam consuetudinem contra ius, requiritur quadragenaria. ibidem.

150 *Quando dicatur consuetudo contra ius.*

151 *Quando res emphiteotica incidat in commissum tantum pro rata.*

152 *An pater possit filijs præiudicare, quando emphiteusis concessa fuit intuitu, et contemplatione etiam filiorum.*

Quæstio X.

An fundus emphiteoticus, inter hæredes emphiteutæ diuisus, incidat in commissum, si vnus ex hæredibus per biennium, vel triennium canonem non soluerit.

138 RESp. quod totus fundus in tali casu incidit in commissum, etiamsi cæteri hæredes soluerint alias canonis partes: nam sicut emphiteuta inuito Domino non potest soluere canonem per partes, sed semel totum, & integrum tenetur soluere. *Paul. de Castr. in l. quidam existimauerunt. ff. Si cert. pet.* ità nec hæredes possunt

ſunt ſoluere per partes, quia obligatio ad cano-
nem eſt realis: & licèt ipſi hæredes diuidant in-
ter ſe, tamen quilibet tenetur in ſolidum ad cen-
ſum, cum ex facto hæredum minimè mutari de-
beat conditio primæ obligationis. *l. 2. §. ex his. ff. de Verb. oblig.* nec ad euitationem pœnæ ſuf-
ficiat particularis ſolutio. *l. in executione. §. pe-
nult. ff. eod. tit. gloſ. in l. communi diuidundo. 7. ver. confunderetur. ff. Commun. diuid. quam communiter ſequuntur DD. ibidem. Bart. in l. fraudati. nu. 3. ff. de Publican. & vectigal. Alex. conſ. 7. col. 2. vol. 5. Hoſt. in ſum. tit. de locat. §. quid ſit de natura huius &c. num. 12. verſ. quid ſi ex pluribus &c. Alb. de Roſ. in l. 2. col. 9. C. de Iur. emphit. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. nu. 92.* ſubdens, quod hæres, qui ſoluit, ab alio,
139 qui non ſoluit, ſuum intereſſe conſequetur per
iudicium fam. erciſcundæ. *Fed. de Sen. conſ. 228. prout eos refert, & ſequitur Afflict. dec. 153. nu. 2. & ſeq.* vbi idem dicit in collateralibus euin-
140 centibus rem emphiteoticam iure congrui, &
inter ſe diuidentibus, ſi alter ipſorum canonem
non ſoluerit. *Clar. in §. emphiteuſis. q. 8. verſ. quæro quid ſi &c.*
141 Limita quando Dominus conſenſit dictæ di-
uiſioni; tunc enim ſibi præiudicat in hoc, quod
ſi vnus ſoluit partem ſuam, & alter non ſoluit,
pars non ſoluentis tantùm incidat in commiſ-
ſum, non autem pars alterius ſoluentis, niſi Do-
minus ius ſuum ſibi reſeruauerit. *vt ſenſit Bald. in d. l. fraudati. Afflict. dec. 153. nu. 5. & ibidem Vrſill. num. 2.*
142 Limita 2. in minore: hic enim aduerſus com-
miſſum, ſiue deuolutionem reſtituitur ob cano-
nem non ſolutum. *iuxta text. in l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de minor. Vrſill. loco cit. nu. 2.*
143 vbi etiam dicit, quod iſta reſtitutio prodeſt ha-
benti rem communem cum minore.
144 Limita 3. vbi res emphiteotica duobus con-
ceditur: tunc enim vnuſquiſque pro parte tene-
tur ad canonem, niſi expreſsè fuerit conceſſa in
ſolidum. *Bald. conſ. 116. par. 1.* vbi dicit, quod
145 quando plures obligant ſe in eodem contractu
ſimpliciter, quilibet tenetur pro parte virili.
Soc. iun. conſil. 70. par. 1. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 153. num. 4. & 5. vbi addit, hoc procedere etiam
146 in duobus fundis, ſeu domibus ſub vno redi-
tu, ſeu cenſu ſubmiſſis: nam iſtæ res pro parte,
ſiue pro rata reditus ſingulariter tenentur. *iuxta textum in cap. conſtitutus. verſ. iuxta ratam. de Relig. domib. & ibi Abb. nu. 8. & 9.* vbi, quod
147 ſi plures ſcholares domum conduxerint, vnuſ-
quiſque pro rata in dubio ad penſionem tenetur,
ſicut quando plures condemnantur per ſenten-
tiam. *vide eumdem Vrſill. d. deciſ. 153. num. 6. &*
148 *deciſ. 215.* vbi ſubijcit, quod quando plures
obligati in ſolidum per ſententiam condemnan-
tur ſimpliciter, videtur facta condemnatio pro
parte, niſi in fine ſententiæ poſita fuerit clauſu-
la, *omni meliori modo:* quia tunc ratione dictæ
clauſulæ intelliguntur omnes in ſolidum con-
demnati. *vt obſeruat etiam Theodoſ. Rub. in ſuis ſingular. tom. 2. in tract. de clauſul. clauſ. 517. num. 40.*
149 Limita 4. ſi in loco adeſſet ſpecialis conſue-
tudo in contrarium: in hac enim materia mul-
tum defertur conſuetudini; vnde conſuetudo
etiam attenditur, an in emphiteuſis conceſſione
vſque ad tertiam generationem, primi inueſtiti
conſtituant primam generationem. *Rot. coram Penia dec. 220. num. 1. & dec. 259. nu. 1. & 2.* vbi
ſubijcit, quod ad probandam conſuetudinem
contra ius requiritur quadragenaria.
150 Obſerua tamen, quod conſuetudo contra ius
non dicitur, ſi ageretur de interpretatione con-
tra communem Doctorum opinionem, ſed re-
quiritur, vt ſit contra expreſſam iuris diſpoſitio-
nem, vel expreſſam ipſius rationem. *latè Rota in Hiſpalen. iuris nominandi 10. Octobris 1583. coram Card. Seraphino, in impreſſ. deciſ. 639. nu. 1. & ſeq. et coram Penia d. deciſ. 259. n. 3. et 4.*
151 Limita 5. in caſu, quem ponit *Afflict. deciſ. 80. num. 1. et ſeq.* vbi dicit, quod ſi res valoris v.
g. mille aureorum, ſubmiſſa fuit oneri, & natu-
ræ contractus emphiteotici pro aureis 300. non
deuoluitur in caſu deuolutionis, niſi pro dicta
rata aureorum 300.
152 An verò pater poſſit filijs præiudicare, non
ſoluendo canonem, aut rem alienando irrequi-
ſito Domino, quando emphiteuſis conceſſa fuit
intuitu, & contemplatione etiam filiorum, vel
ex mera liberalitate concedentis? Reſp. negati-
uè. *ex trad. per Surd. deciſ. 290. num. 1. Clar. in §. feudum. q. 66. verſ. Ego alias etc. et in §. emphiteuſis. q. 8. verſ. ſed hic quæro etc.* factum enim,
vel negligentia patris non poteſt filijs præiudi-
care in re, quæ ad eos peruenire debet, non ex
facto, aut iure patris, ſed ex mero beneficio, ſeu
liberalitate concedentis; niſi fortè emphiteuſis
quæſita fuerit ex re patris, ideſt data pecunia à
patre: quo caſu pater poſſet filijs præiudicare, ſi
emphiteuſis haberet originem in perſona ipſius
patris, ſecus ſi quæſita fuerit ab alio aſcendente
pro ſe, & filijs. *vide Bart. in l. 3. num. 4. ff. de Interd. et releg. Corn. conſ. 282. nu. 10. vol. 3. Natt. conſ. 531. num. 43. Pariſ. conſ. 2. n. 22. lib. 1. Alex. conſ. 28. vol. 5. Surd. loco cit. Beltram. ad Greg. deciſ. 529. num. 23.*

SVMMARIVM.

153 *Contractus in dubio præſumitur potiùs cenſualis, quàm emphiteoticus, et num. ſeq. limitatur num. 161. et ſeq.*
154 *Verbum, pro canone, ſeu reſponſione, eſt ambiguum, et poteſt intelligi ex cauſa cenſus.*
155 *Quando quis excuſetur à caducitate.*
156 *Quid probare teneatur is, qui agit ad caducitatem, et num. ſeq.*
157 *An dominium, vel poſſeſſio probetur per venditionem, locationem, et librum cenſualem, et num. ſeq.*
158 *Et an probetur ex ſolutionibus, et confeſſionibus.*
159 *An inueſtitura probet dominium inueſtientis, et num. 160.*
160 *An dominium probetur ex recognitione recipientis, et num. 161.*
161 *Quando contractus præſumatur emphiteoticus, et num. ſeq.*
162 *Quando ex inſtrumento inueſtituræ probetur dominium.*
163 *Quid ſi in loco magis frequens eſſet vſus concedendi bona in emphiteuſim.*

164 In

164 *In casu dubio non est admittenda caducitas.*
165 *An Dominus directus finita emphiteusi possit propria auctoritate capere possessionem fundi emphiteotici.*
166 *Quando dominium probetur leuioribus probationibus.*
167 *Dictio, vsque quando stet inclusiuè, et quando exclusiuè.*

Quæstio XI.

An in dubio contractus præsumatur censualis, vel emphiteoticus.

153 RESp. quod præsumitut potius censualis, quàm emphiteoticus. *Couar. var. lib.3. cap.7. num.1. Card. Mantic. dec.134. num.3.* vbi
154 dicit, quod verbum, *pro canone, seu responsione*, est ambiguum, & potest intelligi ex causa census: & ideò si non apparet, vtrum quis sit emphiteuta, vel censuarius, non soluendo, iure suo priuari non potest. *Mascard. de Probat. conclus.281. num.1. cum seq.* vbi dicit, quod magis census, quàm emphiteusis præsumitur, etiamsi quis per 30. annos soluisset vti de re emphiteotica, si de contractu non constet. *Menoch. præsumpt. 106. num.3. et seq. lib.3. Ruin. cons. 42. num.6. et 7. et cons.160. num.5. et 6. lib.1. Natt. cons.3. n.3.* vbi dicit, quod si ex instrumento, seu alia scriptura constet, pensiones fuisse solutas pro emphiteusi, & nihil aliud dicatur, contractus præsumitur censualis, tum quia emphiteusis continet sub se censum, tum quia contractus non censetur emphiteoticus, nisi euidentissimè appareat. *Hond. cons.81. num.2. lib.2. Capic. dec.196. Crescen. decis.1. de Censib.* vbi dicit, quod excu-
155 satur quis à caducitate, quando potest dubitari, an ratione census, vel emphiteusis pensio soluta fuerit, quamuis mero iure esset emphiteusis. *Gratian. discept. for. cap.566. num.9. et 10. et cap.188. num.26. Afflict. decis.129. nu.4. Valasc. de Iur. emphit. q.32. num.33. vers. illa tamen etc. Card. Mantic. dec. 134. num.3. et alij communiter*; quod procedit non solum in priuato, sed etiam in Ecclesia. *Mascard. loco cit. num.4. Menoch. vbi supra. nu.7. Gratian. d. cap.188. nu.28. Mantic. d. dec.134. num.3. Natt. d. cons.3. nu.3. Valasc. d. q.32. num.33. vers. Item si in ea prouincia etc. Rot. Recent. par.2. decis.170. per tot. prout refert Thomat. decis. 60. num. 27. quicquid dicat Genuens. in tract. de Eccles. q. 91. Bero. q.14. nu. 1. et 2.*
156 Vnde agenti ad caducitatem, & rem emphiteoticam prætendenti incumbit onus probandi non solum emphiteusim, sed etiam illius dominium plenè, & concludenter, ac identitatem bonorum emphiteusi subiectorum. *Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua etc. nu.72. et seq. Alex. cons.*
157 *10. lib.4.* vbi dicit, quod venditio, locatio, liber censualis non probant dominium, nec quasi, nec possessionem contra tertium. *Gratian. d. cap.188. num.10. Caualcan. decis.43. num.53. et seq. par.1. Caput. dec.280. par.1.* vbi dicit, quod
158 ex instrumentis locationum, solutionibus, & alijs confessionibus, & adminiculis non probatur dominium ad effectum rei vendicationis, quia ex istis præsumptiuè, non plenè probatur dominium, nisi constet de traditione. *Card. Seraph. dec. 1453. num. 1. Card. Millin. decis.11. Rot. in recent. par.1. dec. 150. num.1. et seq. et decis. 249. num.1. et dec.606. nu.1. prout refert idem Tomat.*
159 *d. dec.60. num.1. et seq.* vbi etiam dicit, quod ad hunc effectum non sufficit instrumentum locationis, seu concessionis in emphiteusim, quia sola inuestitura dominium inuestientis non probat: quemadmodum nec dominium huiusmodi probatur ex instrumento emptionis, conductionis, solutionis, & recognitionis, quia dominia
160 non pendent ab assertione concedentis, vel recognitione recipientis rem emphiteoticam, cum etiam res aliena emi, vendi, ac concedi possit in emphiteusim, vel locari, licèt ab alio possideatur. *ex trad. per Alex. cons.12. num.4. lib.4. Crauett. cons.157. nu.5. et seq. Gratian. cap.533. num.43. et 44.* vbi dicit, quod ad hunc effectum non sufficit instrumentum locationis emphiteusis, nisi plenius de illa appareat. *et cap.188. num. 6. 10. et seq. Card. Caualer. dec.399. num.4. Seraphin. d. decis.1453. num.1.*
161 Prædicta tamen conclusio limitatur. *1.* quando vltra præstationem annuam vniformem aliæ concurrerent coniecturæ, vt si appareat de solutione laudemij in recognitionem dominij, vel si in rei alienatione fuerit requisitus consensus Domini; tunc enim præsumitur potius solutum iure emphiteotico, quàm iure census. *Natt. cons. 3. nu.3. et alij, quos refert, et sequitur Genuens. d. q.91. Thomat. d. decis.60. num. 41. et 49. Rot. decis.117. num.10. par.5. tom.1. et dec. 164. nu.4.*
162 *et seq. par.6. recent.* vbi addit, quod si cum instrumento inuestituræ concurrerent alia adminicula, videlicet enunciatiuæ antiquæ, solutiones canonum, & laudemij, recognitio in Dominum, reseruatio dominij, & similia, eo casu probaretur dominium tam ad effectum caducitatis, & deuolutionis, quàm contra tertium. *de quo latè scripsimus in tract. de Temp. legal. lib. 2. cap.55. num.33. et seq. vbi aliæ regulæ recensentur, ex quibus dominium probatur. vide Seraph. decis. 1453. in princ.* vbi subijcit, quod dominium absolutè non probatur ex solutione laudemij, & ex confessione, quod fundus sit sub proprietate Ecclesiæ, vel priuati, quando est vnica tantùm recognitio facta ad effectum habendi consensum Rectoris in emptione fundi. *Menoch. d. præs.281. num.9. Gratian. d. cap.188. num.27.*
163 Limitatur 2. quando in ipsa Regione magis frequens esset vsus concedendi bona in emphiteusim, quia tunc præsumitur contractus emphiteoticus. *Mascard. d. conclus. 281. num. 7. Menoch. d. lib.3. præsumpt. 281. num. 14. Afflict. d. decis.129. num.5. Valasc. d. q. 32. num. 33. vers.*
164 *Item si in ea Prouincia etc.* vbi etiam obseruat, quod in casu dubio non est admittenda caducitas.
165 Notandum est etiam, quod Dominus directus potest intentare remedium possessorium, quando clara, & indubitata est deuolutio; secus quando est dubia, & probabiliter potest controuerti, quia tunc tenetur iudicio petitorio experiri. *Beltram. ad Greg. dec. 105. vbi plures Rotæ decisiones refert Thomat. decis. 60. num. 13. et 14. Valasc. de Iur. emphit. q.18. nu. 16. Thesaur. qq.*

for.

for. lib. 4. qu. 42. num. 8. Hond. conſil. 21. num. 22. & ſeq. lib. 2. vbi dicit, quod quando emphiteuſis præſupponitur finita ob lapſum temporis, vel aliter conſtat, emphiteuſim fuiſſe finitam, poteſt Dominus directus propria auctoritate poſſeſſionem emphiteuſis accipere, & emphiteutam expellere ſecundùm magis receptam Doctorum ſententiam; Rota tamen ſequitur opinionem, quod etiam ſtante pacto capiendi poſſeſſionem propria auctoritate in caſu deuolutionis, prius debeat coram Iudice liquidari parte citata, quod ſit factus locus deuolutioni, quia poteſt emphiteuta habere melioramenta, ex quibus ſibi competeret retentio, vel alium titulum, ex quo poſſet prætendere ſucceſſionem. *vide Greg. d. dec. 105. num. 12. & ibi Beltram. litt. A.*

166 Notandum 2. quod quando non agitur de dominio principaliter ad effectum caducitatis, ſed tantùm incidenter ad alium effectum, videlicet pro ſolutione canonis, tunc ſufficerent leuiores probationes. *Gratian. cap. 912. num. 3. & 34. & cap. 188. num. 15. & 16. Card. Seraphin. dec. 1453. num. 12. Millin. deciſ. 11. Thomat. dec. 60. num. 9. & ſeq.*

167 Notandum 3. quod ſi Eccleſia conceſſit in emphiteuſim territorium vſque ad talem locum, puta vſque ad talem vineam, dictio, vſque, ſtat excluſiuè, ſi locus ille iam erat vinea tempore contractus: quia cum alienatio rerum Eccleſiæ ſit de iure prohibita, ideò ſtricta fieri debet interpretatio. *l. ſi præſes 32. & l. interpretatione 42. ff. de Pœn.* ſecus ſi ille locus quondam fuit vinea, ſed tempore contractus non eſt vinea, quia tunc non cenſetur excluſus. *l. veteribus. ff. de pact. l. forma. ff. de cenſib. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. q. 488. vide Bald. in auth. hoc amplius. num. 24. & 25. C. de fideicom.* vbi dicit, quod dictio, vſque, appoſita numero ſtat incluſiuè; idem, ſi perſonis, niſi ſit contraria ratio extremorum; item ſi apponatur quantitati continuæ, in fauorabilibus ſtat incluſiuè, non in odioſis.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligenda ſit locatio facta non deſignato loco, nec tempore.*

2 *Quando locus declarari poſſit à conductore.*

3 *Renouata locatione, cenſetur etiam renouata qualitas loci.*

4 *Quando teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati faciant fidem coram Iudice competente.*

5 *Dominus, qui locauit domum, ſeu prædium ad certum tempus, poteſt interim domum, vel prædium alteri vendere.*

6 *Quando colonus, & inquilinus agere poſſint contra locatorem ad damna, & intereſſe.*

7 *Locator bona inuecta, & illata habet tacitè hypothecata, & ea poteſt ſua auctoritate includere: limitatur num. ſeq.*

8 *Quando locator poſſit vti iure executiuo, et quando non.*

9 *Bona aliena inuecta, non ſunt tacitè obligata pro penſione: limitatur num. ſeq.*

10 *Quid ſi interueniat fraus ex parte Domini dictorum bonorum.*

11 *Calliditati Mulieris non ſuccurritur, ſed tantùm eius firmitati.*

12 *Quid ſi bona aliena fuerint inducta Domino rei ſciente, et patiente, vt perpetuò ibi ſint, et nu. 15. et 17.*

13 *Bona, quæ ad certum tempus fuerunt in domo, vel fundo repoſita, non ſunt obligata pro penſione: limitatur num. ſeq.*

14 *Inuecta, et illata ab eo, qui vnica tantùm nocte manſit in hoſpitio, ſunt tacitè obligata locatori.*

15 *Bona vxoris inuecta in domum viro locatam, an, et quando ſint tacitè obligata.*

16 *Quando uxor teneatur ad penſionem domus viro locatæ.*

17 *An contrahatur tacita hypotheca, ſi conductor mala fide in domum conductam inferret rem alienam.*

18 *Locans operam pro vehenda re aliqua de loco ad locum, tenetur reſarcire damnum, quod ſua culpa accidit: item tenetur de dolo, lata, et leui culpa, non autem de leuiſſima: limitatur num. ſeq.*

19 *In rebus, quæ leuiter franguntur, venit etiam culpa leuiſſima.*

20 *An vector teneatur probare, ſe in huiuſmodi rebus vehendis adhibuiſſe exactiſſimam diligentiam.*

21 *Quando præſumatur culpa, et quando caſus.*

22 *Caſus fortuitus non excuſat, quando præceſſit culpa ordinata ad caſum, et quomodo id intelligatur.*

23 *Is qui locat operas ſuas tanquam artifex, tenetur de damno contingenti ex culpa leuiſſima eorum, quorum opera utitur.*

Promittens opus, an teneatur illud facere omnibus ſuis expenſis. ibid.

24 *Caſum fortuitum allegans, tenetur illum probare.*

Caſus fortuitus qualiter probetur. ibid. et num. ſeq.

25 *Vbi caſum quis patitur, ibi poteſt examinare teſtes, qui poſtea fidem facient coram Iudice competente.*

26 *Teſtes poſſunt examinari in loco non apto, ubicunque neceſſitas imminet.*

27 *Nauicularius, qui dicit, ſe ſubſtinuiſſe naufragium, debet hoc per teſtes probare coram Iudice illius loci, et Præfecto denunciare intra annum.*

An paſſus naufragium, audiatur poſt annum. ibidem.

28 *Ad probandum caſum fortuitum admittuntur nautæ, et miniſtri nauis, et etiam familiares, et domeſtici in ſubſidium.*

29 *An et quando ſalarium non conuentum debeatur.*

CAP. VI.

De locatione, et conductione.

1 QVæritur 1. quomodo intelligenda ſit locatio facta non deſignato loco, nec tempore? Reſp. quod locus declarandus
2 erit per conductorem; tempus verò declarari debet arbitrio boni viri. *Bald. in l. liberti. num. 11. C. de oper. libert.*

3 Quæ-

3 Quæritur 2. an renouata locatione, censeatur etiam renouata qualitas loci? Resp. affirmatiuè. *vide Caroc. tit. de renouat. location. q. 30. incip. quid in conditionibus etc. fol. 159.*

4 Quæritur 3. an testes examinati ad perpetuam rei memoriam, seu parte non citata in loco, vbi moritur equus conductus, probent, seu faciant fidem coram Iudice competente? affirmat *Bart. communiter receptus in l. 4. nu. 2. C. de Naufrag. lib. 11.* vbi dicit, quod in loco, vbi patitur quis aliquem casum, potest examinare testes super dicto casu, & illæ probationes postea faciunt fidem vbique: quod procedit, dummodò per testes designentur equi, seu alterius rei signa, & qualitates. *vide Cancer. var. lib. 1. cap. 14. de locat. et conduct. num. 57.*

5 Quæritur 4. an Dominus, qui locauit domum, seu prædium ad certum tempus, possit interim domum, seu prædium alteri vendere? Resp. affirmatiuè. *per textum in l. emptorem. vbi glos. et*
6 *DD. C. locat.* si verò colonus, & Inquilinus prohibeantur ab emptore, agere possunt contra locatorem ad damna, & interesse. *l. si merces. et l. qui fundum. vbi DD. ff. locat. vide quæ diximus in tract. de Tempor. legal. lib. 1. cap. 39. num. 25. et seq.*

7 Quæritur 5. an locator bona inuecta, & illata habeat tacitè obligata, & ea possit sua auctoritate includere? Resp. affirmatiuè. *l. vtique. ff. de damn. inf. l. licet. ff. in quib. caus. pign. tac. contrah.*

8 Limita, vbi res illæ perueniunt ad tertium habentem causam à debitore: tunc enim non potest locator iure executiuo vti, sed debet agere hypothecaria, vel saluiano interdicto; quia hoc ius exequendi sua auctoritate est limitatum certo loco, vt includantur, donec sunt in domo: & ideò si extrahantur de domo, cessat dictum ius. *l. 1. ff. de Salu. interd. Bart. in l. 3. in 2. lect. num. 24. C. de pignor.* subdens, quod si essent in domo tamquam alienatæ, & traditæ, adhuc posset exerceri dictum ius includendi.

9 Quæritur 6. an bona aliena inuecta, tacitè sint obligata pro pensione? Resp. negatiuè: quia sicut conductor rem alienam expressè obligare non potest, ità nec tacitè. *l. 2. vbi DD. Cod. si alien. res pignor. data sit.*

10 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando interuenit fraus ex parte Domini ipsius rei, fortè quia commodauit rem inquilino, vt appareret ditior, & locator alliceretur ad locandum. *d. l. 2. vbi Bald. et alij. l. si fine. C. ad Senatusc. Vel-*
11 *leian.* vbi si maritus obligat res vxoris asserendo eas proprias vxore præsente, & dolosè tacente, tenet obligatio, quia non calliditati mulieris, sed infirmitati tantùm Senatusconsulto consultum est. *Afflict. dec. 184. num. 4. Caroc. de locat. par. 5. q. 15. num. 9.*

12 Limitatur 2. quando concurrunt tria illa requisita *per glos. in l. si non inducta. Cod. in quib. caus. pign. vel hypot. tacit. contrah.* videlicet quod bona fuerint inducta Domino rei sciente, & patiente, vt perpetuò ibi sint, idest durante locatione. *vt post Paul. de Castr. obseruat Afflict. d. dec. 144. num. 3.* subdens, quod si aliquid de tribus prædictis deficiat, res illa non est tacitè obligata. *latè Caroc. de locat. par. 5. q. 15. num. 3.*

13 Ex quo infertur, quod si aliqua bona ad certum tempus fuerint in fundo, vel domo reposita, ea non erunt pro pensione obligata. *vt tradunt DD. in d. l. si fine. C. ad Velleian. Afflict. d. dec. 144. num. 2. et 4.* vbi etiam dicit, quod si dedi Sartori vestem, vt arctaret, ea non est tacitè obligata pro pensione, quia non fuit tradita, vt ibi esset durante locatione.

14 Obserua tamen, quod merces hospitatæ sunt tacitè obligatæ pro pensione, etiamsi in loco non fuerint positæ, vt ibi perpetuò starent. *Alex. in l. diuortio. §. ob donationes. in fin. num. 11. ff. solut. matr.* vbi dicit, quod inuecta, & illata ab eo, qui vnica tantùm nocte mansit in hospitio, sunt tacitè obligata locatori. *Vrsill. ad Afflict. d. dec. 184. nu. 2. Caroc. loco cit. q. 18.*

15 Obserua 2. quod bona vxoris inuecta in domum viro locatam, non sunt tacitè obligata pro pensione, etiamsi ibi perpetuò existant, scilicet donec duret locatio. *l. si Aduersarius. vbi DD. C. ad Senatusc. Velleian.* nisi domus locata fuerit viro, & vxori simul: nam tunc etiam bona vxoris erunt obligata. *Bald. in d. l. Aduersarius. Vrsill. ad Afflict. d. decis. 184. num. 5. et seq.* vbi subijcit, quod si vxor post mortem viri moratur
16 in domo eidem viro locata, tenetur ad pensionem pro rata temporis, pro qua inhabitauit, nisi habitasset familiaritatis cum ipsis hæredibus viri inhabitasset. *ex trad. per Bald. in l. contractus. Cod. locat.*

17 Obserua 3. quod si conductor mala fide in domum conductam inferret rem alienam, non contraheretur legalis, & tacita hypotheca, siue inferret Domino sciente, siue eo ignorante. *Caroc. de locat. d. par. 5. q. 15. n. 8. et 11. et seq.* vbi etiam obseruat, quod si conductor intulisset rem, pro qua competeret publiciana, censebitur obligata. *de quo vide glos. in l. si ab eo. ff. de Pignor.* vbi dicit, quod comparente vero Domino, sicut non defenderetur debitor, ità nec creditor. cui verò competat actio publiciana. *vide quæ scripsimus in tract. de Temp. legali lib. 2. cap. 55. num. 40.*

18 Quæritur 7. an locans operam pro vehenda re aliqua de loco ad locum, teneatur de culpa leuissima? Resp. negatiuè, quia licèt in tali casu dammum, quod sua, & eorum, quorum opera vsus est, culpa acciderit, resarcire teneatur. *l. cum proponas. vbi Bald. nu. 8. C. de Naut. fœnor. l. item quæritur. §. 1. et l. si merces. §. qui columnam. ff. locat. l. vtique. §. 1. ff. de rei uindic.* non tamen tenetur de culpa leuissima, sed tantùm de dolo, lata, & leui culpa. *iuxta tex. in l. si certo loco. §. nunc uidendum. ubi Bart. ff. commodat. l. contractus. ubi Dec. nu. 33. ff. de Reg. iur. Bald. cons. 441. num. 1. uol. 1. Caroc. de locat. et conduct. par. 4. tit. de dolo, et culp. q. 1. et q. 2. nu. 13.*

19 Hæc tamen regula limitatur 1. in rebus, quæ leuiter franguntur, in quibus venit etiam culpa leuissima; nam ratione subiecti, de quo agitur, locatio, & conductio requirunt maiorem, vel minorem diligentiam. *Dec. in d. l. contractus. num. 33. ff. de reg. iur. Caroc. ubi supra d. q. 2. n. 6. et seq.* vbi exemplificat in saluis vitri, ollarum, & similium, quo casu vector debet probare, se adhibuisse exactissimam diligentiam, & eam, quam quilibet diligentissimus in simili ne-
20 gotio adhibuisset, præsertim quando damnum con-

contingit aliquo ex illis casibus, qui regulariter
sine culpa accidere non consueuerunt. *de quo vi-*
de Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. an nec hæ-
21 *redi. num.6. ff. de Eden.* vbi dicit, quod in fur-
to, incendio, fuga seruorum, & aliorum, qui
debuerunt custodiri, & in similibus casibus, qui
non possunt faciliter euenire absque culpa, præ-
sumitur culpa, nisi probetur casus; secus vbi
agitur de vi hostium, impetu aquarum, & simili-
bus, quæ possunt euenire sine culpa: tunc enim
probata amissione præsumitur casus, nisi culpa
probetur. *Ciriac. contr. 166. num.6. & seq. Ma-*
scard. de probat. conclus. 271. nu.6. & seq. & con-
clus. 467. num.20. & seq. vol.1. Paris. consil. 156.
num.5. & 6. par.4.

22 Notandum tamen est, quod casus fortuitus non excusat, quando præcessit culpa ordinata ad casum, vt si ex ea casus euenire poterat. *Menoch. lib.5. præsumpt.3. num. 138. latè Ciriac. d. controu. 166. nu.34. & seq.* vbi, quod non est necesse, vt culpa sit præcisè necessariò ordinata ad casum, sed satis esset, quod secundum possibilitatem actus dicatur ordinata, hoc est, quod possibile sit, ex illa causa effectum sequi.

23 Limitatur 2. quando quis locat operas suas tamquam artifex: tunc enim tenetur de damno contingenti ex culpa leuissima illorum, quorum opera vtitur. *l. si merces. §. qui columnam. vbi Paul. de Castr. ff. locat. Caroc. d. par.4. tit. de dol. & culp. q.2. num.9. & 10.*

Addit *Bald. in l. liberti. num. 11. C. de oper. libert.* quod promittens opus, debet facere omnibus suis expensis, & fabris, nisi aliter se habeat loci consuetudo. *vide Bart. in l. continuus. §. item qui insulam. ff. de verb. oblig.* vbi dicit, quod promittens opus, vt supra, tenetur fabros inuenire ex locis circumstantibus, quando non sunt in loco, vbi opus faciendum est. *Caroc. de locat. tit. de sext. grad. accident. q.6. incip. facta est locatio &c. fol. 242. à terg.*

24 Notandum est etiam, quod casum fortuitum allegans, debet illum probare. *latè Mascard. de probat. vol.1. conclus. 271. num.1. & seq. & conclus. 272. num.1. 2. et 21.* vbi, quod id arbitrio Iudicis relinquitur, qui inspecta facilitate probationis, vel difficultate, & considerata personæ qualitate, interdum exiget plenam probationem, aliquando non. *vide Bart. in d. l. si quis ex argentarijs. §. an nec hæredi. num.5.* vbi dicit, quod in casibus manifestis, vt in ruina, incendio, vi hostium, & similibus requiritur manifesta probatio; in casibus verò clandestinis, & occultis, vt in furto, sufficit probatio per coniecturas, vt si ostium ruptum fuit, famulus aufugit &c. *Boss. in tit. de furt. sub num. 2.* subdens, quod per clamorem, seu vociterationem nocturnam non probatur furtum, vbi aliud vestigium non appareret, aliàs fingi possent multæ fraudes.

25 Notandum 2. quod ad probandum casum satis
est seruare naturalem iustitiam, hoc est ius
gentium, secundùm quod in ore duorum, vel
trium stat omne verbum, non attenta solemnita-
te ciuili; & ideò vbi casum quis patitur, ibi de-
bent examinari testes, qui postea fidem facient
coram Iudice competente, etiamsi pars citata
non fuerit; quemadmodum etiam examinari
26 possunt testes in loco non apto, vbicunque ne-
cessitas imminet propter periculum mortis, vel
absentiæ in loco longinquo. *Bart. in l. si quis. C.*
27 *de Naufrag. lib. 11.* vbi, quod nauicularius,
qui dicit, se substinuisse naufragium, debet hoc
per testes probare coram Iudice illius loci, &
Præfecto denunciare intra annum, postea non
auditur; quamuis contrarium sentiat *Stephan.*
Aufrer. ad Capell. Tholosan. q. 447. vbi dicit,
quod passus naufragium etiam post annum audi-
ri debet, quia allegatio casus fit per mercatorem
ad suam defensionem: defensiones verò sunt per-
petuæ regulariter. *vide Gabr. commun. conclus.*
lib.2. tit. de citat. conclus.1. num. 352. Mascard.
de Probat. d. conclus. 272. nu.4. et seq. vbi etiam
obseruat, quod ad probandum casum fortuitum
28 admittuntur nautæ, & ministri nauis, & etiam
familiares, & domestici in subsidium.

29 Notandum 3. quod si de mercede conuentum est, actio locati competit: si verò non est conuentum, competit tacita actio locati, vel condictio. *l. si et me, et Titium. ff. si cert. pet. Bellon. decis. Gen. 115.* vbi etiam obseruat, quod in taxanda mercede, seu salario, quando famulo non fuit constitutum, debet prius inspici consuetudo loci, deinde qualitas personæ, cuius industriæ, & peritiæ sit; & illud præsertim debet considerari, si sit pauper, & non habeat vnde viuat, nisi de suo labore: nam non est verisimile, quod voluerit operari gratis. *ex trad. per Petr. de Vbald. in tr. de Duob. fratrib. in 6. par. princ. ante num. 27.* nec requiruntur copulatiuè illa duo, videlicet quod Dominus sit solitus conducere operas ministrorum, & famulus locare: satis enim est, vt alterum ipsorum concurrat; nam eo ipso quod Dominus conducit aliquem ad seruitium, ad quod solebat constituere mercedem, censetur conduxisse cum illa mercede consueta; & è contra eo ipso quod quis est solitus locare operas suas, censetur seruiuisse cum mercede, quam solebat ab alio lucrari. *Bart. in l. 1. §. sed etsi comites. ff. de var. et extraord. cognit. Bald. in l. excepto. nu.1. C. locat. Socin. cons. 196. vers. Quarto, et vlt. etc. Bellon. d. decis. 115. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Vendita, vel legata domo, censentur etiam vendita, et legata quæ ad eius perpetuum vsum destinata sunt, quæue ipsi domui sunt affixa, et num. seq.*

2 *Fundo simpliciter legato, continentur molæ oliuariæ, prælum, et quæcunque infixa sunt.*

3 *Si testator legat res, quæ sunt in tali domo, vel fundo, de quibus legatum intelligatur.*

4 *Quid si testator legat domum, et quæcunque in ea erunt.*

5 *Modus, qui ponitur in fauorem contrahentie, vel legatarij, non coarctat dispositionem, vel legatum.*

Quando plena proprietas rei censeatur concessa, et quando vsus, vel vsusfructus. ibid.

6 *Vendita, vel legata domo, censetur etiam venditus, vel legatus hortus contiguus, domui seruiens, stabulum, et horrea contigua, ad quæ per ipsam domum aditus intrinsecus patet.*

7 Ven-

CAP. VII.

De emptione, & venditione.

Quæstio I.

Vendita, uel legata domo, quid etiam uenditum, aut legatum censeatur.

1 RESP. quod vendita, vel legata domo, censentur etiam vendita, vel legata quæ ad eius perpetuum vsum destinata sunt, quæue ipsi domui sunt affixa. *l. prædijs. §. qui domum. ff. de leg. 3. l. fin. ff. de Supell. legat. l. granaria. ff. de Act. empt. l. fundi. §. Labeo. ff. eod. l. quæsitum.*
2 *§. fistula. ff. de fund. instr.* quemadmodum fundo simpliciter legato continentur molæ oliuariæ, prælum, & quæcunque infixa, inædificataque sunt. *l. cum fundus. ff. eod. tit. de fund. instr. Alex. cons. 54. num. 4. uol. 3. et consil. 223. num. 1. uol. 2. Anch. cons. 291. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 115. Vrsill. ad Afflict. decis. 298. num. 4. et seq. Ciriac. contr. 162. num. 4. et seq.* vbi dicit, quod legato fundo debetur quoque palatium super eo existens: nec requiritur vtrumque, videlicet quod sint destinata ad perpetuum vsum, & quod sint affixa, sed alterutrum sufficeret. *ut probat Surd. dec. 134. nu. 13. et seq. Corn. cons. 244. num. 18. uol. 2.* vbi subijcit, quod si te-
3 stator legat res, quæ sunt in tali domo, vel fundo, veniunt ea, quæ ibi solent esse, licèt tunc non sint: non tamen censentur legata ea, quæ casu, seu temporaliter ibi fuerunt; item si testator
4 legat domum, & quæcunque in ea erunt, non censentur legati nummi tempore mortis existentes in domo, vt alijs nominibus collocarentur. *l. si ità legatum. ff. de leg. 3. Corn. loco cit. et alij communiter.*

5 Præterea in hoc diligenter inspicienda sunt verba contrahentium, vel testatoris, nam si conceditur, vel legatur vni, vel pluribus domus ad habitandum, seu ad vsum, seu pro vsu, vel fundus ad vsumfructum, seu ad alimenta, tunc videtur plena proprietas concessa, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus: & ideò transit ad hæredes, quia causa de futuro, seu modus, qui ponitur in fauorem legatarij, seu alterius contrahentis, nunquam legatum, seu dispositionem coarctat. *l. 4. ff. de Alim. legat. l. donationes. §. species. ff. de Donat.* è contra si conceditur, seu legatur vsus, vel vsusfructus domus, vel fundi, vel alimenta ex fundo, tunc videtur concessus tantùm vsus, vel vsusfructus. *tot. tit. de Vsufr. legat. Bart. communiter receptus in d. §. species. Rot. decis. 168. numer. 2. par. 2. Diuers. Capyc. decis. 188. per tot.*

6 Hinc infertur, quod vendita, seu legata domo, censetur etiam venditus, seu legatus hortus contiguus, domui seruiens, quia tunc hortus pars domus censetur. *d. l. prædijs. §. qui domum. ff. de leg. 3. Alex. d. cons. 54. num. 4. Vrsill. ubi supra num. 5. Buratt. decis. 354. num. 2.* vbi dicit, quod sub legato, seu donatione domus veniunt hortus, stabulum, & horrea contigua, ad quæ per ipsam domum aditus intrinsecus patet. *l. olympico. ff. de seruit. urban. præd. l. prædijs. §. balneas. ff. de leg. 3. Natt. cons. 117. num. 2.*

7 Infertur 2. quod vendita domo veniunt vitreatæ, seu specularia domus, vel quia destinata sunt ad perpetuum vsum. *d. l. prædijs. §. qui domum. ff. de leg. 3. Abb. cons. 88. uol. 2. Mantic. de Coniectur. ultim. uol. lib. 9. tit. 2. num. 43.* vel quia ipsi domui affixa sunt, cum substineri soleant cancellis muro infixis, & calce, aut tenaci gipso conclusis. *d. l. quæsitum. §. specularia. ff. de fund. instr.* & quamuis amoueri possint dimissis cancellis, id tamen non ideò fit, vt vitreatæ amoueantur, sed vt eueniente necessitate refici possint. *ut obseruat Surd. decis. 134. num. 4. per tex. in d. §. specularia. et in l. fundi. §. ea quæ ex ædificio. ff. de Action. empt.* vbi ea, quæ sunt domus causa parata, non desinunt illius pars esse, si aliquando amota sunt animo reponendi. *et in d. l. granaria. ff. eod.* vbi, tegulæ detractæ animo reponendi, habentur pro parte domus.

8 Infertur 3. quod claues, seræ, ostia, & his similia, licèt affixa non sint, domui cedunt, quia hæc posita sunt in domo, vt perpetuò sint. *l. quæsitum. §. fistulæ. ff. de fund. instr. Bald. in l. 2. C. de Verb. sign. Cephal. cons. 92. num. 34. Surd. d.*
9 *decis. 134. num. 5. et seq.* subdens, quod quæcumque contractus tempore ostenduntur, ea omnia veniunt in ipso contractu; ex quo fit, vt vendi-
10 tor ostendens equum ornatum, teneatur etiam

ad

ad traditionem ornamentorum, dummodò in
ornamentis infixa non sint insignia venditoris.
ex trad. per Bald. in l. 2. num. 4. C. de Ædil. act.
Roch. de Cur. in tractat. consuetud. section. 8.
num. 44.
11 Infertur 4. quod vendita domo censetur etiam
vendita apotheca, quæ subtus domum existit, si
eadem contiguatione, muro, & fundamento te-
neatur, iisdemque finibus includatur, etiamsi
per domum ad apothecam non pateat aditus,
quia domus tamquam caput ad se trahit reliqua,
quæ sunt ei coniuncta. *Mantic. de Tacit. lib. 13.*
tit. 23. nu. 32. & seq. & de Coniectur. vltim. vol.
lib. 9. tit. 2. nu. 36. & seq. Anchar. cons. 291. Vrsill.
loco cit. num. 6.
12 Infertur 5. quod legata domo non censetur
legata supellex, cum hæc ad perpetuum eius v-
sum destinata, vel saltem ipsi domui affixa non
sit: quemadmodum legato fundo, eadem ratio-
ne non censetur legatum instrumentum eius. *l.*
fin. ff. de supell. legat. Mantic. de Coniectur. vlt.
volunt. lib. 9. tit. 2. n. 43. Coccin. decis. 387. nu. 2.
13 vbi subiicit, quod molendinum constructum in
domo, censetur quid diuersum à domo: quod
intellige, quando ad illud per ipsam domum adi-
tus intrinsecus non patet, vel quando iisdem fi-
nibus non includitur, aliàs secus. *vt supra dixi-*
mus de stabulo, borreis, & apotheca. nu. 6. & 11.
14 Infertur 6. quod licèt in iure congrui vicinus
mediante domo præferatur vicino mediante hor
to, tamen si non existeret vicinus coniunctus
15 cum domo, ius congrui competeret vicino con-
iuncto cum horto, quia hortus domui contiguus
censetur pars domus. *vt post Alex. cons. 223. vol.*
2. & alios resoluit Vrsill. ad Afflict. decis. 223.
num. 1.
16 Infertur 7. quod statuæ affixæ parieti domus
venditæ, veniunt in venditione domus, quia eo
casu pars domus censentur. *Rot. decis. 822. num.*
1. & seq. par. 3. lib. 3. Diuers. secus esset in statuis
non affixis, etiamsi videantur ibi positæ, vt per-
petuò conseruentur, quales sunt illæ, quæ sunt
in cortile domus, vbi sunt cellulæ pro eisdem
statuis collocandis: istæ enim pars ædium non
sunt, & ideò non veniunt in domus venditione.
per tex. in l. pen. ff. de Verb. sign. vbi, quod hu-
iusmodi statuæ ornatus ædium causa parantur,
non quò ædes perficiantur.
17 Quæres, an vendens partem fundi, teneatur
præstare seruitutem eundi per aliam partem re-
tentam? Resp. negatiuè, nisi adiecta esset clau-
sula. *cum accessibus, & egressibus &c. latè Corn.*
consil. 154. per tot. vol. 2. Vrsill. ad Afflict. decis.
298. *num. 4.* uam quæ antea erat pars fundi, per
venditionem, & segregationem non dicitur am-
plius pars, sed plures fundi sunt, & dicuntur, &
ideò vnus alteri amplius seruire non debet. *l. si*
quis. §. si quis. vers. planè. ff. comm. præd. l. lo-
cus. ff. de Verb. sign. l. planè 34. §. sed & si quis.
vbi glos. in ver. rectè appellatur. ff. de leg. 1. l.
quod in rerum. §. si quis. ff. eod. tit. seruitutes e-
nim huiusmodi, & aliæ similes non veniunt in
venditione, nisi de eis expressa fiat mentio. *vt*
trad. Corn. & Vrsill. locis cit. & alij communi-
ter.
18 Quæres 2. an ex instrumento venditionis pro-
betur possessio? Resp. negatiuè, quemadmo-
dum nec probatur ex quocunque alio contractu,
19 qui rei dominium transferre aptus per se sit: ex
his enim non benè infertur ad acquisitionem
possessionis, quæ est quid facti. *l. si pater tuus. C.*
de Act. empt. Peregr. cons. 6. num. 10. Rot. apud
Post. in tract. mandat. de manuten. decis. 640. nu.
8. & seq.
An verò instrumentum diuisionis probet pos-
sessionem contra diuidentem? Resp. affirmatiuè.
vide Rot. apud Post. decis. 398. nu. 7.
20 Quæres 3. an venditor, qui promisit pecuniam
ex venditione acceptam reinuestire in censibus,
vel stabilibus, satisfaciat suæ obligationi, si se-
mel illam reinuestiuit? Resp. affirmatiuè, nisi
aliud expresè conuentum fuerit. *Bart. in l. qui*
res. §. aream. ff. de solut. Gratian. discept. forens.
cap. 962. num. 47. & 48. Rot. dec. 373. nu. 64. par.
4. tom. 1. & dec. 218. nu. 11. par. 5. tom. 1. recent.
21 vbi, quod promissio facta alicui, intelligitur
pro prima vice. *Grammat. dec. 102. num. 92.* vbi,
22 quod ad dissolutionem obligationis sufficit vni-
cum implementum. *per textum in l. inter Soce-*
ram. §. vlt. ff. de Pact. dotal. l. fin. ff. de bon. auth.
Iud. poss. l. cum pater. §. pater certam. ff. de leg. 2.
23 promissor enim in dubio intelligitur obligatus
ad id, quod minus est. *Ciriac. contr. 510. num. 33.*
24 *& contr. 495. num. 13.* subdens, quod reinuesti-
mentum subsequutum post contractum, præsumi-
tur factum in executionem præcedentis obliga-
tionis. *vt sensit etiam Marescott. var. lib. 1. cap.*
8. num. 16. Mascard. de Probat. conclus. 1244. n. 4.
Surd. dec. 221. nu. 13. & dec. 308. nu. 19.

SVMMARIVM.

25 *Reseruatio dominij in contractu venditionis ope-*
ratur, vt venditio resoluatur in locationem,
aut aliud genus contractus, in quo dominium
non transfertur.
26 *Pactum dominij reseruatiuum tacitè inest in*
contractu uenditionis, & num. seq.
27 *An gabella solui debeat pro uenditione facta cum*
reseruatione dominij.
An locum habeat in tali casu hypotheca ad fauo-
rem creditorum. ibidem.
28 *Dominium rei uenditæ nunquam transit in em-*
ptorem, nisi per eum fuerit solutum integrum
pretium.
29 *Fructus rei uenditæ spectant ad emptorem pro*
rata pretij soluti, & num. seq.
30 *Emptor non potest fructus pro rata pretij soluti*
petere, nisi soluto integro pretio.
31 *Saluianum non competit super re, cuius domi-*
nium uenditor sibi reseruauit.
32 *Reseruatio dominij impedit, nè ius quæratur an-*
terioribus creditoribus emptoris, nisi soluto
pretio uenditori.

Quæstio II.

Quid operetur reseruatio dominij in contractu
uenditionis.

25 RESp. quod stante huiusmodi reseruatione
venditio resoluitur in locationem, aut
aliud genus contractus, puta pignoris, vel em-
phi-

phiteusis, vel commodati, vel depositi, in quibus dominium non transfertur. *l. cum manu sata*, 80. *in fin. iuncta glos. in ver. genus contractus. ff. de contrah. empt. Magon. dec. Lucen.* 31.
26 *nu.*9. vbi, quod pactum dominij reseruatiuum tacitè inest in tali contractu. *Surd. dec.*157. *num.* 2. *et* 3. *et dec.*305. *num.* 39. vbi dicit, quod cum
27 dominium in tali casu remaneat penes venditorem, ideò non potest dici nouus contractus, & consequenter pro eo non est soluenda gabella. *vt sensit etiam Alex. in addit. ad Bart. in l. sancimus* 4. *C. de Consul. lib.*12. *Rota in Romana vineæ* 14. *Maij* 1636. *coram Pirouano*: nec locum habet hypotheca ad fauorem creditorum, cum dominium rei venditæ, etiam cessante ista reseruatione expressa, nunquam transeat in emptorem, nisi per eum fuerit solutum pretium, ità vt non sufficiat illud pro parte soluisse, cum neque
28 pro rata pretij soluti dominium dicatur acquisitum. *l. quod vendidi*, 19. *ff. de contrah. empt. Bart. in l. fistulas. §. qui fundum. ff. eod. tit.* licèt
29 fructus rei venditæ spectent ad emptorem pro ea parte, pro qua soluit pretium, non quidem ratione dominij, sed ex quadam generali æquitate, ne venditor locupletetur cum iactura emptoris, ex qua æquitate officio iudicis veniunt fructus pro rata pretij soluti. *Alex. cons.*121. *nu.* 1. *et* 2. *lib.*4. *Ruin. cons.*66. *nu.*7. *lib.*4. *latè Surd. decis.*220. *num.*11. *et seq. Tiraq. de contract. conuent. §. fin. n.*71. *Beltram. ad Greg. XV. dec.* 347.
30 *num.*18. subdens, quod non potest emptor fructus pro rata pretij soluti petere, nisi prius soluto integro pretio, & tunc debentur ei fructus etiam temporis præteriti pro rata pretij anteà soluti. *Rot. recent. dec.*107. *num.* 5. *par.*3. *et dec.* 128. *num.*1. *et seq. par.*8.
31 Ex dictis infertur, quod Saluianum non competit super re, cuius dominium venditor sibi reseruauit, etiamsi emptor partem pretij soluerit. *Merlin. de Pignor. lib.*4. *tit.*1. *q.*41. *nu.*75. *et seq. Rot. d. dec.*128. *par.*8. *et dec.*194. *num.*30. *par.* 5.
32 *recent.* vbi addit, quod si dominium per antecedentes clausulas in eodem instrumento prius fuerit translatum, & postea adijciatur pactum dominij reseruatiuum, hæc dominij subsequens reseruatio impedit, ne ius quæratur anterioribus creditoribus emptoris, nisi soluto pretio venditori, quicquid in contrarium sentiant. *Socin. iun. cons.*76. *num.* 2. *vol.* 4. *Ciriac. contr.* 55. *num.*9. *et seq. vol.*1. asserentes, quod simplex reseruatio dominij intelligitur pro parte non soluta, & non impedit illius translationem pro parte soluta.

SVMMARIVM.

33 *Quando iurisdictio vna cum mero, et mixto imperio transferatur per venditionem Castri, et quando non, et num.*37. *et seq.*
34 *Si locus venditus certum territorium habeat annexum, an hoc quoque intelligatur translatum.*
35 *Quid si iurisdictio concedatur sine Castro, vel territorio.*
36 *Quando verbum potest capi in suo genere, et in certa specie, si sumus in materia fauorabili, debet capi in genere, et non in specie, secus in materia odiosa.*
Concessio iurisdictionis inter fauorabilia computatur. ibidem.
37 *Ex circumstantijs rei, personæ, vel pretij exiguitatis stricta aliquando fit interpretatio.*
38 *Iurisdictio in dubio non præsumitur translata, quando concedens eam non potest sine Superioris licentia in alium transferre.*
39 *Quid si Castro nulla iurisdictio cohæreat, sed illud subsit alteri Castro, seu Ciuitati, et num.*41.
40 *Castrum dicitur quod muro cingitur: territorium verò est quod extra muros Castri continetur.*
41 *Quid si concessio fiat Ecclesiæ.*
42 *Quando quis de iurisdictione simplici fuit inuestitus, non ueniunt ea, quæ sunt meri imperij.*
43 *Statuta condere, est meri imperij.*
44 *Quando Ciuitas iurisdictione carens, possit statuta condere.*
45 *Concesso mero, ac mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione, Vassallus non posset legem condere, neque alia expedire, quæ sunt maximi gradus meri imperij, et num. seq.*
46 *An Vassallus, cui concessum fuit merum, et mixtum imperium, de causis appellationum cognoscere possit.*

Quæstio III.

An Castro simpliciter uendito, censeatur translatum merum, et mixtum imperium.

33 RESP. quod si Castro iurisdictio cohæreat, idest si in ipso per magistratum proprium exerceri ità sit solita, vt alteri Ciuitati, seu Oppido locus concessus non subsit, sed immediatè subditus sit concedenti, tunc iurisdictio vna cum mero, & mixto imperio tamquam accessorium transfertur cum vniuersitate ipsius Castri, præsertim si concessio fiat à Principe. *l.*1. *§. in initio eiusdem. ubi DD. ff. de offic. Præfect. Vrb. Io. Andr. ad Spec. in tit. de Iurisd. omn. Iud. §.*1. *num.*16. *in uer. pastoralis. Paris. cons.* 20. *nu.* 59. *uol.*1. *Rol. consil.*42. *num.* 30. *et* 37. *uol.* 2. *Couar. pract. quæst. cap.*1. *num.* 10. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.*97. *num.* 14. *et* 46. *latè Rosenth. de feud. cap.*5. *conclus.*6. *num.* 1. *et* 2. *et in glos. litt. A. B.*
34 *et C.* vbi, quod si locus venditus certum territorium habeat annexum, illud quoque intelligitur translatum.
35 Idem dicendum, vbi iurisdictio conceditur sine Castro, Oppido, vel territorio: nam tunc etiam merum, ac mixtum imperium continetur;
36 quia quando verbum potest capi in suo genere, & in certa specie, si sumus in materia fauorabili, prout in concessione iurisdictionis, debet capi in genere, & non in specie, licèt secus sit, in materia odiosa. *Abb. in cap. Rodulphus. num.*3. *in fin. de Rescript. Alciat. in cap. quod sedem. nu.* 38. *et seq. de offic. ord. Dec. in l. imperium. nu.*27. *ff. de iurisd. omn. Iud. Alex. in l.*1. *num.*66. *ff. de offic. eius. cui mand. est iurisd. Menoch. lib.*3. *de præsumpt.*97. *nu.*40. *Rol. d. cons.*42. *nu.*40. *uol.* 2. *Villalob. commun. opin. litt. I. num.* 163. *Couar. loco cit. d. cap.*1. *uersus fin. uers. Quartò et regulariter etc.*

37 Li-

37 Limita 1. quando aliæ circumstantiæ rei, personæ, vel pretij exiguitatis, strictam suaderent interpretationem. *Io. Andr. ad Spec. in tit. de iurisd. omn. Iud. §. expedito. num. 16. litt. H. Menoch. d. præsumpt. 97. num. 47.*

38 Limita 2. si concedens non possit iurisdictionem, quam ibi habet, sine consensu Superioris in alium transferre; tunc enim in dubio non præsumitur translata. *Rosenth. d. concl. 6. num. 4. & in glos. litt. A.* vbi obseruat, quod in Regno Neapolitano Barones ex constitutione Regni merum imperium non consequuntur in Baronia concessa, nisi expressum concedatur.

39 Limita 3. quando castro nulla iurisdictio cohæret, vt quia in ipso non sit solita exerceri per Magistratum proprium, sed illud subsit alteri castro, seu Ciuitati, & per illius Magistratum iustitia ibi expediri consueuerit: quia tunc concesso tali castro, nulla iurisdictio in dubio concessa præsumitur, cum in tali casu Castrum censeatur quid separatum à iurisdictione. *Innoc. in cap. ex litteris. de Iurepatr. Menoch. lib. 3. præsumpt. 97.*
40 *num. 1.* vbi describit castrum, & territorium: castrum enim dicitur quod muro cingitur; territorium verò est quod extra muros Castri continetur: & ideò nihil impedit, quin iurisdictio possit esse vnius, & Castrum alterius. *Couar. pract. quæst. cap. 1. num. 10. vers. decima conclusio &c. Rolan. cons. 421. num. 30. Rosenth. d. cap. 5. conclus. 6. num. 5. & in glos. litt. F. & conclus. 7. num. 3. & in glos. litt. D.* subdens, quod me-
41 rum, & mixtum imperium censeretur concessum in supradicto casu, si concessio facta fuerit cum omnimoda, vel plenissima iurisdictione, aut cum pertinentijs omnibus, vel si concedens quædam sibi reseruauit ex mero imperio, quia tunc cætera concessa intelliguntur. *l. ex eo. ff. de testib. Dec. in l. 1. nu. 24. & seq. ff. de reg. Iur.* idem dicendum si concessio fiat Ecclesiæ, quia tunc etiam transit merum, & mixtum imperium, cum eius fauore concessio sit latissimè interpretanda. *arg. l. vt inter Diuinum. C. de Sacros. Eccles. l. sunt personæ. ff. de Relig. & sumpt. fun. Genuens. in tract. de Eccles. triecn. 1. q. 2.*

42 Limita 4. vbi quis de iurisdictione simplici fuit inuestitus; eo enim casu non veniunt ea, quæ sunt meri imperij. *vt tradunt DD. apud Rosenth. d. cap. 5. conclus. 9. num. 9.* vbi, quod in tali casu
43 inuestitus non posset statuta condere, cum id ad merum spectet imperium.

44 Notandum tamen est, quod populus etiam iurisdictione carens potest circa ea disponere, in quibus liberam habet disponendi facultatem, vt de expendenda pecunia communi. *Bart. in l. omnes populi. num. 3. & seq. ff. de iurisdict. omn. Iud. Bald. in l. nulli. nu. 3. C. de sent. & interlocut. omn. Iud. Gozad. cons. 35. nu. 16.*

45 Notandum 2. quod concesso in feudum mero, ac mixto imperio, ac omnimoda iurisdictione, Vassallus non posset legem condere, neque alia expedire, quæ sunt maximi gradus meri imperij, hæc enim sub huiusmodi concessione non comprehenduntur, quemadmodum nec continentur regalia, sed censentur reseruata, nisi ex coniecturis aliter constet. *vide Alciat. in d. cap. quod sedem. num. 42. & seq. de offic. ordin.* item
46 non posset Vassallus de causis appellationum cognoscere, sed istæ intelliguntur Domino similiter reseruatæ. *Io. Andr. ad Spec. in tit. de Iurisd. omn. Iud. d. §. 1. nu. 16. ver. pastoralis. versus fin. Boss. in tit. de for. compet. num. 45. & in tit. de Princip. num. 281. & seq. Crauet. cons. 209. num. 9. & 10. & cons. 411. num. 42. Couar. pract. quæst. cap. 4. nu. 6. Soc. iun. cons. 126. n. 38. vol. 3.* vbi, quod Dominus solus cognoscit de crimine læsæ maiestatis, & fa'sæ monetæ. *Rosenth. d. cap. 5. conclus. 5. num. 5. & seq.* vbi etiam obseruat, quod si Vassallus non solum de iurisdictione, sed & cum appellationibus inuestitus foret, eo casu primæ tantum appellationes ad ipsum deuoluerentur. *Natt. cons. 487. num. 24.* vbi dicit, quod appellationes sunt species superioritatis, quæ in dubio non intelligitur concessa, nisi specificè exprimatur. *latè Peregrin. de Iur. fisc. lib. 1. tit. 3. num. 75. Rosenth. d. conclus. 5. nu. 11.* vbi subijcit, quod si Iudex ad vnam causam datus est, tunc ab isto Iudice dato ad Vassallum datur prouocari potest. *per tex. in l. 2. & fin. ff. Quis & à quo &c.*

SVMMARIVM.

47 *Si res duobus vendita fuerit, is potior est, cui priori res tradita fuit: limitatur nu. seq.*
48 *In piam causam ex solo contractu transfertur dominium sine traditione.*
49 *Si quis vni Ecclesiæ prius vendidit soluto pretio, & non tradidit, deinde alteri Ecclesiæ vendidit, & tradidit, potior erit prima Ecclesia.*

Quæstio IV.

Re vendita duobus, quis censeatur potior.

47 Resp. quod potior est is, cui priori res tradita est. *l. quoties. C. de rei vendic.* quod procedit siue venditio fiat à priuato, siue ab Ecclesia. *Abb. in cap. continebatur. n. 5. de his, quæ fiunt à Prælat. & alij apud Tiraq. de Priuil. piæ caus. priuil. 107. vers. sed quid quando etc.*
48 Limita si prius res vendita fuerit piæ causæ, quia tunc pia causa præfertur alteri emptori, cui fuit prius tradita: ratio est, quia licet in priuaris ex contractu non transeat dominium sine traditione. *l. traditionibus. C. de Pact. l. si ager. ff. de rei vindic.* tamen in piam causam ex solo contractu transfertur dominium sine traditione. *Bart. et alij in l. vlt. C. de Sacros. Eccles. Canonistæ in cap. 2. extrau. de Consuetud. glos. in d. l. vlt. ver. in rem.* vbi dicit, quod si quis vni Eccle-
49 siæ prius vendidit soluto pretio, & non tradidit, deinde alteri Ecclesiæ vendidit, & tradidit, potior erit prima Ecclesia. *Bald. cons. 86. lib. 5. et alij communiter.*

SVMMARIVM.

50 *Emptor conuentus remedio l. 2. C. de Rescind. vend. quando ad restitutionem fructuum teneatur.*
Si in venditione læsio enormissima interuenerit, contractus iudicatur nullus, et quando enormissima læsio dicatur. ibid. et nu. seq.

51 *Quando minor, & mulier, & eorum hæredes rescindere possint renunciationem etiam iuramento vallatam.*

Quæstio V.

An emptor conuentus remedio l.2. C. de Rescind. vendit. nolens supplere pretium, teneatur restituere fructus à tempore contractus celebrati.

50 RESp. quod emptor non tenetur restituere fructus perceptos à tempore contractus celebrati, seu traditionis: hos enim irreuocabiliter retinet vti Dominus ipsius rei, etiamsi rem ipsam restituat; sed tantùm tenetur restituere fructus, qui percepti sunt à tempore moræ, quia cum textus *in d. l.2.* nihil de fructibus loquatur, ideò ad auocationem fructuum trahi non debet, & ità in praxi seruari testatur *Couar. var. lib.2. c.3. nu.9. & communem, & veriorem dicit Ceuall. q.536. num.20. vbi refert, quod ità sensit Rota in nouiss. dec.116. Sylu. in ver. vsura 2. q.15. Cancer. var. par.1. cap.13. num.*48. vbi dicit, quod emptor, qui eligit restituere rem, tenetur ad fructus post litem contestatam perceptos, & ei soluendum est interesse pretij. *latè Pinell. in l.2. par.2. cap.4. C. de rescind. vend. num.1. 2. & per tot.* vbi dicit, quod imputandum est ipsi venditori, qui agere distulit, cum potuerit quocunque tempore ius suum experiri, licèt alij alitèr sentiant, quorum argumentis rectè respondet *Pinell. loco cit.*

Obserua tamen, quod si in venditione læsio enormissima interuenerit, ità vt non solum vltra dimidiam, sed etiam vltra bessem iusti pretij venditor deceptus fuerit, tunc contractus iudicatur nullus, quasi eo casu adsit dolus ex proposito; & ideò emptor præcisè cogitur rem restituere vna cum fructibus, quos percepit, vel percipere potuit à die contractus, & traditionis, vt seruatur in quolibet malæ fidei possessore. *Cancer. d. cap.13. num.43. vbi citat Gam. dec.94. & 95. Borrell. cons. 100. Alua. Valas. consul. 43. lib.1. & alios.*

51 Notandum est etiam, quod minor restituitur aduersus obligationem etiam pro patre factam non obstante renunciatione, & iuramento, quando constaret de enormissima læsione, vt si minor non possit indemnis releuari, aut summa, pro qua se obligauit, excedat proprium patrimonium; eo enim casu præsumitur dolus, qui cum re ipsa contingat, æquiparatur dolo vero, & ex proposito. *Afflict. decis.322. num.7. & seq. Cephal. cons.207. num.74.* vbi dicit, quod dispositio *auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend.* non habet locum data enormi læsione. *Rot. diuers. dec.102. num.1. & seq. par.2.* vbi, quod hæredes mulieris possunt impugnare, ac rescindere ex capite enormissimæ lęsionis renunciationem eiusdem mulieris, non obstante iuramento, decreto Iudicis, auctoritate tutoris, vel curatoris, interuentu consanguineorum, & alijs cautelis: præsertim si renunciatio facta sit ad fauorem patris, quo casu censetur facta metu reuerentiali, propter quem rescinditur officio Iudicis absque alia probatione minarum præcedentium, stante enormissima læsione. *& decis.428. num.3. ead. par.2. Greg. dec.333. nu.7. & seq. & dec.120. num.14. latè Buratt. dec.75.*

SVMMARIVM.

52 *Qui vult vti remedio l.2. C. de Rescind. vend. probare debet læsionem vltra dimidiam iusti pretij tempore contractus.*
Pretium conuentum inter partes regulariter præsumitur iustum. ibidem.
53 *Quoad pretium, seu valorem rei, attenditur consuetudo loci, & num.65.*
54 *Minuitur pretium rei sitæ in loco periculis obnoxio.*
55 *Valor rei consideratur, dum res extabat penes venditorem.*
56 *Res tanto minus valere dicitur, quantum importat onus, quo eadem res grauata est.*
57 *Res litigiosa multo minus æstimatur.*
58 *Cum venditur res cum qualitate minuente rei pretium, debet pleniùs probari læsio ex parte venditoris longè supra dimidiam iusti pretij.*
59 *Pactum de reuendendo minuit valorem rei.*
60 *Venditor sciens rei valorem, si donauerit emptori quicquid vltra pretium conuentum res ipsa valet, excluditur à beneficio d. l.2. limitatur num.61.*
61 *Scientia probatur ex coniecturis, & n.62.*
62 *Sciens rei valorem, excluditur à dicto beneficio, etiamsi nulla facta fuerit mentio donationis in instrumento.*
63 *Sciens rei valorem censetur partem vendere, & partem donare.*
64 *Quando huiusmodi scientia præsumatur.*
65 *Clausula, quod plus ualet, donauit &c. quando referatur ad modicam quantitatem.*
66 *Modicum qualiter intelligatur.*

Quæstio VI.

Valor rei stabilis, seu immobilis quomodo considerari debeat, ut locum habeat remedium l.2. C. de rescind. uendit.

52 CErtum est, quod, vt sit locus dicto remedio, probari debet læsio vltra dimidiam iusti pretij inspecto tempore contractus: non enim sufficeret læsio citra dimidiam. *ut in d. l.2. in fin. & l. si uoluntate tua. C. eod. tit.* pretium enim conuentum inter partes regulariter præsumitur iustum. *Mascard. conclus. 1231. Ciriac. controu.123. num.4. & controu. 261. num. 51. et seq. et controu. 162. num.25.* vbi subijcit, quod ædificia accessoria fundo, præsumuntur æstimata cum ipso fundo, licèt in æstimatione periti non fecerint de eis aliquam mentionem. *Card. Seraphin. decis.1378. nu.3.* vbi dicit, quod ædificia sita in prædijs rusticis non habentur in consideratione, nisi vti quid accessorium; & licèt reddant prædium pretiosius, tamen non æstimantur, prout æstimantur prædia vrbana, nisi inter partes aliud fuerit conuentum. *Vrsell. conclus.62. num.97.*

53 Ad

53 Ad discernendum autem verum valorem, animaduertere debet Iudex consuetudinem loci; quia res quandoque minus valet in vno loco, quàm in alio. *l. fin. §. vlt. vbi DD. C. de Admin. Tut. Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. vlt. num. 22.* vbi
54 dicit, quod minuitur pretium rei sitæ in loco periculis obnoxio. *Ciriac. contr. 421. num. 10. & contr. 1. num. 29.* vbi dicit, quod iustum rei pretium est, quod communi hominum æstimatione statutum est, & communiter in loco frequens in vsu est. *per textum in l. pretia rerum. 63. ff. ad l. falcid. l. in quantitate. 73. §. magna. ff. eod. tit. l. fin. §. bis adijcimus. C. de Admin. tut.*
55 Secundò considerare debet valorem rei, dum extabat penes venditorem; nam apud debitorem debitis implicitum, & qui non potest cauere de euictione, res minus valet, quæ apud alium plus valeret. *Bart. communiter receptus in l. 1. §. si hæres. num. 3. ff. Ad Senatusconf. Trebell. Ciriac. d. controu. 421. num. 9. & alij apud Pinell. in d. l. 2. par. 3. cap. vlt. n. 20. C. de Rescind. vend.*
56 Tertiò deducere debet onera, quibus res grauata est, quia res tanto minus valere dicitur, quantum importat onus. *l. obsignatum. §. bona. ff. de verb. signific. l. si quis. 16. C. de Rescind. vend. l. quantitat. 72. ff. ad l. falcid. d. l. 1. §. si hæret. vbi Bart. & alij. ff. ad Trebell. Crauett. consil. 202. num. 19. Pinell. vbi supra. d. cap. vlt.*
57 *num. 19.* vbi dicit, quod res litigiosa multo minus æstimatur. *latè Mascard. de Probat. conclus. 1396. num. 13. & seq. vol. 3.* vbi dicit, quod cùm
58 venditur res cum qualitate minuente rei pretium, debet pleniùs probari læsio ex parte venditoris longè supra dimidiam iusti pretij. *Tiraq. de Retract. conuent. in præfat. num. 25.* vbi etiam
59 dicit, quod pactum de reuendendo minuit valorem rei.
60 Quartò inspicere debet diligenter verba instrumenti venditionis: nam si venditor sciens rei valorem, donauerit emptori quicquid vltra pretium conuentum res ipsa valet, excluderetur à beneficio *d. l. 2. C. de rescind. vend.* præsertim si venditor in donatione adiecerit ea verba, si plus valet, donauit quantumcumque sit siue magnum, siue paruum. *Bart. in d. l. 2. nu. 14. C. de rescind. vend. Boer. decis. 142. num. 6. & seq. latè Cagnol. in d. l. 2. nu. 123. & seq.* vbi dicit, quod
61 scientia probatur ex coniecturis, cum in animo consistat; & ideò is, qui versatur circa culturam rerum, præsumitur scire illarum valorem ex reditu; hoc tamen non procederet in minore, muliere, Tutore, Curatore, Beneficiato, seu Rectore Ecclesiæ, & alijs non habentibus potestatem donandi, nec in rustico, & alijs simplicibus personis, nisi essent sagaces. *Boer. dec. 142.*
62 *per tot.* vbi addit, quod sciens valorem rei, excluditur à dicto beneficio, etiamsi nulla facta fuerit mentio donationis, quia sciens valorem
63 rei, censetur partem vendere, & partem donare. *Ciriac. contr. 421. num. 11. & seq.* vbi, quod
64 scientia venditoris de valore rei dicitur probata, si de reditu ipsius rei facta fuerit mentio in instrumento. Secus esset, si venditor valorem rei ignorauerit, quia tunc illa clausula *quod plus valet, dedit & donauit &c.* ad mo-
65 dicum tantummodò refertur. *Bart. in d. l. 2. num. 15. & communem dicit Cagnol. ibidem.*
66 *num. 129.* vbi etiam resoluit, quod modicum, cum non sit à iure determinatum, relinquitur arbitrio Iudicis. *Boer. d. decis. 142. num. 6. & seq.*

SVMMARIVM.

67 *Quando pro melioramentis res tota retineri possit, & quando pars tantùm.*
68 *Quando fructus computentur in sortem.*
69 *Possessor, qui in termino sibi præfixo non probauit melioramenta, condemnatur ad rei restitutionem, præstita cautione de resciendo melioramenta facta legitima liquidatione.*
70 *Exceptio melioramentorum illiquida, non retardat immissionem.*
71 *Possessor, qui rem meliorem reddidit, conuentus hypothecaria ab aliquo creditore, si vult retinere rem, potest soluere creditori agenti valorem rei, detractis melioramentis: limitatur num. seq.*
72 *Quid si creditor velit soluere meliorationes.*
73 *In liquidatione melioramentorum debet probari status antiquus rei melioratæ.*
74 *Melioramenta facta in arborum plantatione non perpetuò duratura, non habentur in consideratione.*
75 *In materia melioramentorum non attenditur quid impensum fuerit, sed quid fuerit melioratum, & num. seq.*
76 *Quid si minus impensum sit, quàm melioratum.*
77 *Quando melioramenta non debeantur.*
78 *Creditori competit retentio, etiamsi nullam haberet hypothecam, vel in possessionem nulliter immissus sit.*
Fauorabilior est retentio, quàm actio. ibid.
79 *An possessor domus, seu fundi censiti, qui censum redemit, seu extinxit, vti possit beneficio retentionis.*
80 *In iudicio summarijssimo manutentionis leuiores probationes, & adminicula admittuntur.*
81 *In dicto iudicio satis est vnicus testis, vel duo etiam nulliter examinati ex defectu iurisdictionis, & citationis, & etiam examinati in alia causa, & inter diuersas personas, & num. seq.*
82 *Possessio probatur ex assertione partis enunciantis aliquem occupatorem, & ex implicita confessione Aduersarij petentis immissionem.*

Quæstio VII.

Quomodo, & quando competat retentio pro melioramentis.

67 COmmuniter distinguitur, quod aut melioratus est totus fundus, & totus similiter retineri potest pro melioramentis; aut pars fundi tantùm est meliorata, puta vnus ager, & tunc non potest retineri totus fundus, sed ager tantùm melioratus: quo casu ille, qui rem melio-
68 rem reddidit, superlucratur fructus pro parte tantùm meliorata, & si quid perceperit ex parte fundi non meliorati, debet illud computare in

fortem. *Neguſ. de pignor. 4. mem. 5. par. princ. num. 20. Zabarell. conſil. 78. num. 3. quos refert, et ſequitur Ludouic. deciſ. Rot. Lucen. 7. num. 10. et ſeq.*

69 Tenetur autem poſſeſſor probare huiuſmodi melioramenta, & ideò ſolet in iudicio præfigi competens terminus ad ea liquidanda; & ſi in termino præfixo liquidatio facta non fuerit, non erit amplius locus retentioni, & iuſtè poterit talis poſſeſſor condemnari ad rei, ſeu fundi reſtitutionem, præſtita cautione de reficiendo melioramenta facta legitima liquidatione. *Neguſ. loco cit. num. 10. Ciriac. contr. for. 194. nu. 4. Rot. dec. 127. num. 6. et ſeq. par. 4. tom. 2. Recent. Mer-*
70 *lin. dec. 118. num. 15.* vbi dicit, quod exceptio melioramentorum illiquida non retardat immiſſionem.

71 Notandum eſt autem, quod ſi poſſeſſor, qui rem meliorem reddidit, conueniatur hypothecaria ab aliquo creditore, non cogitur ſoluere debitum, vt cogitur alius poſſeſſor, qui nulla in re fecit melioramenta. *l. quandiu. C. de diſtract. pignor.* ſed poteſt, ſi vult retinere rem, ſoluere creditori agenti valorem rei, detractis melioramentis, ſecundùm tempus præſens, hoc eſt æſtimationem rei de præſenti, cum augumẽto etiam intrinſeco, quo ex beneficio temporis aucta eſt. *Neguſ. loco cit. nu. 21. et communem d. Theſaur. qq. for. lib. 2. q. 71. num. 5. Ciriac. d. contr. 194. num. 1. et ſeq.* vbi, quod in tali caſu tota pecunia
72 deponi debet penes montem pietatis, vel apud idoneum mercatorem; verùm hæc ſententia non procederet, ſi creditor vellet ſoluere meliorationes, quia tunc poſſet à tali poſſeſſore rem auocare. *Couar. var. libr. 1. cap. 8. num. 3. verſ. tandem his omnibus &c. Ciriac. vbi ſupra numer. 9.*

73 Notandum 2. quod in liquidatione melioramentorum debet probari ſtatus antiquus rei melioratæ. *Card. Seraphin. dec. 898. num. 6. & dec. 952. num. 3. Merlin. deciſ. 118. num. 14.* ſubdens
74 *num. ſequen.* quod melioramenta facta in arborum plantatione non perpetuò duratura, non habentur in conſideratione.

75 Notandum 3. quod in materia melioramentorum non attenditur, quid impenſum fuerit, ſed quid fuerit melioratum: immò & ſi minus impen-
76 ſum ſit, quàm melioratum, ſolum debetur, & attenditur id, quod minus eſt, dictante hoc ratione naturali, vt ſcilicet ſolum recuperetur id, quod verè fuit impenſum, & non repetatur id, quod inutiliter fuit erogatum, ex quo res non eſt effecta melior, nec pretioſior. *ex latè deductis per Merlin. dec. 546. num. 1. & ſeq.*

77 Notandum 4. quod melioramenta non debentur, niſi conſtet de vtilitate eius, quod impenſum eſt, & quod facta fuerint ab eodem met, qui illa petit; ad hunc enim effectum non ſufficit, quod fundum quis melioratum detineat, niſi probet, ſe, vel illos, quibus ipſe ſucceſſit titulo vniuerſali, vel ſingulari cum ceſſione iurium, melioramenta feciſſe. *Rolan. conſil. 28. num. 26. lib. 1. Hond. conſ. 85. n. 41. lib. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 193. num. 1. & ſeq. Thomat. dec. 59. num. 22. & ſeq.*

78 Notandum 5. quod creditori competeret retentio, etiamſi nullam haberet hypothecam, dummodò creditum ſit liquidum, & clarum. *Rot. deciſ. 237. num. 3. & 4. par. 8. recent. Buratt. dec. 914. num. 5.* vbi, quod fauorabilior eſt retentio, quàm actio. *Surd. deciſ. 46. num. 7. & ſeq. Galleſ. de form. cameral. oblig. in fin. num. 32.* vbi, quod creditor immiſſus in poſſeſſionem etiam nulliter, poteſt vti iure retentionis.

79 An verò poſſeſſor domus, ſeu fundi cenſiti, qui cenſum redemit, ſeu extinxit, vti poſſit beneficio retentionis? negat *Card. Caualer. deciſ. 539. num. 2. & 3.* quia debitor non poteſt moleſtari à Domino cenſus pro reſtitutione ſortis principalis. *ex conſtitutione Pij V. de creandis cenſibus:* hoc tamen procedere poteſt de rigore, ſecus de æquitate. *per tex. in l. ſi & me, & Titium. in fin. ff. ſi cert. pet.*

80 Notandum 6. quod in iudicio ſummariſſimo manutentionis leuiores probationes, & adminicula admittuntur, vnde ſatis eſſet vnicus teſtis,
81 vel duo etiam nulliter examinati. *latè Couar. pract. qq. cap. 17. num. 4.* vbi dicit, quod in hoc iudicio non ſunt admittendi defectus aduerſus teſtes productos, nec admittitur reprobatio teſtium, eo quod agitur de præiudicio, quod poteſt tolli per ſententiam diffinitiuam. *Rolan. conſ. 8. num. 30. lib. 4. Buratt. deciſ. 533. per tot.* vbi, quod admittuntur teſtes nulliter examinati etiam ex defectu iuriſdictionis, & citationis, quia tales teſtes faciunt adminiculum. *Poſt. in tract. mandat. de manuten. obſeruat. 38. num. 49.* vbi, quod in tali iudicio admittuntur teſtes etiam in alia cauſa examinati, & inter diuerſas perſonas. *Rot. apud Poſt. in d. tract. deciſ. 269. num. 4. & 5. & coram Greg. deciſ. 458.* vbi, quod poſſeſſio ad
82 effectum manutentionis probatur ex aſſertione partis aduerſæ enunciantis aliquem detentorem, & occuparorem: licèt enim ex his verbis videatur confiteri poſſeſſionem vitioſam, tamen iſta confeſſio, cum habeat præſumptionem contra ſe, quia poſſeſſio præſumitur iuſta, & legitima, & non vitioſa, poteſt acceptari confeſſio reſpectu poſſeſſionis, reiecta qualitate vitij. *vide Buratt. deciſ. 393. num. 1. & ſeq.* vbi, quod poſſeſſio probatur etiam ex implicita confeſſione Aduerſarij petentis immiſſionem. *Poſt. in d. tract. d. obſer. 38. num. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitus ſuper certo fundo iuxta formam bullæ Pij V. cenſetur in eodem loco eſſe, vbi fundus exiſtit.*
2 *Quid ſi contractus fuit celebratus in vno loco, & fundus cenſitus exiſtat in alio loco.*
3 *Donans fundum, ſuper quo eſt impoſitus cenſus, non tenetur luere cenſum, & liberare fundum: limitatur num. 5. & 8.*
4 *In donatione non competit euictio.*
5 *Si teſtator legauit ſcienter rem cenſui ſuppoſitam, tenetur hæres luere cenſum: limitatur num. 9. & 10.*
6 *Quid ſi ignoranter legauerit rem cenſui ſuppoſitam, vel alteri obligatam, & num. 10.*
7 *Pro legato competit euictio.*
8 *Quid ſi maritus fundum cenſui ſuppoſitum ſciens acceperit in dotem, eumdemque poſtea legauerit vxori.*

9 Et

9 *Et quid si res relinquatur cum omnibus iuribus, & pertinentijs.*

10 *An hæres teneatur luere onera, quæ sunt perpetua ex dispositione legis, vel indictione superiorum.*

11 *Vsufructuarius tenetur ad soluendum collectam, & alias præstationes: limitatur ibidem.*

12 *An, & quando super re emphiteotica possit imponi census, & num. 17.*

13 *Quando census, seu seruitus imposita ab emphiteuta, extinguatur, & quando non.*

14 *Facultas alienandi concessa emphiteutæ, finita locatione, ac resoluto iure ipsius emphiteutæ expirat.*

15 *Regula, quod bona prohibita alienari, non prohibentur hypothecari, quando procedat.*

16 *Census impositio super rebus tacitè alienari prohibitis, non inducit caducitatem.*

17 *Census impositus super fructibus rei emphiteoticæ substinetur, secus si super re ipsa.*

18 *Census in dubio præsumitur impositus super re ipsa, non autem super fructibus.*

19 *Quando Dominus directus agere possit ad caducitatem rei in emphiteusim concessæ.*

20 *An Vassallus possit imponere censum, vel aliam seruitutem super re feudali, & num. 21. cum seq.*

21 *Emphiteuta, & Vassallus possunt sine consensu Domini constituere vsumfructum in re emphiteotica, vel feudali.*

22 *Quando Vassallus super feudo possit imponere censum perpetuò duraturum.*

23 *Hæres grauatus potest censum imponere super fructibus rei fideicommisso suppositæ: limitatur num. seq.*

24 *Census impositus super re ipsa restitutioni obnoxia, nullius est roboris, si testator expressè prohibuerit alienationem, vel pignorationem.*
Prohibitio testatoris comprehendit etiam casus exceptos in auth. res, quæ, C. commun. de leg. ibidem.

25 *Quid si res fideicommisso supposita in parte esset libera, vel census imponeretur ab eo, cui competunt detractiones legitima, & trebellianicæ.*

26 *An, & quando vsufructuarius possit imponere censum super re, cuius vsumfructum habet.*
An possessor bonorum maioratus possit censum imponere super dictis bonis. ibidem.

27 *An, & quando census imponi possit super melioramentis, & num. seq.*

28 *Census constitui non potest super credito, nec super iuribus incorporalibus.*
Actiones inter immobilia computantur. ibid.

29 *Vsufructuarius an, & quando repetere possit melioramenta.*

30 *Vsufructuarij partes sunt tueri quod accepit.*

31 *An, & quando colono vsufructuarij denegetur repetitio melioramentorum factorum in re conducta.*

32 *An agi possit ad restitutionem sortis, si census impositus fuit super re supposita fideicommisso, & perpetuæ prohibitioni alienationis.*

33 *An, & quando sub stineatur census impositus super re aliena.*

34 *Census imponi non potest super re empta cum pacto, quod emptor eius dominium non acquirat ante integram pretij solutionem.*

35 *Quando obligatio fideiussoris firma remaneat, licèt nulla sit obligatio principalis debitoris.*

36 *Quando damna, & interesse debeantur.*

37 *An census impositus super re de sui natura fructifera validus sit, si expensæ superant fructus.*

38 *Extinguitur census impositus super bonis, quæ postea redduntur infructifera.*

39 *An census censeatur vsurarius, si fuerit constitutus ad rationem scutorum decem pro centenario vigore consuetudinis loci.*

40 *Pensio emphiteotica, & similes reditus fundales, dicuntur bona immobilia, & sequuntur locum rei, ob quam debentur: limitatur num. seq.*
In confiscatione bonorum immobilium veniunt annui reditus. ibid.

41 *Annui reditus, qui non percipiuntur ex certis fundis, sed generaliter ex bonis mobilibus, et immobilibus, sequuntur personam creditoris.*

CAP. VIII.

De Censibus, et alijs annuis reditibus.

1 QVæritur 1. in quo loco census dicatur existere? Resp. quod census impositus super certo fundo iuxta formam bullæ Pij V. censetur in eodem loco esse, vbi fundus: census enim inest prędio tamquam accidens in subiecto, & ideò cum prædio identificatur; accidentia enim natutaliter cum subiecto identificantur, & illius subsistentia subsistunt, vt docent Philosophi; vnde fit, vt intet immobilia connumeretur, & pereunte fundo, ipse quoque census pereat, & extinguatur. *Couar. var. lib. 3. cap. 7. n. 6. Thesaur. iun. quæst. forens. lib. 2. quæst. 5. in fin. Barz. dec. 109. n. 10. et seq. Peregr. cons. 90. n. 29. lib. 1. Gabr. cons. 141. nu. 15. lib. 2. Tiraq. de Iure primog. quæst. 49. nu. 9. Rota dec. 757. nu. 2. par. 1. Diuers. et in Narnien. bonorum 26. Iunij 1637. coram Motmanno, et dec. 290. nu. 8. et seq. et dec. 144. nu. 13. et seq. par. 8. Recent.* vbi hanc esse veriorem opinionem testatur. *quicquid dicat Gratian. discept. for. cap. 11. nu. 12. et cap. 29. nu. 7. et seq. et præcipuè nu. 28. cum seq.*

2 Hinc infertur, quod census non subijcitur statuto loci, vbi contractus fuit celebratus, seu vbi moratur is, ad cuius fauorem fuit impositus, si fundus censitus existat extra te ritorium statuentium. *vt latè deductum fuit in d. decis. 290. par. 8. recent.*

3 Infertur 2. quod donans fundum, super quo est impositns census, nec ipse, nec eius hæres tenetur luere censum, & liberare fundum; quia donans eo modo, quo possidebat, præsumitur rem donare; vnde in donatione non competit

4 euictio. *l. Aristo. §. fin. ff. de Donat. et ità resoluit Rota in Romana census 7. Februarij 1628. coram Pirouano, quæ est dec. 143. par. 5. tom. 1. Recent. quicquid dicat Gratian. discept. for. cap. 955. num. 23. et seq.*

5 Limita in legato: nam si testator legauit scienter rem censui suppositam, tenetur hæres luere censum, & rem liberare. *l. prædia obligata. C. de fideicomm. latè Cenc. de Censib. par. 5. cap. 2.*

q.3. art.7. secus si ignoranter. *l. si res obligata. ff.*
6 *de leg.*1. exceptis tamen duobus casibus, videlicet quando testator legauit coniunctæ personæ, vel si res pro tanto erat obligata, quanti valebat, tunc enim hæres tenetur similiter luere. *vt in d. l. res obligata. vbi gloss. & DD.* idemque dicendum, quando onus absorberet maiorem partem fructuum. *vt post Ias. in d. l. res obligata. num.5. dixit Rota d. decis.143. num.9.* nec mirum videri
7 debet, quia pro legato competit euictio. *l. si domus. §. de euictione. ff. de leg.1.*
8 Obserua tamen, quod si maritus fundum censui suppositum sciens acceperit in dotem, eumdemque postea legauerit vxori, non cogetur hæres huiusmodi fundum liberare, nisi expressè dixerit in testamento. *l. licèt placeat. ff. de dot. praleg.*
9 Obserua 2. quod quando res relinquitur cum omnibus iuribus, & pertinentijs, tunc quia transeunt iura tam actiua, quàm passiua, onus luendi non spectat ad hæredem. *Bursatt. cons.5. num.6. Pedroc. cons.2. num.42. & 159. quos refert, & sequitur Cenc. de Censib. d. par.2. cap. 2. q.3. art.7. num. 15. Rot. d. decis. 143. num. 9. par. 5. tom.1. Recent.*
10 Obserua 3. quod in prædictis casibus tenetur quidem hæres luere censum, & alia onera, quæ imminent personæ, seu quæ à persona debentur, & inhærent rei tamquam qualitates extrinsecæ; non autem teneretur luere onera, quæ imminent rei, illique inhærent tamquam qualitates intrinsecæ, & sunt perpetua ex dispositione legis, vel indictione superiorum. *l. hactenus. 8. vbi glos. in ver. ab eo. l. si pendentes. 34. §. si quid cloacarum, & ibid. Alberic. ff. de Vsufr. l. quaero. ff. de Vsufr.*
11 *legat.* vbi vsufructuarius tenetur ad soluendum collectam, & alias præstationes. *Rim. iun. consil. 172. num.22. & seq. lib.2. Ant. Gomez var. resol. tom.1. cap.11. ante num.4. & alij apud Cenc. loco cit. d. ar.7. nu.13. & 14.*

Notandum tamen est, quod vsufructuarius non teneretur soluere collectam, nec alias præstationes, nec annua legata, quando vsusfructus in tali casu remaneret inutilis, sed tunc hæres proprietarius teneretur soluere de proprio. *Caualcan. de vsufr. nu.216. Surd. dec.28. nu.6. Castill. eod. tit. de vsufr. cap.58. num.13.* quod procedit, etiamsi aliquid modicum pro vsufructuario adhuc superesset, quod Iudicis arbitrio relinquitur. *Boer. dec.142. nu.6. & seq.* modica verò, vel magna quantitas metienda est non ex valore rei in vsumfructum relictæ, sed ex fructu ipsius rei. *ex trad. per Caualc. de vsufr. nu.225.*
12 Quæritur 2. an super re emphiteotica possit imponi census? Resp. quod aut in inuestitura emphiteusis fuit expressè prohibita alienatio, & tunc super re emphiteotica non potest imponi census; aut verò non fuit prohibita alienatio, & tunc census quidem validè ab initio potest imponi, sed resoluta, aut deuoluta emphiteusi resoluitur census, & res emphiteotica reuertitur libera ad Dominum. *l. lex vectigali. ff. de Pignor. DD. in l. & in prouinciali. C. de seruit. & aqua. Osasc. decis.156. num.13. Afflict. decis.380. nu.2. & seq. & ità pluries resoluisse Rotam Romanam testatur Theodos. Rub. in suis singular. tom. 2. in ver. census. §.5. Cenc. de Censib. par. 1. cap.2. q.2.*
13 *art.2. nu.6. & seq.* subdens, censum, seu seruitutem impositam ab emphiteuta non extingui, nisi quando dominium vtile consolidatur cum directo ex natura emphiteusis, & ex causa necessaria, videlicet iure prælationis, vel commissi, vel finitæ generationis: secus si ex causa voluntaria, ex aliquo particulari titulo venditionis, donationis, vel simili. *latè Rota decis. 86. nu.30. & seq. par.5. tom.1. Recent.* vbi addit, quod facultas
14 alienandi concessa emphiteutæ, finita locatione, ac resoluto iure ipsius emphiteutæ expirat. Ratio prædictæ conclusionis est, quia licèt, quando ad-
15 est expressa prohibitio hominis, vel legis, prohibita censeatur etiam hypotheca; secus tamen est, quando non concurrit expressa prohibitio, sed tantùm tacita: hoc enim casu procedit communis conclusio, quod bona prohibita alienari, non prohibentur hypothecari, & veniunt in generali obligatione bonorum. *iuxta glos. communiter receptam in l. fin. ver. alijs. C. de iur. emphit. Bart. in l. si constante. num. 73. ff. solut. matrim. Afflict. dec.191. num.3. Negus. de pignor. par. 2. mem.2. nu.28. fol.35. Clar. in §. emphiteusis. q.18. Rota apud Cenc. de censib. decis.40.* vbi, quod cen-
16 sus impositio super rebus tacitè alienari prohibitis non inducit caducitatem. *& dec.116. nu.19. par.6. Recent.*
17 Obserua tamen, quod tunc sustinetur huiusmodi census, quando fuit impositus super fructibus rei emphiteoticæ; secus si impositus fuit super re ipsa vna cum hypotheca, quo casu impositio est nulla. *iuxta distinctionem Bart. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg.2. Rot. dec.48. nu. 1. apud Cenc. de Censib. & dec.480. num.1. par.1. Diuers. Mantica de Tacitis, & ambig. conuen. lib. 22. tit.28. num. 50. & tradit idem Cenc. d. par.1. cap.2. q.2. art.2. nu.10. & seq.* vbi obseruat, quod
18 in dubio census præsumitur impositus super re ipsa, & ipsius proprietate, non autem super fructibus. *Gratian. discept. for. cap.43. num.21.* vbi
19 dicit, quod in hoc secundo casu poterit agi ad caducitatem per Dominum. *de quo tamen vide Card. Seraphin. decis.794. num.9. vers. neque obstat &c. & decis. 1290. sub nu.12.* vbi dicit, quod tunc demum emphiteuta per impositionem census caderet à iure suo, quando in inuestitura adesset pactum expressum de non alienando sine consensu Domini, cum adiectione etiam pœnæ caducitatis in casu alienationis. *vt sensit etiam Cenc. vbi supra d. q.2. art.2. numer. 14. et seq.*
20 Quæritur 3. an Vassallus possit imponere censum super re feudali? Resp. affirmatiuè: census verò durabit durante iure suo, quemadmodum potest super eadem re feudali imponere seruitutem quoad suimet præiudicium. *vt tradunt DD. communiter. latè Roland. cons.59. nu. 12. et seq. lib.3.* vbi etiam dicit, quod tam em-
21 phiteuta, quàm Vassallus possunt sine consensu Domini constituere vsumfructum in re emphiteotica, vel feudali, quia per constitutionem vsusfructus non transfertur in vsufructuarium vtile dominium, quod ipsi habent. *Ruin. consil. 150. numer. 14. vol.3. Clar. qui etiam de communi testatur in §. feudum. quæst. 37. in princip.* vbi, quod talis impositio neque Domino nocet, neque ijs, qui succedere debent in feudo ex prouidentia primi acquirentis.

Cenc.

Cenc. de Censib. d. par. 1. cap. 2. q. 2. art. 1. nu. 12. & seq.

22 Limita, quando feudum est hæreditarium acquisitum pro se, & hæredibus, vel quando in inuestitura Vassallo data fuit facultas alienandi, quia tunc poterit censum etiam perpetuò duraturum imponere. *vt post Intrigl. super bull. de Censib. q. 26. num. 12. cum seq. & alios trad. Cenc. loco cit. nu. 15. & seq.*

An verò Vassallus possit censum imponere super melioramentis, dicemus infra.

23 Quæritur 4. an hæres grauatus possit censum imponere super fructibus rei suppositę fideicommisso? Resp. affirmatiuè: census autem huiusmodi durabit durante iure imponentis, vt supra diximus de Vassallo. *Gratian. discept. for. cap. 43. num. 21. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 28. num. 50. & alij, quos refert, & sequitur Cenc. d. par. 1. cap. 2. q. 2. art. 2. n. 10.* subdens, quod census nul-
24 lius esset roboris, si impositus fuerit super re ipsa restitutioni obnoxia, vt supra diximus de censu imposito super re emphiteotica: quod procedit, quando testator prohibuit expresè alienationem, vel pignorationem. *Card. Seraphin. dec. 757. nu. 2. & seq. Guid. Pap. dec. 611. n. 4.* vbi dicit, quod eo casu res subiectæ restitutioni neque in casibus exceptis *in auth. res qua. Cod. commun. de leg.* poterunt alienari, quia illa prohibitio testatoris comprehendit casus exceptos; secus esset, quando non adesset expressa prohibitio alienandi, aut pignorandi: eo enim casu impositio census subsisteret, licèt resoluatur resoluto iure imponentis, seu eueniente casu restitutionis. *Guid. Pap. d. dec. 611. num. 1. Card. Seraph. dec. 693. n. 5.* idem dicendum, vbi res fidei-
25 commisso supposita, in parte esset libera, vel census imponeretur ab eo, cui competerent detractiones legitimæ, & trebellianicæ, quia tunc etiam census subsisteret. *Rot. apud Cenc. dec. 49. nu. 1. & seq. & dec. 53. num. 5. & in Romana, seu Ciuitatis Castelli census 27. Maij 1630. coram Pirouano. & dec. 116. nu. 24. par. 6. recent.*

26 Quæritur 5. An vsufructuarius possit imponere censum super re, cuius vsumfructum habet? Resp. posse Vsufructuarium imponere censum super commoditate percipiendi fructus, quemadmodum possessor bonorum maioratus potest super commoditatę percipiendi fructus ex dictis bonis imponere censum, dummodò huiusmodi bona non sint expresè prohibita alienari. *vt post Host. in Summ. in tit. de censib. §. Quis imponere potest. Mastrill. dec. Sicil. 92. nu. 14. lib. 1. & alios resoluit Cenc. de censib. par. 1. cap. 2. q. 3. art. 3.* vbi, quod talis commoditas censetur obligata durante vita ipsius Vsufructuarij, vel possessoris bonorum maioratus.

27 Quæres, an census validè imponi possit super melioramentis? Resp. quod aut is, qui melioramenta fecit, interim est Dominus ipsis rei melioratæ, & pleno iure, ac bona fide tanquam Dominus illam possidet, qualis est grauatus ex fideicommisso restituere post eius obitum, vel sub aliqua conditione. *vt in l. generaliter. §. sub conditione. ff. Qui & à quibus manumiss. &c.* vel habet dominium saltem vtile, veluti feudatarius, & emphiteuta. *vt in l. 1. vbi DD. ff. si Ager vectigal. &c.* & tunc rectè census imponi potest super melioramētis, & substinetur etiam postquam venit casus restitutionis rei melioratæ, quia ab initio proprietas melioramentorum acquisita fuit ipsi melioranti; ideòque huiusmodi melioramenta non veniunt in restitutione fideicommissi, sed per viam detractionis remanent libera ipsi hæredi grauato: quemadmodum melioramenta facta à feudatario, vel emphiteuta non dicuntur feudalia, aut emphiteotica, licèt subiectum principale sit feudale, seu emphiteoticum, sed transeunt ad hæredes emphiteutæ, seu Vassalli meliorantis. *Rota dec. 158. nu. 4. par. 4. tom. 2. & latiùs dec. 116. num. 20. & seq. par. 6. Recent. Cenc. de censib. par. 1. cap. 2. art. 1. nu. 16. & art. 2. num. 17.*

28 Aut is, qui fecit melioramenta nullum habebat dominium in re meliorata, sed solummodò quamdam possessionem, qualis est vsufructuarius, qui dicitur habere ius dumtaxat in re, eaque frui debet, non quidem iure dominij, sed iure seruitutis. *l. vti frui. §. vtrum autem. ff. si vsusfr. pet.* quod ius multo debilius est, quàm ius emphiteutæ, & grauati. *vt d. Alba cons. 454. num. 5. Castill. de vsufr. cap. 5. num. 17.* & in hoc casu census nullatenus substinetur, vtpote impositus super credito impensarum in melioramentis factarum: non enim constitui potest census super credito, nec super iuribus incorporalibus, & actionibus etiam ad res immobiles competentibus; quia licèt actiones inter immobilia computentur, nihilominus stabiles non sunt, nec de sui natura fructiferæ, prout requirit bulla Sanctæ mem. Pij V. *ità Rebell. de oblig. iust. lib. 10. q. 6. num. 4. vers. non tamen &c. Eugen. cons. 100. numer. 39. lib. 1. Cenc. de censib. par. 1. cap. 3. qu. 1. art. 5. num. 5. & seq. Duard. ad d. Bull. §. 1. quæst. 32. nu. 3. & 4. Mastrill. in addit. ad Petr. Gregor. de censib. qu. 5. nu. 105. Auedan. de censib. Hispan. cap. 56. nu. 15. Rot. d. decis. 116. num. 14. & seq. par. 6. Recent.*

29 An verò Vsufructuarius repetere possit melioramenta? affirmat *Bart. in l. 2. C. de Prad. & omnib. reb. nauicul. lib. 11. Negusant. de Pignor. par. 5. mem. 4. num. 18. & 21. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 8. numer. 2. & communem dicit Thesaur. iun. qui alios citat, lib. 1. qu. for. 71. nu. 4. & 5.*

Verum hoc procederet concurrentibus infrascriptis conditionibus: videlicet quod vsufructuarius fecerit impensas pro conseruatione rei necessarias. 2. quod impensæ non sint modicæ. 3. quod impensæ ad perpetuam proprietarij vtilitatem pertineant. *vide tex. in l. hactenus. ff. de vsufr. Rot. d. dec. 116. num. 40. & seq. par. 6. Recent.* vbi, quod Vsufructuarius non repetit expensas factas in constructione noui ædificij, vel additamento tectorij, siue incrustationum ad ædificium iam constructum, quia potius ad sui ipsius voluptatem, & oblectamentum spectant, &
30 excedunt metas facultatis ipsius vsufructuarij, cuius partes sunt tueri quod accepit, non nouum facere etiam in fauorem Domini. *l. vsufructuarius. 51. & 68. ff. de vsufr. l. si quis domum. §. hic subiungi. vers. idem quærit. ff. locat.* vbi
31 etiam colono vsufructuarij denegatur repetitio melioramentorum factorum in re conducta, quia prospicere debuit debilitatem,

& resolubilitatem iuris ipsius vsufructuarij: quod tamen intelligendum est, si domum quis locauit tamquam fructuarius, secus si tamquam Dominus. *vt notat gloss. in d. §. hic subiungi. ver. prospicere.*

32 Quæres 2. an agi possit ad restitutionem sortis, quando fundus, in quo impositus fuit census, est subiectus fideicommisso, & perpetuæ prohibitioni alienationis? Resp. quod si fundus est suppositus fideicommisso ità arcto, vt non tantùm sit prohibita alienatio omnium bonorum, sed etiam prohibita sit detractio legitimæ, & trebellianicæ, tunc potest agi ad restitutionem sortis, tum quia contractus eo casu attenta testatoris prohibitione est inualidus. *Dec. consil. 102. Alex. cons. 63. nu. 10. & 11. lib. 6. Rota in Romana census de Cuppis 17. Martij 1577. coram Card. Seraphino, & in Spoletana terrarum 11. Decembris 1599. & 6. Martij 1600. coram Card. Millino, prout refert Penia decis. 657. numer. 1. & seq.* tum etiam quia, cum fundus huiusmodi in tali casu dari non possit liber, perinde est ac si fuisset euictus. *l. si in venditione. ff. de euict. l. super empti. C. eod. tit.* quamuis enim ante secutam euictionem agi regulariter non possit. *l. qui rem. C. de euictionib.* hæc tamen regula limitatur multis modis, quorum vnus est, vt contra promittentes rem liberam, agi possit ante euictionem. *gloss. in d. l. qui rem. ver. conuenire non potest. Osasc. decis. 24. nu. 4. Rot. in d. Romana census.*

33 Quæritur 6. an valeat census impositus super re aliena sine consensu Domini? Resp. quod census impositio super re aliena regulariter est nulla, cum in tali casu census remaneat sub obligatione personali duntaxat, sine fundo, contra formam constitutionis Pij V. *Rota in Viterbien. census 6. Aprilis 1590. coram Card. Platto, & decis. 33. nu. 6. coram Martino Andrea, & decis. 116. nu. 12. par. 6. Recent. Cenc. de Censib. par. 1. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 6. & 7.*

Hæc tamen conclusio procedit duobus concurrentibus, videlicet, quod emptor sciuerit, rem esse alienam, & quod Dominus rei reclamet. *Rot. apud Cenc. de censib. decis. 13. & in recentior. decis. 46. num. 11. & seq. par. 7. & decis. 48. num. 15. & seq. par. 8.* vbi, quod ad excludendum emptorem à consecutione fructuum, saltem loco damnorum, & interesse, non sufficit scientia facti, idest quod fundus sit alienus, sed necessaria est etiam scientia prohibitionis, quæ impedit illius hypothecam, seu alienationem, cum requiratur scientia omnium qualitatum. *iuxta gloss. communiter approbatam in cap. concertationi. ver. sciuerit. de appellat. in 6.* & ad effectum amissionis iuris sui scientia debet esse certa, & indubitata, nec sufficeret præsumpta. *ad not. per Card. in clem. vnic. §. cæterum. numer. 36. vers. tertiò quæro &c. de concess. præb. Mobed. dec. 4. de probat. Card. Seraphin. dec. 991. num. 2. & dec. 1239. num. 1.*

Secus esset, quando emptor census nesciuit, rem, in qua census imponitur, esse alienam, vel quando census imponitur super re aliena, ipso Domino sciente, & consentiente: tunc enim census substinetur, & fructus debentur. *l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* vbi, quod valet emptio, si venditur res aliena, licèt res auferri possit ab emptore. *Rota apud Cenc. de censib. d. dec. 13. & dec. 17. num. 2. & 3. & in Recentior. dec. 46. num. 11. & dec. 271. nu. 8. par. 7. & dec. 48. nu. 10. par. 8.*

34 An verò emptor rei cum pacto, quod non acquirat eius dominium, nisi soluto integro pretio, possit super ea censum imponere ante pretij integram solutionem? Resp. negatiuè, quia census in tali casu imponeretur super re non libera, & alienari prohibita. *Gratian. dec. March. 13. & in discept. forens. cap. 175. numer. 6. & seq. Paul. Bellon. in tract. de eorum, quæ fiunt incontinen. vel ex interuallo, vi & potest. lib. 1. capit. 182. num. 7. quos refert, & sequitur Cenc. de censib. par. 1. cap. 2. art. 4.* vbi dicit, quod licèt per talem census impositionem res ipsa onere reali non afficiatur, nisi euentualiter, idest quatenus dictus emptor per pretij solutionem acquisiuerit rei dominium, & interim validitas census stet in suspenso, ipse tamen imponens remanet obligatus saltem ad interesse. *ex trad. per Petr. Caball. cons. ciuil. 94. nu. 4. lib. 1.*

35 Addunt alij, quod licèt census sit nullus respectu imponentis, hæc tamen nullitas non suffragaretur ei, qui principaliter, & in solidum se se obligauit: hoc enim casu eius obligatio stat per se, & non accessoriè. *ità Marescott. var. lib. 2. cap. 65. num. 7. Gratian. discept. for. cap. 122. num. 21. Mobed. dec. 2. de fideiuss.* vbi, quod fideiussor, qui sic se pro minore obligauit, tenetur promissa adimplere, etiamsi contractus ex parte minoris corruat. *latè Greg. dec. 321. nu. 7.* idemque dicendum, si adessent clausulæ æquipollentes obligationi, principaliter, & in solidum, qualis est clausula, *omni meliori modo*, obligatio cameralis, interpositio iuramenti, & similia. *Mobed. loco cit. Card. Seraphin. decis. 1324. num. 5. Gratian. discept. for. cap. 122. nu. 10. Ceuall. qu. 382. num. 4. vbi de communi. Marescott. loco cit. d. lib. 2. cap. 65.* vbi alios casus recenset, in quibus firma remanet obligatio fideiussoris, licèt nulla sit obligatio debitoris principalis. *Beltramin. ad Greg. d. dec. 321. nu. 13.* & in puncto census nulliter impositi, quod is, qui se principaliter, & in solidum obligauit, saltem ratione damnorum, & interesse teneatur tam ad sortem, quàm ad fructus; dixit *Rota coram Gregor. dec. 560. num. 1. & 2. & dec. 564. per tot. & apud Cenc. de censib. decis. 139. & 229. & in recentior. dec. 271. num. 7. et decis. 273. num. 5. et seq. par. 7.*

36 *et decis. 48. per tot. par. 8.* vbi quod generaliter damna, & interesse debentur, non tantùm, quando illa expressè stipulata fuerunt, sed etiam stante conuentione de euictione in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, quæ continet obligationem ad damna, & interesse in casu nullitatis, inualiditatis, & rescissionis contractus ex quocumque capite, & causa etiam in corpore iuris clausis.

37 Quæritur 7. an census impositus super re de sui natura fructifera validus sit, quando expensæ superant fructus? Resp. negatiuè: hoc enim casu res huiusmodi non potest dici fructifera respectu dictorum fructuum, prout requirit Bulla Pij V. cum non dicantur fructus, nisi deductis expensis. *l. diuortio. §. fin. ff. solut. matr. l. si à Patre. §. fin. ff. de petit. hæred. l. fundus qui dotis.*

tis. ff. famil. ercisc. latè Rota decis. 227. ex recol-
38 *lectis per Farinac.* vbi, quod extinguitur census impositus super bonis, quæ postea redduntur infructifera.

39 Quæritur 8. an census censeatur vsurarius, si fuerit constitutus ad rationem decem pro centenario vigore consuetudinis alicuius loci? Resp. negatiuè. *extrau. vn. de empt. et vendit. Rot. ex recollect. per Farinac. dec. 43. nu. 5. et 6.* consuetudo enim facit contractum licitum, qui aliàs esset illicitus. *l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de Aedil. edict. l. tutor qui repertorium. §. sed etsi negauit. ff. de Admin. Tut.* & ità ad huiusmodi etiam rationem Velitris, vbi natus sum, super stabilibus census imponuntur vigore antiquæ consuetudinis, licèt vt plurimum ad rationem scutorum octo pro centenario constituantur.

40 Notandum est etiam, quod pensio emphiteotica, & similes reditus fundales, qui scilicet ex fundis percipiuntur, dicuntur bona immobilia, & sequuntur locum rei, ob quam debentur, cum ei cohæreant, & eius naturam sortiantur. *Tiraq. de retract. lignag. §. 32. glos. vn. num. 83. et in tract. de Iur. primogen. q. 49. num. 9. et 10. quem refert, et sequitur Caball. resolut. crim. cas. 268. num. 16. Surd. decis. 204. num. 6.* vbi etiam obseruat, quod in confiscatione bonorum immobilium veniunt huiusmodi.

41 Cæteri verò annui reditus, qui non percipiuntur ex certis fundis, sed generaliter ex bonis mobilibus, & immobilibus, sequuntur personam creditoris. *Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 6. num. 3.* vbi dicit, quod isti annui reditus nec inter bona mobilia, nec inter immobilia computantur, sed constituunt tertiam speciem, & ad eos tantùm competit actio, quæ etiam nec mobilis, nec immobilis est. *ex trad. per Abb. in cap. nulli. de Reb. Eccles. non alien.*

SVMMARIVM.

1 *In his, quæ respiciunt ordinationem litis, seruandum est statutum fori, vbi lis agitur, et num. seq. limitatur nu. 4.*

2 *Forenses, et clerici gaudent beneficio statuti tribuentis paratam executionem instrumentis liquidis, si ibidem litigent.*

3 *Causæ clericorum decidendæ sunt secundùm ius canonicum.*

4 *An, et quando Iudex appellationis sequi debeat consuetudinem, seu statutum loci principalis causæ.*

5 *In his, quæ respiciunt formam, aut solemnitatem actus, vel causæ decisionem, attenditur statutum loci, vbi actus celebratur.*
Quid si agatur de delicto. ibid.

6 *Interpretatio contractus facienda est secundùm statutum, et consuetudinem loci, vbi celebratur.*

7 *Christianus existens in territorio Saracenorum, si velit ibi condere testamentum, quam solemnitatem seruare debeat.*

8 *In dote non inspicitur locus contractus, sed locus, vbi vir habet domicilium.*

9 *Statum quando dicatur decisorium, et quando ordinatorium.*

10 *In ordinarijs seruantur statuta, et consuetudines loci iudicij.*

11 *Stylus in decisorijs, vel ordinatorijs quomodo probetur.*

12 *Testamentum factum iuxta statutum, vel consuetudinem loci, extenditur etiam ad bona extra territorium: limitatur n. 19. et seq.*
An fiscus succedens subdito ab intestato, admittatur ad bona extra territorium. ibid. d. n. 12.

13 *Testamentum, quod iure speciali valet, tollit primum iure communi validum.*

14 *In donationibus, et alijs actibus sufficit seruare solemnitatem eius loci, vbi fiunt, vt locum habeant etiam in bonis alibi sitis, et nu. seq.*

15 *Si statutum principaliter respiceret personam, cuius fauore exigit illam solemnitatem, an operetur quoad forenses contrahentes in loco.*

16 *Decretum, quo Iudex prodigo interdicit administrationem bonorum, extenditur ad omnem locum.*

17 *Si statutum tribuat certo generi personarum facultatem conficiendi instrumenta, an talia instrumenta valeant in alijs locis.*

18 *Insinuatio donationis in vno loco facta, an porrigat vires suas ad bona extra territorium sita.*

19 *An statutum extendatur ad forenses, vel extra territorium, si disponat non circa solemnitatem, sed circa habilitandam, vel inhabilitandam personam ad faciendum testamentum, vel ad succedendum.*

20 *Inhabilitas ad beneficia restringitur intra diœcesim, vbi quis deliquit.*

21 *Quid si consuetudo concernat personam, vt si disponat, quod primogenitus succedat.*
Et quid si concerneret principaliter bona, vt si disponat, quod coniux superuiuens lucretur certam partem bonorum alterius coniugis decedentis. ibidem.

22 *Quando locus bonorum debeat attendi, et supra num. 5.*

23 *Quid si ex statuto loci mater ab intestato non succedit, & filius in testamento præterijt matrem.*

24 *Et quid si forensis testaretur in loco hostili, vel rebelli Populo Romano.*

25 *Statuta Vrbis quoad processum, & ordinem, seu modum procedendi non seruantur, nisi in foro Capitulino.*

26 *Instrumentum habens in vno loco vigore statuti, aut consuetudinis paratam executionem, gaudet eodem priuilegio, si executio petatur in alio loco: declaratur, & limitatur nu. seq.*

27 *In executiuis inspicitur locus iudicij.*

28 *Statutum disponens, vt in testamento seruetur certa solemnitas, intelligitur, si in eo loco conficitur testamentum, secus si extra territorium.*

29 *Interpretatio quomodo fieri debeat, si ageretur de significatione alicuius verbi ambigui in testamento descripti.*

30 *Quando valeret testamentum inter liberos.*

31 *Quando defectus dici, vel loci vitiet testamentum inter leberos, & quando non.*

32 *An, & quando debeantur legata extraneis relicta in testamento inter liberos.*

33 *Instituta pia causa in minus solemni testamento, an valeant legata extraneis relicta.*

CAP.

C A P. IX.

De testamentis, legatis, & fideicommissis.

Quæstio I.

An testamentum conditum iuxta formam statuti loci, extendatur ad bona extra territorium.

1 PRæmittendum est, quod in his, quæ respiciunt ordinationem litis, seruandum quidem est statutum fori, vbi lis agitur. *Surd. dec. 13. num. 7. & seq. Coler. de Process. execut. par. 1. cap. 3. num.* 181. 182. *& seq.* vbi, quod Clerici, &
2 forenses litigantes coram sæculari Iudice ligantur statuto illius loci quoad ordinatoria litis: quemadmodum gaudent etiam beneficio statuti tribuentis paratam executionem instrumentis liquidis, si ibidem litigent, quia statutum huiusmodi respicit ordinem processus. *Abb. in cap. quod clericis. nu. 35. de for. comp.* subdens, quod
3 causæ clericorum decidendæ sunt secundùm ius canonicum, etiamsi clerici agant contra laicos in foro ciuili. *Rot. decis. 552. nu. 6. par. 3. recent. Ruin. cons. 69. num. 5. et seq. lib. 4. Alex. cons. 164.*
4 *num. 3. lib. 6.* vbi etiam obseruat, quod in præparatorijs, vel ordinatorijs iudiciorum, si iudex appellationis debet iudicare ex actis præteritis, debet sequi consuetudinem, seu statutum loci principalis causæ; si verò agitur de actis futuris in loco, vbi causa appellationis agitatur, inspicitur consuetudo, & statutum loci causæ appellationis. *vide glos. in cap. licèt canon. ver. de cætero, de elect.*
5 Sed in ijs, quæ respiciunt formam, aut solemnitatem actus, vel causæ decisionem, attendi debet statutum loci, vbi actus celebratur, etiamsi forenses ibi contrahant. *Rolan. cons. 33. num. 6. lib. 3. Comitol. decis. 99. nu. 10. et seq. Corn. cons. 232. num. 5. vol. 4. Fenzon. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 149. nu. 23. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 14. in fin. Bellon. dec. 38. num. 4. Buratt. dec. 675. num. 6. et decis. 116. num. 7. et seq. et decis. 40. num. 2. et seq. et dec. 882. num. 5. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. n. 651. et seq.* vbi dicit, quod in decisorijs forenses non ligantur statuto illius loci, vbi litigant, etiamsi in eo loco bona possideant, sed attendi debet statutum eius loci, in quo litigantes contraxerunt, vel in quo delictum est commissum, si agatur de delicto, vel loci, in quo sita est res, de qua agitur. *Bald. in l. cunctos populos. nu. 20. et 21. C. de Sum. Trin.* vbi dicit, quod si in loco contractus sufficiunt duo testes, in loco verò iudicij requiruntur quatuor, inspicitur locus contractus. *et cons. 447. num. 5. vol. 1.* vbi, quod si in loco requiruntur duo notarij, vnus non faceret fidem in illo loco, vel alibi, quia statutum loci inspicitur quoad numerum tabellionum, vel testium, cum sit quædam solemnitas necessaria, quæ debet adesse loco, & tempore contractus, vel vltimæ voluntatis: nam omnis solemnitas debet esse coniuncta cum actu, sicut forma cum materia. *Spec. in tit. de fer. §. 1. num. 5. vers. sed pone etc. Crauett. cons. 271. num. 3. in fin. et cons.*
6 *325. num. 3.* vbi, quod interpretatio contractus fit secundùm statutum, aut consuetudinem loci, vbi celebratur. *Ludouic. dec. Lucen. 39. num. 2. et seq. Dilect. de Art. testam. in tit. de testam. ordin. caut. 6. num. 3.* vbi dicit, quod testator Christia-
7 nus existens in territorio Saracenorum, vel aliorum Christiani nominis hostium, potest facere testamentum seruata solemnitate iuris gentium, quam seruant ipsi hostes Christianæ fidei in suis testamentis, quamuis in hoc contrarium senserit. *Bart. in l. 1. num. 10. et seq. C. de Sum. Trin. et in l. qui à latronibus. n. 3. ff. de test.*
8 In dote verò non inspicitur locus contractus, sed locus vbi vir habet domicilium. *l. exigere dotem. vbi DD. ff. de Iudic.*
9 Statutum autem dicitur decisorium, si respiciat probationem, vel extinguat ius partis quoad procedendum, vt si prohibeat appellare, de nullitate dicere, vel restitutionem petere; dicitur verò ordinatorium, si loquatur de instantia iudicij, vel si certam formam subhastationis, & adiudicationis præscribat. *Buratt. dec. 96. num. 14. et decis. 170. num. 6. et seq.* vbi etiam, quod
10 in ordinatorijs seruantur statuta, & consuetudines loci iudicij, non autem Iudicis, à quo. *Beltram. ad Greg. decis. 251. num. 16.* vbi, quod etiam delegatus Apostolicus in ordinatorijs seruare debet stylum loci, in quo causa agitur. *Put. dec. 122. lib. 1. Rot. decis. 729. nu. 2. par. 3. Recent.*
11 vbi, quod ad probandum stylum decisorium, non sufficiunt informationes extraiudiciales, prout in ordinatorijs, sed requiruntur plenæ probationes. *Ruin. cons. 69. n. 5. et seq. lib. 4.*
12 Ad quæsitum resp. quod testamentum factum secundùm statutum, vel consuetudinem loci, extenditur etiam ad bona extra territorium, etiamsi conditum fuerit à forense: nam in testamentis, sicut & in contractibus seruanda est ea solemnitas, quæ seruatur in loco, vbi conduntur, siue testator sit ciuis, siue forensis. *Anchar. cons. 163. num. 1. Alex. cons. 44. num. 20. lib. 5. vbi de communi. et cons. 31. et 128. lib. 1.* vbi, quod quando fiscus succedit subdito ab intestato decedenti, deficiente liberorum, parentum, & propinquorum, & coniugis legitima successione, admittitur ad nomen debitoris etiam alterius territorij. *Galgan. ad statut. Vrb. lib. 2. c. 89. in 29. except. Paris. cons. 12. num. 45. et seq. par. 3.* vbi, quod testamentum conditum Hispaniæ, extenditur, & locum habet ad omnia bona vbicunque existentia, siue conditum ibi fuerit secundùm ius commune, siue secundum legem Hispaniæ. *latè Crauett. cons. 695. nu. 1. tom. 4. Gabr. comm. conclus. lib. 4. tit. de Testam. conclus. 4. Cancer. var. lib. 1. cap. 4. num. 91. et seq.* vbi, quod testa-
13 menta, quæ iure speciali valent, tollunt primum iure communi validum habens omnes solemnitates. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 8. num. 14. Rot. dec. 355. nu. 22. et seq. par. 5. tom. 1. recent.*
14 Idem dicendum in donationibus, & alijs actibus, in quibus sufficit seruare solemnitatem illius loci, vbi fiunt, vt locum habeant etiam in bonis alibi sitis, etiamsi in loco bonorum maior solemnitas requiratur. *Marescott. var. lib. 2. cap. 139. num. 1. et seq. vbi de communi. Put. dec. 217. lib. 2.* vbi, quod legitimatio, seu dispensatio filij

spurij

ſpurij facta per Principem Patre inſtante, ſeu coſentiente, vel legitimationem ratificante, valet etiam quoad bona extra territorium legitimantis. *Gabr. comm. concluſ. lib.6. tit. de conſuet. concluſ.2. num.3. et* 8. vbi dicit, quod contractus non ſeruata ſolemnitate loci, in quo contrahitur, eſt nullus, ſiue de eo quæratur in loco contractus, ſiue de eo contingat alibi dubitari, ſubdens *ibidem num.*25. quod ſi ſtatutum loci requi-
15 rens ſolemnitatem in contractu, principaliter reſpiceret perſonam, cuius fauore exigit illam ſolemnitatem, tunc non operaretur quoad forenſes contrahentes in loco. *vide Bart. in l. relegatorum. §. interdicere. num.2. ff. de Interd.* vbi
16 dicit, quod decretum, quo Iudex prodigo interdicit adminiſtrationem bonorum, extenditur ad omnem locum, & ad bona vbicunque ſita. *Bald. in l.1. nu.16. C. de Sum. Trinit.* vbi, quod
17 ſi ſtatutum tribuit certo generi perſonarum facultatem conficiendi inſtrumenta, talia inſtrumenta facta in loco permiſſo, valebunt vbique locorum.

18 An verò inſinuatio donationis in vno loco facta, porrigat vires ſuas etiam ad bona extra territorium ſita? affirmat *Cancer. var. lib.1. cap.8. num.*8. quod quidem procedit reſpectu validitatis donationis, non autem in præiudicium creditorum: quia inſinuatio in vno loco facta, non eſt ſufficiens ad euitandas frandes in alio loco, in quo publicata non fuit. *Crauett. conſ.325. in fin. Gratian. diſcept. for. cap.389. num.44.*

19 Limita, ſi ſtatutum diſponeret non circa ſolemnitatem, ſed circa habilitandam, vel inhabilitandam perſonam ad faciendum teſtamentum, vel ad ſuccedendum, quia tunc non extenditur ad forenſem, neque extra territorium. *Bald. in l.1. num.14. C. de Sum. Trinit. Alex. conſil.44. nu.20. in fin. lib.5. Iordan. Elucubr. diuerſ. lib.*
20 *8. tit.1. de Conſtit. nu.* 80. vbi obſeruat, quod inhabilitas ad beneficia reſtringitur intra diœceſim, vbi quis deliquit.

21 Idem dicendum, quando conſuetudo concernit perſonam, qualis eſt conſuetudo Anglicana, ſecundùm quam primogenitus ſuccedit: vel quando concernit principaliter bona, vt ſi diſponat, quod coniux ſuperuiuens lucretur certam partem bonorum alterius coniugis decedentis: tunc enim huiuſmodi conſuetudo non extenditur ad bona alibi ſita, ſeu extra locum conſuetudinis. *latè Anchar. conſ.163. num.1.* vbi
22 ſubijcit, quod quando conſuetudo certi loci reſpicit effectum, qui ex teſtamento reſultat, vt detractio falcidiæ, & trebellianicæ, tunc ſi iſta non viget in loco conditi teſtamenti, ſed in loco bonorum, locus bonorum debet attendi.

23 Limita 2. in caſu, quem ponit *Alex. conſil.19. lib.6.* vbi dicit, quod ſi ex ſtatuto loci mater ab inteſtato non ſuccedit, & filius in teſtamento præterijt matrem, valebit teſtamentum directò quoad bona exiſtentia in loco, vbi filius decedit: ſed quoad alia bona exiſtentia in alijs locis filius decedit inteſtatus. *Gabr. tit. de Teſtamen. concluſ.4. nu.4.* vbi, quod tale teſtamentum non operatur quoad bona alibi ſita. *latè Theſaur. deciſ.141. in fin.* vbi, quod mater vigore clauſulæ codicillaris cenſetur grauata reſtituere hæredi inſtituto partes hæreditatis, quas caperet ab inteſtato, retentis ſibi duabus quartis, legitima ſcilicet, & trebellianica. *Honded. conſ.74. num.21. et ſeq. lib.1.*

24 Limita 3. quando forenſis teſtaretur in loco hoſtili, vel rebelli populo Romano: tunc enim tale teſtamentum ibi conditum ſecundum conſuetudinem illius loci, non operatur quoad bona exiſtentia in loco non hoſtili. *ſecundùm Gabr. d. tit. de Teſtam. concluſ.4. num.5. vbi alios refert.*

25 Notandum eſt autem, quod ſtatuta Vrbis quoad proceſſum, & ordinem, ſeu modum procedendi non ſeruantur, niſi in foro Capitulino: ſed in alijs tribunalibus Vrbis, & in locis diſtrictus ſeruatur vel ius commune, vel ſtylus, vel ſtatutum particulare. *vt obſeruat Scaccia loco cit.*

26 Notandum 2. quod inſtrumentum habens in vno loco vigore ſtatuti, aut conſuetudinis paratam executionem, gaudet eodem priuilegio, ſi executio petatur in alio loco. *ſecundùm Bart. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam. in fin. ff. de re iud.*
27 quod intelligendum eſt, ſi in eo loco, vbi petitur executio, tale inſtrumentum ſimiliter paratam habeat executionem vigore ſtatuti eiuſdem loci: tunc enim ibi debitæ executioni demandari poſſet; alioquin via ordinaria eſſet agendum: quia in executiuis inſpicimus locum iudicij, ſiue loquantur de ordine proceſſus, ſiue de ordine executionis. *Bald. in l.1. num.4. C. Nè fil. pro patr. Caualcan. deciſ.10. num.31. par.1. Cancer. lib.2. var. cap.3. num.19.* ſubdens ibidem, quod ſi inſtrumentum in loco, in quo eſt confectum, non habet paratam executionem, non poſſet executiuè procedi, etiamſi illud in alio loco habeat vim executiuam, & ibi petatur eius executio.

28 Notandum 3. quod ſtatutum diſponens, vt in teſtamentis conficiendis ſeruari debeat certa ſolemnitas, intelligitur, ſi in eo loco conficitur teſtamentum, ſecus ſi extra territorium. *Menoch. lib.2. præſumpt.2. nu.7. et 8. uerſ. declaratur etc.* vbi etiam dicit, quod quando ciuis mutauit domicilium, & ibi acquiſiuit bona, tunc reſpectu illorum bonorum ſtatuto loci primi domicilij non ligatur.

29 Notandum 4. quod vbi ageretur de ſignificatione alicuius verbi ambigui in teſtamento deſcripti, interpretatio facienda eſt ſecundùm mores regionis teſtatoris, illiuſque loci, vbi verſatus fuit. *ut tradunt DD. in l. ſi ſeruus 53. §. fin. ff. de leg.1. et eſt communis opinio:* quod intelligendum eſt, niſi teſtator in loco conditi teſtamenti diù verſatus ſit. *ut poſt Socc. conſ.247. lib.2. declarat Cancer. uar. par.1. cap.4. de Teſtam. num.92.*

30 Notandum 5. quod valet teſtamentum inter liberos, etiamſi in eo non adſit dies, nec locus. *auth. quod ſine. C. de Teſtam.* quod quidem procedit, quando liberi ſunt vniuerſaliter inſtituti; ſecus ſi fuiſſet inſtitutus extraneus principaliter, & filij inſtituti in re certa: tunc enim non dicitur teſtamentum inter liberos, quia attendi debet principale propoſitum diſpoſitionis; idemque dicendum, ſi in inſtitutione facta ad fauorem filiorum ſit immixtus extraneus: quo caſu dici propriè non poteſt teſtamentum inter liberos; idem eſſet, ſi extraneus eſt inſtitutus, & filius per vulgarem fuerit ſubſtitutus, nam neque

in

in hoc casu dicitur testamentum inter liberos. *vt latè probat Cancer. var. lib. 1. cap. 4. num. 100. et seq.*

31 Prædicta tamen conclusio procederet, quando de voluntate testatoris constaret vel ex testium depositionibus, vel ex scriptura manu ipsius testatoris scripta, vel subscripta: tunc enim defectus diei, aut loci non vitiat dispositionem; secus si tantùm constaret per rogitum Notarij, quia tunc solemnia testamenti debent interesse. *vt post Menoch. cons. 288. num. 34. d. Cancer. loco cit. num. 107. vers. ex his obiter etc.*

32 Item in testamento inter liberos legata extraneis relicta non valent, nisi interuenerint duo testes. *Bald. in d. auth. quod sine. num. 1. et ibid. Corn. Alex. cons. 76. n. 14. lib. 3. Menoch. cons. 267. nu. 12. Cancer. d. cap. 4. nu. 102.*

33 An verò legata extraneis relicta valeant, si principaliter sit instituta pia causa in minus solemni testamento? affirmatiuè respondet *Cancer. loco cit. d. nu. 102. ex trad. per Grass. in §. testamentum. q. 18. nu. 7.*

SVMMARIVM.

34 *Clericus regulariter testari non potest de bonis quæsitis ex reditibus Ecclesiæ: limitatur n. 35. et seq.*

35 *Quid si à Sede Apostolica facultatem testandi impetrauerit.*

36 *Et quid si Clericus aliquid contulit Ecclesiæ, vel in opera pia ex suis bonis patrimonialibus.*

37 *Clericus testari potest de bonis, quæ suo labore, personalique opera lucratus fuit.*

38 *Similiter testari potest de ijs, quæ parciùs viuendo acquisiuit.*

39 *Remittitur arbitrio prudentis viri, quantum requiratur ad honestam clerici substentationem.*

40 *Quando bona possessa per Clericum præsumantur quæsita ex personali labore.*

41 *Camera Apostolica in locis, in quibus deputantur subcollectores spoliorum, nihil exigit ex bonis Clericorum, quorum beneficia, vel pensiones 30. ducatorum auri de camera valorem non excedunt.*

42 *An Clerici testari possint de bonis quæsitis ex reditibus Ecclesiæ in locis, vbi talis consuetudo viget.*

Quæstio II.

An, et quando Clericus testari possit de bonis quæsitis ex reditibus Ecclesiæ.

34 QVamuis regulariter de huiusmodi bonis Clericus testari non possit. *cap. eum in officijs. et cap. ad hæc. de Testam. cap.*

35 *Episcopi 12. q. 1.* tamen hæc regula limitatur 1. vbi quis à Sede Apostolica facultatem testandi impetrauit. *vt notant DD. communiter.*

36 Limitatur 2. vbi Clericus aliquid contulit Ecclesiæ, vel in opera pia ex suis proprijs, seu patrimonialibus bonis: tunc enim relinquere posset testamento tantumdem cui voluerit, ex reditibus ecclesiasticis. *cap. si quis qualibet. 12. q. 2. cap. si Episcopus. ead. q. 5.*

37 Limitatur 3. quoad ea, quæ Clericus suo labore, personalique opera lucratur, etiamsi ea quæsita sint per eos actus, ad quos tenetur ratione sui beneficij, vt si Parochus extra prouentus certos sui beneficij lucratus fuerit aliquid ex celebratione missarum, exercitio Capellaniæ, Vicariatus, ex administratione Sacramentorum, vel ex piorum legatis, aut concionando: hæc enim æquiparantur bonis patrimonialibus, de quibus disponere liberè possunt Clerici æquè, ac laici de suis. *d. cap. Episcopi 12. q. 1. cap. fixum ead. q. 5. cap. quia nos. de Testam.*

38 Limitatur 4. in ijs, quæ parciùs viuendo acquisiuit: nam cum hæc Clericus in honestam sui substentationem impendere potuerit, ideò de illis liberè disponere potest. *Nau. de Redit. Eccles. q. 1. num. 59. et q. 2. num. 20. quem refert, et sequitur Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 40. vers. similiter et de illis etc.* vbi etiam, quod

39 remittitur arbitrio prudentis viri, quantum requiratur ad honestam Clerici substentationem.

40 Limitur 5. vbi Clericus possideret beneficia, aut pensiones modici valoris, vt si omnia eius beneficia, vel pensiones valorem 30. ducatorum auri de camera secundùm communem æstimationem non excedunt: tunc enim nihil præsumitur superesse vltra victum, & bona Beneficiati censentur quæsita personali labore. *vt obseruat Piasec. loco cit. num. 40. vers. similiter, et de illis etc.*

41 vbi subdit, quod Camera Apostolica in locis, in quibus deputantur subcollectores spoliorum, nihil in tali casu exigit ex bonis Clericorum, dummodò ab omni illicita negotiatione se se abstinuerint. *ex constit. Pij V. incip. Romani etc. edit. Kal. Septemb. 1567.*

42 Limitatur 6. in locis, in quibus vigeret talis consuetudo, prout seruatur in pluribus Hispaniarum locis, & etiam alibi. *vt tradunt DD. in cap. vlt. de offic. ordin. in 6. Couar. in d. cap. cum in officijs. num. 8. de Testam. et alij apud Piasec. d. par. 2. cap. 5. in fin. vide quæ diximus in tr. de Regim. Eccl. lib. 3. c. 17.*

SVMMARIVM.

43 *Legatum ibi præstari debet, vbi testator expressè, vel tacitè solui voluit.*

44 *Quid si de testatoris voluntate non constet, et num. seq.*

45 *Quando hæres teneatur perquirere rem, et suis impensis aduehere in locum legatarij.*

Quæstio III.

In quo loco præstari debeat legatum.

43 REsp. quod ibi præstari debet, vbi testator expressè, vel tacitè solui voluit. *secundùm communem sensum Doctorum in l. quod legatur. et in l. sed et si susceprit. §. si libertis. ff. de*

44 *Iudic.* si verò de eius voluntate non constet, legatum generis, aut quantitatis soluendum est, vbicunque legitimè ab hærede petitur, idest vbi hæres forum sortitur, si ibi ab eo petatur; legatum verò speciei præstari debet, vbi res est. *d. l. quod*

quod legatur, vel vbi est maior, vel saltem aliqua pars hæreditatis, quæ sit sufficiens ad soluendum. *l. 1. ff. de Ann. legat. d. l. sed & si suscepit. §. si libertis. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 5. num. 387.*

45 Limita supradictam conclusionem, quando species legata existeret in loco valdè remoto, ità vt si hæres eam in illo loco præstaret, legatum esset penè inutile: tunc enim hæres tenetur perquirere rem, & suis impensis aduehere in locum legatarij. *l. cum seruus. vbi glos. Bart. & alij. ff. de leg. 1.*

SVMMARIVM.

46 *Quando vni fundus relictus fuit, alteri vsusfructus eiusdem fundi, vterque legatarius concurrit in illius fundi vsufructu: limitatur nu. seq.*

47 *Quid si vni relinquatur vsusfructus omnium bonorum, alter hæres vniuersalis instituatur.*

48 *Qui pro medietate percipiunt fructus, debent etiam pro medietate subire onera.*

49 *Quando vsufructuarius, cui relictus fuit vsusfructus animalium, teneatur alia submittere in locum demortuorum.*

50 *Vsufructuarius, modò absit ab eo negligentia, & culpa, de interitu rerum non tenetur.*

51 *Quam cautionem teneatur præstare vsufructuarius.*

52 *Grege legato, id quod adijcitur, vel diminuitur, legatario accrescit, vel decrescit: limitatur num. 54.*

53 *Quid si fuerit legata hæreditas, vectigal, peculium, & similia.*

54 *Equis legatis, fœtus legatario non debetur, nisi post moram hæredis.*

55 *Quot animalia gregem constituant.*

56 *Bonorum appellatione in dispositione testatoris veniunt tantum præsentia, & non futura: limitatur num. seq.*

57 *Quando in legato comprehendantur etiam quæsita post testamentum.*

Quæstio IV.

Ad quem spectet vsusfructus, si vni fundus relictus sit, alteri vsusfructus eiusdem fundi.

46 Resp. quod vterque legatarius concurrit in illius fundi vsufructu, nisi expressè constet de contraria mente testatoris. *l. si alij. ff. de vsufr. leg.* quia nomen, fundus, non potest verificari sine vsufructu. *l. Meuius. §. fundo. ff. de leg. 2.* & ideò non mirum, si postea legando alteri vsumfructum eiusdem fundi, detur concursus, quia eadem res duobus relinquitur. *l. si pluribus. ff. de leg. 1. Rot. dec. 30. n. 4. par. 3. Recent.*

47 subdens, quod cessaret concursus, quando relicto alicui vsufructu omnium bonorum, alter hæres vniuersalis instituitur, cum hæreditas consistat in iure, & institutio verificari possit sine vsufructu. *latè Ruin. cons. 190. num. 10. & 11. lib. 2. Bald. in l. cum quando. num. 1. & seq. Cod. de leg.*

48 Ex quo infertur, quod sicut in prædicto casu ambo pro medietate percipere debent fructus, ità etiam pro medietate subire debent onera, & expensas. *arg. l. secundùm naturam. vbi Dec. ff. de reg. iur.* vnde in vinearum demortuarum, vel arborum locum, alias communibus expensis debent substituere. *iuxtà textum in §. in pecudum. vers. sed si gregis. Inst. de rer. diuis.*

49 Quæres, an quando relinquitur vsusfructus animalium, teneatur vsufructuarius alia submittere in loco demortuorum? Resp. distinguendo, aut enim relictus fuit vsusfructus capitum, & tunc non tenetur. *l. quid ergo. uers. sed quod dicitur. ff. de usufr.* aut relictus fuit vsusfructus gregis, armenti, vel equitij, & tunc tenetur alia substituere in locum capitum mortuorum, vel inutilium. *l. uetus. & l. uel inutilium. ff. de usufr. d. §. in pecudum. uers. sed si gregis. instit. de rer. diuis.* quod tamen intelligendum est, quando Vsufructuarius potuit ex fœtibus gregem supplere: quia si aliqua essent perempta, vel inutilia effecta absque culpa vsufructuarij, nec potuisset vsufructuarius ex natis substituere, aliunde supplere non tenetur, nisi restituere gregem tantum, & talem, prout reperitur tempore vsusfructus finiti. *ut constat ex citatis textibus, et ex mente communi, sic post alios declarant Paul. de Montepico. in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. qu. 32. num. 124. ff. de leg. 2. Paulus Parisius cons. 96. num. 6. & seq. uol. 2. Caualcan. de usufr. mulier. relict. num. 48. Anton. Gomez tom. 2. uar. cap. 15. de Seruit. num. 7. Mich. Crass. §. legatum. q. 30. nu. ult. Connanus Commentar. Iuris ciuilis lib. 4. cap. 2. num. 5. et alij, quos refert, et sequitur Castill. de usufr. cap. 27. num. 10.*

50 *et seq.* vbi etiam dicit, quod vsufructuarius, modò absit ab eo negligentia, & culpa, de interitu rerum non tenetur; & ideò si totus grex, aut eius capita casu aliquo pereant, ei non imputa-

51 tur; vnde vsufructuarius tenetur præstare tantùm cautionem de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus, siue capitibus finito vsufructu, vt extabunt, prout in rebus immobilibus, nec fieri debet aliqua æstimatio. *quicquid in contrarium asserat glos. in d. §. in pecudum. uer. ex fœtu. et ibi Add. inst. de rer. diuis.*

52 Notandum est etiam, quod grege legato, id, quod adijcitur, vel diminuitur, legatario accrescit, vel decrescit, etiam ante moram hæredis. *§. si grex. inst. de legat. l. grege. 21. et l. si grege. 22. ff. de legat. 1. l. equis. ff. de usuris etc.*

53 quod locum habet in quocunque alio legato vniuersali, vt si fuerit legata hæreditas, peculium, dos, vectigal, possessio, & similia: tunc enim ad legatarium pertinent emolumenta, ac onera, augmenta etiam, & decrementa; quod tamen non accidit, si pecudes, boues, vel equi

54 singulariter relinquantur. *ut constat ex d. l. equis.* vbi equis legatis fœtus legatario non debetur, nisi post moram hæredis. *et tradunt DD. communiter in legibus cit. Castill. d. cap. 27. n. 5. et seq. et num. 14. ubi alios refert.*

55 Quot verò oues gregem constituant? vide *textum in l. oues. et ibi glos. Bart. et alios. ff. de Abig.* vbi, quod decem oues faciunt gregem item quatuor, vel quinque sues, aut equi similiter gregem constituunt, qua in re loci consuetu-

dini

dini multum tribuendum esse, dicit *Castill. d. cap. 27. num. 18.*

56 Notandum 2. quod bonorum appellatione in dispositione testatoris veniunt tantùm præsentia, & non futura, etiamsi testator vsus fuerit verbis vniuersalibus. *l. si ità legatum. & l. vlt. ff. de aur. & arg. leg. Corn. cons. 14. nu. 5. & seq. lib. 1. Paris. cons. 21. nu. 31. & seq. par. 2. Couar. pract. qq. cap. 2. nu. 2.* vnde legato vsufructu omnium bonorum, non intelligitur legatus vsusfructus eorum bonorum, quæ testator post conditum testamentum acquisiuit. *latè Socin. iun.*
57 *cons. 99. lib. 3.* nisi fortè ex coniecturis constet, quod testator respexit etiam ad tempus futurum, puta si legatum conceptum sit verbis generalibus, & geminatis, vt si testator dixerit, lego vsumfructum omnium, & quorumcumcunque bonorum mobilium, & immobilium: tunc enim comprehenduntur etiam acquisita post testamẽtum; quamuis enim referantur verba ad tempus præsens, tamen verborum rigor, & forma postergatur in vltimis voluntatibus, vbi de mente testatoris constat. *vt inquit Rolan. cons. 39. num. 20. & seq. lib. 4. Mantic. de Coniect. vltim. vol. lib. 3. tit. 11. num. 23. Rota in Spoletana vsusfructus 20. Februarij 1585. coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, prout refert Marescott. var. lib. 1. cap. 30. num. 39. & seq.*

SVMMARIVM.

58 *In legato omnium rerum, veniunt ea, quæ sunt destinata ad perpetuum vsum.*
59 *Sub tali legato non continentur res venales, pecuniæ, & nomina debitorum, limitatur nu. 62. & seq.*
60 *An in tali legato contineantur instrumenta emptionum.*
61 *An res ueniales contineantur sub hypotheca tacita ad certum locum restricta.*
62 *In ultimis uoluntatibus attenditur semper uoluntas testatoris.*
63 *In relicto simplici non restricto ad locum, etiam uenialia continentur.*
64 *An sub legato omnium bonorum mobilium non restricto ad certum locum, ueniant pecuniæ.*
65 *Iura, & actiones sunt tertia species à mobilibus, & immobilibus.*
66 *Pecunia, quæ separata ab usu quotidiano, præsidij causa tanquam thesaurus reponitur, censetur esse in loco ut quid immobile.*
67 *Quid si legatum factum fuerit cum signo uniuersali omnium rerum, quæ quomodocunque, uel cuiuscunque conditionis sunt in domo.*
68 *Et quid si testator diues legauit filio, uel coniunctæ personæ res omnes, quæ in domo sunt.*
69 *Testator legans omnia, quæ domi habet, excepta lana uenali, censetur legasse res alias omnes uenales.*
70 *Quid si testator nil aliud in domo habebat, quàm uenalia.*
71 *Legato frumento existente in Ciuitate, quando debeatur frumentum existens in suburbio.*
72 *Quid si res collectæ fuerunt ex agris ipsius testatoris, easque testator negotiationis causa uenales non habebat.*
73 *Quando generalis obligatio extendatur etiam ad uenialia.*
74 *An in legatis loco circumscriptis contineantur ea, quæ post legatum empta fuerunt à testatore in eodem loco.*
75 *In dispositione hominis, quando fit mentio de re particulari, non comprehenditur incrementum superueniens separabile ab antiquo, et prætерito iure: limitatur num. seq.*
76 *Incrementum alluuionis est incrementum latens, quod ab alio neque discerni, neque separari potest.*
77 *Legatum factum per uerba præsentis temporis, restringitur ad tempus testamenti, ità ut bona postea quæsita non includat.*
78 *Quid si testator legauit omnes res, quas habebat in tali uilla, et unam ex illis uendiderat.*
79 *Qualitas loci adiecta legato, restringit legatum quamuis uniuersale: limitatur nu. 81. et seq.*
80 *Relictis omnibus, quæ sunt in tali territorio, non ueniunt ea, quæ sunt in alio territorio, nec iura, quæ cohærent personæ: limitatur nu. 81.*
81 *Quando urgentes concurrunt coniecturæ, legatum, seu dispositio extenditur ad aliud territorium.*
82 *Quando donatio facta de bonis existentibus in Ciuitate, comprehendat etiam bona in Comitatu existentia.*
83 *Legata relicta coniunctæ personæ latè interpretantur.*
84 *Quid si Testator expresserit nomen proprium Ciuitatis.*
85 *Legato frumento, quod Testator habebat tantùm in suburbijs, censetur legatum frumentum, quod est in suburbijs, et nu. 87.*
86 *Legatis chartis libri ueniunt, si testator nil præter libros habebat.*
87 *Quid si Testator frumentum habebat in Suburbijs causa custodiæ.*
88 *Legato fundo existente in certo loco, quando ueniant etiam prædia alibi existentia.*
89 *Legatis prædijs, quæ sunt in territorio, ueniunt etiam horrea, et cellæuinaria ad usum prædiorum comparata, etiamsi in Oppido existant.*
90 *Legatum factum de bonis in certo loco existentibus, non censetur ademptum, si eadem bona, vel eorum partem testator ad alium locum casualiter transtulit: limitatur nu. seq.*
91 *Quid si Testator eadem bona, vel eorum partem de eo loco ad alium transtulerit, ut ibi perpetuò sint.*
92 *An legans simpliciter domum, censeatur legasse etiam instrumentum domus, vel supellectilem.*
93 *Quid si domus legata paulatim ità refecta sit, ut nihil ex pristina materia supersit.*
94 *Et quid si ea domo destructa, aliam eodem loco testator ædificauerit.*

Quæstio V.

An in legato omnium rerum, quæ sunt in domo, contineantur res venales, pecuniæ, et nomina debitorum.

58 RESp. quod licèt in tali casu ea legata intelligantur, quæ tempore testamenti erant desti-

destinata ad vsum perpetuum ipsius domus. *Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 9. tit. 2. num. 42.*
59 *et seq.* non tamen censentur legata nomina debitorum, pecuniæ, & res venales: quia non censentur esse in loco ea, quæ ibi extant ad tempus, seu casu quodam, vel vt quamcitò inde amoueantur. *l. generali. §. uxori. ff. de usu, et usufr. leg. l. si chorus. §. 1. l. si ità legatum. et ibi Bart. et l. si fundus. ff. de leg. 3. idem Bart. in l. generali. §. uxori. num. 4. ff. de usufr. leg. Put. dec. 20. num. 2. et 3. lib. 3. Hond. consil. 63. num. 50. lib. 1.* vbi,
60 quod in tali legato neque continentur instrumenta emptionum. *Ruin. cons. 32. num. 5. lib. 2. Afflict. dec. 106. num. 5. Mantic. de coniect. ultim. uol. lib. 9. tit. 3. num. 3. et 4.* vbi dicit, quod in dubio, si non apparet, ob quam causam pecunia fuit reposita, magis credendum est, eam non censeri legatam, nisi ex alijs coniecturis, quam ex generalibus verbis testamenti, hoc concipi possit. *Couar. uar. lib. 2. cap. 5. in 3. et 4. conclus.*
61 vbi etiam dicit, quod sub hypotheca tacita ad certum locum restricta, qualis est illa rerum inuectarum in domum conductam, res venales, quæ scilicet retinentur negotiationis causa, minimè continentur.
62 Limita 1. quando manifestè constat de voluntate testatoris, quia tunc non solùm pecunia, & nomina debitorum sub tali legato continentur, sed etiam omnes aliæ res, quæ non essent positæ in domo, vt ibi perpetuò starent, puta animalia, & similia. *Corn. cons. 49. num. 10. et seq. lib. 3.*
63 Limita 2. in relicto simplici non restricto ad locum: tunc enim etiam venalia continentur. *Pinell. in l. 1. par. 2. num. 46. C. de bon. mater. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. par. 7.*
64 *num. 14.* vbi dicit, quod sub legato omnium bonorum mobilium non restricto ad certum locum, veniunt pecuniæ in domo testatoris existentes, vel alibi in sacculo per alium nomine testatoris custoditæ; non tamen veniunt pecuniæ depositæ penes mercatorem, quia dominium pecuniæ, quæ non fuit deposita in sacculo, sed vt tantundem redderetur, dicitur translatum in depositarium: & ideò pecunia tunc non dicitur mobilis, sed ius, & actio depositi: iura enim, &
65 actiones sunt tertia species à mobilibus, & immobilibus. *ex trad. per Gabr. commun. conclus. lib. 3. tit. de reb. cred. conclus. 2. nu. 8. et seq. Rot. apud Pacif. de Salu. interd. dec. 132. nu. 1.*
66 Limita 3. in pecunia, quæ separata ab vsu quotidiano, præsidij causa tamquam thesaurus reponitur, tunc enim pecunia in loco esse censetur vt quid immobile, non vt pecunia, & ideò in tali legato comprehenditur. *latè Pinell. in d. l. 1. par. 2. num. 48. C. de Bon. matern. Menoch. lib. 4. præsumpt. 138. num. 2. Mantic. de coniect. ultim. uol. lib. 9. tit. 2. num. 45. et seq.*
67 Limita 4. in legato facto cum signo vniuersali omnium rerum, quæ quoquo modo, seu quomodocumque, aut qualitercumque, vel cuiuscumque conditionis sunt in domo, quia tunc veniunt etiam res venales in domo existentes: in tali enim casu restrictio loci, & à loco proueniens tollitur per tales clausulas vniuersales, perinde ac si dispositio, vel legatum factum esset sine loci designatione. *Bart. in d. §. uxori. nu. 4. Alex. cons. 118. num. 5. lib. 5. Gozad. consil. 14. num. 22. Ruin. cons. 32. num. 5. lib. 2. Pinell. in d. l. 1. par. 2. nu. 47. C. de Bon. matern. Afflict. dec. 106. n. 6. Menoch. d. præsumpt. 138. num. 1. latè Couar. d. lib. 2. cap. 5. num. 3. uers. Primò siquidem etc. cum uers. seq.*

An verò in tali casu comprehendantur pecunia, & nomina debitorum in domo reperta? vide *Pinell. in d. l. 1. par. 2. num. 47. C. de bon. matern.* vbi dicit, quod relicto fundo cum omnibus, quæ essent ibi, non veniunt nummi, nec nomina debitorum, etiamsi relictus esset filio, & per verba generalia, nisi manifestè de his quoque legandis defuncti voluntas probaretur. *per tex. in l. quæsitum. 76. ff. de leg. 3. uide Mant. de coniect. ult. uol. lib. 9. tit. 3. nu. 4.*
68 Limita 5. quando testator diues legauit filio, aut coniunctæ personæ res omnes, quæ in domo sunt, quia tunc res etiam venales censentur comprehensæ. *Menoch. lib. 4. præsumpt. 137. num. 9. et seq.*
69 Limita 6. si testator legauerit omnia, quæ domi habet, excepta lana venali, quia tunc in legato continentur res aliæ omnes venales. *Menoch. d. præsumpt. 137. nu. 9. et seq.*
70 Limita 7. quando testator nil aliud in domo habebat, quam venalia, quia tunc ea legata censentur, nè legatum reddatur inutile. *Couar. uar. l. b. 2. cap. 5. num. 3. Menoch. lib. 4. præsumpt. 126. num. 8. et d. præsumpt. 137. n. 9. et seq.* vbi etiam
71 dicit, quod legato frumento existente in Ciuitate, debetur frumentum existens in Suburbio, si testator in Ciuitate nullum habebat frumentum, ne similiter inutile reddatur legatum.
72 Limita 8. quando res collectæ fuerunt ex fundis, & agris ipsius testatoris, easque testator negotiationis causa venales non habebat, sed quia necessariò erant vendendæ, venales dicebantur. *Menoch. d. præsumpt. 137. num. 9. et seq. Gait. de credit. cap. 4. qu. 5. num. 152. et seq.* vbi obseruat,
73 quod in dictis casibus generalis obligatio extenditur etiam ad venalia, licèt regulariter ad ea non extendatur. *Pinell. de Bon. matern. num. 19. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 9. tit. 6. nu. 13. uersus fin.*
74 Notandum est etiam, quod in legatis loco circumscriptis non continentur ea, quæ post legatum empta fuerunt à testatore in eodem loco, si bona acquisita sint æquè principalia, vel primis pretiosiora: hoc enim casu non possunt dici accessoria ad primas res legatas, immò primæ res dicerentur accessoriæ ad istas preciosiores acquisitas. *Alex. consil. 25. num. 2. lib. 7.* vbi dicit,
75 quod in dispositione hominis, quando fit mentio de re particulari, non comprehenditur incrementum superueniens separabile ab antiquo, & præterito iure; vnde si concedo tibi vsumfructum fundi existentis iuxta aquam fluminis, & postea in loco, vbi erat aqua, nascatur Insula, talis locus non comprehendetur in illa dispositione hominis, & concessione vsusfructus, sed tamquam separatus fundus spectabit ad eum, cu-
76 ius erat proprietas fundi; secus esset in incremento alluuionis, quia est incrementum latens, & quod ab alio neque discerni, neque separari potest. *Gait. de credit. cap. 4. numer. 200. et seq. latè Honded. consil. 63. num. 34. et seq. lib. 1.* vbi, quod tunc augmentum cedit legato, quando est

est inferius, & minus iure legato.
77 Idem dicendum, quando legatum factum fuit
per verba pręsentis temporis; tunc enim restrin-
gitur ad tempus testamenti, ità vt bona postea
quæsita non includat. *Bart. communiter receptus*
in l. si ità legatum. nu. 4. ff. de Aur. et argen. leg.
vbi dicit, quod si testator legauerit omnes res,
quæ sunt in tali villa, vel omnes res mobiles, &
sic non intelligeret de tota hæreditate, tunc le-
gatum refertur solum ad præsens tempus; idem-
que esset, si quis dixerit, lego tibi podere, quod
habeo in tali loco: nam si intelligitur podere,
idest plura prædia contenta sub vna appellatio-
ne, idem est, quod in legato fundi, & in eo in-
spicitur tempus præsens, scilicet testamenti.
Bald. cons. 284. num. 1. lib. 2. vbi, si pater lega-
uit filio libros, quos tunc habebat, & deinde
alios emit, illi postea empti non cedunt legato.
latè Hond. cons. 63. nu. 29. et seq. lib. 1. vbi etiam
78 obseruat, quod si testator dicit, lego omnes
res meas, quas habeo in tali Villa, & testator
vendiderat vnam rem ex illis, & tradiderat, illa
res in legato non includitur, etiamsi contractus
esset nullus.
79 Notandum 2. quod qualitas loci adiecta lega-
to, restringit legatum quamuis vniuersale. *l.*
nam quod liquidæ. §. si ita legetur. ff. de pen. leg.
vbi, si legetur penus, quæ est in Vrbe, seu Ciui-
tate, ea sola videtur legata, quæ est intra muros;
si vrbana penus sit legata, videtur etiam legata
ea, quæ est in Villa vrbico vsui destinata; si ve-
rò legetur penus, quæ est Romæ, non tantum
ea, quæ est intra muros, sed etiam ea, quæ est
intra continentia ædificia extra muros, sicut sunt
suburbia, legata censetur, quia Vrbem ferè om
nes dicunt murotenus finiri, Romam continen-
tibus, & vrbem Romam æquè continentibus æ-
dificijs. *l. vrbis. ff. de verb. sign. latè Bald. in*
cap. Rodulphus. num. 8. de rescript. Surd. decis.
80 *241. num. 1. et seq.* item relictis, vel concessis
omnibus, quæ sunt in tali territorio, non ve-
niunt ea, quæ sunt in alio territorio, nec iura,
quæ cohærent personæ. *Menoch. lib. 4. præsumpt.*
126. num. 2. et de arbitr. Iud. lib. 1. q. 99. num. 16.
et seq.
81 Limita, quando vrgentes concurrunt conie-
cturæ, quia tunc legatum, seu dispositio exten-
ditur ad aliud territorium. *Rot. dec. 716. num. 2.*
et seq. par. 4. tom. 3. Recent. vbi, quod donatio
82 facta de bonis existentibus in Ciuitate, com-
prehendit etiam bona in Comitatu existentia,
quando concurrunt alia adminicula, & conie-
cturæ.
83 Limita 2. in legatis, quæ largam admittunt in-
terpretationem, sicuti sunt illa relicta sanguine
coniunctis: hoc enim casu legata etiam præsu-
muntur ea, quæ sunt in Subutbijs. *Crauett. cons.*
297. nu. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 126. num. 7.
et de Arbitr. Iud. d. q. 99. nu. 15.
84 Limita 3. quando testator dixit, lego bona,
quæ habeo Papiæ: tunc enim censentur legata
bona etiam in Suburbijs existentia. *secundùm*
Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 1. qu. 99. num. 16. et
lib. 4. præsumpt. 126. nu. 13. et seq. vbi dicit, quod
quando testator expressit nomen proprium Ci-
uitatis, tunc præsumuntur legata bona existen-
tia etiam in Suburbis, siue talis Ciuitas sit Ro-
ma, siue alia quæcunque. *licèt contrarium sentiat*
Bald. in cap. Rodulphus. num. 8. de Rescript. vbi
dicit, quod Roma continentia ædificia includit,
non aliæ Ciuitates.
85 Limita 4. quando testatot non habebat bona,
puta frumentum, in Ciuitate, sed solum in Sub-
urbijs: quia tunc etiam præsumitur legatum fru-
mentum, quod est in Suburbijs, nè inutile red-
datur legatum. *l. librorum. §. quod tamen Cas-*
86 *sius. ff. de leg. 3.* vbi legatis chartis libri veniunt,
si testator nil præter libros habebat. *Bald. in l. 1.*
§. in initio num. 2. vers. sed quid si non dicit. ff. de
off. Præf. Vrb. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 126.
num. 8.
87 Idem dicendum, si testator frumentum habe-
bat in Suburbijs causa custodiæ, vt illo in loco
conseruaret, donec deferret ad Vrbem; tunc
enim præsumitur legatum hoc frumentum, quia
frumentum illud existens causa custodiæ in Sub-
urbijs, habetur ac si esset in ipsa Ciuitate; dici-
tur enim potius casu ibi repositum, quàm deli-
beratè, vt ibi existat, & ideò perinde est ac si
non extet eo in loco. *l. si ità legatum est. ff. de leg.*
3. l. si fundus. ubi Bart. ff. eod. tit. Menoch. d. præ-
sumpt. 126. num. 11. et 12.
88 Notandum 3. quod legato fundo existente in
certo loco, veniunt etiam prædia alibi existen-
tia, quæ eodem nomine à testatore vocabantur,
quia cum testatoris voluntas teneat primum lo-
cum. *l. in conditionibus. ff. de Cond. et demon.*
interpretatio fieri debet, non quemadmodum
se habet veritas, sed secundùm ipsius testatotis
opinionem, & vsum. *l. quo loco. §. 1. ubi gloss. in*
uer. alterum assem. et ibidem Bart. ff. de Hæred.
instit. l. prædijs 89. §. Titio. ubi etiam Bart. ff. de
leg. 3. l. Seiæ. §. Tyrannidæ. ff. de fund. instr. vbi,
pascua deputata ad vsum fundi, & cum eo vno
nomine nuncupata, legato fundi cedunt: prædia
enim non debent iudicari ex aliorum sententia,
vel ex instrumentis emptionis, sed ex volunta-
te, vsu, & destinatione patrisfam. *l. quod in re-*
rum. §. si quis post. ff. de leg. 1. et ità tenuit Alex.
cons. 150. num. 1. lib. 7. Cephal. cons. 144. num. 15.
et seq. lib. 1. Socin. iun. cons. 65. n. 28. lib. 1. Man-
tic. de Coniectur. ult. uol. lib. 9. tit. 2. nu. 6. et seq.
89 vbi, quod prædijs legatis, horrea, & cellæ vi-
nariæ, quæ ad vsum prædiorum sunt compara-
tæ, & sub nomine eorum prædiorum à testatore
habitæ, legato cedunt, etiamsi horrea, & cellæ
vinariæ sint in oppido, & testator legauerit bo-
na, & prædia, quæ sunt in territorio. *latè Surd.*
decis. 241. num. 7. et seq.
90 Notandum 4. quod legatum factum de bonis
in certo loco existentibus, non censetur adem-
ptum, si eadem bona, vel eorum partem testator
ad alium locum casualiter transtulit, præsertim
si prædicta bona cum onere legauerit, & onus
huiusmodi postea non ademerit. *Gozad. cons. 82.*
num. 8. Corn. consil. 92. num. 1. uers. quia ad hoc
respondetur et. lib. 1. etc. cons. 155. nu. 3. et 4. uol.
2. latè Penia decis. 19. num. 1. et seq. secus esset, si
91 testator eadem bona, vel eorum partem de eo
loco ad alium transtulerit, vt ibi perpetuò essent.
per tex. in l. penul. §. ult. ubi glos. in uer. trans-
latum. ff. de Aur. et arg. legat.
92 Notandum 5. quod si testator simpliciter le-
gauerit domum, non censetur legasse instrumen-

tum

tum domus, vel supellectilem. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 42. & seq.* vbi etiam
93 obseruat, quod licèt domus legata paulatim ità refecta sit, vt nihil ex pristina materia supersit, tamen manet vtile legatum; at si ea domo destru-
94 cta, aliam eodem loco testator ędificauerit, legatum perit, nisi aliud testatorem sensisse fuerit probatum. *per tex. in l. si ità legatum. §. vl. de leg. 1.*

SVMMARIVM.

95 *Quando dispositio testatoris est certa respectu loci, & potest impleri, sicut ipse disposuit, non est alteranda: declaratur, & limitatur nu. seq.*
96 *Quid si testator in onere principaliter habuit respectum ad remedium animæ suæ.*
97 *Legatum factum Monialibus cum onere, vt missam singulis diebus celebrari facerent in earum Ecclesia sub pœna deuolutionis, an adimpleri possit in Ecclesia, ad quam fuerunt translatæ.*
98 *Quid si testator mandauit, Ecclesiam ædificari in domibus suis, & in dictis domibus commodè fieri non possit.*
99 *Legatum pium factum absque expressione certi loci, adimpleri debet in loco, vbi testator habitabat, vel solitus erat plerunque accedere.*
100 *Quid si testator legauerit suæ Ecclesiæ, & tempore testamenti habitabat in vna parochia, tempore verò mortis in alia.*

Quæstio VI.

An, & quando dispositio testatoris certa respectu loci, possit alterari, vt alium in locum transferatur.

95 QVando dispositio testatoris est certa respectu loci, & potest impleri, sicut ipse disposuit, regulariter non potest alterari etiam cum auctoritate Episcopi. *Bald. in l. vlt. num. 57. in fin. C. de His. quæ pœn. nom. Nau.*
96 *consf. 8. n. 10. de Testam.* quod quidem procedit in loco principaliter à testatore contemplato, puta si testator maudet, celebrari missas in tali altare, vel Ecclesia ob particularem deuotionem erga dictam Ecclesiam, vel altare. *vt d. Nauar. in Man. cap. 25. num. 135. Ceuall. q. 686. nu. 6.* secus esset, vbi cessaret huiusmodi coniectura, vt si testator in onere principaliter habuit respectum ad remedium animæ suæ: eo enim casu tam in vno loco, quàm in alio liceret missas celebrare, cum vtroque modo satisfiat animæ testatoris. *Card. Seraphin. decis. 1149. à n. 10.* vbi resoluit, moniales, quibus sub pœna deuolutionis iniun-
97 ctum fuit, vt missam celebrari facerent singulis diebus in earum Ecclesia, non esse legato priuandas, si missæ in Ecclesia, ad quam fuut translatæ, celebrentur: quia cum testator non expressert locum per nomen proprium Ecclesiæ Monialium, sed dixerit in earum Ecclesia, talis dispositio verificatur in Ecclesia, ad quam fuerunt translatæ; prout in simili si testator mandauerit in genere, vt Ecclesia ędificetur in domibus suis, quas postea cum alijs permutauit, hæres ædificando in ædibus permutatione acquisitis, satisfacit testatoris dispositioni, qui, cum dixerit, in domibus suis, intellexit tam de tunc habitis,
98 quàm de ijs, quas habiturus erat. *Bart. consf. 26. nu. 3. lib. 1.* subdens, quod si in dictis ædibus Ecclesia commodè non posset fieri, tunc auctoritate Episcopi, conuocatis his, quorum interest, potest alibi construi, non enim per hoc redderetur inutile legatum. *l. legatum. ff. de vsu, & vsufruct. legat. Innoc. in cap. nos quidem. de Testam. Tiraq. de Priuil. pia caus. priuil. 43.* vbi id intelligit, nisi testator aliter expressè disposuisset. *Spec. in tit. de Instrum. edit. §. nunc verò. nu. 64. Socin. iun. consf. 162. nu. 26. & seq. vol. 2. Gratian. discept. for. cap. 73. num. 5. & seq.* vbi subijcit, quod facta translatione ab habente potestatem, omnia iura pertinentia ad antiquam Ecclesiam, transfunduntur ad nouam.
99 Notandum est etiam, quod si absque expressione loci fiat aliquod legatum pium, debet impleri in loco, vbi testator habitabat, vel solitus erat plerumque accedere. *Spec. in tit. de Instr. edit. §. nunc verò. nu. 64. Card. Seraphin. d. dec.*
100 *1149. n. 5. & seq.* vbi etiam dicit, quod si quis, cum esset v. g. parochianus S. Petri, legauerit suæ Ecclesiæ, deinde efficiatur parochianus S. Mariæ, legatum debetur Ecclesiæ S. Petri.

SVMMARIVM.

101 *Hæres soluens vnum legatum in certo loco, non tenetur ibidem alia legata soluere.*
102 *Valet argumentum de tempore, ac de re ad locum.*
103 *Hæres soluens vnum legatum ante tempus, non est cogendus ad soluenda alia legata ante tempus.*
104 *Hæres scienter soluens vnum legatum ex testamento inutili, non tenetur soluere alia similia legata inutilia.*

Quæstio VII.

An hæres soluens vnum legatum in certo loco, teneatur in eodem loco alia legata soluere.

101 REsp. negatiuè. *l. vinum 22. ff. si cert. pet. l. si res. vlt. ff. de Condict. trit. l. si quis quis ità. 32. ff. de aur. & arg. legat.* valet enim
102 argumentum de tempore, ac de re ad locum, hæres verò, si vnum legatum ante tempus soluat,
103 non propterea cogi posset ad soluendum alia legata ante tempus. *l. Lucius 90. §. testator. ff. de*
104 *leg. 2.* quemadmodum, si scienter soluat vnum legatum ex testamento inutili, non ob id manebit obligatus ad alia similia legata inutilia soluenda. *l. non dubium 16. C. de Testam.*

SVMMARIVM.

105 *Quando hæres instituto in testamento possit consequi prælegatum sibi relictum, si hæreditatem testatoris repudiauerit, & quando non.*
106 *Legatum, quod effectum fuit caducum repudiatione, cum hæreditate consolidatur, & venit in restitutione hæreditatis cum cæteris bonis hæreditarijs.*

Quæstio VIII.

An hæres institutus in testamento, possit consequi prælegatum sibi relictum, si hæreditatem testatoris repudiauerit.

105 HÆc quæstio ardua est propter textus, qui videntur inuicem pugnare: nam per textum *in l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebell. & in l. quid ergo. 92. ff. de leg. 1.* prælegati actio hæredi denegatur, qui non agnouit hæreditatem: contrarium verò colligitur ex *l. filio cum seq. & l. qui filiabus. §. fin. ff. eod. tit. de deleg. 1.* vbi prælegatum vni ex hæredibus debetur, etiamsi abstinuerit se hæreditate, vnde ad conciliandos dictos textus varij varia excogitarunt; alij enim dixerunt, quod textus *in d. l. quid ergo. & in d. §. quidam.* procedit, quando hæres habet prælegatũ à lege; textus verò *in d. l. filio. & in l. qui filiabus. §. fin.* procedit, quando prælegatum est à testatore. *vide glos. in d. l. quid ergo. ver. planè. & ver. si pluribus.* Alij dixerunt, textum *in d. l. Marcellus. §. quidam. & in d. l. quid ergo.* procedere, quando testator prælegauit pluribus hæredibus: textum verò *in d. l. filio. & l. qui filiabus. §. fin.* habere locum, quando testator prælegauit vni ex hæredibus, ità *Bart. in d. l. quid ergo. in princ. Peregr. de fideicom. art. 7. nu. 61. post med.*

Ego verò ita distinguendum arbitror: aut enim testator prælegauit ferè totum patrimonium, vel maiorem eius partem, & in tali casu hæredi deneganda est actio ad prælegatum, nisi etiam hæreditatem agnouerit. *d. l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebell. & d. l. quid ergo. ff. de leg. 1.* & si prælegatum iam occupauerit, censetur adiuisse hæreditatem prælegantis, cum huiusmodi prælegatum ex coniectura volũtatis ipsius testatoris capi nequeat, nisi iure hæreditario; vnde & in substitutione fideicommissaria dictum prælegatum includitur, & per consequens fideicommissario restitui debet. *ità Bald. in l. cum virum. num. 9. C. de fideicom. Alex. in d. l. Marcellus. §. quidam. n. 2. vers. quarto limitauit &c. ff. Ad Senatuscons. Trebell. Paris. cons. 94. num. 50. & seq. par. 2. & cons. 18. n. 18. par. 3. Rolan. à Vall. cons. 34. n. 21. & seq. vol. 4. & communem dicit Ruin. consil. 116. nu. 8. tom. 2. Honded. cons. 71. nu. 17. & seq. lib. 1. & cons. 62. num. 31. lib. 2.* vbi, quod prælegata in tali casu succedunt in locum portionis hæreditatis, & de eis sicut de portionibus hæreditatis iudicatur. *Menoch. lib. 4. præsumpt. 194. n. 46. vers. & huius declarationis &c. Card. Mantic. de Coniectur. vlt. vol. lib. 7. tit. 7. num. 9. & seq. Buratt. dec. 847. n. 10.* vbi dicit, quod in dicto casu prælegata assumunt naturam hæreditatis, nec possunt separari ab hæredis institutione. *Card. Seraphin. dec. 382. num. 6.*

Idem videtur dicendum, quando bona prælegata essent insignia, & acquisita per maiores ipsius testatoris. *ex trad. per Buratt. dec. 168. n. 13.*

Limita, quando filius fuit hæres institutus, & rogatus extraneo restituere: tunc enim prælegatum ex coniectura voluntatis pleno iure spectaret ad filium, nè subiaceret fideicommisso, propter naturalem erga filios charitatem. *Bald. cons. 318. & 328. vol. 5. quem refert, & sequitur Card. Mantic. loco cit. d. tit. 7. nu. 11.*

Præsumitur verò, quod prælegatum absorbeat ferè totum patrimonium, vel maiorem eius partem, & huic præsumptioni standum est, nisi contrarium probetur. *Ruin. d. cons. 116. n. 8. tom. 2.* vbi, quod ista iuris præsumptio potest allegari etiam post conclusionem in causa. *Honded. d. cons. 71. nu. 21. lib. 1. vbi de communi testatur.*

Aut verò prælegatum non absorbet maiorem partem patrimonij testatoris, & in tali casu potest is, qui institutus est hæres, prælegatum consequi, etiamsi hæreditatem repudiet. *per tex. in d. l. filio. & l. qui filiabus. §. fin. ff. de leg. 1. Bald. in d. l. cum virum. nu. 9. C. de fideicom. Alex. in d. l. Marcellus. §. quidam. n. 2. vers. quarto limitauit etc. ff. Ad Senatusc. Trebell. et ità sentiunt alij DD. citati.*

106 Notandum est autem, quod prælegatũ, quod effectum fuit caducum repudiatione, accrescit hæredibus, & cum hæreditate consolidatur, & venit in restitutione hæreditatis cum cæteris bonis hæreditarijs. *latè Surd. dec. 269. n. 2. 3. et 15.*

SVMMARIVM.

107 *Legatum indefinitè relictum personis, seu ciuibus certi loci, debetur ipsi loco.*

108 *Quod relinquitur administratoribus Vniuersitatis, videtur ipsi Vniuersitati relictum.*

109 *Legatum factum Canonicis indefinitè, debetur ipsi Ecclesiæ.*

110 *Quid si legatum relictum fuerit Episcopo, vel Canonico.*

Quæstio IX.

Cuinam debeatur legatum indefinitè relictum personis, seu ciuibus certi loci.

107 REsp. quod debetur ipsi loco, quia censetur factum loci contemplatione. *l. ciuibus. ff. de reb. dub.* vbi, quod relinquitur admi-
108 nistratoribus alicuius Vniuersitatis, videtur ipsi Vniuersitati relictum; quemadmodum lega-
109 tum factum omnibus Canonicis vniuersaliter, vel Canonicis indefinitè, videtur relictum contemplatione Ecclesiæ, ipsique Ecclesiæ debetur. *l. annua. §. 1. ff. de Ann. legat. Bart. in d. l. ciuibus. ff. de reb. dub.* vbi etiam dicit, quod reli-
110 ctum Episcopo, vel Canonico, si relinquatur ab extraneo, debetur Ecclesiæ, quia intuitu Ecclesiæ videtur relictum; si verò relinquatur à coniuncto, tunc intuitu personæ videtur relictum, ipsique personæ debetur. *per tex. in cap. requisisti, cum ibi not. de testam. uide Dilect. de Art. testan. tit. 6. de legat. caut. 7. num. 3.*

SVMMARIVM.

111 *Si legentur reditus ex certa domo, vel fundo, ex tali legato non oritur actio hypothecaria, sed tantùm competit actio personalis: limitatur num. seq.*

112 *Quid si reditus huiusmodi legentur pro alimentis, vel in fauorem Ecclesiæ.*

Quæ-

Quæstio X.

An, si legentur reditus ex certa domo, vel fundo, ex tali legato oriatur actio hypothecaria.

111 Resp. negatiuè, sed tantùm competit actio personalis. *l. liberto. iuncta glos. in ver. venditafint. ff. de Ann. legat. Bart. in l. Caius. num. 5. ff. eod. tit.* subdens, quod pro tali præstatione fundus, vel domus, licèt obligata non sit obligatione speciali, tamen obligata est obligatione generali. *per tex. in l. 1. C. commun. de leg. l. creditoribus. ff. de separ.*

112 Hæc tamen conclusio limitatur, nisi reditus huiusmodi legentur pro alimentis, vel in fauorem piæ causæ: tunc enim talis fundus, in quemcunque peruenerit, censetur tacitè obligatus, & ad illum agi potest hypothecaria, etiam de intre digestorum. *l. 2. vbi Bart. ff. de Alim. et cibar. legat. DD. in l. Mela. ff. eod. tit. latè Rom. cons. 388. num. 3.*

SVMMARIVM.

113 *Ad quem Episcopum spectet executio legati pij, quando testator in vno loco habebat domicilium, in alio originem.*

114 *Quid si patrimonium testatoris extaret in diuersis locis.*

115 *Episcopus executoris testamentarij, potest eumdem executorem compellere, vt exequatur voluntatem testatoris.*

116 *Ad alienationem rerum immobilium minoris, requiritur decretum illius Iudicis, in cuius territorio res ipsa sita sunt.*

117 *Tutor, vel curator etiam in eo loco debet peti, vbi minor immobilia possidet.*

118 *Alienatio rei Ecclesiæ fieri non potest, nisi cum decreto illius Episcopi, in cuius diœcesi res existit.*

Quæstio XI.

Ad quem Episcopum spectet executio legati pij, si testator in vno loco habebat domicilium, & in alio originem.

113 Nonnulli existimaut, in tali casu locum esse præuentioni. *vt voluit glos. in l. nulli. ver. oritur. C. de Episc. et cleric. Spec. de Instrum. edit. sub tit. de vltim. volun. execut. n. 81. & alij.*

Ego verò arbitror, illum Episcopum esse competentem, in cuius diœcesi sita sunt bona testatoris, siue sit Episcopus originis, siue domicilij, siue rei sitæ, siue illius Ciuitatis, seu loci, in quo testator obijt, cum talis Episcopus, in cuius territorio bona existunt, celeriùs possit exequi voluntatem ipsius testatoris, & ità intelligendus est textus *in d. l. nulli. §. sin autem. et sensit Bald. ibidem*

114 *nu. 14. Roman. consil. 250. per tot.* subdens, quod si patrimonium testatoris extaret in diuersis locis, tunc vnusquisque Episcopus illorum locorum posset distribuere tes suæ diœcesis. *latè Ciarlin. controu. for. cap. 5. num. 17. et seq. lib. 1.*

115 vbi addit, quod Episcopus executoris testamentarij potest eumdem executorem compellere, vt exequatur voluntatem testatoris.

116 Prædicta conclusio probatur etiam ex textu *in l. si prædium. Cod. de Præd. min.* vbi ad alienationem rerum immobilium minoris requiritur decretum illius Iudicis, in cuius territorio sunt sitæ.

117 Secundò probatur ex *l. vn. C. vbi petant. tutor. vel curat.* vbi, quod etiam in eo loco tutor, vel Curator debet peti, in quo pupillus immobilia possidet.

118 Tertiò probatur ex *cap. hoc ius porrectum. cum ibi nat. per glos. et DD. 10. q. 2.* vbi alienatio rei Ecclesiæ fieri non potest, nisi cum decreto illius Episcopi, in cuius diœcesi res existit.

SVMMARIVM.

119 *Canonica portio non debetur de legato relicto pauperibus, vel pro ornamentis Ecclesiæ, vel pro subsidio terræ sanctæ: declaratur, et limitatur num. 121.*

120 *Canonica Parochialis, et Episcopalis parificantur in iure, et priuilegio.*

121 *Quid si relinquatur pauperibus certi loci.*

Quæstio XII.

An, & quando debeatur Canonica portio de legato facto Pauperibus.

119 Resp. quod regulariter nihil detrahitur, quando quis relinquit pauperibus pro remedio animæ suæ; idemque procedit, quando relinquitur pro ornamentis Ecclesiæ, vel si relinquuntur arma, & equi pro subsidio terræ sanctæ. *secundùm glos. communiter receptam in cap. 2. ver. decreuerit. de Sepult.* quæ licèt loquatur de

120 canonica parochiali, idem tamen debet intelligi de Episcopali, quia parificatur in iute, & priuilegio. *cap. vlt. de Testam.*

121 Limitatur tamen prædicta conclusio, vt procedat, quando relinquitur pauperibus generaliter, & sine determinatione loci: secus si relinquatur pauperibus certi loci, quia tunc debetur canonica portio: videtur enim legatum in tali casu factum intuitu loci. *vt d. Abb. in cap. 2. num. 8. de Sepult. & in cap. officij. num. 7. de Testament.* vbi obseruat, quod quarta debetur, si legatum sit factum pauperibus certi Hospitalis, quia testator videtur habuisse respectum ad locum, & non ad personas pauperes. *Bald. consil. 500. lib. 5. Tiraq. de Priuileg. piæ caus. priuil. 58.*

SVMMARIVM.

122 *Quando requiratur, quod conditio substitutionis existat in persona vtriusque instituti, et quando non, et nu. 123. et seq.*

123 *Quid si testator iussit, construi Ecclesiam, si filij instituti decesserint sine filijs.*

124 *Quando substitutus excludatur ex mente testatoris, et nu. 126. 131. et 135.*

K 2 125 Te-

125 *Testator præsumitur præposuisse animam suam extraneis.*

126 *Substitutio vulgaris locum habet ante aditam hæreditatem.*

127 *Compendiosa continet etiam vulgarem.*

128 *In habitatione, & vsufructu coniunctim relicto, est locus iuri accrescendi.*

129 *Facta substitutione in tota hæreditate, non vocatur substitutus, nisi omnes instituti decesserint, & quando id procedat.*

130 *Quando Ecclesia substituta liberis, & nepotibus testatoris, admittatur ad partem eius, qui sine filijs decessit, superstite pronepte.*

131 *Testator censetur se conformare cum dispositione iuris communis, vel municipalis.*

132 *Substitutione facta post mortem cuiuslibet, substitutus admittitur etiam in portione primi morientis.*

133 *In substitutione fideicommissaria, & pupillari, si in vnius persona existat conditio, est locus fideicommisso: declaratur ibidem.*

134 *Descendentes testatoris grauati post eorum mortem restituere hæreditatem, intelliguntur grauati, si decesserint sine filijs.*

135 *In fideicommissaria facta vni filio, non videtur testator pratulisse substitutum extraneum soboli nascituræ, aut iam natæ.*

136 *Quid si conditio extitit in persona vltimi morientis.*

137 *Quando substitutus excludatur per existentiam fratris superstitis, & quando non.*

138 *Explicatur textus in l. hæredes. §. cum ità. ff. ad Trebell.*

139 *In hæreditatibus etiam inter omnino disiunctos locus est iuri accrescendi.*

140 *In legatis non datur ius accrescendi, nisi inter coniunctos.*

141 *An, & quando legatarijs substitui possit.*

142 *Ius accrescendi competit etiam in successione ab intestato, & in bonorum possessione contra tabulas.*

143 *Coniuncti quidam sunt re, & verbis, alij re tantùm, & alij verbis tantum, & nu. seq.*

144 *Coniunctus re, & verbis, præfertur cæteris. Quando inter coniunctos locum habeat ius accrescendi, & quando ius non decrescendi. ibid.*

145 *An ius accrescendi transmittatur ad hæredes.*

146 *An, & quando substitutio pupillaris tacita excludat matrem.*

147 *Substitutio concepta per verba communia, & sub conditione, si decesserit sine filijs, est fideicommissaria, & compendiosa, & ideò continet etiam vulgarem. Quando filij substituti ex propria persona succedant. ibidem.*

Quæstio XIII.

An, si Testator iussit, construi Ecclesiam, seu monasterium, vel alium locum pium sub conditione, si hæredes instituti decesserint sine liberis, talis conditio adimpleri debeat in persona omnium, vel satis sit, si adimpleatur in persona singulorum.

122 RESp. quod si plures filij simul, & simpliciter instituti sunt, talis conditio adimpleri debet in persona omnium: nam in tali casu testator videtur habere respectum ad omnia bona sua vacatura, vt scilicet de eis fiat Ecclesia, vel monasterium, quando omnes sui decesserint, præ-
123 sertim, quia sic ex consuetudine videmus seruari, seu disponi per omnes ferè testatores. *vt obseruat Marian. Socin. in l. hæredes. §. cum ità. nu. 95. & 96. ff. ad Trebell.* quia in tali casu super-
124 est persona, quæ ex mente testatoris substitutum excludit. *Rip. ibid. n. 137.* quod multo magis procederet, si testator dixerit, si ambo, vel omnes, vel si vterque sine filijs decesserint. *l. codicillis. ff. de vsu, & vsufr. leg.*

Et hæc quidem conclusio indubitata est, quando liberi sunt instituti: sed *Socin.* idem sentit, si fuerunt instituti extranei: quia non aliter videtur voluisse testator illud opus, quod est indiuiduum, quàm si omnes sine liberis decesserint, & omnium partes vacauerint. *arg. l. in executione. §. secunda. ff. de verb. oblig.* sed contraria sententia videtur verior; est enim valde verisimile, quod testator præposuerit animam suam extraneis. *vt*
125 *d. Bart. in repet. l. 1. n. 74. C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 38. num. 4. lib. 1.* & ideò sive conditio verificetur in persona primi decedentis, siue in persona vltimi decedentis, erit locus substitutioni pro portione eius, in cuius persona est purificata conditio. *Corn. cons. 283. n. 2. & seq. vol. 1. Genuens. in tract. de Eccles. q. 245.*

126 Amplia supradictam conclusionem, vt procedat etiam in substitutione vulgari: quia substitutio vulgaris locum habet ante aditam hæreditatem, & sic eo tempore, quo est locus iuri accrescendi inter hæredes; vnde nisi conditio existat in persona vtriusque, non vocatur substitutus, cum sit alius, cui potest quæri per ius accrescendi ex præsumpta voluntate defuncti. *l. quamuis. C. de Impub. & alijs subst. l. vn. §. his ità. vers. hoc ità tam variè. C. de caduc. toll. Bart. in l. hæredes. §. cum ità. vbi etiam Rip. num. 131. ff. ad Trebell. Corn. cons. 298. num. 8. lib. 4.* vbi notat, quod quando est locus iuri accrescendi, dicitur superesse persona, quæ ex verisimili mente substitutum excludit. *Alex. consil. 38. num. 3. lib. 1.*
127 idemque dicendum in compendiosa, si succeditur ex vulgari. *ex trad. per DD. in l. precibus. C. de Impub. & alijs subst.*

128 Amplia 2. in habitatione, & vsufructu coniunctim relicto; tunc enim inter eos, quibus facta est substitutio, est etiam locus iuri accrescendi; & ideò non vocatur substitutus, nisi conditio existat in persona vtriusque, vt supra diximus. *l. si Titio, & Meuio. ff. de leg. 2. l. codicillis. ff. de vsu, & vsufr. legat. Bart. in d. §. cum ità nu. 5. ubi etiam Rip. nu. 135.*

129 Amplia 3. quando substitutio fuit facta in tota hæreditate: nam quando testator dicit, si decesserint sine liberis, substituo Ecclesiam, vel alium in tota hæreditate, videtur non vocare substitutum, nisi quando tota hæreditas vacat; vnde cum totam hæreditatem aliàs habere non possit substitutus, nisi omnes decedant, vno moriente, substitutus non vocatur. *l. quidam testamento. ubi Bart. Bald. & alij. ff. de ulg. & pup.* quod procedit, quando purificatur conditio in persona primi, quia si conditio eueniat in persona vltimi, substitutus admitteretur ad illius partem. *d. l. hæredes.*

redes. §. cum ità. ff. ad Trebell. Rip. ibid. nu. 136. vers. defendendo hanc fallentiam &c.

130 Obserua tamen, quod Ecclesia substituta li-
beris, & nepotibus ipsius Testatoris sub condi-
tione, si decesserint sine filijs, admittitur ad par-
tem eius, qui sine filijs decessit, superstite pro-
nepte exclusa, vel per statutum, vel per testa-
mentum ipsius decedentis sine filijs. *vt consuluit*
Corn. cons. 330. lib. 1. & cons. 138. vol. 2. vbi di-
131 cit, quod Testator faciendo huiusmodi substi-
tutionem, siue sit pupillaris, siue fideicommissa-
ria, censetur se conformare cum dispositione iu-
ris communis, vel municipalis; & ideò ille, qui
ab intestato non excluderet substitutum, non
censetur esse persona, quæ ex coniecturata men-
te defuncti excludat substitutum. *vt in simili not.*
Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper.
libert.

132 Obserua 2. quod si substitutio facta esset plu-
ribus separatim, tunc in cuiuscunque persona
existat conditio, locus est substitutioni. *l. penult.*
ff. de Iniust. rupt. & irrit. testam. l. pater filium.
§. fin. ff. ad l. falcid. Bart. in l. hæredes. §. cum
ità. ff. Ad Trebell. Rip. ibidem num. 132. & 136.
vbi dicit, quod substitutione facta post mortem
cuiuslibet, substitutus admittitur etiam in por-
tione primi morientis. *Abb. consil. 58. num. 1.*
par. 2.

133 Obserua 3. quod in substitutione fideicom-
missaria, & pupillari, in cuiuscumque persona
extiterit conditio, locus est substitutioni: quia
istæ substitutiones locum habent post aditam
hæreditatem, & post emolumentum quæsitum,
& sic cessat ius accrescendi; & ideò si in vnius
persona existat conditio, est locus fideicommis-
so. *l. 1. ff. de vsufruct. accresc. l. Lucius. §. Caio.*
vbi DD. communiter. ff. ad Trebell. l. fin. §. fi-
lium. ff. de leg. 2. idem esset in casu substitutio-
nis compendiosæ, si succedatur ex pupillari, vel
fideicommissatia. *Bart. in d. §. cum ità. Dec. in*
l. cum quidam. num. 4. vers. ex cuius dictis &c.
Cod. de Impub. & alijs substit. Petr. de Ancha.
consil. 390. col. 2. num. 4. Alex. consil. 38. nu. 1. &
3. lib. 1.

Hæc tamen conclusio limitatur, quando su-
perest aliqua persona, quæ ex præsumpta volun-
tate defuncti excludat fideicommissarium, vel
substitutum. *l. generaliter. §. fin. C. de instit. &*
substit. l. cum acutissimi. C. de fideicom. illa ve-
rò persona dicitur ex præsumpta mente exclu-
dere substitutum, quæ est de liberis testatotis, &
simul instituta cum alijs. *Bart. in d. §. cum ità.*
Alex. cons. 38. nu. 2. & 3. lib. 1. Corn. consil. 330.
& cons. 283. nu. 4. lib. 1. vbi dicit, quod talis per-
sona censetur, quæ sit ab intestato successura ei,
cui fit substitutio. *& cons. 138. num. 2. lib. 2.* vbi,
quod illa, quę ab intestato non excluderet substi-
tutum, non censetur esse persona, quæ ex conie-
cturata mente defuncti excludat substitutum.

An verò liberi vnius ex institutis prædefuncti
sint tales, qui ex præsumpta mente substitutum
excludant? negat *Bald. cons. 435. lib. 3. Rip. in d.*
§. cum ità. num. 132. & seq. quod quidem proce-
dit, quando substitutus est in pari gradu; secus
si esset extraneus, vel in inferiori gradu: tunc
enim substitutus semper excluderetur à nepoti-
bus, seu liberis vnius ex institutis prædefuncti,
siue fuerint expresè positi in conditione. *vt d.*
Bart. in d. §. cum ita. Corn. cons. 283. & 330. lib.
1. & consil. 298. lib. 4. Dec. cons. 594. per tot. siue
non, cum semper tacitè dicantur in conditione
positi. *vt d. idem Corn. d. cons. 298. num. 3. & 5.*
lib. 4. Rip. in d. §. cum ità. num. 133. & seq. vbi
etiam obseruat, quod liberi alterius defuncti pu-
beris excludunt substitutum pupillarem, etiamsi
non fuerint in conditione positi, vel cum liberis
institutis admixta esset persona extranea: addi-
tio enim personæ extraneæ non facit cessare fa-
uorem liberorum. *l. 1. §. si sit filius. ff. de coniun-*
gen. cum emancip. liber. Bart. in l. Titia cum te-
stamento. §. fin. ff. de leg. 2.

134 Obserua 4. quod descendentes testatoris gra-
uati post eorum mortem restituere hæreditatem,
intelliguntur grauati, si decesserint sine filijs.
Corn. cons. 298. nu. 5. lib. 4. Rom. cons. 131. in fin.
Rip. in d. l. hæredes. §. cum ità. n. 130. ff. ad Tre-
135 *bell.* vbi dicit, quod sicut in fideicommissaria
facta vni filio, non videtur testator prætulisse
substitutum extraneum soboli nasciturae ex filio
grauato, ità non videtur prætulisse soboli iam
natæ; vnde si conditio extitit in persona primi
morientis, & remanet alius filius testatoris, sub-
stitutus excluditur. *l. cum Auus. ff. de cond. &*
demon. l. penult. C. de impub. & alijs substit. se-
136 cus esset, si conditio extitit in persona vltimi
morientis, & non superest alius, qui ex præsum-
pta voluntate defuncti substitutum excludat.
Bart. in d. §. cum ità. nu. 3.

137 Obserua 5. quod si testator duos filios insti-
tuit, & post mortem eorum decedentium sine fi-
lijs alium substituit per fideicommissum, & pri-
mus decessit sine liberis non instituto fratre, sed
extraneo, tunc substitutus non excluditur per
existentiam fratris superstitis: quia præsumitur,
testatorem solummodò voluisse excludere sub-
stitutum per existentiam fratris superstitis quan-
do primus sine liberis decessit ab intestato. *l. qui*
duos. ff. de reb. dub. l. qui duos. ff. de vulg. & pup.
secus si decessit condito testamento, in quo ex-
traneum instituit. *Bald. in l. cum quidam, in vlt.*
col. n. 11. & ibi Dec. & alij. C. de Impub. & alijs
substit.

138 Nec obstat *text. in d. l. hæredes. §. cum ità. ff.*
ad Trebell. quia dispositio huius textus proce-
dit, quando instituti descendentes, quibus da-
tus fuit substitutus fideicommissarius, fuerunt
inuicem substituti, secus si non fuissent inuicem
substituti. *vt not. Dec. loco cit.*

139 Obserua 6. quod in hæreditatibus etiam inter
omninò disiunctos locus est iuri accrescendi, nè
quis decedat pro parte testatus, & pro parte in-
testatus. *l. vn. §. his ità. C. de caduc. toll. l. hære-*
des sine partibus. ff. de hæred. instit. Bart. commu-
niter receptus in l. re coniuncti. n. 25. ff. de leg. 3.
140 sed in legatis non datur ius accrescendi, nisi
inter coniunctos. *l. 1. ff. de vsufr. accresc.* vbi,
quod si separatim vnicuique partis rei vsusfru-
ctus relictus sit, sine dubio ius accrescendi ces-
sat. *Bart. loco proximè cit. Corn. cons. 298. nu. 8.*
vers. & licet &c. lib. 4. vbi dicit, quod *textus in*
141 *l. vt hæredibus. ff. de leg. 2.* disponens, quod
etiam legatarijs potest substitui, procedit, quan-
do legatarij, quibus facta est substitutio, sunt
coniuncti. *latè Castill. de vsufr. lib. 1. cap. 48.*

142 *nu.39. et seq.* vbi, quod etiam in successione ab intestato, & in bonorum possessione contra tabulas competit ius accrescendi.

143 Coniuncti verò alij sunt re, & verbis, vt si Titio, & Meuio fundum lego: alij re tantùm, cum duobus separatim eadem res legatur, puta Titio fundum lego, & eumdem fundum lego Sempronio: alij verbis tantùm coniuncti sunt, vt cum dico, Titio, & Meuio fundum pro æquis portionibus lego. *glos. communiter recepta in l. re coniuncti. ff. de leg.3.* vbi, quod solidum in primo, & secundo casu cuique censetur relictum, licèt faciant sibi æquas partes per concursum. *& in l.1. §. fin. ver. separatim. ff. de vsufr. accresc.* vbi,

144 quod re, & verbis coniunctus præfertur cæteris. *latè Cancer. var. lib.3. cap.22. nu.17. & seq.* vbi dicit, quod coniuncti verbis ad hunc effectum dicuntur, quando ad eamdem rem, seu hæreditatem vocantur eadem oratione portionibus cuilibet designatis, quæ tamen ad oculum demõstrari nequeant; nam si partes ad oculum demonstrari possent, non haberet locum ius accrescendi. *l. huiusmodi. 86. §. quibus. vbi Bart. ff. de leg.1.* quia si testator sic designasset partes, quælibet pars sic designata diceretur fundus per se. *l. rectè dicimus. §. fin. ff. de verb. sign.* & sic partes solum debent intellectualiter demonstrari. *l. Meuius. §. duobus. ff. de leg.2.*

Ex quo infertur, quod si testator dixerit, Petrus ex dimidia, Ioannes, & Franciscus ex altera dimidia hæres sint, si Franciscus repudiat, eius pars accrescit Ioanni, & non Petro; quia Ioannes, & Franciscus sunt re, & verbis coniuncti, Petrus verò est verbis tantùm coniunctus. *l. hæredes sine partibus. vbi DD. ff. de hæred. instit.* secus si inter hæredes concurrant aliqui coniuncti verbis tantùm, alij re tantùm; tunc enim vno decedente, non præfertur alius, qui est ei verbis, aut re coniunctus, cum non reperiatur lege cautum, quod vna ex his coniunctionibus sit fortior alia, sed omnibus cohæredibus pro hæreditarijs portionibus pars accrescit. *glos. in §. si eadem res. Instit. de legat. Paul. de Castr. in l. Meuio. ff. de leg.2. & alij apud Cancer. d. lib.3. cap.22. nu.31. 34. & seq.* vbi etiam obseruat, quod inter verbis tantùm coniunctos habet locum ius accrescendi, quia hi primariò ad partem vocantur, licèt secundariò ad integram rem vocentur altero repudiante; sed inter re, & verbis, aut re tantùm coniunctos habet locum ius non decrescendi, seu ius non diminuendi, quia isti ad integram rem censentur vocati, licèt si omnes concurrant, æqualiter admittantur. *vt supra diximus. vide Bart. & alios in d. l. re coniuncti. ff. de leg.3.*

145 An verò ius accrescendi transmittatur ad hæredes? affirmat *Mantic. dec.319. nu.9. & seq.* vbi etiam dicit, quod simili modo fideicommissaria substitutio coniuncta cum iure accrescendi, debet transmitti, sicuti transmittitur pupillaris, quæ est coniuncta cum ipso iure accrescendi. *per tex. in l. qui patri. de vulg. subst.*

146. Obserua 7. quod substitutio pupillaris tacita regulariter non excludit matrem. *l. precibus. C. de impub. & alijs subst. l. fin. C. de instit. & subst. Bart. in l. Centurio. num. 26. & 28. ff. de vulg. Corn. cons.322. nu.11. lib.3. Alex. cons.38. num.4. libr.1. & de communiori testatur Afflict. dec.367.* vbi dicit, quod in tali casu mater detrahit legitimam, & trebellianicam, ac succedit in fructibus perceptis per pupillum post mortem testatoris. *Menoch. de Præsumpt. lib.4. præsumpt. 39. Thesaur. dec.200. n.4. Gasp. Anton. Thesaur. l.3. q.22. num. 12. cum seq. quam opinionem vti æquiorem amplexa est Rota in Firmana bonorum 5. Nouembris, & 10. Decembris 1584. coram Bubal. & in Fauentina bonorum 14. Nouemb. 1594. coram Litta, & 11. Martij 1566. coram Cardin. Pamphilio. prout refert Merlin. in tract. de legit. qu.14. nu.11. & crebriori calculo approbatam dicit Cancer. var. lib.1. cap.1. nu.25.*

Limita, quando ex coniecturis contrarium appareret fuisse de mente testatoris. *glos. communiter recepta in d. l. precibus. Bart. & alij in l.2. ff. de vulg. & pup.* & inter cæteras coniecturas ea etiam numeratur, quando substitutio facta esset ad fauorem animæ testatoris: tunc enim tacita pupillaris substitutio facta ad fauorem animę excluderet matrem, cum verisimile sit, quod testator prædilexerit, & præposuerit animam suã cæteris rebus. *vt post Ang. & Paul. de Castr. in d. l. precibus. trad. Alex. d. cons.38. nu.4. lib.1.*

Limita 2. quando compendiosa facta fuit per verba communia cum expressa temporum dinumeratione, seu distinctione, vt si testator dixerit, si decesserit intra pupillarem ætatem, vel postea quandocunque, substituo Sempronium, vel pleno iure substituo. *Bart. in d. l. Centurio. nu. 26. Cancer. loco cit. nu.25. in princ.*

Limita 3. si mater non petijt, tutorem dari filio, dum ad secundas nuptias transiuit. *ex latè congestis per Menoch. lib.4. præsumpt.39. num.66. & 70.*

147 Obserua 8. quod substitutio concepta per verba communia, & sub conditione, si decesserit sine filijs, non solum est fideicommissaria, sed ob mentionem mortis indefinitè factam, est compendiosa, etiamsi non fuerit adiectum verbum, quandocunque. *Bart. in l. Centurio. nu.32. ff. de vulg. Surd. dec.37. nu.8. & dec.333. nu.12. Gratian. discept. for. cap.528. nu.1. Rot. dec.656. nu. 2. par.4. recent.* & ideò inter alias substitutionum species continet etiam vulgarem, vel tacitam, vel vt alij dicunt, expressam verbis generalibus. *Bart. in d. l. Centurio. n.32. Socin. sen. cons.140. lib.1. Aym. cons.283. circa med. vers. sed in casu &c.* vbi dicit, quod intelligitur facta substitutio, si decesserit adita, vel non adita hæreditate: non quidem respectu instituti, qui iam adiuit, sed respectu substitutorum, qui adire vel noluerunt, vel ob prædecessum ante hæredem grauatum, non potuerunt. *Rot. dec.222. num.13. par. 5. recent.* Vnde si testator instituit Titium, cui decedenti sine filijs substituit Meuium, ambobus verò decedentibus sine filijs substituit Caium, licèt ante Titium primò institutum prædecesserit Meuius substitutus, & ideò videatur defecisse conditio substitutionis eius filiorum. *per textum in l. penult. ff. de vulg. & pup.* tamen cum filij Meuij sint tacitè vocati etiam per vulgarem in cõpendiosa comprehensam, & Meuius, qui prædecessit Titio, hæreditatem adire nõ potuerit, sequitur, quod decedente postea Titio primo instituto, intelligitur purificata cõditio, & aperta via vulgari substitutioni ad fauorẽ filiorum

rum Meuij, qui proinde ex propria persona succedunt subintrando in locum Meuij, ac si immediatè substituti fuissent Titio, & eo modo, & forma, quo Meuius successisset, nisi prædecessisset, ità vt caducatus quidem fuerit gradus Meuij, sed hæreditas remanserit penes Titium cum eodem onere restituendi filijs Meuij loco eiusdem Meuij vi vulgaris subrogatis. *l. quandiù 68. & ibi Bart. num. 10. vers. item facit. ff. de acquir. hæredit. Socin. iunior cons. 42. n. 16. & 20. lib. 1. Aym. consil. 363. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 15. num. 14. latè Rot. decis. 201. num. 6. & seq. par. 8. recent. & dec. 374. num. 1. par. 1. diuers.* filij verò in conditione positi censentur per fideicommissum substituti, si concurrant coniecturæ enumeratæ *per Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 11. tit. 2. in fin. & tit. 3. per tot.* & in Vrbe ità apertè disponitur *lib. 1. Statutorum cap. 142.* quod locum habet etiam in districtu. *Rot. dec. 201. nu. 1. par. 8. recent.*

SVMMARIVM.

148 *Impensæ aliæ sunt necessariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptuariæ.*
149 *Si res perierit, quæ etiam omninò perijsset factis impensis necessarijs, nihil esset omittenti imputandum.*
150 *Hæres grauatus impensas necessarias, & vtiles, quæ concernunt præsentis temporis vtilitatem, cum fructibus compensat, eas verò, quæ pertinent ad perpetuam vtilitatem, deducit.*
151 *Quando melioramenta debeantur, & quando non.*
152 *Hæredi grauato vltra retentionem succurritur etiam iure actionis ad repetendas impensas vtiles perpetuas etiam post rem restitutam.*
153 *Emphiteutæ, & alijs habentibus aliquem titulum super re, quam meliorem fecerunt, competit actio, & retentio: limitatur num. 158. & seq.*
154 *An, & quando marito pro melioramentis detur actio, & retentio dotis.*
155 *Quando impensæ concernentes temporalem vtilitatem deducantur.*
156 *Quid si reparationes factæ pereant, & num. 158. & 179.*
157 *Et quid si illi, qui rem meliorem reddiderunt, postea melioramenta pro aliqua parte consumpserint, vel eisdem melioramentis pro aliquo tempore vsi fuerint.*
158 *An impensæ vtiles debeantur, si non extent, & num. 179.*
159 *Possessor bonæ fidei, qui nullum habet titulum, vel inualidum, tenetur fructus cum impensis compensare: limitatur num. seq.*
160 *Quid si fructus non fuerunt percepti à bonæ fidei possessore, sed ab alio.*
161 *An, & quando is, qui emit à minore, vel ab Ecclesia, teneatur fructus compensare cum melioramentis.*
162 *Quid si maritus impensas fecerit in rebus paraphernalibus.*
163 *Maritus, & alij, qui finito iure suo fructus percipiunt, tenentur eos compensare cum expensis.*
164 *Possessori bonæ fidei, qui in re aliena impendit, competit non solum retentio, sed etiam actio, re, aut fundo restituto.*
165 *Possessori cum titulo aduersus suum auctorem competit actio pro melioramentis.*
166 *Possessor bonæ fidei fructus perceptos ex ipsius meliorationibus non tenetur compensare cum impensis meliorationum.*
167 *Emptor prædij pro rata pretij soluti lucratur fructus.*
168 *Quando possessor consequatur solum id, quod impensum est, & quando illud etiam, in quo vltra expensam fundus factus est pretiosior.*
Impensa, quæ fit gratia fructuum colligendorum, non deducitur. ibidem.
169 *An, & quando possessor malæ fidei impensas repetere possit, & num. 179.*
In rei vendicatione possessor bonæ fidei ità demum expensas potest deducere, si res extet. ibidem d. num. 169.
170 *An, & quando hæres grauatus deducat impensas factas in ædificijs.*
Quando deducantur expensæ factæ in disciplinis, & artificijs seruorum, & animalium. ibidem.
171 *Emphiteuta, et Vassallus melioramenta deducunt, quando sine eorum culpa finitur emphiteusis, vel feudum, secus si ob culpam.*
172 *Colonus, et Inquilinus semper repetunt meliorationes perpetuas, etiamsi ob eorum culpam finita sit locatio.*
173 *An, et quando colonus repetat expensas factas in fossatis.*
174 *Quid si Dominus finita emphiteusi nollet, vel non posset meliorationes soluere.*
175 *Quas impensas repetat Vsufructuarius.*
176 *An colonus Vsufructuarij repetere possit melioramenta facta in re conducta.*
177 *An Pater repetere possit expensas factas in bonis aduentitijs filij.*
178 *An Clericus, qui de pecunijs patrimonialibus meliorauit rem Ecclesiæ, possit huiusmodi expensas repetere ab Ecclesia, vel successore in beneficio.*
179 *Quid si hæres grauatus, vel maritus, aut vsufructuarius seminauerint fundum restitutioni subiectum.*
180 *An mutuans in reparationem ædificij præferatur creditoribus anterioribus.*
181 *Dicenti, totam pecuniam mutuatam, non fuisse in refectionem conuersam, incumbit onus probandi.*
182 *An, et quando impensæ voluptuariæ deduci, vel repeti possint, et quando permittatur abrasio.*
183 *Possessor malæ fidei impensas voluptuarias nec recuperat, nec aufert, præterquam in petitione hæreditatis.*
184 *An pro melioramentis factis in vna re, possint aliæ retineri.*
185 *An, et quando hæres grauatus teneatur fructus perceptos restituere, vel in legitimam, aut trebellianicam computare, et nu. seq.*
186 *Fructus tempore mortis testatoris recollecti, patrimonium defuncti dicuntur, et augent ipsam hæreditatem.*

Quæstio XIV.

An, & quando hæres grauatus deducere possit impensas, seu melioramenta facta in fundo restitutioni subiecto.

148 PRæmittendum est, quod impensæ aliæ sunt necessariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptuariæ; necessariæ sunt, quæ si non fiant, res aut peritura, aut deterior futura sit: vtiles, quæ rem meliorem faciunt, deteriorem esse non sinunt: voluptuariæ, quæ speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent. *l. impensæ. ff. de Verb. sign. l. 1. l. voluptuariæ. l. impensæ. ff. de Impens. in reb. dot. fact. l. vtiles. ff. de Petit. hæred. latè Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 1. & seq. & num. 25. cum seq.* vbi etiam obseruat, quod si res pe-
149 rierit, vt si domus combusta sit, quæ etiam omninò perijsset factis impensis necessarijs, nihil esset omittenti imputandum. *per tex. in l. & in totum. ff. eod. tit. de impens. in reb. dotal. fact.*
150 His præmissis dico 1. quod hæres grauatus impensas necessarias, & vtiles, quæ concernunt præsentis temporis vtilitatem, cum fructibus compensat; eas verò, quæ pertinent ad perpetuam vtilitatem, quales sunt quæ fiunt in plantandis vineis, & arboribus fructiferis, deducit, dummodò modicæ non sint, quod arbitrio Iudicis remittitur. *l. 3. §. nos generaliter. l. pen. & fin. ff. de Impens. in reb. dot. fact. glos. in l. hactenus. ver. pertinet. ff. de Vsufr. Tomat. decis. 59. nu. 22. & seq.* vbi dicit, quod magna, vel parua impensa accipitur attenta qualitate sumptuum arbitrio Iudicis, subdens *num. 26. cum seq.* quod melio-
151 ramenta non debentur, nisi constet de vtilitate eius, quod impensum est, adeò vt non sufficiat probare impensam, nisi simul probetur ipsa meliorario cum vtilitate, & quod sint facta ab eodemmet, qui illa petit. *Gratian. discept. for. cap. 193. nu. 1. & seq.* vbi dicit, quod non valet consequentia, est in possessione melioramentorum, ergo possidens meliorauit, cum melioramenta potuerint fieri ab eo, à quo possidens non habet iura cessa, sine quibus nihil ei acquireretur. *Hond. cons. 85. num. 41. lib. 1.* vbi dicit, quod is, qui fundum melioratum detinet, probare debet, se, vel illos, quibus ipse successit titulo vniuersali, & hæreditario, vel titulo singulari cum cessione iurium, melioramenta fecisse. *Rol. cons. 28. num. 26. lib. 1. Peregrin. d. art. 50. num. 4. & seq.*
152 *& num. 38. & 56.* vbi addit, quod hæredi grauato vltra retentionem succurritur etiam iure actionis ad repetendas impensas vtiles perpetuas etiam post rem restitutam; ratio est, quia licèt hæres grauatus iure dominij de præsenti rem teneat, eam tamen restituturus est in aliquem euentum: & ideò si in ea vtiliter, vel necessariò impendit, videtur negotium suum agere pro tempore, quo est Dominus: pro tempore verò sequenti negotium futuri Domini; vnde ex eo actu, cum alia capi possit coniectura, animus donandi non presumitur, sed potius repetendi;
153 idemque dicendum est de ijs, qui rem non tenent, aut possident vt suam, sed eam vti alienam recognoscunt, habent tamen aliquem titulum, quales sunt feudatarius, emphiteuta, creditor, socius, vel cohæres, qui in rem communem impendit, vsufructuarius, maritus, emptor, qui ex pacto, aut ex lege tenetur retrouendere, tutor, vel Curator, negotiorum gestor, mandatarius, commodatarius, colonus, & inquilinus: isti enim, si in re impendunt necessariò, vel vtiliter, Dominum obligant actione ex eo contractu, vel quasi, vel ex negotio vtiliter gesto, ideòque vltra retentionem actio datur excepto ma-
154 rito, cui regulariter datur actio, non autem retentio, nè executio ipsa retardetur. *l. vnic. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. act. l. in hoc iudicium. ff. comm. diuid. l. sed an vltro. §. 1. ff. de neg. gest.* vbi, quod sufficit, negotium vtiliter esse gestum respectu Domini, licèt effectum vtilem non habuerit. *l. quæ vtiliter. ff. eod. tit. de negot. gest. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. l. si verò. §. si mihi. ff. mand. l. cum plures. §. fin. ff. de Admin. tut. l. si necessarias. & l. si seruos. ff. de Pignor. act. Ang. in §. certè illud. num. 8. Inst. de rer. diuis. Alex. cons. 162. lib. 7.* subdens, quod si mulier est soluendo, marito datur etiam retentio dotis. *Marescott. var. lib. 2. cap. 110. num. 5. & cap. 112. num. 38. & seq. Thomat. decis. 59. nu. 13. & 14. Boer. decis. 44. num. 20. & 25.* vbi dicit, quod isti non tenentur fructus perceptos compensare cum expensis, aut melioramentis à se factis. *Corn. cons. 86. & cons. 180. num. 8. vol. 4.* vbi idem dicit in legatario, siue res sit purè legata, siue sub conditione. *Peregrin. d. art. 50. nu. 4. & seq.* vbi etiam obseruat, quod impensæ e-
155 tiam concernentes temporalem vtilitatem, aliquando deducuntur pro eo tempore, quo possessor, qui eas fecit, re fruiturus non est, vt si maritus, vel colonus impensas aliquas fecerint duraturas per aliquot annos vltra tempus matrimonij, vel conductionis. *Thomat. decis. 59. num. 14. & seq.*
156 Obserua tamen, quod hæres grauatus, maritus, emphiteuta, & alij, qui vti Domini vtilitatem ex re percipiunt, licèt aliquo casu sit restitutioni subiecta, impensas necessarias repetunt, etiamsi reparationes factæ pereant. *latè Rolan. cons. 28. num. 18. lib. 1. Ruin. cons. 14. col. 3. in fin. lib. 1. Peregrin. d. art. 50. num. 76. vers. in istis*
157 *tamen &c.* vbi subijcit, quod pro ea parte, pro qua ipsi melioramenta consumpserunt, cessaret repetitio, quemadmodum etiam conductores, & coloni impensas necessarias deducunt, subducto tempore, quo interim vsi sunt.
158 Limita 1. in impensis vtilibus: istæ enim non debentur, nisi extent, & ideò possessori pereunt. *secundùm Peregrin. loco cit. num. 76. vbi de communi;* contraria tamen opinio mihi videtur æquior, & in praxi sequenda. *ex deductis per Tiraquell. de Retract. conuent. §. 7. glos. 1. n. 10.*
159 Limita 2. in possessore bonæ fidei, qui nullum habet titulum, vel inualidum, ità vt fructus tempore, quo percepti fuerunt, ad ipsum non spectassent, sed ad eum, qui nunc agit ad rem: talis enim possessor, si impensas in re fecerit, & fructus ex ea perceperit, tenetur fructus cum impensis compensare: tum quia in tali casu non habuit animum repetendi, cum crediderit facere tales impensas in re sua: tum etiam quia fructus lucratur solùm propter bonam fidem, & tunc

tunc non lucratur illos de rigore, sed de æquitate, & propter eamdem æquitatem expensæ compensari debent cum fructibus. *Bart. in l. in fundo. num. 9. vbi etiam Add. litt. g. ff. de rei vendic. Marescott. lib. 2. cap. 112. num. 38. Corn. consil. 86. num. 8. volum. 4. Peregrin. d. art. 50. nu. 64.* quod
160 procedit, si fructus à bonæ fidei possessore fuerunt percepti; secus si ab alio fuerunt percepti: hoc enim casu impensa restitui debet. *Thomat. decis. 59. nu. 43. Rot. decis. 186. num. 5. par. 2. Diuers. Gabr. de acquir. rer. dom. concl. 1.*

161 Ex quo infertur, quod si talis possessor emit rem à minore, vel ab Ecclesia non seruatis solemnitatibus, tenetur in tali casu fructus compensare cum melioramentis, quia titulum quidem habuit à vero Domino, sed inualidum. *l. si prædium. C. de Præd. min. Corn. consil. 243. col. pen. vol. 2. Cauale. de Tutor. & Curat. num. 166. Peregrin. d. art. 50. nu. 66. vers. idem quoque &c.* secus esset, si contractus fuit cum cautelis iudicialibus celebratus, ità vt emptor fuerit in bona fide; quia tunc fructus suos faceret, nec teneretur illos cum melioramentis compensare. *vide Afflict. decis. 87. nu. 6. & seq. Marescott. & Thomat. locis cit.*

162 Eadem ratione maritus, qui impensas fecit in rebus paraphernalibus, tenetur fructus, si eos perceperit, cum impensis compensare, quia tales fructus vxori restituendi sunt, & maritus eos non lucratur. *l. pen. ff. Ad l. falcid. Peregrin. d. art. 50. nu. 64. vers. aut verò possessor &c. & n. 65.*
163 vbi etiam obseruat, quod maritus, & alij, qui finito iure suo fructus percipiunt, tenentur eos compensare cum expensis.

164 Item talis possessor bonæ fidei, qui in re aliena impendit, ignorans, eam esse alienam, si incumbat possessioni, potest quidem per viam retentionis expensas consequi repellendo actorem ope exceptionis doli mali, nisi expensas, quatenus res est meliorata, reficiat; non autem iure actionis, re, aut fundo restituto. *l. planè. ff. de Petit. hared. l. sumptus. ff. de rei vendic. l. si in area. ff. de condict. indeb. Bald. in l. si quis sciens. num. 2. C. de Rei vend. Ruin. cons. 24. nu. 10. lib. 1.* vbi dicit, quod possessori bonæ fidei, qui ædificauit in alieno solo, datur solum retentio, non autem actio, quia credidit in suo ædificare, & quod in futurum non subiaceret restitutioni, & sic animum non habuit alium obligandi; & hoc quidem de iuris rigore procedit, nam de æquitate datur etiam actio: naturalis enim ratio resistere videtur, vt is, qui rem absque melioramentorum deductione restituerit, ea amittere cogatur, & alius locupletetur cum aliena iactura. *l. planè. ff. de Petit. hared. Vinc. de Franch. decis. 112. num. 9. & 10. & alij, quos refert, & sequitur Peregrin. de fideicom. d. art. 50. num. 56. post med. vers. Verum communis hac &c.* præsertim si possessor absque sua culpa cecidisset à possessione. *l. idemque. ff. de Action. empt.* vel si opus aliquod fecerit, ad quod Dominus compelli poterat ex iussione publica, aut priuata. *l. hareditas. 53. ff. de Petit. hared. l. si possessor. ff. de relig. & sumpt. fun.* aut verum Dominum liberasset ab aliqua obligatione, puta soluendo creditori hereditario, quia tunc restituta re, seu fundo, etiam actio proculdubio competeret. *l. fin. C. de Petit. hared. vide Peregrin. loco cit. nu.*
165 *56. 57. & 66.* vbi dicit, quod possessori cum titulo aduersus suum auctorem competit etiam actio pro melioramentis.

166 Obserua tamen, quod fructus perceptos ex ipsis meliorationibus possessor bonæ fidei non tenetur compensare cum impensis meliorationum, sed eos suos facit, quia isti fructus perci-
167 piuntur de re ipsius impendentis pro rata, sicut emptor prædij pro rata pretij soluti lucratur fructus. *Afflict. decis. 87. num. 6. & 7. Capic. dec. 93. Negus. de Pignor. in 4. mem. 5. part. princ. num. 20.* vbi dicit, quod si prædium, quod prius sine melioramentis reddebat decem, ex causa meliorationum reddit quindecim, possessor bonæ fidei lucrabitur quinque. *Peregrin. d. art. 50. num. 67.*

168 Obserua 2. quod possessor aliquando consequitur solum id, quod impensum est, aliquando illud etiam, in quo vltra expensam fundus factus est pretiosior; sed pro faciliori intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus, quorum primus est, quando is, qui melioramenta fecit, non pro se impendit, nec ad sui vtilitatem, sed pro Domino, & tunc solum fit æstimatio eius quod est impensum tempore meliorationis, nec attenditur incrementum, vel deterioratio in pretijs rerum. *ex trad. per Marescott. lib. 2. cap. 114. nu. 9. Thomat. decis. 59. nu. 49. & seq.* quod intelligendum est de impensa vtili, non autem de impensa gratia fructuum colligendorum, quæ non deducitur. *arg. l. ex conducto. §. 1. ff. locat.*

Secundus casus est, quando minor, vel Ecclesia in integrum restituitur aduersus contractum: & tunc attenditur tempus factæ meliorationis; nisi tempore restitutionis meliorationes minùs valerent, quàm esset impensum: quia eo casu æstimatio fieret secundùm tempus præsens, alioquin Ecclesia, vel minor, quibus succurritur per restitutionem in integrum, nimium læderentur, dum plus soluerent, quàm ad eos perueniret. *Thomat. vbi supra nu. 52. Marescott. d. cap. 114. nu. 6. & 7. Rot. diuers. par. 2. dec. 186. nu. 3.*

Tertius casus est, quando contractus rescinditur tamquam nullus, vel iniustus: tunc enim pretium integrum melioramentorum soluendum est, si possessor ex re nullos percepit fructus. *l. apud Celsum. §. si minor. ff. de dol. except.* secus si fructus perceperit, quia eo casu tenetur illos cum melioramentis compensare. *vt post Barbos. d. Thomat. d. dec. 59. nu. 57.*

Quartus casus est, quando is, qui impendit, est solum possessor bonæ fidei, nullum habens dominium in re: & tunc attenditur, quod minus est, ità vt si impensa fuerint centum, fundus verò ob id melior factus sit in centum quinquaginta, restituenda sint centum, idest quantum impensum est, non quantum res pretiosior est tempore restitutionis; è contra si impensa sint centum, & melior effecta sit tantùm in quinquaginta, ea tantùm quinquaginta restituenda sunt. *l. in fundo. ff. de rei vindic. Negus. de pignor. mem. 4. par. 5. num. 11. Velasc. de Iur. Emphit. q. 25. n. 28. Marescott. d. cap. 114. num. 8. Rolan. consil. 28. n. 18. lib. 1. Menoch. de Arb. Iud. cas. 258. n. 2.*

Quintus casus est, vbi is, qui rem meliorem reddidit, est Dominus directus, vel vtilis, licèt reuo-

reuocabiliter, vt hæres grauatus, emphiteuta, Vassallus, Vsufructuarius, Maritus, &c. & tunc in vrbanis ædificijs æstimatio fieri debet inspecto tempore restitutionis rei, ità vt si ex temporis cursu pretium augeatur, vel diminuatur, vtilitas, sicut & damnum sit ipsius possessoris, qui rem tenetur restituere. *Rolan. d. cons. 28. nu. 15. 16. et 18. et cons. 30. num. 6. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 32. nu. 5. et 6. Marescott. d. cap. 114. nu. 10. Velasc. de Iur. emphit. d. q. 25. num. 28. Natt. cons. 256. nu. 4. Ruin. cons. 38. nu. 25. et cons. 14. num. 2. et 3. vol. 1.* vbi dicit, quod in tali casu non tantùm præstandum est quod impensum, sed etiam quantum per meliorationem ædificium, seu domus est effecta pretiosior. *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 73. et seq.* vbi, quod res ipsa, seu materia posita in ædificio æstimatur prout extat pro pretio temporis præsentis ad commodum, vel incommodum possessoris, qui impendit, ita vt si ligamina, lapides, ferramenta, vel alia per vsum, & temporis cursum attrita sint, æstimentur vti talia, & quanti nunc valent, si in opere ponerentur. *Surd. de Alim. tit. 6. q. 8. num. 18. Boer. decis. 44. num. 12. Borgn. dec. 44. nu. 62. par. 1. latè Thomat. d. dec. 59. num. 60. quibus adde Bald. in cap. 1. §. si Vassallus, in tit. Hic finit. lex D. Federic.* vbi dicit, quod si Vassallus in feudo fecit ædificium, debet Dominus permittere finito feudo, vt illud tollatur, vel debet æstimationem ædificij integrè soluere: nec sufficeret, si vellet offerre quantum ex ruina ædificij esset is percepturus; quod procedit, quando per Dominum fuisset facta electio, quod auferatur ædificatum, quia tunc Dominus non debet audiri, si vellet soluere id, quod reperiretur de ruderibus. *vt inquit Roland. d. cons. 28. num. 18. et 30. lib. 1. vide Peregr. d. art. 50. num. 33. et 47. versus fin.* vbi subdit, quod impendens amitteret expensas factas in ædificijs, si Dominus est pauper, & non soluendo. *per tex. in d. l. in fundo. ff. de rei vindic. l. vtilium. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* quo casu possessori abrasio conceditur: sed Dominus offerendo ruderum æstimationem auditur ad impediendam abrasionem. *vt d. idem Peregrin. d. art. 50. num. 78. vers. secundus casus etc.*

In prædijs verò rusticis attenditur id, quod est impensum tempore plantationis, seu factarum meliorationum, non autem quanti de præsenti valent. *d. l. in fundo. ff. de rei vindic. Tiraq. de retract. conu. §. 7. glos. 1. num. 8. Vrsill. ad Afflict. dec. 87. num. 3. post med. vers. in his verò etc. Rot. apud Pacif. de Salu. interd. dec. 81. nu. 2. et 3. latè Thomat. d. decis. 59. nu. 64. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 73. et seq.* vbi dicit, quod in plantis arborum, & vitium æstimatio fit non habita consideratione, quanti nunc valent arbores virentes, & fructificantes, sed quantum impensum fuit tempore plantationis in operis, & earum pretio, habita etiam ratione custodiæ, & curæ adhibitæ, & quod ex mille plantis vitium, & arborum plurimæ pereunt; nec mirum hoc videri debet; quia augmentum pretij arborum, & vitium procedit ex fundo, qui Domini est, cui restituitur, & ideò incrementum illud ex re sua proueniens, sibi cedere debet. *per textum in l. penult. ff. locat. vide Roland. cons. 28. num. 26. et seq. lib. 1.* vbi addit, quod in plantatis non datur abrasio, postquam radices emiserunt, & ideò Dominus tenetur ad illorum æstimationem.

169 Obserua 3. quod possessor malę fidei aliquando impensas repetere potest, veluti si fuissent adeò necessariæ, vt illis non factis res perijsset. *l. domum. C. de rei uendic.* nisi de nouo aliquid fecerit: tunc enim non deducit, etiamsi perpetuam vtilitatem rei concerneret; quia cum malæ fidei possessor sciat, rem esse alienam, donare videtur. *l. adeò. §. ex diuerso. ff. de acquir. rer. dom. §. ex diuerso. Inst. de rer. diuis. l. si is. C. de ædific. priuat. Bart. in d. l. in fundo. nu. 11.* subdens, quod si antiquum ædificium ampliauit, vel per cameras diuisit, tunc permittitur sibi deductio. *Corn. consil. 222. num. 1. et seq. et consil. 243. num. 6. uol. 2.* impensas item vtiles auferre quidem potest, sed sine læsione prioris status rei. *ut in d. l. domum. C. de rei uendic. uide Peregrin. d. art. 50. num. 29.*

An verò possessor malę fidei possit repetere impensas vtiles? Resp. quod licèt regulariter non repetat, presertim si impensas fecerit lite pendente. *ex trad. per Peregrin. d. art. 50. n. 29.* tamen in nonnullis casibus eas potest repetere, primò quando Dominus eam impensam erat facturus. *d. l. in fundo. in princ. ff. de rei uindic.*

2. Quando denunciauit Domino, vt rem repeteret, si putaret, illam esse suam, & tamen non repetijt. *l. aut si ante. ff. de rei uindic. Neguf. de pignor. in 4. mem. 5. part. princ. nu. 20. Cagnol. in l. un. nu. 72. et seq. C. de sent. quæ pro eò etc.*

3. Quando possessor malę fidei rem meliorem reddidit: tunc enim impensam deducit, presertim si propter impensam huiusmodi res pluris vendita fuit, cum non debeat quis ex aliena iactura lucrum facere; hec enim est differentia inter possessorem bonę fidei, & malę fidei, quod possessor bonę fidei omninò impensas deducit, licèt res non extet, in quam impendit: possessor verò malę fidei non aliter, quàm si res melior sit facta. *ut constat ex l. planè. ff. de Petit. hæred. l. si pupilli. §. sed et si quis. ff. de neg. gest. uide Bart. in d. l. in fundo. num. 8. et 11. Aret. in §. certè illud. num. 3. Inst. de rer. diuis. Peregrin. d. art. 50. nu. 37.* vbi limitant in rei vendicatione, quo casu possessor bonę fidei ità demum expensas potest deducere, si res extet.

4. Repeti possunt expensę in casu. *l. cum uir. ff. de dol. mal. et met. except.* vbi si vir prędium vxori donauit, & in eo vxor ędificauit, & deinde vir repetat quod donauit, potest vxor in tali casu repetere expensas, siue vxor fuerit in bona fide credens, donationem valere, siue in mala. *secundùm glos. ibid. Aret. in d. §. certè illud. nu. 4. Inst. de rer. diuis.* vbi idem dicit in minoribus, & alijs, qui de iure, aut ex statuto non possunt donare sine certa solemnitate. *Peregrin. loco cit. num. 29.*

170 Obserua 4. quod expensę factę in ędificijs pro vsu, & habitatione colonorum, & animalium, sine quibus ager coli non potuisset, inter expensas necessarias computantur, & ideò illas heres grauatus deducit. *Peregrin. d. art. 50. n. 7.* quod procedit etiam quoad impensas factas in foueis, canalibus, & aggeribus ad arcendas aquas, & similibus, sine quibus ager coli non posset, secus esset,

esset, si huiusmodi ædifica rustica non sint neces-
saria pro vsu, & habitatione colonorum, & ani-
malium; ità vt sine illis ager coli possit, quia
tunc non dicuntur melioramenta vtilia, & refi-
cienda, sed à meliorante auferuntur rudera. *l.*
in fundo. ff. de rei vindic. Rolan. cons.28. num.30.
lib.1. vbi dicit, quod est in facultate Domini, ad
quem fundus spectat, vel pati, quod tollatur æ-
dificium factum in fundo, vel soluere æstimatio-
nem melioramentorum, habita ratione, quan-
tum is, qui ædificauit, laturus est ex tali ruina,
prout valent rudera ab ædificio separata, quia
in plus sua non interest. *Merlin. decis.705. num.*
10. Peregr. vbi supra num.47. et 49. vbi tamen
subdit, quod iuxta communem traditionem ab-
rasio non conceditur in ædificijs in Ciuitate, vel
Rure ædificatis, nè vrbs, vel ager deformetur,
sed datur retentio illi, qui ædificauit, donec sibi
satisfiat de materia, idest quantum valeret illa
detracta. *Ruin. cons.24. num.10. vol.1.*

Præterea sunt alij casus, in quibus hæres gra-
uatus deducit expensas factas in ædificijs, vide-
licet si Dominus sit diues, ità vt sine graui detri-
mento reddere possit: 2. si Dominus erat factu-
rus, tunc enim eas restituere cogitur, etiamsi
pauper esset: 3. si Dominus rem venalem habeat:
4. si Domino denunciatum sit. *Bart. in d. l. in*
fundo. num.7. ff. de rei vend. Aret. in d. §. certè
illud. nu.2. et seq. latè Peregrin. d. art. 50. n. 44.
47. et 51. vbi dicit, quod in his casibus deducun-
tur etiam expensæ factæ in disciplinis, & artifi-
cijs seruorum, & animalium.

171 Obserua 5. quod emphiteuta, & Vassallus, &
eorum hæredes melioramenta deducunt, quan-
do sine eorum culpa finitur emphiteusis, vel feu-
dum, puta si finita sit generatio, aut tempus pre-
fixum expirauerit; secus si ob culpam, vt si ca-
nonem non soluerit. *Bald. in l. senatus. §. Mar-*
cellus. ff. de leg.1. Dec. in auth. qui rem. num.14.
C. de Sacros. Eccles. Guid. Pap. decis.169.

172 Colonus verò, & inquilinus semper repetunt
meliorationes perpetuas, etiamsi ob eorum cul-
pam finita sit locatio, puta si affictum non solue-
rint. *l. colonus. vbi Bart. ff. locat. Bald. in l. æ-*
dem. C. eod. Ruin. cons.14. num.2. tom.1. vbi di-
cit, quod impensa fossatorum facta ad vtilitatem
173 temporalem, pro tempore locationis spectat
ad conductorem, & vbi concernit maius tem-
pus, pertinet ad locatorem. *Rolan. cons.28. nu.*
24. lib.1. vbi etiam obseruat, quod si fossata an-
nuatim debent fieri, ad colonum spectat talis im-
pensa; si verò debent purgari ad perpetuam vti-
litatem rei, vel longiori tempore, quàm sit tem-
pus conductionis, tunc colonus non tenetur fa-
cere suis expensis.

174 Verùm si Dominus finita emphiteusi nollet,
vel non posset meliorationes soluere, vbi istæ
deberentur, licitum erit emphiteutæ, vel eius
successoribus insistere possessioni eiusdem rei.
ex trad. per Ruin. cons.24. num.10. vol.1.

175 Obserua 6. quod vsufructuarius à proprieta-
rio repetit eas tantùm expensas vtiles perpetuas,
quæ refectionem concernunt. *l. hactenus. ff. de*
Vsufr. vnde à repetitione excluderetur, si no-
uum ædificium construxerit, aut constructo no-
ua addiderit, vel diuiserit, aut immutauerit, nec
ei licitum esset tollere nouum illud ædificium
l. æquissimum. §. sed neque dietas. et l. sed si quid.
1. l. usufructuarius nouum tectorium. et l. usu-
fructuarius nouum riuum. ff. eod. tit. vbi quod
vsufructuarius neque ædificia inchoata perficere
potest, etiamsi vetere ædificio aliter vti non pos-
set. *Merlin. dec.546. num.43. et seq. Peregrin. d.*
art.50. num.42. vbi dicit, quod vsufructuarius
nouum quidem ædificium construere potest ne-
cessarium ad colligendos fructus, sed impensa
sua, quia vsufructuarius scit, rem esse alienam,
& ideò subiacet regulæ. *text. in §. ex diuerso.*
Inst. de rer. diuis. quamuis mihi verius videatur,
quod talem impensam repetere possit. *per tex. in*
d. l. æquissimum. §. sed nec ædificium. ff. de usu-
fruct.

176 Addit *Merlin. d. decis.546. num.8.* quod co-
lono vsufructuarij denegatur repetitio meliora-
mentorum factorum in re conducta, quia pro-
spicere debuit, euenire posse, vt ius vsufructua-
rij resoluatur. *per tex. in l. si quis domum. §. hic*
subiungi. et §. idem quærit. ff. locat. quod intel-
lige respectu vsufructuarij, vel eius hæredis, non
autem respectu proprietarij: nam si fundus im-
pensis coloni melior factus fuerit, æquum est, vt
proprietarius melioramenta soluat, vt supra di-
ximus.

177 Obserua 7. quod etiam pater, qui vsufructua-
rius legalis bonorum aduentitiorum filij est, hu-
iusmodi vtiles impensas perpetuas repetere po-
test. *secundùm Bald. in auth. excipitur. C. de bon.*
quæ liber. Corn. cons.86. nu. 3. et 4. volum.4. vbi
dicit, quod ascendens repetit à descendente ex-
pensas factas in bonis descendentis, quia præsu-
muntur factæ animo repetendi. *Pinell. in l.1. par.*
2. num.69. C. de bon. matern. Peregrin. d. art.50.
178 *num.42. in fin. et num.43.* vbi dicit, quod Præ-
latus, aut clericus, qui in beneficialibus vsufru-
ctuario comparatur, si expenderit de pecunijs
patrimonialibus in rebus Ecclesiæ, poterit ipse,
& eius hæredes repetere eas expensas ab Eccle-
sia, & successore in beneficio, & si rem habent,
poterunt retinere. *ex trad. per Abb. in cap. de*
multa. num.14. de Præb. et in cap.1. de solut. et in
cap. de his. nu. 5. de Eccles. ædific. quicquid dicat
Bald. in d. auth. excipitur. nu.4. in fin.

179 Obserua 8. quod si hæres grauatus semina-
uerit fundum restitutioni subiectum, successor
non cogitur illum habere in partiarium, sed so-
lutis impensis seminum, fructus omnes ad eum
pertinent; idemque dicendum est, si maritus
fundum dotalem, aut vsufructuarius fundum
proprietarium seminauerit. *Bald. in l. si quis*
sciens. num.1. C. de rei uendic. et in l. si pater. C.
de usufr. Cephal. cons. 181. num. 10. et seq. uol.2.
vbi etiam dicit, quod impensas factas pro colli-
gendis fructibus, quales sunt quæ fiunt in colen-
do, & serendo agro, etiam malæ fidei possessor
ex fructibus deducit. *Peregrin. d. art. 50. nu.24.*
et 31. vbi dicit, quod is, qui non suo nomine
possidet, sed alterius, veluti mandatarius, com-
modatarius, depositarius, colonus, creditor,
socius, cohæres, tutor, & negotiorum gestor,
omnem impensam necessariò, aut vtiliter factam
deducit, etiamsi fructus aduersa fortuna pereant.
per tex. in l. sed an ultro. §. 1. et l. siue hæredita-
ria. ff. de neg. gest. l. si necessarias. ff. de Pignor.
act. l. si seruus. ff. famil. ercisc. l. in summa. ff.
comm.

comm. diuid. l. 3. §. sed & si seruum. ff. de in rem vers. l. 3. §. sufficit. ff. de contr. & vtil. act. tut.

180 Obserua 9. quod etiam is, qui mutuas dedit pecunias in huiusmodi impensas necessarias, vel qui res necessarias credidit, actionem habet aduersus successorem pro suo credito, si constet, rem, aut pecuniam in eam causam expositam fuisse, pro modo tamen, non supra modum necessitatis. *Rip. in l. si ventri. §. Diuus. num. 5. et seq. ff. de Priuil. cred.* vbi dicit, quod mutuans specialiter in reparationem ædificij, pro ea quantitate, quæ fuit realiter conuersa, non solum habet personale priuilegium prælationis, sed etiam tacitam hypothecam ita priuilegiatam, vt præferatur omnibus creditoribus anterioribus etiam habentibus expressam hypothecam, dummodò reparatio extet, cum reparatio sit causa priuilegij; dicenti verò, totam pecu-
181 niam mutuatam non fuisse in refectionem conuersam, incumbit onus probandi. *Crauet. cons. 197. num. 1. latè Neguf. de Pignor. in 2. mem. 5. part. princ. num. 16.*

182 Dico 2. quod impensæ voluptuariæ non repetuntur, sed Dominus pati debet, vt remoneantur, dummodò remoueri possint sine læsione, & damno ipsius Domini, & possessor ex tali remotione, seu abrasione aliquam vtilitatem sit percepturus. *l. in fundo. ff. de rei vend. l. si sine. §. interposito. ff. de Admin. et peric. tut. l. idemque. §. idemque ait. ff. mand.* potest tamen Dominus huiusmodi abrasionem impedire, offerendo id, quod possessor consecuturus esset ex tali abrasione. *d. §. idemque ait. vbi glos. et DD. Corn. cons. 86. num. 8. vol. 4.* si verò Dominus nollet abrasioni, seu remotioni consentire, vel recusaret soluere id, quod possessor lucrari posset ex ipsa abrasione, teneretur huiusmodi expensas reficere. *Peregrin. d. art. 50. num. 54. vers. bona fidei etc.*

Hoc tamen intellige, nisi possessor percepe-rit fructus, ad quorum restitutionem cogi posset: quia tunc prædictas impensas cum fructibus debet compensare. *Bart. in d. l. in fundo. nu. 10. ff. de rei vend.*

2. Intellige, quando Dominus non erat facturus, vel distracturus: tunc enim permittitur abrasio; secus si erat facturus, vel distracturus, quo casu expensæ voluptuariæ vtilibus comparantur, *vt d. Bart. in d. l. in fundo. nu. 10.* idemque dicendum est, quando huiusmodi impensæ augerent valorem fundi, aut introituum, vel si præcesserit intimatio, quia tunc etiam deducuntur. *Alex. cons. 100. dub. 4. vol. 2. Peregr. d. art. 50. num. 54.*

3. Intellige in bonæ fidei possessore non habente causam à Domino, de quo loquitur *tex. in d. l. in fundo:* tunc enim permittitur Domino offerre tantum, quantum possessor habiturus esset ex ipsis rebus ablatis; secus esset, si possessor haberet causam à Domino, qualis est vsufructuarius, feudatarius, maritus, & alij. *vide Corn. cons. 86. num. 8. vol. 4.*

183 Possessor verò malæ fidei has impensas nec recuperat, nec aufert, præterquam in petitione hæreditatis: aliud enim est in petitione hæreditatis, aliud in rei vendicatione, cum magis faueatur Domino, qui euincit ratione dominij, quàm hæredi, qui euincit ratione tituli. *ut inquit Bart. in d. l. in fundo. num. 11. ff. de rei uendic.* quod intellige iuxta superius dicta: in hoc enim iudicio petitionis hæreditatis possessor malæ fidei censeri non debet melioris conditionis, quàm possessor bonæ fidei.

184 Quæres, an pro melioramentis factis in vna re, possint aliæ retineri? Resp. negatiuè, quia id iure non reperitur scriptum. *l. planè. iuncta glos. in uer. deducat. ff. de Petit. hæred. Neguf. de Pign. in 4. mem. 5. par. nu. 17. Surd. decis. 311. num. 7. et alij apud Peregrin. loco cit. nu. 69.* vbi id limitat in iudicio petitionis hæreditatis. *per tex. in l. planè. ff. eod. tit. de Petit. hæred.*

185 Quæres 2. an, & quando hæres grauatus teneatur fructus perceptos restituere? Resp. quod regulariter fructus percepti non veniunt in restitutione fideicommissi, nisi de eis quis fuerit specialiter grauatus, vel nisi hæres fuerit in mora restituendi hæreditatem. *l. in fideicommissariam. ubi glos. et DD. ff. Ad Senatusc. Trebell. latè Gail. lib. 2. obsern. 133.* subdens, quod si hæres grauatus velit vti beneficio falcidiæ aduersus legatarios, vel trebellianicæ contra fideicommissarios, fructus medio tempore percepti non cedunt lucro hæredis, sed in falcidiam, vel trebellianicam computantur, exceptis tantùm liberis primi gradus, quorum fauore fructus medio tempore percepti nec legitimam, nec trebellianicam extenuant. *per tex. in l. iubemus. ubi DD. C. ad Trebell.*

186 Notandum tamen est, quod fructus tempore mortis testatoris recollecti, vt vinum, oleum, frumentum, & similia, etiam quoad filios primi gradus in legitimam, & trebellianicam computantur, licet secus sit in postea perceptis; ratio est, quia huiusmodi factus tempore mortis testatoris in horreis, vel alibi reperti, patrimonium defuncti dicuntur, & augent ipsam hæreditatem, siue ante, siue post aditionem hæreditatis accesserint. *l. item veniunt. §. item non solum. uers. fructus. ff. de Petit. hæred. l. 2. §. fructibus. C. eod. tit. Alex. cons. 49. n. 8. uol. 3. Franc. Marc. decis. 829. Gail. lib. 2. obseru. 133. nu. 8.*

SVMMARIVM.

195 Mu-

195 *Mulier habet intentionem fundatam, si dicat, non adesse alia bona mariti præter illa, quæ subiecta sunt fideicommisso: limitatur nu. 209.*
196 *An d. autb. res quæ, procedat in dote filiæ, uel neptis illegitimæ.*
197 *Quid si fideicommissum præcessit dotis receptionem.*
198 *Et quid si bona grauata fideicommisso, diuisa fuerint inter fratres.*
199 *An res fideicommisso subiectæ, alienari possint ob causam alimentorum, uel pro liberatione filij capti ab hostibus, uel pro redemptione uitæ.*
200 *An grauatus possit alienare bona fideicommisso subiecta, ut se, uel filium eximat à carcere.*
201 *An bona fideicommissaria alienari possint pro apparatu, qui mulieribus nubentibus dari solet.*
202 *Quando bona omnia fideicommissi dari possint in dotem.*
203 *An mulier minor possit sine decreto Iudicis dare uiro immobilia in dotem.*
204 *Quando domus fideicommissaria possit tota alienari in causam dotis.*
205 *An domus, seu alia res fideicommisso supposita possit tota subhastari, et deliberari pro concurrenti quantitate legitimæ.*
206 *Quid si restitutio fideicommissi facienda esset Ecclesiæ, uel piæ causæ.*
207 *Bona, quæ pro dote, aut legitima assignantur, debent esse libera ab omni onere, et litium inuolucro.*
208 *Quando hæres teneatur probare, non extare alia bona, præter fideicommisso subiecta, ex quibus possit fieri detractio legitimæ, et trebellianicæ.*
209 *Quando agitur de fideicommisso particulari, alleganti bona libera non sufficere, incumbit onus probandi.*
210 *Feudum sine consensu Domini non potest ex causa dotis alienari, nec specialiter obligari.*
211 *Probibitio alienationis facta, ut res perpetuò maneat in familia, non extenditur ultra quartum gradum.*
212 *An bona à fideicommisso distracta uigore d. autb. res quæ, redeant ad fideicommissum nullis remanentibus ex matrimonio liberis.*
213 *An bona fideicommissi possint permutari cum alijs rebus sine beneplacito Principis.*
214 *An emens scienter rem subiectam fideicommisso agere possit de euictione.*
Quid si scienter emerit rem alienam. ibid.
215 *Re euicta, oritur actio pro consequutione damnorum, et interesse, seu restitutione ipsius rei, uel pretij.*
216 *Filius non imputat in legitimam ea, quæ habet aliunde, quàm ex dispositione parentis.*
217 *Quando defunctus consideretur ut duplex, uel multiplex persona, prout sunt territoria.*
218 *Filius non potest pro legitima propria auctoritate occupare possessionem uacantem rerum hæreditariarum.*
219 *Fideicommissarius non potest propria auctoritate capere possessionem uacantem bonorum fideicommissi.*
220 *Clausula constituti nihil operatur, quando possessio est incerta ratione loci, et quota.*

Quæstio XV.

An, & quando bona fideicommisso supposita possint alienari.

187 RESP. quod bona primogenituræ, vel fideicommisso siue vniuersali, siue particulari supposita alienari, & obligari possunt pro dote filiarum, neptum, & aliarum descendentium ipsius fideicommittentis pro modo honestati personarum congruo, quamuis testator alienationem expresse prohibuerit etiam ex causa dotis. *autb. res quæ. C. commun. de leg. Rolan. cons. 85. num. 7. Surd. decis. 62. num. 11. latè Rot. decis. 30. num. 13. et seq. par. 7. et decis. 312. num. 12. par. 6. Recent.* vbi, quod *d. textus* dispositio
188 solum procedit in descendentibus fideicommisso grauatis per Ascendentes; hi enim pro dote constituenda possunt alienare bona fideicommissi, quia quodammodo censentur adimplere votum, & officium Ascendentium erga descendentes; secus in collateralibus, & alijs extraneis fideicommisso grauatis: quia tunc fideicommittens non tenetur dotem constituere pro filijs extranei grauati, prout tenetur erga descendentes. *ex trad. per Castrens. in d. autb. res, quæ. num. 4. et in l. mulier. §. cum proponeretur. nu. 2. et 3. ff. Ad Trebell. Petr. de fideicom. q. 8. nu. 409. Fusar. de substit. q. 531. num. 95. et 114. latè Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 54. et 67. Card. Mantic. decis. 329. num. 3.*
189 Item *textus in d. autb. res quæ.* intelligendus est in subsidium, quando alia bona libera non extant. *ut ibi notant communiter scribentes;* & ideò si mulier posset se dotare de suo, vel ex bonis maternis, aut paternis, cessaret dispositio *d. autb. Rot. decis. 49. num. 1. par. 6. Recent.* vbi, quod in constituenda dote habenda est ratio legitimæ ipsi mulieri debitæ in bonis matris. *Card.*
190 *Mantic. decis. 329. nu. 1.* vbi, quod bona subiecta fideicommisso, non possunt ex causa dotis alienari, quando legitima, & trebellianica ad constituendam dotem congruam sufficiunt. *Rolan. d. cons. 85. num. 1. et seq. Marescott. uar. lib. 2. cap. 69. num. 25. Ferentill. ad Buratt. dec. 641. num. 19. et seq.* vbi dicit, quod *d. autbentica* non
191 habet locum, quando sufficiunt, & extant fructus bonorum fideicommissi, *et nu. 22.* vbi, quod si alienata fuerint bona fideicommissaria, retentis bonis liberis, posset fideicommissarius ea vendicare; idemque dicendum, si dos esset ex-
192 cessiua, quæ non potest promitti in præiudicium fideicommissi. *Rot. decis. 771. num. 1. et seq. par. 1. Diuers. et in Recent. decis. 164. num. 2. et decis. 351. num. 4. par. 5. tom. 1. Crauett. cons. 19.*
193 *num. 18. lib. 1.* vbi, quod allegans, adfuisse alia bona, tenetur probare. *Beltram. ad Greg. decis. 266. num. 16.*
194 Amplia prædictam conclusionem, vt non solum pro constituenda dote possint bona fideicommissi alienari, sed etiam pro ipsa dote restituenda, etiamsi pro dotis restitutione datus sit fideiussor. *Surd. decis. 62. num. 1. et seq. Rot. dec. 312. num. 12. par. 6. et d. decis. 351. num. 4. par. 5.*
195 *tom. 1. Recent.* vbi, quod mulier, si dicat, non esse

esse alia bona mariti præter illa, quæ subiecta sunt fideicommisso, habet suam intentionem fundatam, ità vt dicenti, alia bona extare, incumbat onus probandi, & dicta bona ostendendi.

196 Amplia 2. vt *textus in d. auth. res quæ.* procedat in dote filiæ, vel neptis tam legitimæ, quàm illegitimæ, siue velit nubere in sæculo, siue profiteri in monasterio. *Ferentill. ad Buratt. d. dec. 641. num. 22. & seq. Card. Seraphin. dec. 58. Rota in Recentior. dec. 88. num. 9. & seq. par. 5. tom. 1. & decis. 314. nu. 21. & seq. par. 6. & decis. 30. nu. 13. cum seq. par. 7.*

197 Amplia 3. etiamsi grauamen, seu fideicommissum præcesserit dotis receptionem, nam adhuc, vt dos constituatur, siue restituatur, possunt bona fideicommisso subiecta alienari. *latè Couar. var. lib. 3. cap. 6. num. 10.*

198 Amplia 4. vt habeat locum non tantùm in portione patris, sed etiam aliorum, vt quia bona grauata fideicommisso, diuisa fuerint inter fratres, quia cum hoc onus sit reale, diuisio non præiudicat. *vt decisum refert Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 6.*

199 Amplia 5. vt res fideicommisso subiectas possit testatoris filius alienare ob causam etiam alimentorum, si non habeat vnde se alat, quia par censetur esse debitum dotis constituendæ, & alimoniæ præstandæ. *Roman. cons. 277. vbi de communi. latè Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 86. & seq.* vbi addit, quod bona fideicommissi possunt etiam alienari pro liberatione filij capti ab hostibus, seu latronibus, vel pro redemptione vitæ, vt si filius fuisset condemnatus pro delicto, pro quo capitalis pœna, vel membri abscissio inflicta sit. *Genuens. in tract. de Eccles. q. 795. num. 1. & q. 394. num. 3. Rot. dec. 408. num. 9. & 10. par. 5. tom. 1. & dec. 30. num. 17. par. 7. Recen.* vbi, quod hoc procedit in descendentibus testatoris, non autem in extraneis. *Surd. dec. 86. n. 6.*
200 vbi, quod grauatus potest alienare bona fideicommisso subiecta, vt se, vel filium eximat à carcere, quando pro debito priuato detineretur; ratio est, quia sic pater viuens esset facturus, & ideò ab hærede sic fieri voluisse credendum est. *l. cum seruus. ff. de Condit. & demon. l. quoniam desideria. C. de Natural. liber.*

201 Amplia 6. vt bona fideicommissaria alienari possint etiam pro apparatu, qui mulieribus nubentibus dari solet, quia apparatus est de appendicijs dotis. *Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 4. & seq. Card. Mantic. decis. 152. num. 3. & decis. 329. num. 7.*

202 Amplia 7. vt filia possit sibi dotem constituere, etiam viuente Patre, & dare in dotem marito etiam omnia bona fideicommissaria, si omnia necessaria sint, vt honorificè nubat. *Rolan. cons. 85. num. 1. & seq. Marescott. var. libr. 2. cap. 69. num. 4. & seq. Buratt. dec. 568. num. 2. Rot. in recent. decis. 88. num. 9. & seq. par. 5. tom. 1.* quo casu patens debet esse huiusmodi necessitas, cum in dubio bona fideicommissi censeantur alienata causa euertendi fideicommissum. *vt d. Cardin. Mantic. decis. 329. num. 4. & seq.*

203 Addit *Rota dec. 588. nu. 6. par. 4. recent.* quod mulier minor absque decreto Iudicis potest viro dare immobilia in dotem, dummodò det inæstimata, quia hæc non videtur alienatio, vel translatio; secus si dabet æstimata. *l. plerumque. ff. de Iur. dot. l. quoties. C. eod. tit. de quo latè Surd. decis. 287. nu. 21. & seq.*

204 Amplia 8. vt domus fideicommissaria possit etiam tota alienari in causam dotis etiam minoris summæ, si commodam non patiatur diuisionem, prout præsumitur in vrbanis, licèt superabundans pretij residuum per hæredem grauatum inuestiri debeat in alia re fructifera, fideicommisso supponenda. *Rot. decis. 771. num. 1. & seq. par. 1. Diuers. latè Merlin. decis. 683. num. 1.*
205 *& seq.* quemadmodum domus, seu alia res fideicommisso subiecta potest tota subhastari, & deliberari pro concurrenti quantitate legitimæ. *Bald. in l. fin. num. 7. vers. fin. C. de Iur. domin. impetr.* vbi dicit, non vitiari secundum decretum, per quod adiudicatur creditori res pignorata, quæ plus valet, quàm sit debitum, sed illud plus reddendum esse debitori.

206 Amplia 9. etiamsi restitutio fideicommissi sit facienda Ecclesiæ, vel piæ causæ. *vt post Bald. et alios in d. auth. res quæ. trad. Marescott. libr. 2. cap. 69. num. 10.* quorum opinio procedit, quando fideicommissum priuatam causam continet, vt si factum fuit pro sepulchro, vel Capella priuata, vel anniuersario particulari, vel ex alia simili causa; secus si fideicommissum publicam causam continet, vt si factum fuerit pro construenda, vel amplianda Ecclesia: tunc enim dispositio *d. auth.* non haberet locum, quemadmodum nec procedit in maioratibus, *latè Genuens. in tract. de Eccles. q. 394.* quia tam in maioratibus, quam in Ecclesia non fauor priuatus, sed publicus versatur. *l. 1. §. huius studij. ff. de iust. et iur.*

207 Obserua tamen, quod non censentur extare alia bona ad hunc effectum, si ea obnoxia essent alijs obligationibus, & hypothecis aliorum creditorum, ac facilem euictionem pati possent; tunc enim bona fideicommissaria possunt adhuc distrahi, cum non expediat, huiusmodi bona alijs implicita debitis, & hypothecis, assignare pro dote, quæ debet esse libera ab omni onere, & litium inuolucro, instar legitimę. *vt post Castrens. cons. 393. num. 1. lib. 1. Corn. cons. 40. num. 13. et 14. lib. 1. Alex. cons. 55. num. 7. et 10. lib. 2. dixit Rota coram Merlin. dec. 683. n. 2. et seq. Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 22.*

208 Obserua 2. quod hæres, qui hæreditatem adiuit non confecto inuentario, propter præsumptionem subtractionis bonorum hæreditariorum, tenetur probare, non extare alia bona, præter fideicommisso subiecta, ex quibus possit fieri detractio legitimæ, & trebellianicæ. *latè Grat. discept. for. cap. 670. nu. 20. Rota in Romana de Herculanis 7. Iunij 1581. coram Brauo. et in Rom. legati 29. Aprilis 1613. coram Card. Caualerio. in impress. dec. 246. et in alijs, prout refert Beltram. ad Greg. dec. 266. num. 16.* subdens, quod vbi confectum est inuentarium, allegans fuisse factas detractiones, tenetur probare; idem
209 dicendum est, quando agitur de fideicommisso particulari; tunc enim allegan̄ti, bona libera non sufficere, incumbit onus probandi. *Rot. dec. 301. num. 15. par. 6. Recent.*

210 Obserua 3. quod feudum sine consensu Domini non potest ex causa dotis alienari, nec speciali-

cialiter obligari; non enim potest mulier dotari de alieno. *cap. 1. §. donare. Qual. olim pot. feud. alien. cap. 1. vbi Bald. n. 6. de Prohib. feud. alien. per Frideric. Alex. consil. 2. num. 2. lib. 4. Paris. cons. 98. nu. 3. et 4. lib. 2. Card. Mantic. decis. 195. num. 3.*

211 Obserua 4. quod prohibitio alienationis facta ex ea causa, vt res perpetuò maneat in familia, non extenditur vltra quartum gradum, ità vt descendentes constituti in quinto gradu possint alienare, nisi ex coniecturis constet, testatorem eam prohibitionem perpetuam esse voluisse, maximè ex consuetudine loci. *§. nos igitur. in Auth. de restit. fideicom. Couar. libr. 3. var. c. 5. num. 4. Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 2. num. 21. Genuens. in tract. de Eccles. q. 330.*

212 Quæres, an bona à fideicommisso distracta vigore *d. authb. res quæ.* redeant ad fideicommissum nullis remanentibus ex matrimonio liberis? Resp. quod alij affirmant, quia causa matrimonij est temporalis, donec maneant reliquiæ matrimonij, ideòque temporalem effectum habere debet. *Bald. cons. 77. lib. 4. et alij apud Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 25. et 28.* Alij verò negant, quorum sententia verior est: non enim reperitur iure cautum, quod bona semel à fideicommisso distracta, redeant ad fideicommissum, quinimmò contrarium colligitur *ex text. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* vbi, filia rogata restituere hæreditatem, si sine liberis decesserit, censetur grauata restituere fideicommissario id quod supererit de hæreditate, excepta dote. *latè Merl. in tract. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 9. num. 45. et seq. et præsertim num. 48. Rot. in Rec. decis. 312. num. 46. par. 6.* vbi, quod bona semel ex fideicommisso distracta, ex iuris remedio semper remanent libera; ratio est, tum quia hæc portio assequitur naturam legitimæ, & de ea iudicatur sicut de legitima, & transmittitur sicut legitima liberè absque aliquo onere: tum etiam quia de priuatione ad habitum non datur regressus; & ideò effectus extractionis à fideicommisso consummatus ex ipso actu dotationis ob causam matrimonij semper durat, licèt ipsa causa matrimonij de medio tollatur. *Rota in recent. decis. 196. num. 23. par. 5. tom. 1. et dec. 245. num. 46. et seq. par. 8.* vbi ampliat, etiamsi vocata fuerit pia causa, quia priuilegium piæ causæ præualere non debet doti descendentium ipsius fideicommittentis. *ex trad. per Roman. cons. 267. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. n. 120. 135. et 138. Marescott. d. lib. 2. cap. 69. num. 10. Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 20. et 56.* vbi, quod hoc procedit, quamuis bona fideicommissi alienata ex causa dotis, soluto matrimonio ad Patrem reuertantur. *quicquid dicat Bart. in d. authb. res quæ. num. 8. et alij.*

213 Quæres 2. an bona fideicommisso subiecta possint permutari cum alijs rebus vtilioribus, aut magis commodis sine beneplacito Principis? Resp. affirmatiuè, nisi testator expressè alienationem interdixerit: tunc enim necessarius est Principis assensus. *Spec. in tit. de empt. et vendit. §. tertio loco. nu. 12. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 32. et 33. Duran. decis. 271. num. 5.*

214 Quæres 3. an emens scienter rem subiectam fideicommisso, agere possit de euictione? Resp. negatiuè, sed solum pretium repetere potest, neque duplæ stipulatione, neque melioratione locum habente. *l. fin. §. emptor autem. vbi Bart. C. commun. de legat. Couar. var. libr. 3. cap. 17. col. 4. vers. ad eam quæstionem etc. Surd. dec. 243. per tot. et dec. 208. num. 1.* vbi, quod hæc conclusio locum habet respectu euictionis promissæ, secus quoad alias cautiones in fauorem emptoris appositas. *Ruin. cons. 146. num. 4. vers. et vbi etiam dici posset etc. lib. 1. Corn. consil. 2. num. 5. vers. præterea dictus emptor etc. vol. 3.* vbi dicit, hoc esse speciale in tali casu: nam emens scienter rem alienam regulariter nec pretium repetit, nec agit de euictione, nisi expressè de euictione sit stipulatus. *l. si fundum sciens. C. de euict. l. si fratres. C. commun. vtriusque iud. Add. ad dec. 10. num. 1. par. 3. recent. Rot. in recent. dec. 281. n. 1. et seq. par. 4. tom. 1.* vbi, quod si emptor specificè de euictione stipulatus fuerit, siue ignorauerit, siue sciuerit, rem esse alienam, actio ex stipulatu ei non denegatur pro consequendo interesse intrinseco, quod à pari procedit cum restitutione pretij. *et decis. 143. numer. 8. par. 6. Merlin.*
215 *dec. 758. num. 3. et decis. 874. num. 2.* vbi dicit, quod loco damnorum, & interesse venit restitutio pretij; quod intellige sequuta euictione, seu re euicta, tunc enim oritur actio pro consequutione damnorum, & interesse, seu restitutione ipsius rei, vel pretij. *Rot. dec. 390. nu. 10. par. 5. tom. 1. recent.*

216 Notandum est etiam, quod filius non imputat in legitimam ea, quæ habet aliunde, quam ex dispositione parentis; vnde si filius aliquid caperet ex dispositione statuti, puta si statutum prohibeat, ne mulier decedens cum filijs de sua dote vltra decimam partem disponere possit, illud non imputatur in legitimam, cum id habeat filius tamquam filius, non autem iure hæreditario, nec ex iudicio testatoris, quo casu dicitur virtualiter per huiusmodi statutum aucta legitima filij vsque ad nouem partes. *vt d. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 24. num. 12. et seq. et hanc magis communem dicit Thesaur. qq. for. libr. 3. qu. 65. nu. 10. vsque ad nu. 16. Rot. dec. 588. par. 4. Recent.* vbi, quod attento dicto statuto non potest mulier filio substituere per fideicommissum, nec illum grauare ad restituendum id, quod sibi à statuto, non ex iudicio matris defertur. *et coram Merlin. decis. 828. num. 7. et seq.* vbi, quod
217 licèt patrimonia, & hæreditates non scindantur, ità vt vna tantùm legitima ex vniuersis bonis consideretur, quia semper est vna, & eadem persona defuncti, & ideò etiam vna est hæreditas, & vnum patrimonium: hoc tamen verum est, quando versamur in bonis, quæ omnia sunt sub vno, & eodem territorio, & sic sub vna tantùm lege pariformiter disponente circa successionem defuncti; secus si bona sint in diuersis territorijs, & diuersimodè à statutis sit dispositum: tunc enim defunctus consideratur vt duplex, vel multiplex persona, prout sunt territoria, in quibus bona consistunt. *ex trad. per Socin. sen. cons. 292. sub num. 2. lib. 2. Gozad. cons. 49. nu. 8. et 11. Aldobr. cons. 2. nu. 13. et seq. lib. 1. Bursat. cons. 8. nu. 35. lib. 1. Cephal. consil. 309. num. 46. Menoch. cons. 1021. sub num. 8.*

218 Notandum 2. quod sicut filius ratione legitimæ,

timæ, licèt in se certa sit, propria auctoritate occupare non potest possessionem vacantem rerum hæreditariarum, cum sit incerta ratione loci, & etiam ratione quotæ fundi, quia nescitur, propter æs alienum ante legitimam detrahendum, an tertia, vel alia pars ipsi filio in fundo
219 debeatur; ità fideicommissarius etiam particularis propter eamdem incertitudinem prouenientem ex detractione legitimæ, & æris alieni ratione loci, & quotæ, non potest propria auctoritate in possessionem vacantem bonorum ingredi; alioquin si propria auctoritate fuerit ingressus, nullam acquireret possessionem, immò pœna amissionis fideicommissi plecteretur. *ut latè probat Osasc. dec. 34. num. 22. et seq. uide Rub. in suis singular. par. 4. circa clausul. ex Rot. Roman.*
220 *clausl. 217. num. 76.* vbi addit, quod clausula constituti nihil operatur, quando possessio est incerta ratione loci, & quotæ.

SVMMARIVM.

221 *Prædia empta ab hærede ex pecunia hæreditaria, uel insolutum accepta pro credito hæreditario, restitui non debent fideicommissario uniuersali, sed tantùm ipsa pecunia, et nu. 226.*
222 *An res empta per socium de communi pecunia, efficiatur communis.*
223 *Acquisitio in dubio præsumitur facta nomine proprio, non hæreditario.*
224 *Quid si testator mandauerit, ut pecuniæ inuestirentur.*
225 *An emens proprio nomine de pecunijs alienis, sibi acquirat.*

Quæstio XVI.

An prædia empta ab hærede ex pecunia hæreditaria, aut insolutum accepta pro credito hæreditario, restitui debeant fideicommissario uniuersali.

221 RESP. negatiuè, si hæres proprio nomine acquisiuit, quia quod hæres acquisiuit ex sua diligentia, non computatur in hæreditate. *l. si hæres institutus. ubi Alex. ff. ad l. falc. l. item ueniunt. in princ. ubi Bald. et alij. ff. de Petit. hæred. glos. in l. Imperator. §. fin. uer. non uidetur. ff. de leg. 2. Card. Mantic. de coniectur. ultim. uol. lib. 7. tit. 8. nu. 19.* quemadmodum res
222 empta per socium de communi pecunia non efficitur communis, si nomine proprio socius eam emerit. *Peregrin. de fideicom. art. 44. num.*
223 *28. et seq.* vbi etiam dicit, quod in dubio acquisitio præsumitur facta nomine proprio, non hæreditario, præsertim si in instrumento dictum fuerit, *pro se, et hæredibus suis*, & multo magis si addita fuerit clausula, *ad uendendum, et alienandum etc.* nam clausula hæc naturæ fideicommissi repugnat. *latè Riminal. consil. 25. num. 31.*
224 idque procedit, etiamsi testator mandauerit, pecunias inuestiri. *Buratt. decis. 650. nu. 6. et seq.*
225 vbi, quod emens proprio nomine de pecunijs etiam alienis, sibi acquirit.
226 Subdit tamen *Mantic. d. lib. 7. tit. 8. num. 19.* quod licèt prædia tali casu non subiaceant restitutioni, tamen ipsa pecunia restituenda est. *uide Peregrin. de fideicomm. d. art. 44. num. 29.*

SVMMARIVM.

227 *Quando hæres grauatus teneatur restituere tantùm dimidiam partem prælegati, uel hæreditatis, et num. seq.*
228 *Substitutio fideicommissaria regulariter comprehendit portiones omnes, quæ grauato superuenerunt ex reciproca substitutione.*
229 *Hæres grauatus, si est filius Testatoris, adueniente tempore restitutionis non tenetur restituere nisi dimidiam hæreditatis.*
230 *Hæres grauatus detrahit pecunias pro sorte solutas creditoribus, & legatarijs, & alias expensas necessariò, & vtiliter factas in causis hæreditarijs.*
Hæres grauatus non tenetur soluere debita de fructibus hæreditatis. ibidem.
231 *Liberi primi gradus non imputant in trebellianicam fructus perceptos iudicio testatoris.*
232 *Liberi vlterioris gradus, & nepotes fructus non lucrantur, sed imputant in quartam: declaratur num. 234.*
233 *Trebellianica liberis primi gradus prohiberi non potest.*
234 *Qualibet quarta debetur vna cum fructibus.*
235 *Falcidia prohiberi potest liberis primi gradus.*
236 *Fructus percepti ex re legata imputantur in falcidiam.*

Quæstio XVII.

Quando hæres grauatus teneatur dimidiam tantùm bonorum partem restituere.

227 IN nonnullis casibus hæres grauatus dimidiam tantùm tenetur restituere: primus est, quando testator instituit sibi quos hæredes, puta Titium, & Seium, & Titio prælegauit fundum, eumdemque Titium rogauit, vt suam partem hæreditatis restitueret Caio: tunc enim eueniente casu fideicommissi Titius non tenetur restituere totum prælegatum, sed tantùm dimidiam, quam habet iure hæreditario. *per tex. in l. in fideicommissariam. §. si legatum. ff. ad Trebell.* nam eo casu Titius debet habere dimidiam fundi iure legati à cohærede suo, & aliam dimidiam iure hæreditario, quia iure legati illam dimidiam non potest à se accipere. *l. legatum est. §. 1. ff. de legat. 1.* non igitur restituet partem, quam accepit à cohærede suo iure prælegati, cum non debeat restituere nisi illud, quod habet iure hæreditario, & sic dimidiam tantùm. *ut explicant ibidem glos. & Doctores.*
228 Secundus casus est, quando testator pro æqualibus portionibus Titium, & Caium instituit ea lege, & conditione, quod decedente vno sine liberis, succedat alter, & decedente aliquo cum liberis dicta eius portio hæreditatis remaneat prædictis suis liberis; in quo quidem casu licet Caius per mortem Titij sine liberis, portionem eiusdem Titij acquisiuerit, non censetur tamen grauatus portionem Titij restituere filijs, sed tantùm dimidiam hæreditatis, propter illam dictio-

ctionem relatiuam, *dicta*, quæ restringit dispositionem ad portionem supra nominatim expressam, de qua immediatè antea testator fuerat loquutus; de alia verò dimidia portione nullo modo censetur testator cogitasse, & sic illa non est restituenda. *vt post Ruin. cons. 29. num. 4. & seq. Alex. in l. omnibus. §. qui suspectam. num. 6. ff. Ad Trebell. Menoch. lib. 4. præsumpt. 193. num. 8. & seq. & alios dixit Rot. coram Merlino dec. 158. num. 3. & seq.* quamuis regulariter substitutio fideicommissaria intelligatur de omni parte hæreditatis, quæ ad grauatum ex dispositione Testatoris quomodocumque peruenerit mediatè, vel immediatè, & comprehendat portiones omnes, quæ grauato superuenerunt ex reciproca substitutione. *Alex. cons. 66. num. 10. lib. 2. Greg. dec. 337. num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 8. num. 19. vers. sed contra &c. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 193. num. 15. & seq.* vbi dicit, quod si testator pluribus hæredibus instituti̇s, & inuicem substitutis, vltimum decedentem grauauit restituere portionem suam, tenetur ille restituere etiam portiones aliorum cohæredem; sed vide *textum in d. l. in fideicommissariam. §. si legatum. ff. Ad Trebell.* vbi contrarium in tali casu probari videtur.

229 Tertius casus est, quando hæres grauatus, est filius ipsius testatoris: tunc enim adueniente tempore restitutionis non tenetur restituere nisi dimidiam hæreditatis, retenta sibi legitima, & trebellianica, quæ aliam dimidiam constituunt, vbi testator vnum, aut duos, vel tres filios reliquerit. *ex latè deductis per Rot. in Bononien. bonorum de Muletis 18. Aprilis 1603. coram Pamphilio, quæ apud Merlin. in tract. de legitim. est decis. 20.*

230 Obserua tamen, quod ante legitimam, & trebellianicam deducenda sunt funeris impensæ, debita ipsius testatoris, ac legata per grauatum soluta, nec non expensæ factæ causa litis pro defensione bonorum hæreditariorum, ac pecuniæ solutæ ex causa transactionis, vel pro conseruandis bonis emphiteoticis deuolutis in vita testatoris; & ideò tempore restitutionis hæres grauatus deducit quicquid pro sorte creditoribus, & legatarijs soluit, & alias expensas necessariò, & vtiliter factas in causis hæreditarijs. *l. Papinianus. §. quarta. ff. de Inoff. testam. l. fin. §. in computatione. C. de Iur. deliber. l. qui quadringenta. & l. vbi parè. §. qui in distrahendis. ff. Ad Trebell. & ibidem DD. Rol. cons. 30. num. 3. & seq. lib. 1. Paris. cons. 86. num. 10. par. 3. Grauett. cons. 316. num. 4. par. 2. Ruin. cons. 135. num. 10. lib. 3.* subdens, quod non potest hæres repetere id quod soluit creditoribus pro vsuris, sed tantùm quod soluit pro sorte, vt supra. *Rot. decis. 9. nu. 5. & 6. apud eumdem Merlin. loco cit.* vbi, quod hæres grauatus non tenetur soluere debita de fructibus hæreditatis, cum fructus medio tempore percepti ad ipsum hæredem spectent. *iuxta communiorem Doctorum sententiam.*

231 Obserua 2. quod licet liberi primi gradus non imputent in trebellianicam fructus perceptos iudicio testatoris, hoc est pendente die, vel conditione fideicommissi, & per consequens debeant habere quartam in rebus principalibus, & non per imputationem fructuum. *l. iubemus. C. Ad Trebell.* alij tamen liberi vlterioris gradus, & nepotes fructus non lucrantur, sed imputant in quartam. *l. mulier. §. si hæres. ff. eod. tit. glos. in l. quod de bonis. §. quod Auus. ver. compensabuntur. ff. Ad l. falcid. Bart. in l. Papinianus. §. vnde. num. 2. ff. de Inoff. testam. Bald. cons. 291. n. 4. lib. 5. Rol. cons. 30. num. 1. & 2. lib. 1.* vbi dicit, quod dicti fructus, quatenus concurrunt cum trebellianica, in ea computandi sunt: si enim percepti fuissent vltra summam competentem pro dicta trebellianica, illud, quod supra ascendit, cedit lucro ipsius hæredis. *Rot. coram Comitulo dec. 161. nu. 1. & seq. Beltramin. ad Gregor. dec. 266. nu. 14. Cancer. var. par. 1. cap. 2. nu. 14.*

233 *& seq.* vbi etiam dicit, quod trebellianica liberis primi gradus prohiberi non potest.

234 Hoc autem intelligendum est quoad fructus hæreditatis, quæ subiacet restitutioni, non autem respectu fructuum legitimæ, quæ debetur filijs vna cum fructibus, nec trebellianicæ, quam similiter vna cum fructibus hæres grauatus consequi debet à die obitus testatoris: hoc enim generale est in qualibet quarta, vt ea debeatur vna cum fructibus, vt supra. *l. quod de bonis. §. fructus. vbi Bart. ff. Ad l. falcid. glos. commun. recepta in l. in fideicommissariam. ff. Ad Trebell. Bald. d. cons. 291. nu. 4. vol. 5. Rot. apud Merlin. de legit. d. decis. 20. nu. 16. & 17.*

235 An autem falcidia prohiberi possit liberis primi gradus? affirmat *Cancer. d. par. 1. cap. 2. nu. 18. vide Bart. in d. l. Papinianus. §. vnde. n. 2. ff. de Inoff. testam. Rol. d. cons. 30. num. 11. lib. 1.*

236 vbi subijcit, quod fructus percepti ex re legata imputantur in falcidiam ad commodum omnium legatariorum.

SVMMARIVM.

237 *In indaganda voluntate defuncti inspici debet consuetudo loci, in quo ipse commoratus est.*

238 *In vltimis voluntatibus interpretandis attendi debet communis vsus loquendi, qui viget in loco.*

239 *Testator, qui per plures annos in aliqua Ciuitate commoratus fuit, præsumitur se conformasse cum statuto eiusdem Ciuitatis.*

240 *Bona emphiteotica Ecclesiæ non subiacent statutis laicorum.*

241 *Contrahens in aliquo loco, præsumitur conformasse cum statuto eiusdem loci, etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non subiacent.*

Quæstio XVIII.

Vtrum in indaganda voluntate defuncti inspici debeat consuetudo loci, in quo ipse commoratus est.

237 RESp. affirmatiuè. *l. si seruus plurium. §. si numerus. ff. de leg. 1. ibi. ante omnia ipsius patrisfam. consuetudo, deinde regionis, in qua versatus fuit, exquirenda est. Alex. cons. 131. n. 4.*

238. *lib. 7.* vbi dicit, quod in vltimis voluntatibus interpretandis attendi debet communis vsus loquendi, qui viget in loco, vnde erat testator, vel in quo ipse conuersabatur. *Corn. consil. 244.*

L *num.*

num. 18. lib. 5. Card. Mantic. de Coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 8. num. 13. vbi dicit, quod in interpretanda ambigua voluntate testatoris inspicitur consuetudo loci originis ipsius testatoris, non autem consuetudo loci, in quo tamquam forensis fecit testamentum. *Rot. decis. 355. n. 11. & seq. par. 5. tom. 1. Recent.* vbi, quod testator, qui
339 per plures annos Romæ commoratus est, præsumitur se conformasse cum statuto eiusdem Vrbis *lib. 1. cap. 142.* disponente, quod filij in conditione positi censeantur vocati; quod procedit etiam respectu bonorum, quæ extra territorium statuentium sita sunt, *Card. Seraphin. dec. 1329. nu. 12. & d. decis. 355. nu. 15. & seq.* vbi rectè obseruat, quod quando quis instat, admitti ad bona existentia in alio territorio ex voluntate, & dispositione testatoris, non dicitur admitti ex dispositione statuti Vrbis, quia tunc posset opponi de defectu iurisdictionis respectu alieni territorij, sed vtitur solummodo statuto pro simplici interpretatione dictæ voluntatis coniecturatæ ex eo, quod testator voluerit se conformare cum consuetudine, seu statuto loci, in quo
340 commoratus est. Vnde licèt bona emphiteotica Ecclesiæ non subiaceant statutis laicorum, *Viu. commun. opin. 812. num. 36. Surd. decis. 95. nu. 32. Rot. coram Merlin. sub die 28. Maij 1631. pront refert Dian. post 5. par. resol. moral. in fin. fol. 456.* tamen si quis conducat bona Ecclesiæ
341 pro filijs masculis, & fœminis, censetur prius stipulasse pro masculis, & solummodo illis deficientibus, pro fœminis, si ibi extet statutum feminarum exclusiuum, quia conducens præsumitur se conformasse cum dicto statuto etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non subiacent. *iuxta doctrinam Bart. communiter recept. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. num. 5. ff. de oper. libert.* & masculi non dicuntur venire ex dispositione statuti, sed ex voluntate stipulantis; solumque ex statuto desumitur latens voluntas stipulantis, cum censeatur se conformasse cum dicto statuto. *vt inquit Card. Caualer. decis. 583. num. 8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium bonorum intra quod tempus incboari, & perfici debeat.*
2 *An, & quando solus tutor possit hæreditatem adire pro pupillo infante, & quando non, & num. 5.*
3 *Tutor testamentarius, vel datus ex inquisitione releuatur ab onere cauendi, non tamen à confectione inuentarij.*
4 *Tutor creditor hæreditatis, qui diù administrauit, præsumitur sibi satisfecisse de suo credito.*
5 *Pupillus non potest adire hæreditatem sine solemnitatibus statutarijs.*
Et an eius tutor sine solemnitate possit adire, vel inire actum, ex quo resultet aditio. ibid.
6 *In solemnitatibus inuentarij statur statutis, & consuetudini locorum.*
7 *An dictæ solemnitates præsumantur.*
8 *In inuentario locus apponi debet, in quo ipsum conficitur.*
9 *Inuentarium fieri debet in loco, vbi est maior pars hæreditatis.*
10 *Testes, qui adhibentur in inuentario, debent esse eiusdem loci.*

CAP. X.

Intra quod tempus inuentarium bonorum ab hærede confici, & perfici debeat.

1 RESp. quod debet incohari infra 30. dies, à die, quo hæres sciuit, sibi delatam esse hæreditatem, numerandos, & finiri intra tres menses, si bona sunt in eodem loco, vel parum distante: aliàs infra annum. *l. fin. vbi DD. C. de Iur. delib.* quod procedit, etiamsi hæres simpliciter à principio dictam hæreditatem adiuerit, & absque aliqua protestatione. *glos. in auth. sed cum testator. ver. statutum. C. Ad l. falcid. Spec. in tit. de Instrum. edit. §. Dicto &c. nu. 21. vbi Io. Andr. litt. E. Michael Grassus relat. in tract. var. de Inuentar. benef. q. 251. num. 1. et seq.* vbi dicit, quod dies huiusmodi sunt continui. *Dilact. de Arte testan. tit. de Acquir. vel repud. hæred. caut. 8. num. 2. et caut. 15. nu. 4. Suarez commun. opin. ver. inuentarium. num. 169. Caualcan. de Tutor. et Curat. cap. 1. num. 80.* vbi obseruat, quod licèt hæres non inchoauerit intra triginta dies, non ideò tenebitur vltra vires hæreditarias, cum talis omissio sit leuis solemnitas, & satis sit, si intra tres menses inuentarium perficiatur. *Guid. Pap. decis. 571. num. 1. Cancer. var. lib. 3. cap. 2. num. 19.* annus verò prædictus currit à morte testatoris. *vt d. l. fin. vers. sin autem à locis. vide quæ scripsimus in tract. de tempor. legal. lib. 4. cap. 30. num. 1. et seq.*

2 Hic autem notandum est, quod licèt solus Pater, vel solus tutor adire possint hæreditatem pro pupillo infante, idest minore septem annis *l. si infanti. C. de Iur. delib.* hoc tamen intelligendum est, quando tutor solemnia legis adimpleuit, vt si inuentarium confecerit, & cautionem præstiterit, & alia, quæ recenset *Caualcan. d. cap. 1. n. 23.* alioquin nec tacitè, nec expressè adire potest hæreditatem pro pupillo. *Bald. cons. 256. nu. 1. circa med. vers. illud est certum etc. lib. 2.* vbi dicit, quod tutor, qui non fecit inuentarium, nec recepit administrationem per Iudicis decretum, non potest infantes obligare, nec maiori infante auctoritatem præstare in aliquo actu, & maximè in aditione hæreditatis, quæ est actus solemnis, & nimis obligatorius. *Ruin. cons. 95. nu. 11. lib. 2.* vbi dicit, quod tutor, qui solemnia non adimpleuit, non potest administrare, & per consequens nec adire; quamuis enim talis tutor, ipso iure sit tutor, & gesta per eum valeant, non tamen dicitur idoneus ad effectum, vt pupillis possit obesse, nisi fortè communiter ab omnibus reputatus fuerit pro tutore, quod tamen probari debet, quia tunc communis error ius faceret. *iuxta tex. in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. Socin. sen. consil. 153. circa princip. lib. 2. Caput aq. dec. 323. n. 3. et seq. par. 3. Rot. in Recent. dec. 64. n. 7. et 8. par. 8. et dec. 204. par. 4. tom. 2.* vbi subijcit, quod licèt tutor testamentarius, sicut etiam
3 datus ex inquisitione, releuetur ab onere cauendi. *iuxta tex. in §. 1. cum ibi not. Instit. de satisd. tut.* non tamen liberatur à confectione inuen-

inuentarij; nisi aliter testator disposuerit. *l. fin. §. vlt. C. Arbitr. tutel. vide Afflict. decis. 13. nu. 16. Surd. de Alim. tit. 3. q. 7. nu. 22.* vbi addunt,
4 quod tutor creditor hæreditatis, qui diù administrauit, siue sit extraneus, siue mater ipsa, præsumitur sibi satisfecisse de suo credito, præsertim si inuentarium non confecerit. *vt sensit etiam Rot. decis. 130. nu. 15. par. 5. tom. 1. recent.*
5 Notandum 2. quod si pupillus septem annos ætatis excesserit, tunc nec solus Pater, nec solus Tutor adire potest, sed ipse pupillus adire debet consentiente tamen Patre, si sub eius potestate sit, vel eum tutoris auctoritate, si sit sui iuris, vel demum cum Iudicis auctoritate, si nec Patrem, nec Tutorem habeat. *d. l. si infanti. vbi Alex. & alij. C. de Iur. delib. vide Merlin. decis. 873. nu. 3. & seq.* vbi dicit, quod pupillus non potest adire sine solemnitatibus statutarijs, cum ex aditione resultare possit præiudicium, & læsio, siue aditio sit positiua, siue virtualis, & implicita. *& decis. 888. num. 2. & 3.* vbi, quod tutor sine solemnitate non potest adire, vel inire actum, ex quo resultet aditio.
6 Notandum 3. quod in solemnitatibus inuentarij statur statutis, & consuetudini locorum. *Rot. decis. 351. nu. 5. par. 5. tom. 1. Recent. vide Phanu. relat. in tract. var. de Inuentar. benefic. q. 240.*
7 *nu. 77.* vbi dicit, quod solemnitates huiusmodi non præsumuntur, si ex facie instrumenti constet, eas non fuisse seruatas.
8 Notandum 4. quod in inuentario locus apponi debet, in quo ipsum conficitur. *vt d. Phanu. loco cit. nu. 76.*
9 Notandum 5. quod inuentarium fieri debet in loco, vbi est maior pars hæreditatis; vnde ad prædictum locum omnes creditores, legatarij, fideicommissarij, & interesse prætendentes, certi personaliter, & incerti voce Præconis per proclama citandi sunt pro certa die, & hora. *latè Gasp. Ant. Thesaur. quæstion. forens. lib. 1. q. 10.*
10 vbi, quod requiritur etiam, vt testes sint de eodem loco, & cogniti, & in dicto loco possideant bona stabilia.

Alia requisita in confectione inuentarij vide apud *Thesaur. d. q. 10. quæ registrata reperitur in tract. var. de Inuentar. benefic. quæst. 277.*

SVMMARIVM.

1 *Locus taxatiuè adiectus, limitat dispositionem, secus si demonstratiuè.*
2 *Tantum est dicere, lego super illo fundo, quantum obligo illum fundum.*
3 *Dictio, super hypothecam inducit.*
4 *Quando locus censeatur adiectus causa demonstrationis, & quando causa taxationis, & nu. 6. & 11.*
5 *Obligatus alteri soluere annuam pensionem super fructibus beneficij, si illius fructus non percipit, non tenetur pensionem soluere.*
6 *Quando donatio censeatur vniuersalis.*
7 *Iura, & actiones nullo loco possunt circumscribi.*
8 *In legato, aut donatione omnium bonorum, quæ quis habet in tali loco, non veniunt nomina debitorum.*
9 *Si ex loco designato debeantur fructus per modum taxationis, onus probandi, non adesse tot fructus, qui sufficiant ad solutionem, incumbit ei, qui illos percepit, vel percipere potuit.*
10 *Demonstratio falsa adiecta rei, qua non reperitur, vitiat legatum.*
11 *Quando suppleri debeat ex sequentibus annis id, quod deest fructibus primi anni.*
12 *An testator, si alienauit rem, ex qua voluit, legatum solui, censeatur legatum reuocasse.*
Legatum ad pias causas, non censetur ademptum per alienationem ipsius rei. ibidem.
13 *In dubio verba videntur apposita potius causa demonstrationis, quàm taxationis.*

CAP. XI.

Quando locus censeatur adiectus demonstratiuè, vel taxatiuè in legatis, donationibus, & alijs dispositionibus.

1 Non mediocris ex resolutione huius dubij prouenit vtilitas: nam si locus taxatiuè censetur adiectus, limitat dispositionem, secus si demonstratiuè. *vt tradunt Doctores communiter;* similiter si fundus fuit expressus causa demonstrandæ, aut designandæ solutionis dumtaxat, non inducitur hypotheca super tali fundo: secus si fundus fuit expressus per modum taxationis, vt videlicet tantum inde solueretur. *glos. in l. hactenus. ver. ab eo. ff. de Vsufr. Bart. in l. fundus. 9. ff. de Ann. leg.* vbi, quod tantum est di-
2 cere, lego super illo fundo, quantum obligo illum fundum. *Natt. cons. 341. n. 6.* vbi dicit, quod
3 dictio, super, hypothecam induceit, & ideò potest agi actione reali. *Card. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 3. nu. 9. & seq.* vbi etiam obseruat, quod si hæc dictio, super, generaliter adijcitur super bonis, intelligitur contracta hypotheca generalis; si verò adijcitur super certis bonis, intelligitur specialis; vnde si alicui facta fuerit à Sede Apostolica assignatio super introitibus gabellarum vrbis, illi intelliguntur obligati. *latè Gratian. discept. for. cap. 256. nu. 49. & seq.* his præmissis.
4 Dico, quod locus censetur adiectus causa demonstrationis, quando adijcitur in executione, non in obligatione, seu dispositione, vt si facta donatione, vel legato, deinde illius solutio designatur ex aliquo certo loco in diuersa oratione, veluti si testator dixerit, lego centum Titio, quæ volo ei solui ex fructibus fundi Seiani; quo casu debetur legatum ab hærede, etiamsi ex loco designato solui nequeat. *l. quidam testamento. vbi Bart. ff. de leg. 1. l. Paulo Callimacho. §. vlt. ff. de leg. 3. l. Lucius. ff. de Alim. & cibar. legat.* vbi, si prædia pro alimentis relictis obligentur, ex hoc legatum alimentorum non augetur, vel minuitur. Secus si sub eadem oratione relinquetur, vt si quis dixerit, promitto, vel lego Titio decem corbes frumenti super, vel ex fundo Semproniano, vel volo, ex fructibus fundi Seiani decem solui Titio: tunc enim præsumitur, locum adiectum esse causa taxationis, & ideò non existentibus fructibus in illo loco, hæres ad solutionem legati non est compellendus: hoc enim casu nō cogitur hæres soluere vltra quātitatē fructuū, qui ex eo loco percepti fuerint. *l. nomen debito-*

ris. §. vni ex haeredibus. vbi Bart. ff. de leg. 3. l. si quis seruum. §. si quis ità legauerit. ff. de leg. 2. l. cum certus. ff. de Trit. vin. & oleo legat. idem Bart. in l. quidam testamento. ff. de leg. 1. Alex. cons. 216. num. 3. lib. 7. Gig. de Pension. q. 62. nu.

5 *3. & seq.* vbi dicit, quod is, qui est obligatus alteri soluere annuam pensionem super fructibus beneficij, si illius fructus non percipit, non tenetur pensionem soluere. *Dilect. de Arte test. au. tit. 6. de legat. cautel. 59. nu. 1. & seq. latè Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 9. tit. 3. nu. 20. Surd. de Alimen. tit. 4. q. 26. n. 1. & seq. Rot. dec. 11. num. 8. & 9. de testam. in antiq. & in Romana bonorum 10. Decemb. 1593. coram Orano.*

6 Ex his infertur, quod donatio censetur vniuersalis, non particularis, quando est facta de omnibus, singulis, & quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus, omnibusque actionibus, creditis, & nominibus debitorum in Vrbe, & eius territorio sitis: quamuis enim talis donatio fuerit circumscripta certo loco Vrbis, & territorij, tamen videtur locus adiectus potius causa demonstrationis, quàm taxationis: tum quia illa verba, omnia, singula, & quaecunque bona mobilia, & immobilia faciunt non solum dispositionem generalem, sed etiam vniuersalem, tum etiam quia iura, & actiones

7 nullo loco possunt circumscribi. *Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 7. nu. 26. latè Gratian. discept. for. cap. 256. nu. 2. & seq.* vbi subdit, quod

8 in legato, aut donatione omnium bonorum, quae quis habet in tali loco, non veniunt nomina debitorum.

9 Obserua tamen, quod si ex loco designato debeantur fructus per modum taxationis, onus probandi, non adesse tot fructus, qui sufficiant ad solutionem, incumbit ei, qui illos percepit, vel percipere potuit, si res erat fructifera, quia talis negatio est fundamentum intentionis negantis: agens verò fundat se in qualitate rei fructiferae, & habet intentionem suam fundatam super legato, vel promissione, quae continet certam quantitatem praestandam. *vide Bart. in l. in illa stipulatione si calendis. ff. de Verbor. oblig. Benintend. dec. 64. num. 1. & seq.*

10 Obserua 2. quod aliud est dicere, lego Titio decem, quae in arca habeo, vel quae Caius mihi debet, aliud est dicere, lego Titio decem, quae soluantur de his, quae Caius mihi debet, vel de eo, quod in arca habeo; primo enim casu, si in arca parum, vel nihil sit, vel Caius parum, aut nihil debeat, non valebit legatum nisi vsque ad summam, quae reperietur in arca, vel quae à Caio debebitur, quia demonstratio falsa adiecta rei, quae non reperitur, vitiat legatum. *l. si seruus legatus. §. qui quinque. vbi Bart. ff. de leg. 1.* secundo casu legatum debetur, etiamsi Caius nihil debeatur, vel in arca nihil sit, quia in tali casu Testator purè, & simpliciter legauit quantitatem certam. *Bart. in l. quidam testamento. ff. de leg. 1. Bald. cons. 151. vol. 5. Gratian. d. cap. 256. nu. 59. & seq.*

11 Obserua 3. quod locus taxationis causa censetur etiam adiectus, quando apponitur participium futuri temporis passiuum, vt si testator dixerit, lego centum saccos frumenti percipiendos ex tali fundo, vel quando adijcitur locus per relatiuum, & verbum futuri temporis, vt si dixerit, ego frumentum, quod nascetur ex tali fundo. *l. cum certus numerus. ff. de Trit. vin. & oleo leg. Rum. cons. 160. nu. 11. lib. 2. Rolan. cons. 43. nu. 34. vol. 4. Io. de Amicis cons. 46. num. 8. & alij apud Surd. de Alim. tit. 4. q. 26. num. 6. & seq. & apud Gratian. d. capit. 256. num. 33. & seq.* quod quidem procedit, quando legatum vnica vice praestari debet, & fundus fuit positus sub conditione, vt in propositis casibus, tunc enim si fructus non nascantur primo anno, extinguitur legatum ità vt amplius non debeatur. *d. l. cum certus numerus. l. si debitor. ff. de Contrah. empt.* secus si fundus fuit simpliciter adiectus, vt si testator dixerit, lego decem aureos Titio ex fructibus praediorum meorum: hoc enim casu quamuis praestatio sit vnica, tamen suppletur ex sequentibus annis id, quod deest fructibus primi anni. *l. Firmio Eliodoro. ff. Quando dies leg. ced.* idemque dicendum, si legatum sit annuum, quia tunc non attenditur, quod locus, seu fundus fuerit positus sub conditione, vel non, sed semper, si fructus primi anni non adsint, vel non sufficiant, suppletur ex fructibus sequentium annorum, & fertilitas sequentis anni compensat sterilitatem praecedentis. *l. legatum. §. vini falerni. vbi Bart. ff. de Ann. leg. l. ex eo vino. ff. de Trit. vin. & oleo leg. latè Surd. de Alimen. tit. 4. q. 26. num. 11. & seq. Gratian. d. cap. 256. nu. 39. & seq. & num. 55. cum seq. vide Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. n. 6. ff. de verb. oblig. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. nu. 62. & seq.*

12 Obserua 4. quod si testator alienauerit rem, ex qua voluit, legatum solui, non videtur legatum renocasse; quando illa res, ex qua legatum solui debet, posita est in diuersa oratione: quia hoc ideò testator praesumitur fecisse, vel legatum faciliùs soluatur, non vt praecisè ex ea re soluatur; secus si ea res, ex qua testator voluit, legatum solui, adijcitur in eadem oratione: tunc enim legatum extinguitur, quia censetur testator eam rem in eadem oratione posuisse, vt illud legatum ex ipsa re necessariò soluatur. *latè Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 12. tit. 6. num. 24. & seq. Gratian. d. cap. 256. num. 28. & seq.* subdens, quod legatum ad pias causas nunquam censetur ademptum per alienationem ipsius rei, quia non intelligitur praecisè testator voluisse, ex ea legatum solui oportere, sed pro legato potius esse obligatam. *ex tradit. per Roman. Singul. 430.*

13 Obserua 5. quod in dubio verba videntur apposita potiùs causa demonstrationis, & sic non censentur taxare, aut limitare praecedentia. *Bart. in l. Centurio. nu. 31. ff. de vulg. et pupill. et alij apud Gratian. d. cap. 256. nu. 20. et 21.*

SVMMARIVM.

1 *Quando genus praecedit, et species subsequitur cum adiectione certi loci, genus ad locum expressum restringitur.*

2 *Ex praecedentibus specificatis verba generalia restringuntur.*

3 *Qualitas loci adiecta legato, restringit legatum etiam vniuersale.*

CAP.

CAP. XII.

An generalis dispositio ex adiectione loci restringatur.

1 RESp. quod quando genus præcedit, & species subsequitur cum adiectione certi loci, genus ad locum expressum restringitur. *l. nam quod. §. fin. ff. de pen. legat.* vnde si testator legauit omnem supellectilem, & quidquid habet in prædio Semproniano, legatum ad ea solum restringitur, quæ erant in prædio Semproniano. *l. quæsitum. §. 1. vbi glos. Bart. & alij. ff. de leg. 3.* idemque dicendum, si testator legasset vxori omnes res, ornamenta lanea, & linea, & alias domus massaritias: legatum enim in tali casu intelligitur de omnibus rebus domus, & non de alijs extra domum existentibus. *Dec. in cap. sedes. nu. 49. & seq. de Rescript.* vbi obseruat, quod etiam
2 ex præcedentibus specificatis verba generalia restringuntur, quemadmodum dispositio generalis ex subsequentibus verbis specialibus restrictionem recipit. *per tex. in l. legatorum. §. 1. ff. de leg. 2. l. fin. §. cui dulcia. ff. de trit. vin. & oleo leg.* vbi, quod licèt legatis dulcibus simpliciter, intelligantur legata dulcia tam potabilia, quàm comestibilia, tamen, si testator legauit vinum amphorarium Amineum, Græcum, & omnia dulcia, non computabitur inter dulcia nisi quod potari potest. *vide glos. & DD. in d. §. cui dulcia. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 9. tit.*
3 *3. num. 13.* vbi dicit, quod qualitas loci adiecta legato, restringit legatum etiam vniuersale.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando vnus actus præsumatur factus contemplatione alterius, & quando non.*
2 *Omnis actus, in quo non apparet determinatio certa, debet determinari secundùm consuetudinem loci.*
3 *Actus præsumitur factus loco, tempore, & ex causa licita.*

CAP. XIII.

Quando actus præsumantur inuicem correspectiui.

1 RESp. quod actus præsumuntur inuicem correspectiui, si facti fuerint in eodem instrumento, vel etiam in diuersis instrumentis, dummodò instrumenta huiusmodi eadem die, ab eodem Notatio, & inter easdem personas confecta fuerint. *latè Dec. in l. certi condictio. §. si nummos. nu. 14. ff. si cert. pet.* quod præcipuè procedit, si instrumenta coram eisdem testibus, & eodem loco celebrentur. *Menoch. lib. 6. præsumpt. 12. num. 4. & 5. Pacian. cons. 112. nu. 13. Ciriac. contr. 128. nu. 84. & 96.* quo casu vnus actus præsumitur factus gratia, & contemplatione alterius. *vide Surd. dec. 71. num. 9. & dec. 170. nu. 13. & dec. 288. nu. 33.* vbi dicit, quod actus sequens præsumitur gestus in executionem præcedentis tractatus, & promissionis, & ex præcedenti causa: & quando plures causæ præcedunt, præsumitur factus ex causa necessaria. *ex trad. per Bart. in l. 2. ff. de cond. & demon. Crauett. consil. 108. nu. 8. Cephal. cons. 156. num. 13.*

Limita, quando duo actus sunt diuersæ naturæ, & vnus non habet necessariam dependentiam ab alio: tunc enim non dicuntur inter se correspectiui, etiamsi fiant in eodem contractu, & instrumento. *Menoch. lib. 6. d. præsumpt. 12. nu. 39. Ciriac. controu. 90. nu. 26.*

2 Notandum est etiam, quod omnis actus, in quo non apparet determinatio certa, debet accipi, & determinari secundùm consuetudinem loci. *Castill. in tract. controuers. iur. capit. 22. num. 12.*

3 Notandum 2. quod actus, qui potuit fieri in vno loco licitè, in alio illicitè, præsumitur in dubio factus in loco, in quo licitè fieri potuit. *Bart. in l. non solum. 8. §. sed vt probari. sub nu. 1. ff. de nou. oper. nunc. Menoch. lib. 5. præsumpt. 2. nu. 10. Ciriac. contr. 38. num. 13. & contr. 150. num. 38.* vbi dicit, quod actus præsumitur factus loco, tempore, & ex causa licita.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius, vel eius hæres tenetur mobilia restituere in loco, in quo fuerunt accepta.*
2 *Res commodata restituenda est Commodatori in eodem loco, in quo fuit commodata.*
3 *Pretium rei in quo loco solui debeat.*
4 *An sit in facultate Vsufructuarij restituere eadem mobilia, quæ accepit, vel eorum æstimationem.*
Quomodo cauere debeat Vsufructuarius. ibid.
5 *Res in eadem æstimatione, in qua erant tempore traditionis, debent proprietario restitui.*
6 *In Vsufructuarium transit dominium tam earum rerum, quæ breui vsu consumuntur, quàm illarum, quæ vsu non consumuntur, sed minuuntur: limitatur num. 9.*
7 *Quid si Vsufructuarius mobilia vendiderit pretio non iusto.*
8 *Vsufructuarius tenetur ad omne damnum culpa sua etiam leuissima contingens.*
9 *Vasa argentea, aurea, & ea, quæ ex ferro, aut metallo constant, non transeunt in dominium vsufructuarij.*
10 *Si res absque culpa Vsufructuarij pereant, non tenetur vsufructuarius illarum æstimationem restituere.*
11 *Vsufructuarius an, & quando teneatur equos mortuos, aut inutiles supplere.*
12 *Agri vsufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt.*
Quid si arbores vi ventorum, aut tempestatis euulsæ fuerint. ibidem.

CAP. XIV.

In quo loco Vsufructuarius, vel eius hæres teneatur mobilia restituere.

1 RESp. quod tenetur ea restituere in loco, in quo fuerunt accepta, quemadmodum

comm. diuid. l. 3. §. sed & si seruum. ff. de in rem vers. l. 3. §. sufficit. ff. de contr. & vtil. act. tut.

180 Obserua 9. quod etiam is, qui mutuas dedit pecunias in huiusmodi impensas necessarias, vel qui res necessarias credidit, actionem habet aduersus successorem pro suo credito, si constet, rem, aut pecuniam in eam causam expositam fuisse, pro modo tamen, non supra modum necessitatis. *Rip. in l. si ventri. §. Diuus. num. 1. et seq. ff. de Priuil. cred.* vbi dicit, quod mutuans specialiter in reparationem ædificij, pro ea quantitate, quæ fuit realiter conuersa, non solum habet personale priuilegium prælationis, sed etiam tacitam hypothecam ità priuilegiatam, vt præferatur omnibus creditoribus anterioribus etiam habentibus expressam hypothecam, dummodò reparatio extet, cum reparatio sit causa priuilegij; dicenti verò, totam pecu-

181 niam mutuatam non fuisse in refectionem conuersam, incumbit onus probandi. *Crauet. cons. 197. num. 1. latè Neguſ. de Pignor. in 2. mem. 5. part. princ. num. 16.*

182 Dico 2. quod impensæ voluptuariæ non repetuntur, sed Dominus pati debet, vt remoueantur, dummodò remoueri possint sine læsione, & damno ipsius Domini, & possessor ex tali remotione, seu abrasione aliquam vtilitatem sit percepturus. *l. in fundo. ff. de rei vend. l. si sine. §. interposito. ff. de Admin. et peric. tut. l. idemque. §. idemque ait. ff. mand.* potest tamen Dominus huiusmodi abrasionem impedire, offerendo id, quod possessor consecuturus esset ex tali abrasione. *d. §. idemque ait. vbi glos. et DD. Corn. cons. 86. num. 8. vol. 4.* si verò Dominus nollet abrasioni, seu remotioni consentire, vel recusaret soluere id, quod possessor lucrari posset ex ipsa abrasione, teneretur huiusmodi expensas reficere. *Peregrin. d. art. 50. num. 54. vers. bona fidei etc.*

Hoc tamen intellige, nisi possessor percepe- rit fructus, ad quorum restitutionem cogi posset: quia tunc prædictas impensas cum fructibus debet compensare. *Bart. in d. l. in fundo. nu. 10. ff. de rei vend.*

2. Intellige, quando Dominus non erat facturus, vel distracturus: tunc enim permittitur abrasio; secus si erat facturus, vel distracturus, quo casu expensæ voluptuariæ vtilibus comparantur. *vt d. Bart. in d. l. in fundo. nu. 10.* idemque dicendum est, quando huiusmodi impensæ augerent valorem fundi, aut introituum, vel si præcesserit intimatio, quia tunc etiam deducuntur. *Alex. cons. 100. dub. 4. uol. 2. Peregr. d. art. 50. num. 54.*

3. Intellige in bonæ fidei possessore non habente causam à Domino, de quo loquitur *tex. in d. l. in fundo:* tunc enim permittitur Domino offerre tantum, quantum possessor habiturus esset ex ipsis rebus ablatis; secus esset, si possessor haberet causam à Domino, qualis est vsufructuarius, feudatarius, maritus, & alij. *uide Corn. cons. 86. num. 8. uol. 4.*

183 Possessor verò malæ fidei has impensas nec recuperat, nec aufert, præterquam in petitione hæreditatis: aliud enim est in petitione hæreditatis, aliud in rei vendicatione, cum magis faueatur Domino, qui euincit ratione dominij, quàm hæredi, qui euincit ratione tituli. *ut inquit Bart. in d. l. in fundo. num. 11. ff. de rei uendic.* quod intellige iuxta superiùs dicta: in hoc enim iudicio petitionis hæreditatis possessor malæ fidei censeri non debet melioris conditionis, quàm possessor bonæ fidei.

184 Quæres, an pro melioramentis factis in vna re, possint aliæ retineri? Resp. negatiuè, quia id iure non reperitur scriptum. *l. planè. iuncta glos. in uer. deducat. ff. de Petit. hæred. Neguſ. de Pign. in 4. mem. 5. par. nu. 17. Surd. decis. 311. num. 7. et alij apud Peregrin. loco cit. nu. 69.* vbi id limitat in iudicio petitionis hæreditatis. *per tex. in l. planè. ff. eod. tit. de Petit. hæred.*

185 Quæres 2. an, & quando hæres grauatus teneatur fructus perceptos restituere? Resp. quod regulariter fructus percepti non veniunt in restitutione fideicommissi, nisi de eis quis fuerit specialiter grauatus, vel nisi hæres fuerit in mora restituendi hæreditatem. *l. in fideicommissariam. ubi glos. et DD. ff. Ad Senatusc. Trebell. latè Gail. lib. 2. obseru. 133.* subdens, quod si hæres grauatus velit vti beneficio falcidiæ aduersus legatarios, vel trebellianicæ contra fideicommissarios, fructus medio tempore percepti non cedunt lucro hæredis, sed in falcidiam, vel trebellianicam computantur, exceptis tantùm liberis primi gradus, quorum fauore fructus medio tempore percepti nec legitimam, nec trebellianicam extenuant. *per tex. in l. iubemus. ubi DD. C. ad Trebell.*

186 Notandum tamen est, quod fructus tempore mortis testatoris recollecti, vt vinum, oleum, frumentum, & similia, etiam quoad filios primi gradus in legitimam, & trebellianicam computantur, licèt secus sit in postea perceptis; ratio est, quia huiusmodi fructus tempore mortis testatoris in horreis, vel alibi reperti, patrimonium defuncti dicuntur, & augent ipsam hæreditatem, siue ante, siue post aditionem hæreditatis accesserint. *l. item ueniunt. §. item non solum. uers. fructus. ff. de Petit. hæred. l. 2. §. fructibus. C. eod. tit. Alex. cons. 49. n. 8. uol. 3. Franc. Marc. decis. 829. Gail. lib. 2. obseru. 133. nu. 8.*

SVMMARIVM.

187 *Bona fideicommisso supposita possunt obligari, et alienari pro dote filiarum, neptum, et aliarum descendentium ipsius fideicommittentis, et nu. seq. ampliatur nu. 193. cum seq.*

188 *Explicatur auth. res quæ. C. Commun. de leg. et nu. seq.*

189 *In constituenda dote habenda est ratio legitimæ ipsi mulieri debitæ in bonis matris.*

190 *Bona subiecta fideicommisso, non possunt ex causa dotis alienari, quando legitima, et trebellianica ad constituendam dotem congruam sufficiunt.*

191 *Quid si extarent bona libera, uel fructus bonorum fideicommissi, et nu. 207.*

192 *Dos excessiua non potest promitti in præiudicium fideicommissi.*

193 *Allegans, adfuisse alia bona, tenetur probare.*

194 *Bona fideicommissi possunt alienari etiam pro dote restituenda.*

195 Mu-

195 *Mulier habet intentionem fundatam, si dicat, non adesse alia bona mariti præter illa, quæ subiecta sunt fideicommisso: limitatur nu. 209.*

196 *An d. auth. res quæ, procedat in dote filiæ, uel neptis illegitimæ.*

197 *Quid si fideicommissum praecessit dotis receptionem.*

198 *Et quid si bona grauata fideicommisso, diuisa fuerint inter fratres.*

199 *An res fideicommisso subiecta, alienari possint ob causam alimentorum, uel pro liberatione filij capti ab hostibus, uel pro redemptione uitæ.*

200 *An grauatus possit alienare bona fideicommisso subiecta, ut se, uel filium eximat à carcere.*

201 *An bona fideicommissaria alienari possint pro apparatu, qui mulieribus nubentibus dari solet.*

202 *Quando bona omnia fideicommissi dari possint in dotem.*

203 *An mulier minor possit sine decreto Iudicis dare uiro immobilia in dotem.*

204 *Quando domus fideicommissaria possit tota alienari in causam dotis.*

205 *An domus, seu alia res fideicommisso supposita possit tota subhastari, et deliberari pro concurrenti quantitate legitimæ.*

206 *Quid si restitutio fideicommissi facienda esset Ecclesiæ, uel piæ causæ.*

207 *Bona, quæ pro dote, aut legitima assignantur, debent esse libera ab omni onere, et licium inuolucro.*

208 *Quando hæres teneatur probare, non extare alia bona, præter fideicommisso subiecta, ex quibus possit fieri detractio legitimæ, et trebellianicæ.*

209 *Quando agitur de fideicommisso particulari, alleganti bona libera non sufficere, incumbit onus probandi.*

210 *Feudum sine consensu Domini non potest ex causa dotis alienari, nec specialiter obligari.*

211 *Prohibitio alienationis facta, ut res perpetuò maneat in familia, non extenditur ultra quartum gradum.*

212 *An bona à fideicommisso distracta uigore d. auth. res quæ, redeant ad fideicommissum nullis remanentibus ex matrimonio liberis.*

213 *An bona fideicommissi possint permutari cum alijs rebus sine beneplacito Principis.*

214 *An emens scienter rem subiectam fideicommisso agere possit de euictione.*

Quid si scienter emerit rem alienam. ibid.

215 *Re euicta, oritur actio pro consequutione damnorum, et interesse, seu restitutione ipsius rei, uel pretij.*

216 *Filius non imputat in legitimam ea, quæ habet aliunde, quàm ex dispositione parentis.*

217 *Quando defunctus consideretur ut duplex, uel multiplex persona, prout sunt territoria.*

218 *Filius non potest pro legitima propria auctoritate occupare possessionem uacantem rerum hæreditariarum.*

219 *Fideicommissarius non potest propria auctoritate capere possessionem uacantem bonorum fideicommissi.*

220 *Clausula constituti nihil operatur, quando possessio est incerta ratione loci, et quota.*

Quæstio XV.

An, & quando bona fideicommisso supposita possint alienari.

187 RESP. quod bona primogenituræ, vel fideicommisso siue vniuersali, siue particulari supposita alienari, & obligari possunt pro dote filiarum, neptum, & aliarum descendentium ipsius fideicommittentis pro modo honestati personarum congruo, quamuis testator alienationem expresse prohibuerit etiam ex causa dotis. *auth. res quæ. C. commun. de leg. Rolan. cons. 85. num. 7. Surd. decis. 62. num. 11. latè Rot. decis. 30. num. 13. et seq. par. 7. et decis. 312. num. 12. par. 6. Recent.* vbi, quod *d. textus* dispositio
188 solum procedit in descendentibus fideicommisso grauatis per Ascendentes; hi enim pro dote constituenda possunt alienare bona fideicommissi, quia quodammodo censentur adimplere votum, & officium Ascendentium erga descendentes; secus in collateralibus, & alijs extraneis fideicommisso grauatis: quia tunc fideicommittens non tenetur dotem constituere pro filijs extranei grauati, prout tenetur erga descendentes. *ex trad. per Castrens. in d. auth. res, quæ. num. 4. et in l. mulier. §. cum proponeretur. nu. 2. et 3. ff. Ad Trebell. Petr. de fideicom. q. 8. nu. 409. Fusar. de substit. q. 531. num. 95. et 114. latè Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 54. et 67. Card. Mantic. decis. 329. num. 3.*

189 Item *textus in d. auth. res quæ.* intelligendus est in subsidium, quando alia bona libera non extant. *ut ibi notant communiter scribentes*; & ideò si mulier posset se dotare de suo, vel ex bonis maternis, aut paternis, cessaret dispositio *d. auth. Rot. decis. 49. num. 1. par. 6. Recent.* vbi, quod in constituenda dote habenda est ratio legitimæ ipsi mulieri debitæ in bonis matris. *Card.*
190 *Mantic. decis. 329. nu. 1.* vbi, quod bona subiecta fideicommisso, non possunt ex causa dotis alienari, quando legitima, & trebellianica ad constituendam dotem congruam sufficiunt. *Rolan. d. cons. 85. num. 1. et seq. Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 25. Ferentill. ad Buratt. dec. 641. num. 19. et seq.* vbi dicit, quod *d. authentica* non
191 habet locum, quando sufficiunt, & extant fructus bonorum fideicommissi, *et nu. 22.* vbi, quod si alienata fuerint bona fideicommissaria, retentis bonis liberis, posset fideicommissarius ea vendicare; idemque dicendum, si dos esset ex-
192 cessiua, quæ non potest promitti in præiudicium fideicommissi. *Rot. decis. 771. num. 1. et seq. par. 1. Diuers. et in Recent. decis. 164. num. 2. et decis. 351. num. 4. par. 5. tom. 1. Crauett. cons. 19.*
193 *num. 18. lib. 1.* vbi, quod allegans, adfuisse alia bona, tenetur probare. *Beltram. ad Greg. decis. 266. num. 56.*

194 Amplia prædictam conclusionem, vt non solum pro constituenda dote possint bona fideicommissi alienari, sed etiam pro ipsa dote restituenda, etiamsi pro dotis restitutione datus sit fideiussor. *Surd. decis. 62. num. 1. et seq. Rot. dec. 312. num. 12. par. 6. et d. decis. 351. num. 4. par. 5.*
195 *tom. 1. Recent.* vbi, quod mulier, si dicat, non

esse

esse alia bona mariti præter illa, quæ subiecta sunt fideicommisso, haber suam intentionem fundatam, ità vt dicenti, alia bona extare, incumbat onus probandi, & dicta bona ostendendi.

196 Amplia 2. vt *textus in d. auth. res quæ*, procedat in dote filiæ, vel neptis tam legitimæ, quàm illegitimæ, siue velit nubere in sæculo, siue profiteri in monasterio. *Ferentill. ad Buratt. d. dec. 641. num. 22. & seq. Card. Seraphin. dec. 58. Rota in Recentior. dec. 88. num. 9. & seq. par. 5. tom. 1. & decis. 314. nu. 21. & seq. par. 6. & decis. 30. nu. 13. cum seq. par. 7.*

197 Amplia 3. etiamsi grauamen, seu fideicommissum præcesserit dotis receptionem, nam adhuc, vt dos constituatur, siue restituatur, possunt bona fideicommisso subiecta alienari. *latè Couar. var. lib. 3. cap. 6. num. 10.*

198 Amplia 4. vt habeat locum non tantùm in portione patris, sed etiam aliorum, vt quia bona grauata fideicommisso, diuisa fuerint inter fratres, quia cum hoc onus sit reale, diuisio non præiudicat. *vt decisum refert Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 6.*

199 Amplia 5. vt res fideicommisso subiectas possit testatoris filius alienare ob causam etiam alimentorum, si non habeat vnde se alat, quia par censetur esse debitum dotis constituendæ, & alimoniæ præstandæ. *Roman. cons. 277. vbi de communi. latè Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 86. & seq.* vbi addit, quod bona fideicommissi possunt etiam alienari pro liberatione filij capti ab hostibus, seu latronibus, vel pro redemptione vitæ, vt si filius fuisset condemnatus pro delicto, pro quo capitalis pœna, vel membri abscissio inflicta sit. *Genuens. in tract. de Eccles. q. 795. num. 1. & q. 394. num. 3. Rot. dec. 408. num. 9. & 10. par. 5. tom. 1. & dec. 30. num. 17. par. 7. Recen.* vbi, quod hoc procedit in descendentibus testatoris, non autem in extraneis. *Surd. dec. 86. n. 6.*

200 vbi, quod grauatus potest alienare bona fideicommisso subiecta, vt se, vel filium eximat à carcere, quando pro debito priuato detineretur; ratio est, quia sic pater viuens esset facturus, & ideò ab hærede sic fieri voluisse credendum est. *l. cum seruus. ff. de Condit. & demon. l. quoniam desideria. C. de Natural. liber.*

201 Amplia 6. vt bona fideicommissaria alienari possint etiam pro apparatu, qui mulieribus nubentibus dari solet, quia apparatus est de appendicijs dotis. *Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 4. & seq. Card. Mantic. decis. 152. num. 3. & decis. 329. num. 7.*

202 Amplia 7. vt filia possit sibi dotem constituere, etiam viuente Patre, & dare in dotem marito etiam omnia bona fideicommissaria, si omnia necessaria sint, vt honorificè nubat. *Rolan. cons. 85. num. 1. & seq. Marescott. var. libr. 2. cap. 69. num. 4. & seq. Baratt. dec. 568. num. 2. Rot. in recent. decis. 88. num. 9. & seq. par. 5. tom. 1.* quo casu patens debet esse huiusmodi necessitas, cum in dubio bona fideicommissi censeantur alienata causa euertendi fideicommissum. *vt d. Cardin. Mantic. decis. 329. num. 4. & seq.*

203 Addit *Rota dec. 588. nu. 6. par. 4. recent.* quod mulier minor absque decreto Iudicis potest viro dare immobilia in dotem, dummodò det inæstimata, quia hæc non videtur alienatio, vel translario; secus si dabet æstimata. *l. plerumque. ff. de Iur. dot. l. quoties. C. eod. tit. de quo latè Surd. decis. 287. nu. 21. & seq.*

204 Amplia 8. vt domus fideicommissaria possit etiam tota alienari in causam dotis etiam minoris summæ, si commodam non patiatur diuisionem, prout præsumitur in vrbanis, licèt superabundans pretij residuum per hæredem granatum inuestiri debeat in alia re fructifera, fideicommisso supponenda. *Rot. decis. 771. num. 1. & seq. par. 1. Diuers. latè Merlin. decis. 683. num. 1.*

205 *& seq.* quemadmodum domus, seu alia res fideicommisso subiecta potest tota subhastari, & deliberari pro concurrenti quantitate legitimæ. *Bald. in l. fin. num. 7. vers. fin. C. de Iur. domin. impetr.* vbi dicit, non vitiari secundum decretum, per quod adiudicatur creditori res pignorata, quæ plus valet, quàm sit debitum, sed illud plus reddendum esse debitori.

206 Amplia 9. etiamsi restitutio fideicommissi sit facienda Ecclesiæ, vel piæ causæ. *vt post Bald. et alios in d. auth. res quæ. trad. Marescott. libr. 2. cap. 69. num. 10.* quorum opinio procedit, quando fideicommissum priuatam causam continet, vt si factum fuit pro sepulchro, vel Capella priuata, vel anniuersario particulari, vel ex alia simili causa; secus si fideicommissum publicam causam continet, vt si factum fuerit pro construenda, vel amplianda Ecclesia: tunc enim dispositio *d. auth.* non haberet locum, quemadmodum nec procedit in maioratibus. *latè Genuens. in tract. de Eccles. q. 394.* quia tam in maioratibus, quam in Ecclesia non fauor priuatus, sed publicus versatur. *l. 1. §. huius studij. ff. de iust. et iur.*

207 Obserua tamen, quod non censentur extare alia bona ad hunc effectum, si ea obnoxia essent alijs obligationibus, & hypothecis aliorum creditorum, ac facilem euictionem pati possent; tunc enim bona fideicommissaria possunt adhuc distrahi, cum non expediat, huiusmodi bona alijs implicita debitis, & hypothecis, assignare pro dote, quæ debet esse libera ab omni onere, & litium inuolucro, instar legitimę. *vt post Castrens. cons. 393. num. 1. lib. 1. Corn. cons. 40. num. 13. et 14. lib. 1. Alex. cons. 55. num. 7. et 10. lib. 2. dixit Rota coram Merlin. dec. 683. n. 2. et seq. Marescott. var. lib. 2. cap. 69. num. 22.*

208 Obserua 2. quod hæres, qui hæreditatem adiuit non confecto inuentario, propter præsumptionem subtractionis bonorum hæreditariorum, tenetur probare, non extare alia bona, præter fideicommisso subiecta, ex quibus possit fieri detractio legitimæ, & trebellianicæ. *latè Grat. discept. for. cap. 670. nu. 20. Rota in Romana de Herculanis 7. Iunij 1581. coram Brauo. et in Rom. legati 29. Aprilis 1613. coram Card. Caualerio. in impress. dec. 146. et in alijs, prout refert Beltram. ad Greg. dec. 266. num. 16.* subdens, quod vbi confectum est inuentarium, allegans fuisse factas detractiones, tenetur probare; idem

209 dicendum est, quando agitur de fideicommisso particulari; tunc enim allegauti, bona libera non sufficere, incumbit onus probandi. *Rot. dec. 301. num. 15. par. 6. Recent.*

210 Obserua 3. quod feudum sine consensu Domini non potest ex causa dotis alienari, nec speciali-

cialiter obligari; non enim potest mulier dotari de alieno. *cap. 1. §. donare. Qual. olim pot. feud. alien. cap. 1. vbi Bald. n. 6. de Prohib. feud. alien. per Frideric. Alex. consil. 2. num. 2. lib. 4. Paris. cons. 98. nu. 3. et 4. lib. 2. Card. Mantic. decis. 195. num. 3.*

211 Obserua 4. quod prohibitio alienationis facta ex ea causa, vt res perpetuò maneat in familia, non extenditur vltra quartum gradum, ità vt descendentes constituti in quinto gradu possint alienare, nisi ex coniecturis constet, testatorem eam prohibitionem perpetuam esse voluisse, maximè ex consuetudine loci. *§. nos igitur. in Auth. de restit. fideicom. Couar. libr. 3. var. c. 5. num. 4. Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 2. num. 21. Genuens. in tract. de Eccles. q. 330.*

212 Quæres, an bona à fideicommisso distracta vigore *d. autb. res quæ.* redeant ad fideicommissum nullis remanentibus ex matrimonio liberis? Resp. quod alij affirmant, quia causa matrimonij est temporalis, donec maneant reliquiæ matrimonij, ideòque temporalem effectum habere debet. *Bald. cons. 77. lib. 4. et alij apud Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 25. et 28.* Alij verò negant, quorum sententia verior est: non enim reperitur iure cautum, quod bona semel à fideicommisso distracta, redeant ad fideicommissum, quinimmò contrarium colligitur *ex text. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* vbi, filia rogata restituere hæreditatem, si sine liberis decesserit, censetur grauata restituere fideicommissario id quod supererit de hæreditate, excepta dote. *latè Merl. in tract. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 9. num. 45. et seq. et præsertim num. 48. Rot. in Rec. decis. 312. uum. 46. par. 6.* vbi, quod bona semel ex fideicommisso distracta, ex iuris remedio semper remanent libera; ratio est, tum quia hæc portio assequitur naturam legitimæ, & de ea iudicatur sicut de legitima, & transmittitur sicut legitima liberè absque aliquo onere: tum etiam quia de priuatione ad habitum non datur regressus; & ideò effectus extractionis à fideicommisso consummatus ex ipso actu dotationis ob causam matrimonij semper durat, licèt ipsa causa matrimonij de medio tollatur. *Rota in recent. decis. 196. num. 23. par. 5. tom. 1. et dec. 245. num. 46. et seq. par. 8.* vbi ampliat, etiamsi vocata fuerit pia causa, quia priuilegium piæ causæ præualere non debet doti descendentium ipsius fideicommittentis. *ex trad. per Roman. cons. 267. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. n. 120. 135. et 138. Marescott. d. lib. 2. cap. 69. num. 10. Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 20. et 56.* vbi, quod hoc procedit, quamuis bona fideicommissi alienata ex causa dotis, soluto matrimonio ad Patrem reuertantur. *quicquid dicat Bart. in d. autb. res quæ. num. 8. et alij.*

213 Quæres 2. an bona fideicommisso subiecta possint permutari cum alijs rebus vtilioribus, aut magis commodis sine beneplacito Principis? Resp. affirmatiuè, nisi testator expresè alienationem interdixerit: tunc enim necessarius est Principis assensus. *Spec. in tit. de empt. et vendit. §. tertio loco. nu. 12. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 32. et 33. Duran. decis. 271. num. 5.*

214 Quæres 3. an emens scienter rem subiectam fideicommisso, agere possit de euictione? Resp. negatiuè, sed solum pretium repetere potest, neque duplæ stipulatione, neque melioratione locum habente. *l. fin. §. emptor autem. vbi Bart. C. commun. de legat. Couar. var. libr. 3. cap. 17. col. 4. vers. ad eam quæstionem etc. Surd. dec. 243. per tot. et dec. 208. uum. 1.* vbi, quod hæc conclusio locum habet respectu euictionis promissæ, secus quoad alias cautiones in fauorem emptoris appositas. *Ruin. cons. 146. num. 4. vers. et vbi etiam dici posset etc. lib. 1. Corn. consil. 2. num. 5. vers. præterea dictus emptor etc. vol. 3.* vbi dicit, hoc esse speciale in tali casu: nam emens scienter rem alienam regulariter nec pretium repetit, nec agit de euictione, nisi expresè de euictione sit stipulatus. *l. si fundum sciens. C. de euict. l. si fratres. C. commun. vtriusque iud. Add. ad dec. 10. num. 1. par. 3. recent. Rot. in recent. dec. 281. n. 1. et seq. par. 4. tom. 1.* vbi, quod si emptor specificè de euictione stipulatus fuerit, siue ignorauerit, siue sciuerit, rem esse alienam, actio ex stipulatu ei non denegatur pro consequendo interesse intrinseco, quod à pari procedit cum restitutione pretij. *et decis. 143. numer. 8. par. 6. Merlin.*

215 *dec. 758. num. 3. et decis. 874. num. 2.* vbi dicit, quod loco damnorum, & interesse venit restitutio pretij; quod intellige sequuta euictione, seu re euicta, tunc enim oritur actio pro consequutione damnorum, & interesse, seu restitutione ipsius rei, vel pretij. *Rot. dec. 390. nu. 10. par. 5. tom. 1. recent.*

216 Notandum est etiam, quod filius non imputat in legitimam ea, quæ habet aliunde, quàm ex dispositione parentis; vnde si filius aliquid caperet ex dispositione statuti, puta si statutum prohibeat, nè mulier decedens cum filijs de sua dote vltra decimam partem disponere possit, illud non imputatur in legitimam, cum id habeat filius tamquam filius, non autem iure hæreditario, nec ex iudicio testatoris, quo casu dicitur virtualiter per huiusmodi statutum aucta legitima filij vsque ad nouem partes. *vt d. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 24. num. 12. et seq. et hanc magis communem dicit Thesaur. qq. for. libr. 3. qu. 65. nu. 10. vsque ad nu. 16. Rot. dec. 588. par. 4. Recent.* vbi, quod attento dicto statuto non potest mulier filio substituere per fideicommissum, nec illum grauare ad restituendum id, quod sibi à statuto, non ex iudicio matris defertur. *et coram Merlin. decis. 828. num. 7. et seq.* vbi, quod

217 licèt patrimonia, & hæreditates non scindantur, ità vt vna tantùm legitima ex vniuersis bonis consideretur, quia semper est vna, & eadem persona defuncti, & ideò etiam vna est hæreditas, & vnum patrimonium: hoc tamen verum est, quando versamur in bonis, quæ omnia sint sub vno, & eodem territorio, & sic sub vna tantùm lege pariformiter disponente circa successionem defuncti; secus si bona sint in diuersis territorijs, & diuersimodè à statutis sit dispositum: tunc enim defunctus consideratur vt duplex, vel multiplex persona, prout sunt territoria, in quibus bona consistunt. *ex trad. per Socin. sen. cons. 292. sub num. 2. lib. 2. Gozad. cons. 49. nu. 8. et 11. Aldobr. cons. 2. nu. 13. et seq. lib. 1. Bursat. cons. 8. nu. 35. lib. 1. Cephal. consil. 309. num. 46. Menoch. cons. 1021. sub num. 8.*

218 Notandum 2. quod sicut filius ratione legitimæ,

timæ, licèt in se certa sit, propria auctoritate occupare non potest possessionem vacantem rerum hæreditariarum, cum sit incerta ratione loci, & etiam ratione quotæ fundi, quia nescitur, propter æs alienum ante legitimam detrahendum, an tertia, vel alia pars ipsi filio in fundo
219 debeatur; ità fideicommissarius etiam particularis propter eamdem incertitudinem prouenientem ex detractione legitimæ, & æris alieni ratione loci, & quotæ, non potest propria auctoritate in possessionem vacantem bonorum ingredi; alioquin si propria auctoritate fuerit ingressus, nullam acquireret possessionem, immò pœna amissionis fideicommissi plecteretur. *ut latè probat Osasc. dec. 34. num. 22. et seq. uide Rub. in suis singular. par. 4. circa clausul. ex Rot. Roman.*
220 *clauf. 217. num. 76.* vbi addit, quod clausula constituti nihil operatur, quando possessio est incerta ratione loci, & quotæ.

S V M M A R I V M.

221 *Prædia empta ab hærede ex pecunia hæreditaria, uel insolutum accepta pro credito hæreditario, restitui non debent fideicommissario uniuersali, sed tantùm ipsa pecunia, et nu. 226.*
222 *An res empta per socium de communi pecunia, efficiatur communis.*
223 *Acquisitio in dubio præsumitur facta nomine proprio, non hæreditario.*
224 *Quid si testator mandauerit, ut pecuniæ inuestirentur.*
225 *An emens proprio nomine de pecunijs alienis, sibi acquirat.*

Quæstio XVI.

An prædia empta ab hærede ex pecunia hæreditaria, aut insolutum accepta pro credito hæreditario, restitui debeant fideicommissario uniuersali.

221 RESp. negatiuè, si hæres proprio nomine acquisiuit, quia quod hæres acquisiuit ex sua diligentia, non computatur in hæreditate. *l. si heres institutus. ubi Alex. ff. ad l. falc. l. item ueniunt. in princ. ubi Bald. et alij. ff. de Petit. hæred. glos. in l. Imperator. §. fin. uer. non uidetur. ff. de leg. 2. Card. Mantic. de coniectur. ultim. uol. lib. 7. tit. 8. nu. 19.* quemadmodum res
222 empta per socium de communi pecunia non efficitur communis, si nomine proprio socius eam emerit. *Peregrin. de fideicom. art. 44. num.*
223 *28. et seq.* vbi etiam dicit, quod in dubio acquisitio præsumitur facta nomine proprio, non hæreditario, præsertim si in instrumento dictum fuerit, *pro se, et hæredibus suis*, & multo magis si addita fuerit clausula, *ad uendendum, et alienandum etc.* nam clausula hæc naturæ fideicommissi repugnat. *latè Riminal. consil. 25. num. 31.*
224 idque procedit, etiamsi testator mandauerit, pecunias inuestiri. *Buratt. decis. 650. nu. 6. et seq.*
225 vbi, quod emens proprio nomine de pecunijs etiam alienis, sibi acquirit.
226 Subdit tamen *Mantic. d. lib. 7. tit. 8. num. 19.* quod licèt prædia tali casu non subiaceant restitutioni, tamen ipsa pecunia restituenda est. *uide Peregrin. de fideicomm. d. art. 44. num. 29.*

S V M M A R I V M.

227 *Quando hæres grauatus teneatur restituere tantùm dimidiam partem prælegati, uel hæreditatis, et num. seq.*
228 *Substitutio fideicommissaria regulariter comprehendit portiones omnes, quæ grauato superuenerunt ex reciproca substitutione.*
229 *Hæres grauatus, si est filius Testatoris, adueniente tempore restitutionis non tenetur restituere nisi dimidiam hæreditatis.*
230 *Hæres grauatus detrahit pecunias pro sorte solutas creditoribus, & legatarijs, & alias expensas necessariò, & vtiliter factas in causis hæreditarijs.*
Hæres grauatus non tenetur soluere debita de fructibus hæreditatis. ibidem.
231 *Liberi primi gradus non imputant in trebellianicam fructus perceptos iudicio testatoris.*
232 *Liberi vlterioris gradus, & nepotes fructus non lucrantur, sed imputant in quartam: declaratur num. 234.*
233 *Trebellianica liberis primi gradus probiberi non potest.*
234 *Quælibet quarta debetur vna cum fructibus.*
235 *Falcidia probiberi potest liberis primi gradus.*
236 *Fructus percepti ex re legata imputantur in falcidiam.*

Quæstio XVII.

Quando hæres grauatus teneatur dimidiam tantùm bonorum partem restituere.

227 IN nonnullis casibus hæres grauatus dimidiam tantùm tenetur restituere: primus est, quando testator instituit sibi quos hæredes, puta Titium, & Seium, & Titio prælegauit fundum, eumdemque Titium rogauit, vt suam partem hæreditatis restitueret Caio: tunc enim eueniente casu fideicommissi Titius non tenetur restituere totum prælegatum, sed tantùm dimidiam, quam habet iure hæreditario. *per tex. in l. in fideicommissariam. §. si legatum. ff. ad Trebell.* nam eo casu Titius debet habere dimidiam fundi iure legati à cohærede suo, & aliam dimidiam iure hæreditario, quia iure legati illam dimidiam non potest à se accipere. *l. legatum est. §. 1. ff. de legat. 1.* non igitur restituet partem, quam accepit à cohærede suo iure prælegati, cum non debeat restituere nisi illud, quod habet iure hæreditario, & sic dimidiam tantùm. *ut explicant ibidem glos. & Doctores.*
228 Secundus casus est, quando testator pro æqualibus portionibus Titium, & Caium instituit ea lege, & conditione, quod decedente vno sine liberis, succedat alter, & decedente aliquo cum liberis dicta eius portio hæreditatis remaneat prædictis suis liberis; in quo quidem casu licèt Caius per mortem Titij sine liberis, portionem eiusdem Titij acquisiuerit, non censetur tamen grauatus portionem Titij restituere filijs, sed tantùm dimidiam hæreditatis, propter illam dictio-

ctionem relatiuam, *dicta*, quæ restringit dispositionem ad portionem supra nominatim expressam, de qua immediatè antea testator fuerat loquutus; de alia verò dimidia portione nullo modo censetur testator cogitasse, & sic illa non est restituenda. *vt post Ruin. cons. 29. num. 4. & seq. Alex. in l. omnibus. §. qui suspectam. num. 6. ff. Ad Trebell. Menoch. lib. 4. præsumpt. 193. num. 8. & seq. & alios dixit Rot. coram Merlino dec. 158. num. 3. & seq.* quamuis regulariter substitutio fideicommissaria intelligatur de omni parte hæreditatis, quæ ad grauatum ex dispositione Testatoris quomodocumque peruenerit mediatè, vel immediatè, & comprehendat portiones omnes, quæ grauato superuenerunt ex reciproca substitutione. *Alex. cons. 66. num. 10. lib. 2. Greg. dec. 337. num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 8. num. 19. vers. sed contra &c. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 193. num. 15. & seq.* vbi dicit, quod si testator pluribus hæredibus institutis, & inuicem substitutis, vltimum decedentem grauauit restituere portionem suam, tenetur ille restituere etiam portiones aliorum cohæredem; sed vide *textum in d. l. in fideicommissariam. §. si legatum. ff. Ad Trebell.* vbi contrarium in tali casu probari videtur.

229 Tertius casus est, quando hæres grauatus, est filius ipsius testatoris: tunc enim adueniente tempore restitutionis non tenetur restituere nisi dimidiam hæreditatis, retenta sibi legitima, & trebellianica, quæ aliam dimidiam constituunt, vbi testator vnum, aut duos, vel tres filios reliquerit. *ex latè deductis per Rot. in Bononien. bonorum de Mulettis 18. Aprilis 1603. coram Pamphilio, quæ apud Merlin. in tract. de legitim. est decis. 20.*

230 Obserua tamen, quod ante legitimam, & trebellianicam deducenda sunt funeris impensa, debita ipsius testatoris, ac legata per grauatum soluta, nec non expensæ factæ causa litis pro defensione bonorum hæreditariorum, ac pecuniæ solutæ ex causa transactionis, vel pro conseruandis bonis emphiteoticis deuolutis in vita testatoris; & ideò tempore restitutionis hæres grauatus detrahit quicquid pro sorte creditoribus, & legatarijs soluit, & alias expensas necessariò, & vtiliter factas in causis hæreditarijs. *l. Papinianus. §. quarta. ff. de Inoff. testam. l. fin. §. in computatione. C. de Iur. deliber. l. qui quadringenta. & l. vbi purè. §. qui in distrahendis. ff. Ad Trebell. & ibidem DD. Rol. cons. 30. num. 3. & seq. lib. 1. Paris. cons. 86. num. 10. par. 3. Crauett. cons. 356. num. 4. par. 2. Ruin. cons. 135. num. 50. lib. 3.* subdens, quod non potest hæres repetere id quod soluit creditoribus pro vsuris, sed tantùm quod soluit pro sorte, vt supra. *Rot. decis. 9. nu. 5. & 6. apud eumdem Merlin. loco cit.* vbi, quod hæres grauatus non tenetur soluere debita de fructibus hæreditatis, cum fructus medio tempore percepti ad ipsum hæredem spectent. *iuxta communiorem Doctorum sententiam.*

231 Obserua 2. quod licet liberi primi gradus non imputent in trebellianicam fructus perceptos iudicio testatoris, hoc est pendente die, vel conditione fideicommissi, & per consequens debeant habere quartam in rebus principalibus, & non per imputationem fructuum. *l. iubemus. C. Ad Trebell.* alij tamen liberi vlterioris gradus, & nepotes fructus non lucrantur, sed imputant in quartam. *l. mulier. §. si hæres. ff. eod. tit. glos. in l. quod de bonis. §. quod Auus. ver. compensabuntur. ff. Ad l. falcid. Bart. in l. Papinianus. §. vnde. num. 2. ff. de Inoff. testam. Bald. cons. 291. n. 4. lib. 5. Rol. cons. 30. num. 1. & 2. lib. 1.* vbi dicit, quod dicti fructus, quatenus concurrunt cum trebellianica, in ea computandi sunt: si enim percepti fuissent vltra summam competentem pro dicta trebellianica, illud, quod supra ascendit, cedit lucro ipsius hæredis. *Rot. coram Comitulo dec. 161. nu. 1. & seq. Beltramin. ad Gregor. dec. 266. nu. 14. Cancer. var. par. 1. cap. 2. nu. 14.*
233 *& seq.* vbi etiam dicit, quod trebellianica liberis primi gradus prohiberi non potest.

234 Hoc autem intelligendum est quoad fructus hæreditatis, quæ subiacet restitutioni, non autem respectu fructuum legitimæ, quæ debetur filijs vna cum fructibus, nec trebellianicæ, quam similiter vna cum fructibus hæres grauatus consequi debet à die obitus testatoris: hoc enim generale est in qualibet quarta, vt ea debeatur vna cum fructibus, vt supra. *l. quod de bonis. §. fructus. vbi Bart. ff. Ad l. falcid. glos. commun. recepta in l. in fideicommissariam. ff. Ad Trebell. Bald. d. cons. 291. nu. 4. vol. 5. Rot. apud Merlin. de legit. d. decis. 20. nu. 16. & 17.*

235 An autem falcidia prohiberi possit liberis primi gradus? affirmat *Cancer. d. par. 1. cap. 2. nu. 58. vide Bart. in d. l. Papinianus. §. vnde. n. 2. ff. de Inoff. testam. Rol. d. cons. 30. num. 11. lib. 1.*
236 vbi subijcit, quod fructus percepti ex re legata imputantur in falcidiam ad commodum omnium legatariorum.

SVMMARIVM.

237 *In indaganda voluntate defuncti inspici debet consuetudo loci, in quo ipse commoratus est.*

238 *In vltimis voluntatibus interpretandis attendi debet communis vsus loquendi, qui viget in loco.*

239 *Testator, qui per plures annos in aliqua Ciuitate commoratus fuit, præsumitur se conformasse cum statuto eiusdem Ciuitatis.*

240 *Bona emphiteotica Ecclesiæ non subiacent statutis laicorum.*

241 *Contrahens in aliquo loco, præsumitur conformasse cum statuto eiusdem loci, etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non subiacent.*

Quæstio XVIII.

Vtrum in indaganda voluntate defuncti inspici debeat consuetudo loci, in quo ipse commoratus est.

237 Resp. affirmatiuè. *l. si seruus plurium. §. si numerus. ff. de leg. 1. ibi. ante omnia ipsius patrisfam. consuetudo, deinde regionis, in qua versatus fuit, exquirenda est. Alex. cons. 131. n. 4.*
238. *lib. 7.* vbi dicit, quod in vltimis voluntatibus interpretandis attendi debet communis vsus loquendi, qui viget in loco, vnde erat testator, vel in quo ipse conuersabatur. *Corn. consil. 244.*

num.18. lib. 2. Card. Mantic. de Coniect. vltim. vol. lib.6. tit.8. num.13. vbi dicit, quod in interpretanda ambigua voluntate testatoris inspicitur consuetudo loci originis ipsius testatoris, non autem consuetudo loci, in quo tamquam forensis fecit testamentum. *Rot. decis. 355. n.11. & seq. par.5. tom.1. Recent.* vbi, quod testator, qui
239 per plures annos Romæ commoratus est, præsumitur se conformasse cum statuto eiusdem Vrbis *lib.1. cap.142.* disponente, quod filij in conditione positi censeantur vocati; quod procedit etiam respectu bonorum, quæ extra territorium statuentium sita sunt. *Card. Seraphin. dec. 1329. nu.12. & d. decis.355. nu.15. & seq.* vbi rectè obseruat, quod quando quis instat, admitti ad bona existentia in alio territorio ex voluntate, & dispositione testatoris, non dicitur admitti ex dispositione statuti Vrbis, quia tunc posset opponi de defectu iurisdictionis respectu alieni territorij, sed vtitur solummodo statuto pro simplici interpretatione dictæ voluntatis coniecturatæ ex eo, quod testator voluerit se conformare cum consuetudine, seu statuto loci, in quo
240 commoratus est. Vnde licèt bona emphiteotica Ecclesiæ non subiaceant statutis laicorum, *Viu. commun. opin.812. num. 36. Surd. decis. 95. nu.22. Rot. coram Merlin. sub die 28. Maij 1631. prout refert Dian. post 5. par. resol. moral. in fin. fol.456.* tamen si quis conducat bona Ecclesiæ
241 pro filijs masculis, & fœminis, censetur prius stipulasse pro masculis, & solummodo illis deficientibus, pro fœminis, si ibi extet statutum feminarum exclusiuum, quia conducens præsumitur se conformasse cum dicto statuto etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non subiacent. *iuxta doctrinam Bart. communiter recept. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. num.5. ff. de oper. libert.* & masculi non dicuntur venire ex dispositione statuti, sed ex voluntate stipulantis; solumque ex statuto desumitur latens voluntas stipulantis, cum censeatur se conformasse cum dicto statuto. *vt inquit Card. Caualer. decis.583. num.8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium bonorum intra quod tempus inchoari, & perfici debeat.*
2 *An, & quando solus tutor possit hæreditatem adire pro pupillo infante, & quando non, & num.5.*
3 *Tutor testamentarius, vel datus ex inquisitione releuatur ab onere cauendi, non tamen à confectione inuentarij.*
4 *Tutor creditor hæreditatis, qui diù administrauit, præsumitur sibi satisfecisse de suo credito.*
5 *Pupillus non potest adire hæreditatem sine solemnitatibus statutarijs.*
Et an eius tutor sine solemnitate possit adire, vel inire actum, ex quo resultet aditio. ibid.
6 *In solemnitatibus inuentarij statur statutis, & consuetudini locorum.*
7 *An dictæ solemnitates præsumantur.*
8 *In inuentario locus apponi debet, in quo ipsum conficitur.*
9 *Inuentarium fieri debet in loco, vbi est maior pars hæreditatis.*
10 *Testes, qui adhibentur in inuentario, debent esse eiusdem loci.*

CAP. X.

Intra quod tempus inuentarium bonorum ab hærede confici, & perfici debeat.

1 Resp. quod debet inchoari infra 30. dies, à die, quo hæres sciuit, sibi delatam esse hæreditatem, numerandos, & finiri intra tres menses, si bona sunt in eodem loco, vel parum distante: aliàs infra annum. *l. fin. vbi DD. C. de Iur. delib.* quod procedit, etiamsi hæres simpliciter à principio dictam hæreditatem adiuerit, & absque aliqua protestatione. *glos. in auth. sed cum testator. ver. statutum. C. Ad l. falcid. Spec. in tit. de Instrum. edit. §. Dicto &c. nu.21. vbi Io. Andr. litt. E. Michael Grassus relat. in tract. var. de Inuentar. benef. q. 251. num. 1. et seq.* vbi dicit, quod dies huiusmodi sunt continui. *Dilect. de Arte testan. tit. de Acquir. vel repud. hæred. caut. 8. num.2. et caut.15. nu. 4. Suarez commun. opin. ver. inuentarium. num.169. Caualcan. de Tutor. et Curat. cap.1. num.80.* vbi obseruat, quod licèt hæres non inchoauerit intra triginta dies, non ideò tenebitur vltra vires hæreditarias, cum talis omissio sit leuis solemnitas, & satis sit, si intra tres menses inuentarium perficiatur. *Guid. Pap. decis.571. num.1. Cancer. var. lib.3. cap.2. num.19.* annus verò prædictus currit à morte testatoris. *vt d. l. fin. vers. sin autem à locis. vide quæ scripsimus in tract. de tempor. legal. lib.4. cap.30. num.1. et seq.*

2 Hic autem notandum est, quod licèt solus Pater, vel solus tutor adire possint hæreditatem pro pupillo infante, idest minore septem annis. *l. si infanti. C. de Iur. delib.* hoc tamen intelligendum est, quando tutor solemnia legis adimpleuit, vt si inuentarium confecerit, & cautionem præstiterit, & alia, quæ recenset *Caualcan. d. cap.1. n.23.* alioquin nec tacitè, nec expressè adire potest hæreditatem pro pupillo. *Bald. consil.226. nu. 1. circa med. vers. illud est certum etc. lib. 2.* vbi dicit, quod tutor, qui non fecit inuentarium, nec recepit administrationem per Iudicis decretum, non potest infantes obligare, nec maiori infante auctoritatem præstare in aliquo actu, & maximè in aditione hæreditatis, quæ est actus solemnis, & nimis obligatorius. *Ruin. consil.95. nu.11. lib.2.* vbi dicit, quod tutor, qui solemnia non adimpleuit, non potest administrare, & per consequens nec adire; quamuis enim talis tutor, ipso iure sit tutor, & gesta per eum valeant, non tamen dicitur idoneus ad effectum, vt pupillis possit obesse, nisi fortè communiter ab omnibus reputatus fuerit pro tutore, quod tamen probari debet, quia tunc communis error ius faceret. *iuxta tex. in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. Socin. sen. consil. 153. circa princip. lib.2. Caputaq. dec.323. n.3. et seq. par.3. Rot. in Recent. dec.64. n.7. et 8. par.8. et dec.204. par.4. tom.2.* vbi subij-
3 cit, quod licèt tutor testamentarius, sicut etiam datus ex inquisitione, releuetur ab onere cauendi. *iuxta tex. in §. 1. cum ibi not. Instit. de satisd. tut.* non tamen liberatur à confectione inuen-

inuentarij, nisi aliter testator dispofuerit. *l. fin. §. vlt. C. Arbitr. tutel. vide Afflict. decis. 13. nu. 16. Surd. de Alim. tit. 3. q. 7. nu. 22.* vbi addunt,
4 quod tutor creditor hæreditatis, qui diù administrauit, siue sit extraneus, siue mater ipsa, præsumitur sibi satisfeisse de suo credito, presertim si inuentarium non confecerit. *vt sensit etiam Rot. decis. 130. nu. 15. par. 5. tom. 1. recent.*

5 Notandum 2. quod si pupillus septem annos ætatis excesserit, tunc nec solus Pater, nec solus Tutor adire potest, sed ipse pupillus adire debet consentiente tamen Patre, si sub eius potestate sit, vel cum tutoris auctoritate, si sit sui iuris, vel demum cum Iudicis auctoritate, si nec Patrem, nec Tutorem habeat. *d. l. si infanti. vbi Alex. & alij. C. de Iur. delib. vide Merlin. decis. 873. nu. 3. & seq.* vbi dicit, quod pupillus non potest adire sine solemnitatibus statutarijs, cum ex aditione resultare possit præiudicium, & læsio, siue aditio sit positiua, siue virtualis, & implicita. *& decis. 888. num. 2. & 3.* vbi, quod tutor sine solemnitate non potest adire, vel inire actum, ex quo resultet aditio.

6 Notandum 3. quod in solemnitatibus inuentarij statur statutis, & consuetudini locorum. *Rot. decis. 351. nu. 5. par. 5. tom. 1. Recent. vide Phanu. relat. in tractat. var. de Inuentar. benefic. q. 240.*
7 *nu. 77.* vbi dicit, quod solemnitates huiusmodi non præsumuntur, si ex facie instrumenti constet, eas non fuisse seruatas.

8 Notandum 4. quod in inuentario locus apponi debet, in quo ipsum conficitur. *vt d. Phanu. loco cit. nu. 76.*

9 Notandum 5. quod inuentarium fieri debet in loco, vbi est maior pars hæreditatis; vnde ad prædictum locum omnes creditores, legatarij, fideicommissarij, & interesse prætendentes, certi personaliter, & incerti voce Præconis per proclama citandi sunt pro certa die, & hora. *latè Gasp. Ant. Thesaur. question. forens. lib. 1. q. 10.*
10 vbi, quod requiritur etiam, vt testes sint de eodem loco, & cogniti, & in dicto loco possideant bona stabilia.

Alia requisita in confectione inuentarij vide apud *Thesaur. d. q. 10. quæ registrata reperitur in tract. var. de Inuentar. benefic. quæst. 277.*

SVMMARIVM.

1 *Locus taxatiuè adiectus, limitat dispositionem, secus si demonstratiuè.*
2 *Tantum est dicere, lego super illo fundo, quantum obligo illum fundum.*
3 *Dictio, super hypothecam inducit.*
4 *Quando locus censeatur adiectus causa demonstrationis, & quando causa taxationis, & nu. 6. & 11.*
5 *Obligatus alteri soluere annuam pensionem super fructibus beneficij, si illius fructus non percipit, non tenetur pensionem soluere.*
6 *Quando donatio censeatur vniuersalis.*
7 *Iura, & actiones nullo loco possunt circumscribi.*
8 *In legato, aut donatione omnium bonorum, quæ quis habet in tali loco, non veniunt nomina debitorum.*
9 *Si ex loco designato debeantur fructus per modum taxationis, onus probandi, non adesse tot fructus, qui sufficiant ad solutionem, incumbit ei, qui illos percepit, vel percipere potuit.*
10 *Demonstratio falsa adiecta rei, quæ non reperitur, vitiat legatum.*
11 *Quando suppleri debeat ex sequentibus annis id, quod deest fructibus primi anni.*
12 *An testator, si alienauit rem, ex qua voluit, legatum solui, censeatur legatum reuocasse.*
Legatum ad pias causas, non censetur ademptum per alienationem ipsius rei. ibidem.
13 *In dubio verba videntur apposita potius causa demonstrationis, quàm taxationis.*

CAP. XI.

Quando locus censeatur adiectus demonstratiuè, vel taxatiuè in legatis, donationibus, & alijs dispositionibus.

1 NOn mediocris ex resolutione huius dubij prouenit vtilitas: nam si locus taxatiuè censetur adiectus, limitat dispositionem, secus si demonstratiuè. *vt tradunt Doctores communiter;* similiter si fundus fuit expressus causa demonstrandæ, aut designandæ solutionis dumtaxat, non inducitur hypotheca super tali fundo: secus si fundus fuit expressus per modum taxationis, vt videlicet tantum inde solueretur. *glos. in l. hactenus. ver. ab eo. ff. de Vsufr. Bart. in l. fundus. 9. ff. de Ann. leg.* vbi, quod tantum est dicere, lego super illo fundo, quantum obligo illum fundum. *Natt. cons. 341. n. 6.* vbi dicit, quod
2 (at "cere")
3 dictio, super, hypothecam inducit, & ideò potest agi actione reali. *Card. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 3. nu. 9. & 10.* vbi etiam obseruat, quod si hæc dictio, super, generaliter adijcitur super bonis, intelligitur contracta hypotheca generalis; si verò adijcitur super certis bonis, intelligitur specialis; vnde si alicui facta fuerit à Sede Apostolica assignatio super introitibus gabellarum vrbis, illi intelliguntur obligati. *latè Gratian. discept. for. cap. 256. nu. 49. & seq.* his præmissis.

4 Dico, quod locus censetur adiectus causa demonstrationis, quando adijcitur in executione, non in obligatione, seu dispositione, vt si facta donatione, vel legato, deinde illius solutio designatur ex aliquo certo loco in diuersa oratione, veluti si testator dixerit, lego centum Titio, quæ volo ei solui ex fructibus fundi Seiani; quo casu debetur legatum ab hærede, etiamsi ex loco designato solui nequeat. *l. quidam testamento. vbi Bart. ff. de leg. 1. l. Paulo Callimacho. §. vlt. ff. de leg. 3. l. Lucius. ff. de Alim. & cibar. legat.* vbi, si prædia pro alimentis relictis obligentur, ex hoc legatum alimentorum non augetur, vel minuitur. Secus si sub eadem oratione relinqueretur, vt si quis dixerit, promitto, vel lego Titio decem corbes frumenti super, vel ex fundo Semproniano, vel volo, ex fructibus fundi Seiani decem solui Titio: tunc enim præsumitur, locum adiectum esse causa taxationis, & ideò non existentibus fructibus in illo loco, hæres ad solutionem legati non est compellendus: hoc enim casu nô cogitur hæres soluere vltra quâtitatê fructuû, qui ex eo loco percepti fuerint. *l. nomen debitoris.*

ris. §. vni ex hæredibus. vbi Bart. ff. de leg. 3. l. si quis seruum. §. si quis ità legauerit. ff. de leg. 2. l. cum certus, ff. de Trit. vin. & oleo legat. idem Bart. in l. quidam testamento. ff. de leg. 1. Alex. cons. 216. num. 3. lib. 7. Gig. de Pension. q. 62. nu.
5 3. & seq. vbi dicit, quod is, qui est obligatus alteri soluere annuam pensionem super fructibus beneficij, si illius fructus non percipit, non tenetur pensionem soluere. Dilect. de Arte testam. tit. 6. de legat. cautel. 59. nu. 1. & seq. latè Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 9. tit. 3. nu. 20. Surd. de Alimen. tit. 4. q. 26. n. 1. & seq. Rot. dec. 11. num. 8. & 9. de testam. in antiq. & in Romana bonorum 10. Decemb. 1593. coram Orano.

6 Ex his infertur, quod donatio censetur vniuersalis, non particularis, quando est facta de omnibus, singulis, & quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus, omnibusque actionibus, creditis, & nominibus debitorum in Vrbe, & eius territorio sitis: quamuis enim talis donatio fuerit circumscripta certo loco Vrbis, & territorij, tamen videtur locus adiectus potius causa demonstrationis, quàm taxationis: tum quia illa verba, omnia, singula, & quæcunque bona mobilia, & immobilia faciunt non solum dispositionem generalem, sed etiam vniuersalem, tum etiam quia iura, & actiones
7 nullo loco possunt circumscribi. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 7. nu. 26. latè Gratian. discept. for. cap. 256. nu. 2. & seq. vbi subdit, quod
8 in legato, aut donatione omnium bonorum, quæ quis habet in tali loco, non veniunt nomina debitorum.

9 Obserua tamen, quod si ex loco designato debeantur fructus per modum taxationis, onus probandi, non adesse tot fructus, qui sufficiant ad solutionem, incumbit ei, qui illos percepit, vel percipere potuit, si res erat fructifera, quia talis negatio est fundamentum intentionis negantis: agens verò fundat se in qualitate rei fructiferæ, & habet intentionem suam fundatam super legato, vel promissione, quæ continet certam quantitatem præstandam. vide Bart. in l. in illa stipulatione si calendis. ff. de Verbor. oblig. Benintend. dec. 64. num. 1. & seq.

10 Obserua 2. quod aliud est dicere, lego Titio decem, quæ in arca habeo, vel quæ Caius mihi debet, aliud est dicere, lego Titio decem, quæ soluantur de his, quæ Caius mihi debet, vel de eo, quod in arca habeo; primo enim casu, si in arca parum, vel nihil sit, vel Caius parum, aut nihil debeat, non valebit legatum nisi vsque ad summam, quæ reperietur in arca, vel quæ à Caio debebitur, quia demonstratio falsa adiecta rei, quæ non reperitur, vitiat legatum. l. si seruus legatus. §. qui quinque. vbi Bart. ff. de leg. 1. secundo casu legatum debetur, etiamsi Caius nihil debeatur, vel in arca nihil sit, quia in tali casu Testator purè, & simpliciter legauit quantitatem certam. Bart. in l. quidam testamento. ff. de leg. 1. Bald. cons. 151. vol. 5. Gratian. d. cap. 256. nu. 59. & seq.

11 Obserua 3. quod locus taxationis causa censetur etiam adiectus, quando apponitur participium futuri temporis passiuum, vt si testator dixerit, lego centum saccos frumenti percipiendos ex tali fundo, vel quando adijcitur locus per relatiuum, & verbum futuri temporis, vt si dixerit, ego frumentum, quod nascetur ex tali fundo. l. cum certus numerus. ff. de Trit. vin. & oleo leg. Rum. cons. 160. nu. 11. lib. 2. Rolan. cons. 43. nu. 35. vol. 4. Io. de Amicis cons. 46. num. 8. & alij apud Surd. de Alim. tit. 4. q. 26. num. 6. & seq. & apud Gratian. d. capit. 256. num. 33. & seq. quod quidem procedit, quando legatum vnica vice præstari debet, & fundus fuit positus sub conditione, vt in propositis casibus, tunc enim si fructus non nascantur primo anno, extinguitur legatum ità vt amplius non debeatur. d. l. cum certus numerus. l. si debitor. ff. de Contrah. empt. secus si fundus fuit simpliciter adiectus, vt si testator dixerit, lego decem aureos Titio ex fructibus prædiorum meorum: hoc enim casu quamuis præstatio sit vnica, tamen suppletur ex sequentibus annis id, quod deest fructibus primi anni. l. Firmio Eliodoro. ff. Quando dies leg. ced. idemque dicendum, si legatum sit annuum, quia tunc non attenditur, quod locus, seu fundus fuerit positus sub conditione, vel non, sed semper, si fructus primi anni non adsint, vel non sufficiant, suppletur ex fructibus sequentium annorum, & fertilitas sequentis anni compensat sterilitatem præcedentis. l. legatum. §. vini falerni. vbi Bart. ff. de Ann. leg. l. ex eo vino. ff. de Trit. vin. & oleo leg. latè Surd. de Alimen. tit. 4. q. 26. num. 11. & seq. Gratian. d. cap. 256. nu. 39. & seq. & num. 55. cum seq. vide Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. n. 6. ff. de verb. oblig. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. nu. 62. & seq.

12 Obserua 4. quod si testator alienauerit rem, ex qua voluit, legatum solui, non videtur legatum reuocasse, quando illa res, ex qua legatum solui debet, posita est in diuersa oratione: quia hoc ideò testator præsumitur fecisse, vel legatum faciliùs soluatur, non vt præcisè ex ea re soluatur; secus si ea res, ex qua testator voluit, legatum solui, adijcitur in eadem oratione: tunc enim legatum extinguitur, quia censetur testator eam rem in eadem oratione posuisse, vt illud legatum ex ipsa re necessariò soluatur. latè Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 12. tit. 6. num. 24. & seq. Gratian. d. cap. 256. num. 28. & seq. subdens, quod legatum ad pias causas nunquam censetur ademptum per alienationem ipsius rei, quia non intelligitur præcisè testator voluisse, ex ea legatum solui oportere, sed pro legato potius esse obligatam. ex tradit. per Roman. Singul. 430.

13 Obserua 5. quod in dubio verba videntur apposita potiùs causa demonstrationis, & sic non censentur taxare, aut limitare præcedentia. Bart. in l. Centurio. nu. 31. ff. de vulg. et pupill. et alij apud Gratian. d. cap. 256. nu. 20. et 21.

SVMMARIVM.

1 *Quando genus præcedit, et species subsequitur cum adiectione certi loci, genus ad locum expressum restringitur.*

2 *Ex præcedentibus specificatis verba generalia restringuntur.*

3 *Qualitas loci adiecta legato, restringit legatum etiam vniuersale.*

CAP.

CAP. XII.

An generalis dispositio ex adiectione loci restringatur.

1 RESP. quod quando genus præcedit, & species subsequitur cum adiectione certi loci, genus ad locum expressum restringitur. *l. nam quod. §. fin. ff. de pen. legat.* vnde si testator legauit omnem supellectilem, & quidquid habet in prædio Semproniano, legatum ad ea solum restringitur, quæ erant in prædio Semproniano. *l. quæsitum. §. 1. vbi glos. Bart. & alij. ff. de leg. 3.* idemque dicendum, si testator legasset vxori omnes res, ornamenta lanea, & linea, & alias domus massaritias: legatum enim in tali casu intelligitur de omnibus rebus domus, & non de alijs extra domum existentibus. *Dec. in cap. sedes. nu. 49. & seq. de Rescript.* vbi obseruat, quod etiam
2 ex præcedentibus specificatis verba generalia restringuntur, quemadmodum dispositio generalis ex subsequentibus verbis specialibus restrictionem recipit. *per tex. in l. legatorum. §. 1. ff. de leg. 2. l. fin. §. cui dulcia. ff. de trit. vin. & oleo leg.* vbi, quod licet legatis dulcibus simpliciter, intelligantur legata dulcia tam potabilia, quàm comestibilia, tamen, si testator legauit vinum amphorarium Amineum, Græcum, & omnia dulcia, non computabitur inter dulcia nisi quod potari potest. *vide glos. & DD. in d. §. cui dulcia. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 9. tit.*
3 *3. num. 13.* vbi dicit, quod qualitas loci adiecta legato, restringit legatum etiam vniuersale.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando vnus actus præsumatur factus contemplatione alterius, & quando non.*
2 *Omnis actus, in quo non apparet determinatio certa, debet determinari secundùm consuetudinem loci.*
3 *Actus præsumitur factus loco, tempore, & ex causa licita.*

CAP. XIII.

Quando actus præsumantur inuicem correspectiui.

1 RESP. quod actus præsumuntur inuicem correspectiui, si facti fuerint in eodem instrumento, vel etiam in diuersis instrumentis, dummodò instrumenta huiusmodi eadem die, ab eodem Notario, & inter easdem personas confecta fuerint. *latè Dec. in l. certi condictio. §. si nummos. nu. 14. ff. si cert. pet.* quod præcipuè procedit, si instrumenta coram eisdem testibus, & eodem loco celebrentur. *Menoch. lib. 6. præsumpt. 12. num. 4. & 5. Pacian. cons. 112. nu. 13. Ciriac. contr. 128. nu. 84. & 96.* quo casu vnus actus præsumitur factus gratia, & contemplatione alterius. *vide Surd. dec. 71. num. 9. & dec. 170. nu. 13. & dec. 288. nu. 33.* vbi dicit, quod actus sequens præsumitur gestus in executionem præcedentis tractatus, & promissionis, & ex præcedenti causa: & quando plures causæ præcedunt, præsumitur factus ex causa necessaria. *ex trad. per Bart. in l. 2. ff. de cond. & demon. Crauett. consil. 108. nu. 8. Cephal. cons. 156. num. 13.*

Limita, quando duo actus sunt diuersæ naturæ, & vnus non habet necessariam dependentiam ab alio: tunc enim non dicuntur inter se correspectiui, etiamsi fiant in eodem contractu, & instrumento. *Menoch. lib. 6. d. præsumpt. 12. nu. 39. Ciriac. controu. 90. nu. 26.*

2 Notandum est etiam, quod omnis actus, in quo non apparet determinatio certa, debet accipi, & determinari secundùm consuetudinem loci. *Castill. in tract. controuers. iur. capit. 22. num. 12.*

3 Notandum 2. quod actus, qui potuit fieri in vno loco licitè, in alio illicitè, præsumitur in dubio factus in loco, in quo licitè fieri potuit. *Bart. in l. non solum. 8. §. sed vt probari. sub nu. 1. ff. de nou. oper. nunc. Menoch. lib. 5. præsumpt. 2. nu. 10. Ciriac. contr. 38. num. 13. & contr. 150. num. 38.* vbi dicit, quod actus præsumitur factus loco, tempore, & ex causa licita.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius, vel eius hæres tenetur mobilia restituere in loco, in quo fuerunt accepta.*
2 *Res commodata restituenda est Commodatori in eodem loco, in quo fuit commodata.*
3 *Pretium rei in quo loco solui debeat.*
4 *An sit in facultate Vsufructuarij restituere eadem mobilia, quæ accepit, vel eorum æstimationem.*
Quomodo cauere debeat Vsufructuarius. ibid.
5 *Res in eadem æstimatione, in qua erant tempore traditionis, debent proprietario restitui.*
6 *In Vsufructuarium transit dominium tam earum rerum, quæ breui vsu consumuntur, quàm illarum, quæ vsu non consumuntur, sed minuuntur: limitatur num. 9.*
7 *Quid si Vsufructuarius mobilia vendiderit pretio non iusto.*
8 *Vsufructuarius tenetur ad omne damnum culpa sua etiam leuissima contingens.*
9 *Vasa argentea, aurea, & ea, quæ ex ferro, aut metallo constant, non transeunt in dominium vsufructuarij.*
10 *Si res absque culpa Vsufructuarij pereant, non tenetur vsufructuarius illarum æstimationem restituere.*
11 *Vsufructuarius an, & quando teneatur equos mortuos, aut inutiles supplere.*
12 *Agri vsufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt.*
Quid si arbores vi ventorum, aut tempestatis euulsæ fuerint. ibidem.

CAP. XIV.

In quo loco Vsufructuarius, vel eius hæres teneatur mobilia restituere.

1 RESP. quod tenetur ea restituere in loco, in quo fuerunt accepta, quemadmodum

2 dum res commodata Commodatori restituenda est in eodem loco, in quo fuit commodata. *Azor. Instit. mor. par. 3. lib. 4. tit. de Restit. cap. 33. vers. ex quo sequitur &c. prout illum refert Scacc. de Commerc. §. 2. glos. 5. nu. 196. & 243.* vbi etiam
3 obseruat, quod quando debetur pretium rei emptæ, permutatæ, aut locatæ, vel annui census super re impositi, tunc eiusmodi pretium in dubio solui debet eo in loco, vbi extat res empta, permutata, locata, seu censuata.

4 Quæres, an in ipsius vsufructuarij arbitrio sit restituere eadem mobilia, vel eorum æstimationem?

Resp. quod aut Vsufructuarius cautionem præstitit proprietario de restituenda æstimatione finito vsufructu, & tunc omninò compellitur ad æstimationem reddendam. *l. 1. §. si conuenit, ff. Depos. l. si tibi vini 7. ff. de vsufr.* idemque dicendum, si æstimatio præcessit: nam sicut tunc non potest interponi cautio nisi de æstimatione reddenda, ità etiam æstimatio præstari debet, etiamsi huiusmodi cautio omissa fuerit. *Alexand. cons. 120. nu. 2. vol. 6. Ruin. cons. 206. n. 25. vol. 2. Castill. de vsufr. cap. 17. num. 15. & 30. Ciriac. contr. 243. nu. 23. tom. 2.*

Si verò nulla conuentio, aut æstimatio præcessit, tunc in bonis, quæ seruando seruari non possunt, & vltra triennium non durant, qualia sunt vinum, oleum, frumentum, vestes quotidianæ, lanæ, linum, fructus, & pecuniæ, quæ expenduntur, vsufructuarius tenetur ad tantundem in genere eiusdem qualitatis, & bonitatis, & non ad æstimationem. *d. l. si tibi vini. ff. de vsufr. Alex. d. cons. 120. nu. 1. lib. 6.* vbi dicit, quod est in facultate Vsufructuarij cauere de restituendo similes res in eadem qualitate, vel earum pretium rebus æstimatis. *Paris. cons. 96. n. 3. & seq. par. 2. Ciriac. d. contr. 243. num. 23. & 24.*

Sed si vsusfructus consistit in bonis, quæ seruando seruari possunt, & vsu non consumuntur, sed minuuntur, vt sunt vegetes, vestes pretiosæ, vasa aurea, argentea, & alia, quæ ex ferro, aut metallo constant, serui, iumenta, supellectilia, & massaritiæ, & his similia, Vsufructuarius tenetur eadem bona restituere, si non reperiuntur deteriorata: & si deteriorata sint, tenetur restituere eadem deteriorata, & pretium deteriorationis. *Gabr. commun. conclus. lib. 5. tit. de Vsufr. concl. 1. Paris. d. cons. 96. nu. 5. par. 2. Roland. cons. 92. nu. 23. vol. 1. Caualcan. de Vsufr. n. 146. vers. communis tamen opinio &c. Ciriac. d. controu. 243. num. 26.* vbi, quod pro huiusmodi rebus non præstatur cautio de restituenda æstimatione, vel tantundem, sed de vtendo arbitrio boni viri, & illis restituendis in illo statu, quo extabunt finito vsufructu.

5 Notandum tamen est, quod æstimatio fieri debet habito respectu ad tẽpus constitutionis vsusfructus, seu traditionis, non autem ad tempus restitutionis: & ideò res in eadem æstimatione, in qua erant tempore traditionis, debent restitui proprietario. *glos. in §. constituitur. ver. æstimatæ. Inst. de vsufr. Rol. cons. 92. n. 23. lib. 4. Gabr. commun. conclus. lib. 5. tit. de vsufr. concl. 1. n. 21. Caualcan. de vsufr. n. 143. Surd. dec. 67. n. 5. Castill. de vsufr. cap. 17. nu. 23. vide quæ diximus in tract. de Temp. legal. lib. 3. cap. 10. n. 17. & seq.*

6 Notandum 2. quod in Vsufructuarium transit dominium tam earum rerum, quæ breui vsu consumuntur, quàm illarum, quæ vsu non consumuntur, sed minuuntur. *iuxta textum in §. constituitur. Inst. de vsufr.* & ideò potest huiusmodi res Vsufructuarius vendere absque metu priuationis. *vt post Rol. Surd. & alios trad. Ciriac. d.*
7 *controu. 143. num. 23. & seq.* subdens, quod Vsufructuarius vendens pretio non iusto, tenetur
8 ad interesse; Vsufructuarius enim tenetur ad omne damnum culpa sua etiam leuissima contingens. *latè Castill. cap. 20. num. 13. & seq. & cap. 21. ferè per tot.*

9 Excipiuntur ab hac regula vasa argentea, aurea, & ea, quæ ex ferro, aut metallo constant, & similia, quæ vsu non consumuntur, nec minuuntur nisi longissimo tempore: hæc enim non transeunt in dominium Vsufructuarij, vt probat *textus in l. si vasorum. ff. Vsufr. quemad. cau.* & ideò si vendita fuerint nulla existente necessitate, priuaretur vsufructuarius, quia in tali casu non vsus fuisset arbitrio boni viri, nec ad vsum destinatum, cum vsusfructus sit ius vtendi, & fruendi alienis rebus salua earum substantia. *vt inquit Ciriac. d. contr. 243. num. 26. & seq.*

10 Notandum 3. quod si res absque culpa ipsius Vsufructuarij consumptæ fuerint, aut alio casu perierint, non teneretur Vsufructuarius illarum æstimationem restituere, etiamsi huiusmodi res breui vsu consumantur, tum quia in tali casu Vsufructuarius illis vti non potuit saltem plenariè iuxta mentem concedentis, & naturam vsufructus: tum etiam quia vsusfructus est ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. *§. 1. & §. finitur. Inst. de vsufr. l. quid ergo. ff. eod. tit.*
11 vbi Vsufructuarius non tenetur equos mortuos, aut inutiles supplere, quando capita relinquuntur, sed tantùm quando gregis, vel armenti, aut equitij, idest vniuersitatis vsusfructus legatus est. *l. agri. & l. arbores. ff. eod.* vbi, quod etsi
12 agri vsufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sint, hoc tamen non procedit, si arbores vi ventorum, aut tempestatis euersæ, seu euulsæ fuerint. *Aret. in §. in pecudum. nu. 3. Inst. de Rer. diuis. Giouagn. consil. 41. num. 5. vide quæ in simili diximus de hærede, & tutore, in tract. de Tempor. legal. lib. 1. cap. 68. num. 13. & 14.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta locorum regulariter extra territorium non extenduntur: etiamsi respiciant causæ decisionem, limitatur nu. 3. & seq.*

2 *Prohibitus, nè exerceat aliquam artem, vel exercitium, non censetur prohibitus extra territorium.*

3 *Quid si statutum prohibeat, nè dominium alienetur extra consortes.*

4 *Et quid si statutum concernat diminutionem status, & num. 7.*

5 *Si sententia respicit diminutionem status, pœna imposita in vno loco, habet effectum vbique.*

6 *Excommunicatus, suspensus, interdictus, vel irregularis in vno loco, vbique dicitur, et est excommunicatus, suspensus etc. declaratur nu. seq.*

7 Sub-

7 *Subditus, si delictum sub censura ab Episcopo probibitum commiserit extra diœcesim, non ligatur censura.*
8 *Quid si statutum probibeat donationes sine certis solemnitatibus.*
9 *Statutum habilitans personam, trabitur etiam extra territorium.*
10 *Si statutum disponat, vt filiusfam. possit testari, an filiusfam. testari possit extra territorium.*
11 *An Romanus maior 20. annis, licèt minor 25. possit contrahere absque solemnitatibus in alio territorio.*
12 *An statutum inhabilitans personam, trahatur extra territorium.*
Tutor datus in vno loco, est tutor in alio loco, secus in curatore. ibidem.
13 *Inhabilitas per statutum inducta, an operetur, si persona tempore contractus non sit subdita.*
14 *Quid si statutum respiciat principaliter formam, & solemnitates contractus, secundariò personam.*
15 *Et quid si verba statuti sint concepta in personam, & probibitio sit odiosa.*
16 *Quando statutum ligare possit subditum etiam extra territorium, & nu. 17. & 25.*
Statutum loquens de Ciue, intelligi debet de originario. ibidem.
17 *Quo casu statutum, vel sententia extendatur ad beneficia, vel bona etiam alibi existentia, & num. 18. & 19.*
18 *Potest interponi decretum de rebus, quæ non sunt in territorio, ratione personæ subiectæ.*
19 *Quarta bonorum mariti, quæ de iure defertur vxori viduæ, debetur de omnibus bonis ipsius viri, etiam in alio territorio sitis.*
20 *Subditus propter delictum relegari potest in aliquo loco etiam extra territorium.*
21 *Contrahens, vel testans in loco statuti, præsumitur cum ipso statuto se conformasse etiam respectu bonorum, quæ statuti dispositioni non subiacent.*
22 *In pecunia, & mobilibus, quæ à defuncto possidebantur extra territorium, animo remittendi in patriam, seruanda sunt statuta loci eiusdem defuncti.*

CAP XV.

De legibus municipalibus.

Quæstio I.

An statuta loci extendantur extra territorium.

1 Statuta locorum regulariter extra territorium non extenduntur, etiamsi respiciant causæ decisionem. *l. fin. vbi DD. ff. de Iurisdict. omn. Iud. l. Duumuirum. C. de Decurion. lib. 10. Bald. in cap. super eo 1. num. 4. de Testib. Abb. in cap. pastoralis. §. verum. num. 19. de Appell.* vbi
2 dicit, quod dispositio pœnalis concernens exercitium personæ, vel bona, non extendit vires suas extra territorium ius dicentis; vnde prohibitus, nè exerceat aliquam artem, vel exercitium, non censetur prohibitus extra territorium. *Iordan. Elucubr. diuers. lib. 8. tit. 1. de Constit. num. 76. latè Natt. cons. 643. num. 6. & seq. Surd. decis. 197. num. 1. & seq.* quod procedit, siue statuta loquantur in rem, siue in personam, cum vtroque casu obstet defectus iurisdictionis. *vt reiecta distinctione Bart. tenuit Rota in Cellen. hæreditatis 10. Iunij 1616. coram Buratto. in impress. dec. 188. nu. 3. vbi latè Ferentill. nu. 10. & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Decembris 1617. coram Pamphilio. prout refert Beltramin. ad Greg. dec. 255. num. 7. & in Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram Merlin. in impress. decis. 353. per tot. & dec. 228. nu. 21. & seq. par. 8. Recent. & ità contra Bartol. sentiunt Doctores ferè omnes. vide Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. nu. 8. vers. declaratur hic casus &c.*
3 Hæc tamen conclusio limitatur 1. si statutum est prohibitiuum in rem, & respectu rei, vt si prohibeat, nè dominium alienetur extra consortes: tunc enim, vbicunque fiat dispositio de tali re, non valet: quia tale statutum afficit rem, & impedit, nè dominium transferatur. *Bart. in l. 1. nu. 32. C. de Sum. Trin. Ruin. cons. 36. versus fin. versic. vltimò dicitur &c. lib. 5.* vbi dicit, quod si statutum est simpliciter prohibitorium, locum habet extra territorium inter subditos, siue prohibitio sit in rem, siue in personam. *Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. num. 11. Crauett. cons. 271. nu. 4. vers. secus esset &c.* vbi dicit, quod si statutum simpliciter loquitur, aut disponit respectu rei prohibendo simpliciter, nè alienetur, tunc afficit rem, vbicumque fiat contractus, aut alienatio, etiam extra territorium.
4 Limitatur 2. vbi statutum concernit diminutionem status, vt si ex statuto quis efficiatur infamis ob aliquod delictum. *Bart. in l. 1. nu. 49. & seq. C. de Sum. Trin. Bald. ibid. nu. 26.* vbi dicit,
5 quod si sententia respicit diminutionem status, pœna imposita in vno loco, habet effectum vbique: quia pœnę, quæ respiciunt status diminutionem, infliguntur in personam, & ipsam personam sequuntur, sicut lepra leprosum; quemadmodum excommunicatus, suspensus, inter-
6 dictus, vel irregularis in vno loco, vbique dicitur, & est excommunicatus, suspensus &c. *cap. quisquis. 4. q. 5. vide Iordan. Elucubr. diuers. lib. 8. tit. 1. de constit. num. 75.* vbi dicit, hoc proce-
7 dere, quando subditus incurrisset censuram, vel alias pœnas diminutiuas status, ante egressum à iurisdictione, & diœcesi; vnde si subditus delictum sub censura ab Episcopo prohibitum commiserit extra diœcesim, non ligatur censura. *cap. vt animarum. de Constit. in 6.*
8 Limitatur 3. in statuto prohibente donationes sine certis solemnitatibus: huiusmodi enim statutum trahitur ad subditum vbique donantem. *secundùm Gratian. decis. Marcb. 28. num. 13. & dec. 102. num. 2.* sed contraria sententia videtur verior, quam sequuta fuit *Rota coram Card. Seraph. decis. 746. num. 2. & seq.* vbi, quod solemnitas statuti Vrbis non requiritur in actu, qui fit in alia Ciuitate.
9 Limitatur 4. in statuto habilitante personam: tunc enim trahitur etiam extra territorium; ratio est, quia ius habilitationis respicit personam, ipsamque qualificat, idest habilitat vbicunque locorum. *Bald. in l. 1. n. 13. & seq. C. de Sum.*
10 *Trin.* vbi dicit, quod si statutum disponat, vt filius-

filiusfam. possit testari, poterit talis filiusfam. etiam extra territorium validè testamentum condere saltem respectu honorum, quæ sunt intra territorium statuentium, cum iste actus sit hominis priuati, in quo non consideratur territorium, nisi ratio legis territorium ponderet; nullum enim in hoc casu est præiudicium alterius territorij, si subditus statuto in alieno territorio de rebus in territorio statuentium sitis disponat. *vt d. Achill. dec. 2. de Constit. Put. dec. 365. lib. 3. Card. Seraph. decis. 746. num. 1. & seq.*

11 idem dicendum, si Romanus maior 20. annis, licet minor 25. contraheret Perusiæ: quia tunc nulla opus esset solemnitate adhiberi solita in contractibus minorum: Statutum enim Vrbis *lib. 1. cap. 47.* vbi cauetur, quod maior 20. annorum habeatur ac si esset maior 25. habilitat personam, & ideò trahitur etiam extra territorium. *vt resoluit Rot. coram Card. Seraph. dec. 746. n. 2. & seq. Put. dec. 365. lib. 3.* vbi, quod in tali casu in iudicio extra territorium statuentium moto, non est deputandus Curator, præsertim si talis minor, dum existeret in territorio statuentium, dedisset mandatum ad litigandum, quia ille locus est attendendus. *Comitul. dec. 56. num. 7.* vbi subijcit, quod statutum Vrbis *d. lib. 1. cap. 47.* non habet locum quoad bona extra territorium.

12 An verò statutum inhabilitans personam trahatur etiam extra territorium? affirmat *Bart. in l. si quis pro eo, num. 11. ff. de fideiuss. & in l. 1. num. 32. C. de Sum. Trin. Achill. decis. 2. num. 3. de Const. Buratt. decis. 27. num. 4. Rot. decis. 103. num. 19. par. 2. Diuers. & dec. 238. num. 1. & seq. par. 6. recent. Alex. cons. 41. num. 7. & seq. lib. 5. Ruin. cons. 201. num. 8. lib. 1. Craues. consil. 271. nu. 3. vers. quinto igitur &c. Pic. ad statut. Vrbgl. 2. num. 51.*

Hæc tamen conclusio ità intelligi debet, vt statutum possit quidem inhabilitare personam subditam, quocunque in loco reperiatur, in illis actibus, qui personæ principaliter hærent, nec extra illam exercentur, vt in obligationibus, depositionibus, pœnis personalibus, & similibus: non autem respectu actuum, quorum effectus principaliter oritur in rebus, & ipsas afficit; & ideò si bona extra territorium existant, ad ea statutum non extenditur. *vt declarauit Rota coram Merlin. dec. 353. nu. 225. & seq. Bellon. decis. 93. num. 3. Rolan. consil. 80. num. 32. lib. 4.* nec mirum hoc videtur: quia tutor etiam datus in vno loco, est tutor in alio loco, quia tutor datur personæ. *Bald. in l. 1. C. vbi petan. tut.* è contra datus in vno loco, non est curator in alio loco, quia curator datur principaliter bonis. *Bart. in l. pupillo. ff. de Tutor. & Curat. vide Crauett. cons. 201. nu. 15.* vbi, quod valet datio Curatoris facta adulto etiam forensi pro bonis sitis in territorio Iudicis dantis curatorem.

Item supradicta conclusio intelligi debet, vt statutum possit inhabilitare suum subditum quoad bona sita in territorio ipsius statuti. *Rot. dec. 304. nu. 3. par. 1. Diuers. Card. Millin. decis. 146. num. 5. & ità intelligenda est decis. 828. num. 14. & 15. apud Merlin.* vbi dicit, quod si statutum inhabilitet matrem ad testandum in præiudicium filiorum, semper ligat matrem, quocunque ipsa vadat, etiamsi extra locum statuti disponat. *latè Thesaur. qq. for. lib. 2. q. 8. nu. 14.* subdens, quod

13 inhabilitas per statutum inducta non operatur, si persona tempore contractus non sit subdita, & in eam neque ratione loci, neque ratione bonorum statuentes iurisdictionem exercere nequeant. *Ciriac. contr. 10. n. 70. & 71. lib. 1. & contr. 252. num. 26. & seq. libr. 2. Gratian. discept. for. cap. 886. num. 13.* vbi, quod si subditus statuentibus mutauerit domicilium, & illud transtulerit de loco subdito ad alium locum, cessaret inhabilitas inducta per statutum prioris domicilij. *Cephal. cons. 171. num. 24. vers. postremo &c. Hond. cons. 10. num. 26. lib. 2. Crauett. cons. 201. nu. 15. & cons. 271. num. 4. vers. secus esset &c.*

14 Obserua tamen, quod si statutum respiciat principaliter formam, & solemnitates contractus, secundariò personam, vt si principaliter prohibeat, nè contractus fiat, nisi seruata certa forma, & solemnitate, tunc non traheretur extra territorium. *Coccin. decis. 116. num. 2. & dec. 113. num. 2. Buratt. decis. 27. num. 2. & seq. Merlin. decis. 601. num. 3.* vbi dicit, quod si statutum non arctet personam, nec eam inhabilitet præcisè, sed solum det formam, & præscribat solemnitates in contractibus seruandas, tunc non solemnitates statuti, cui subsunt contrahentes, sunt adhibendæ, sed attendi debent solemnitates requisitæ à statuto illius loci, in quo celebratur contractus. *latè Crauett. cons. 271. num. 3. & seq. quicquid dicat Menoch. libr. 2. præsumpt. 2. num. 9.*

15 Obserua 2. quod quando verba dubia statuti sunt concepta in personam respectu ipsius personæ, quam statutum inhabilitat, & prohibitio est odiosa, tunc non præsumitur, quod statuentes voluerint ligare ciuem contrahentem, vel disponentem extra territorium: vt si statutum disponat, quod filia non succedat, vel quod vxor testari non possit sine consensu mariti, vel quod testamentum, seu aliud instrumentum non conficiatur ab alio, quàm à Notario ipsius Ciuitatis sub pœna nullitatis; huiusmodi enim statutum vti odiosum non ligaret subditos extra territorium. *vt d. Corn. cons. 232. num. 4. & 6. lib. 4. & cons. 241. num. 6. lib. 2. Crauett. cons. 467. nu. 5. Dec. cons. 314. num. 6. & alij apud Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. num. 10. Roman. consil. 39. num. 1. & seq.*

16 Limitatur 5. vbi statutum disponit expressè de subdito, seu Ciue, extra territorium testante, vel delinquente, seu aliumactum faciente; tunc enim subiaceret statuto; possunt enim statuentes ligare ciues etiam extra territorium actum conficientes. *Bart. in l. 1. num. 48. C. de Sum. Trin. Bald. ibid. num. 23. Rol. cons. 80. nu. 32. lib. 4. Surd. dec. 197. num. 6. 7. & 9. & decis. 329. num. 1. & seq.* vbi dicit, quod si statutum loquatur de ciue, intelligi debet de ciue originario, non de ciue ex priuilegio. *Gratian. discep. for. cap. 709. num. 16. & cap. 253. Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. num. 5. & seq.*

17 Limitatur 6. ratione rei sitæ in diœcesi, vt accidit in non residente: nam si statutum inducat ob hanc causam priuationem, siue alias pœnas, afficit clericos manentes etiam extra diœcesim. *vt post Feder. de Sen. cons. 182. & alios trad. Iordan. elucubr. diuers. lib. 8. tit. 1. de Constit. n. 78. et seq.*

et seq. vbi, quod statutum, vel sententia extenditur etiam ad beneficia alibi sita, si de illis in sententia, vel statuto specialis mentio fiat,
18 quemadmodum potest interponi decretum de rebus, quæ non sunt in territorio, ratione personæ subiectæ. *Gratian. discept. for. cap. 389. nu. 21. et seq.* vbi dicit, quod iudex simpliciter decernens immissionem, censetur quidem se restringere ad bona tantùm sui territorij; potest tamen, si velit, suam sententiam extendere ad bona etiam extra territorium, si id exprimat: licèt executio talis sententiæ, vel decreti fieri debeat ab Episcopo, seu Iudice eius loci, in quo beneficium, vel bona reperiuntur. *iuxta textum in cap. postulasti. vbi DD. de for. comp. et in l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iud.* quod quidem proce-
19 dit in priuatione, quam de nouo inducit statutum, vel sententia; secus in priuatione inducta à iure: hęc enim extenditur ad beneficia vbicunque sita, etiamsi de ijs specialis mentio in sententia non fiat. *vt rectè aduertit Iordan. loc. cit. num. 80. vide Bart. in l. relegatorum. §. interdicere. num. 2. ff. de Interd. & releg. Gratian. cap. 389. num. 44. et cap. 120. num. 85.* vbi addit, quod quarta bonorum mariti, quæ à iure defertur vxori viduæ, debetur de omnibus bonis ipsius viri, etiam in alio territorio sitis. *de quo latè diximus in tract. de Temp. legal. lib. 1. cap. 66.*

20. Limitatur 7. quando subditus propter delictum relegatus fuit in aliquo loco extra ipsum territorium statuentium, & prohibitus sub certa pœna, nè transgrediatur terminum assignatum. *vt post Salic. et Felin. obseruat Iordan. d. lib. 8. tit. 1. de Constit. num. 77.*

21 Limitatur 8. ratione præsumptæ voluntatis ipsius contrahentis, vel testantis in loco statuti, si statutum itá declarat voluntatem eius, qui in eo loco contraxit, vel testatus est; tunc enim attendi debet ipsummet statutum, seu consuetudo loci, vbi quis commoratus fuit, etiam respectu bonorum, quæ extra territorium statuentium sita sunt. *Rota in Auximana fideicommissi 4. Martij 1630. coram Merlino. in impress. decis. 447. per tot. et præcipuè num. 13. et 14.* vbi, quod statutum Vrbis *lib. 1. cap. 142.* disponens vt filij in conditione positi censeantur vocati, extenditur etiam extra territorium statuentium, si testator in Vrbe testamentum condidit, & diù commoratus fuit: quia præsumitur cum dicto statuto se conformasse. *vt dixit eadem Rota coram Card. Seraphin. dec. 1329. num. 12.* similiter, licèt bona emphiteotica Ecclesiæ iuxta sententiam Rotæ statutis laicorum non subiaceant, tamen si quis conducat bona Ecclesiæ pro filijs masculis, & fœminis, censetur priùs stipulasse pro masculis, & solummodò, illis deficientibus, pro fœminis, si ibi extet statutum fęminarum exclusiuum: quia stipulans præsumitur se conformasse cum dicto statuto, etiam respectu bonorum, quæ statuti dispositioni non subiacent. *Card. Caualer. dec. 583. num. 8. et 9. Merlin. decis. 447. nu. 16. et seq.* vbi, quod masculi in tali casu non dicuntur venire ex dispositione statuti, sed ex voluntate stipulantis, solumque ex statuto desumitur latens voluntas recipientis, qui censetur se conformasse cum dicto statuto. *vide Alciat. cons. 53. nu. 4. et seq. lib. 9. Peregr. de fideicom. art. 28. nu. 92. Menoch. præsumpt. 83. num. 53. lib. 4.* vbi addit, quod si statutum loci prohibeat, nè Ecclesia succedat, quamuis hoc statutum nullius sit roboris, tamen præsumitur, testatorem voluisse excludere Ecclesiam, quæ in tali casu non dicitur excludi dispositione statuti, sed voluntate testatoris.

22 Limitatur 9. in pecunia, & mobilibus, quæ à defuncto possidebantur extra territorium, animo remittendi in patriam: nam in istis seruanda sunt statuta loci, vbi is decessit, de cuius successione contenditur. *Magon. decis. Flor. 107. num. 8. Surd. cons. 343. num. 18. et consil. 346. per tot. et alij apud Thesaur. qq. for. lib. 2. q. 5. n. 14.* vbi dicit, quod in huiusmodi bonis inspicitur animus, & destinatio.

S V M M A R I V M.

23 *Quando mulieres possint se se obligare absque solemnitatibus.*

24 *Mulieres non tenentur seruare solemnitates originis, vel domicilij, sed loci contractus: limitatur num. seq.*

25 *Quid si statutum originis, vel domicilij expressè præcipiat, vt seruentur solemnitates etiam extra territorium.*

26 *In omnibus ferè locis adsunt statuta, nè mulieres, et minores contrahant sine consensu proximiorum.*

Quid agere debeat Iudex, si proximiores suum consensum præstare recusent. ibidem, et num. seq.

27 *Asserenti, non extitisse consanguineos tempore contractus, qui possent consentire, probandi onus incumbit.*

28 *Statutum requirens consensum consanguineorum, excludit fœminas, et alios, qui ex eodem statuto inhabilitantur.*

29 *An tempore pestis mulier, et minor contrahere possint absque solemnitatibus statuti.*

Quæstio II.

An, et quando mulieres contrahere possint absque solemnitatibus statuti.

23 RESp. quod si in loco, vbi mulieres contrahunt, nullum adsit statutum mandans, vt certæ seruentur solemnitates in earum contractibus, si quidem maiores sint 25. annis, poterunt secundùm ius commune liberè contrahere, & se obligare, etiamsi in loco originis, vel domicilij nequeant se sine certis solemnitatibus obligare, cum non teneantur seruare solemni-
24 tates statuti originis, vel domicilij, sed loci contractus. *l. 2. vbi glos. C. ad Velleian. l. sed si eum. l. aliquando. l. nec interest. l. debitrix. ff. eod. tit. Merlin. decis. 601. num. 13. Caputaq. dec. 283. par. 1. Gratian. discept. forens. cap. 124. nu. 15. latè Pie. ad statut. Vrb. 151. lib. 1. glos. 2. nu. 51. et alij apud Ciarlin. contr. for. cap. 121. n. 21.*
25 *et seq. lib. 2.* nisi statutum originis, vel domicilij expressè præcipiat, vt seruentur solemnitates etiam extra territorium: possunt enim statuentes ligare suos subditos nominatim ad sic contra-

trahendum etiam extra territorium, præsertim circa res in territorio existentes. *vt supra diximus num.16.* quia potestas statuendi inter subditos non arctatur territorio. *l. fin. ff. de decret. ab ord. facien. Bald. in l. extra. num.2. in fin. lib.1. Ruin. cons.39. n.16. in fin. lib.1. Gabr. commun. conclus. lib.6. tit. de statut. conclus.8. nu.4. Gratian. discept. forens. cap.253. num.16.*

26 Verum quia in omnibus ferè locis adsunt statuta prohibentia, nè mulieres, & minores contrahant sine consensu proximiorum, videndum est, quid agere debeat Iudex, si proximiores suum consensum præstare recusent.

Et quidem si Iudex cognouerit, proximiores ex iusta causa contradicere, debet minori, vel mulieri prohibere, nè contrahant: & si contraherent spreto præcepto, contractus esset nullus, *Hondcd. cons.32. nu.96. lib.1. Pic. ad statut. Vrb. lib.1. cap.151. glos.19. nu.10. et seq. Mantic. dec.238. num.9.*

Si verò absque iusta causa contradicant, potest Iudex eos compellere. *Corn. cons.167. num.2. vol.2. Mantic. d. decis.238. num.9. Rot. apud Pic. decis.24. num.15.* vel potest alios proximiores in gradu adhibere; & si alij proximiores in gradu non extent, poterit admittere coniunctos remotiores; & si nullus coniunctus reperiatur, seu citatus non compareat, deputari debet Curator loco illorum, vel ipse Iudex poterit coniunctorum consensum supplere, ac minores, & mulieres ad liberè contrahendum admittere. *secundùm Bald. in l. vidua. num.3. C. de Nupt. Bart. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. nu.2. et seq. ff. solut. matr. Plot. de in lit. iur. §.7. num.37. Caualcan. de Tutor. et curat. num.138.* vbi, quod potest minor sine propinquorum consensu contrahere cum solò Iudicis decreto, si propinquiores omnes habiles ad consentiendum fuerint vocati, & citati, & consentire recusent. *Mantic. d. decis.238. num.9. Corn. d. consil.167. num.2. vol.2. Natt. cons.1. num.181. et seq. lib.2.* vbi, quod si statutum requirit consensum proximiorum, & Iudicis, & proximi nolint consentire, solus consensus Iudicis non sufficeret ob defectum proximiorum recusantium: sed cautela est, vt adhibeatur vnus Iudex ad interponendum suum decretum, seu consensum, & alius Iudex, qui suppleat defectum propinquorum recusantium sine iusta causa consentire, vel alij consanguinei in tali casu erunt adhibendi. *vt supra. Menoch. de Arbit. Iud. cas.211. nu.7. et seq.* vbi dicit, quod Iudicis arbitrio relinquitur, quę sit iusta, vel iniusta causa contradictionis consanguineorum. *latè Pic. ad statut. Vrb. lib.1. cap.151. d. glos.19. nu.10. et seq.* vbi obseruat, quod in Vrbe, si coniuncti proximiores recusent, & causa recusationis sit iniusta, tunc facta mentione de illorum recusatione absque rationabili causa, loco illorum alij proximiores in gradu adhibentur: & in eorum defectu admittitur curator; si verò coniuncti citati nolunt comparere, registrata in instrumento citatione, proceditur vt supra absque alia interlocutione, causam esse, vel non esse iustam. *Rota in Romana Societatis officij 13. Febr. 1606. coram Litta. et in Terracinen. molendini 2. Maij 1608. coram Cardin. Caualer. vide Ruin. cons.126. num.1. in fin. lib.2.*

27 *Crauett. cons.80. nu.14. lib.1.* vbi, quod asserenti, non extitisse consanguineos tempore contractus, qui possent consentire, probandi onus incumbit. *Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.9. num.202. et seq. Gabr. commun. conclus. lib.6. tit. de verbor. signif. conclus.6. num.52.* vbi, quod

28 statutum requirens consensum proximiorum, excludit fœminas, & alios, qui ex eodem statuto inhabilitantur; quia cum in contractu proprio inhabiles sint, censentur etiam inhabiles ad præstandum consensum in contractu per aliam mulierem, vel minorem celebrando; secus si statutum requireret præsentiam proximiorum: quia tunc admitterentur etiam fœminæ. *secundùm Socin. iun. cons.41. num.14. vol.1. quem refert. et sequitur Gabr. loco cit. num.53.*

29 Addit *Menoch. de Arbitr. Iud. d. cas.211. n.12.* quod tempore pestis mulier, & minor sine consanguineorum consensu contrahere possunt, modò pestis tam acerbè sæuiat, vt impossibile penè sit, consanguineos adhibere.

SVMMARIVM.

30 *In contractibus inter mulieres, seu minores, et Ecclesiam non sunt necessaria solemnitates statuti loci, vbi contractus celebratur.*
31 *An sint necessaria solemnitates statuti, quando minor cum alio minore, vel muliere contrahit.*
32 *An valida sit obligatio mulieris, vel minoris ex causa dotis, non seruata solemnitate statuti, et num.47. et 49.*
33 *An, et quando frater teneatur alere, et dotare sororem.*
34 *Filius tenetur matrem alere, sed non dotare.*
35 *Filia, quando habet aliunde ex quo se alat, non potest alimenta petere à patre.*
36 *An pater teneatur dotare filiam diuitem.*
37 *Pater tenetur relinquere legitimam etiam filijs diuitibus.*
38 *Pater naturalis tantùm, filiam alere tenetur, non autem dotare.*
39 *Mater tenetur dotare filiam in subsidium.*
40 *Mater pro communi filia dotanda potest cum viro se obligare.*
41 *Dos à matre profecta, non reuertitur ad matrem superstitem, etiamsi filia prædecedat.*
Item non imputatur in legitimam debitam nepti in bonis Auia. ibidem.
42 *Dos data à patre, prædecedente filia ad patrem reuertitur.*
43 *Bona dotalia, si proueniunt ad nepotes, imputantur in legitimam: limitatur nu.45.*
44 *Pater constituendo dotem, potest apponere pactum, vt prædefuncta filia, dos ad ipsum dotantem reuertatur, non obstante consuetudine, secundum quam dos non reuertitur ad patrem.*
45 *Si pater stipulatus fuerit, dotem reddi soli filia, tunc nepotes non computant illam sibi in legitimam.*
46 *Si minor ex causa necessaria constituens dotem, in ea assignatione lædatur, restituendus est quoad excessum.*
47 *Quid si mulier, quæ dotem promisit, ex tali promissione remaneret indotata.*
48 *Quando rescindatur obligatio mulieris facta pro viro.*

49 *Mu-*

49 *Mulier nupta sine dote, si postea dotem marito constituat, tenetur seruare solemnitatem statuti.*
50 *Quando agitur inter aequè priuilegiatos, potior est causa illius, qui agit de damno vitando, et conuenitur.*
51 *Quando vterque tractat de damno vitando, potior est causa illius, qui conuenitur.*

Quaestio III.

An in contractibus inter mulieres, seu minores, et Ecclesiam, necessariae sint solemnitates statuti loci, vbi contrahunt.

30 AFfirmant *DD. apud Pic. ad statut. Vrb. glos.7.num.*81. sed negatiua sententia, videlicet, quod non sint necessariae in tali casu, verior est, & ità sensit *Cephal. cons. 109. nu. 18. vbi alios refert. Verall. dec. 172. num. 9. et decis. 194. par. 3. Comitol. decis. 99. num. 20. Rot. in Romana dotis 29. Maij 1602. coram Ortembergo. et decis. 190. nu. 27. et 28. par. 6. Recent.*

31 Confirmatur haec conclusio, quia neque seruandae necessariò sunt solemnitates statutariae, quando minor cum alio minore, vel muliere contrahit; priuilegiatus enim contra priuilegiatum priuilegio non vtitur. *Rota in Romana vinea de Scappucceis 20. Martij. et 18. Aprilis 1578. coram Blanchetto. prout refert Rubeus in singul. tom. 2. par. 6. circa statutor. interpret. ex Rota Rom. in p. conclus. circa solemnitat. à statut. requisit. etc. num. 60. fol. 661.* quamuis contrarium senserit *Alex. consil. 119. nu. 34. lib. 6. Ruin. cons. 97. num. 2. lib. 5.*

32 Confirmatur 2. quia valida est etiam obligatio minoris, & mulieris ex causa dotis, etiamsi adhibitae non fuerint solemnitates statuti, praesertim si interueniat iuramentum. *l. si dotare. et l. vlt. ubi DD. C. Ad Velleian. Caputaq. dec. 199. par. 3. Comitol. decis. 99. num. 18. Rot. decis. 924. num. 10. coram Buratto. et in recentior. dec. 365. num. 6. et 7. par. 4. tom. 1. et decis. 460. num. 12. et 13. par. 4. tom. 3. et decis. 168. num. 7. par. 7.* quod tamen respectu minoris, siue sit masculus, siue foemina, procedit, quando ex causa necessaria dotem constituit, veluti si ad id cogi poterat ex dispositione legis, vel hominis; secus si ex causa voluntaria: quia de iure non reperitur causa dotis specialiter in hoc priuilegiata, vt minor possit pro illa se obligare. *ut obseruant Doctores communiter;* quemadmodum respectu mulieris intelligitur, dummodò sit maior: tunc enim pro dote etiam voluntaria potest se obligare, cum in hoc casu dos sit in iure specialiter priuilegiata, vt pro illa mulier se obligare possit. *ut in d. l. si dotare. et l. ult. C. Ad Velleian. l. promittendo. ff. de Iur. dot. ità Dec. in l. 1. num. 8. uers. ex quo infert. ff. de Reg. Iur. Rip. in repet. l. 1. num. 15. ff. solut. matrim. Gabr. de legib. et constit. conclus. 1. in fin. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 96. et seq. Pic. ad statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 7. num. 257. et seq. Theodos. Rub. loc. cit. nu. 56. et seq. fol. 661. Gozad. cons. 97. num. 7. Socin. iun. cons. 12. num. 14. lib. 2. Hond. cons. 18. nu. 57. lib. 1. Sard. decis. 164. num. 2. et decis. 287. nu. 4. Osasc. decis. 135. nu. 3. Vinc. de Franch. decis. 219. num. 4. Put. decis. 160. num. 1. lib. 3. Millin. decis. 76. Caputaq. decis. 199. num. 2. par. 3. Rot. apud Pacif. de Salu. interd. decis. 289. num. 29. et in recent. decis. 692. par. 4. tom. 3. et decis. 168. num. 7. et decis. 241. nu. 15. et seq. par. 7. et dec. 190. nu. 2. et seq. par. 8.*

Limita, vt haec conclusio non procedat in terminis statuti Vrbis *lib. 1. cap. 151.* requirentis solemnitates in obligationibus minorum, & mulierum, cum verba dicti statuti sint generalia, vniuersalia, praegnantia, geminata, & apta comprehendere etiam causam dotis: idemque dicendum de alijs similibus statutis. *secundum Crauett. cons. 294. num. 1. uers. uidemus etiam etc. et alios. quos refert, et sequitur Pic. ad statut. Vrb. d. cap. 151. glos. 7. nu. 258.*

Contrarium tamen sentiunt *alij apud Galganet. ad d. statut. uers. item 21. procedere non credimus etc. et pluries resoluit Rot. decis. 557. et 558. par. 1. Diuers. et dec. 461. num. 11. par. 1. Recent. et in Toletana pecuniaria 26. Ianuar. 1590. coram Comitulo. et in Romana dotis 29. Maij 1602. coram Ortembergo. et in Romana census 8. Aprilis 1633. coram Merlino, quae est decis. 190. num. 29. et seq. par. 6. Recent. ubi aliae decisiones allegantur. Theodos. Rub. in singular. tom. 2. par. 6. circa statutor. interpret. in 1. conclus. circa solemnit. à statut. requisit. in contract. min. et mulier. nu. 61. fol. 661.* quemadmodum possunt minor, & mulier se se obligare absque solemnitatibus statuti, ex causa pia, vt pro liberando à carceribus viro, patre, matre, filio, fratre, & quouis alio coniuncto. *ut d. idem Pic. loco cit. d. glos. 7. nu. 283. et seq.*

33 Notandum est etiam, quod frater tenetur dotare sororem in subsidium, quando mater, vel pater, aut alij ascendentes egellate laborant, dummodò ipse in eadem paupertate non sit. *Berq. quaest. familiar. cap. 113. num. 6.* vbi id ampliat, etiamsi soror monasterium ingredi velit. *Crot. in repet. l. 1. num. 91. ff. solut. matr.* vbi dicit, quod si pater iustè exhaeredauit filiam, ità vt nihil possit consequi ex bonis paternis, adhuc frater tenetur dotare sororem inopem. *Honded. cons. 18. num. 32. tom. 1. Gratian. discept. for. cap. 65. n. 2. Benincas. de Pauper. q. 8. in 3. special. in contract. num. 19. Natt. cons. 173. et 658.* vbi, quod frater ità demum cogitur dotare sororem, si soror valdè egeat, & frater valdè abundet. *Rot. decis. 145. num. 3. et seq. par. 6. Recent. Coccin. dec. 77. nu. 3. Vincen. de Franch. dec. 87. num. 12. Afflict. decis. 371. num. 3. Boer. dec. 129. num. 7. Thesaur. dec. 192. num. 7. et alij, quos refert, et sequitur Rub. in annot. ad decis. 460. num. 1. et seq. par. 4. tom. 2. Recent. Surd. in tract. de Alim. tit. 1. q. 23. n. 1. et seq.* vbi, quod ad id tenetur etiam frater Clericus, etiam ex redditibus Ecclesiae, vel beneficiorum, si bona patrimonialia non sufficiant; hoc enim casu Clericus reditus ecclesiasticos non dicitur expendere in prophanos vsus, quia dos, & pia causa aequiparantur, *cap. perueniì. de Arbitr. cap. ult. de sent. et re iud. Bald. in l. legatum C. de Condit. inser. Mantic. decis. 235. num. 9.* quod quidem procedit, quando soror est vtrinque coniuncta, vel consanguinea; secus si esset tantùm vterina. *l. cum plures. §. fin. ff. de Admin. Tut.*

Tut. ibi. sed non dabit dotem sorori pupilli, alio
Patre natæ. etiamsi aliter ea nubere non possit.
glos. communiter recepta in l. non omni. uer. nul-
la. C. eod. tit. Guid. Pap. decis. 439. in fin. vbi di-
cit, quod frater tenetur alere sororem inopem,
& eam etiam dotare, si sit soror ex parte patris,
secus si ex alio patre, licèt ex eadem matre. Pi-
nell. in l. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 101. Soarez
recept. senten. litt. f. in uer. Frater. num. 338. &
seq. Rot. decis. 137. num. 19. par. 6. Recent. quam-
uis enim frater teneatur alere sororem inopem
etiam vterinam. l. 1. §. 1. ff. de Tutel. & ration.
distra. l. qui filium. ff. ubi pupill. educ. deb. l. tu-
tor secundùm dignitatem. §. in soluendis. ff. de
Admin. Tut. non tamen ex hoc infertur, quod
tenetur illam etiam dotare: nam argumentum
de alimentis ad dotem, procedit, quando con-
trarium in iure non reperitur dispositum, secus
si ius aliter disponat, vt in hoc casu disponit. d.
textus in l. cum plures. §. fin. ff. de Admin. Tut.
& latè probat Rub. in annot. ad d. decis. 460. nu.
64. & seq. Osasc. dec. 124. num. 15. vbi etiam ob-
34 seruat, quod licèt filius teneatur alere matrem.
l. 1. C. de Alen. lib. l. si quis à liberis. ff. de liber.
agnosc. non tamen eam cogitur dotare. Surd. de
Alim. d. tit. 1. q. 28. num. 9. & 10. Peregrin. de
fideicom. art. 42. nu. 87. Gratian. discept. for. cap.
832. num. 33. item filia, quando habet aliunde,
35 ex quo se alat, non potest alimenta petere à pa-
tre. d. l. si quis à liberis. §. solent Iudices. uers.
36 alimenta. & tamen filiam diuitem, quæ habet
aliunde, ex quo se dotare possit, pater dotare
cogitur. l. fin. ubi glos. & DD. C. de dot. promiss.
Alex. cons. 7. num. 10. in fin. lib. 2. & consil. 169.
num. 4. lib. 7. Paris. cons. 29. num. 60. & 61. lib. 3.
Socin. iun. cons. 79. num. 109. lib. 3. Rip. in l. dotis
causa. nu. 54. ff. solut. matr. & alij communiter.
contra Bart. in l. mulier. §. cum proponeretur. nu.
37 3. ff. ad Trebell. quemadmodum pater tenetur
relinquere legitimam etiam filijs diuitibus. Rot.
decis. 62. num. 40. par. 5. recent. similiter pater
38 naturalis tantùm, filiam alere tenetur, non au-
tem dotare. auth. licèt. C. de natural. liber. Osasc.
d. decis. 124. num. 15.

39 Notandum 2. quod mater similiter tenetur
dotare filiam in subsidium ob inopiam patris, &
dum dotat, censetur donare, & habetur in hoc
tamquam extraneus dotans, ad quem amplius
dos non reuertitur, sed liberè dicitur translata,
nisi contraria stipulatio intercesserit. l. un. §. ac-
cedit. C. de rei uxor. act. Bart. in l. fin. num. 3. C.
de Iur. dot. Hond. consil. 91. num. 78. & seq. lib. 1.
Rot. decis. 692. num. 8. & 9. par. 4. tom. 3. Recent.
40 vbi, quod mater pro communi filia dotanda po-
test cum viro se obligare, vnde huiusmodi dos
41 à matre profecta, cum perfectè, & irreuocabi-
liter acquiratur filiæ, nec reuertatur ad matrem
superstitem, etiamsi filia prædecedat, non impu-
tatur in legitimam debitam nepti in bonis Auiæ.
Merlin. decis. 433. nu. 5. & seq. secus esset, quan-
42 do dos datur à Patre, ipsaque filia prædecedit:
hoc enim casu dos reuertitur ad patrem, vt illa
patri sit solatium filiæ amissæ, nè & filiam, & do-
tem amiserit. l. dot à patre profecta. C. solut. ma-
43 trim. & ideò si postea hæc bona dotalia proue-
niunt ad nepotes, dicuntur prouenisse ex iudi-
cio, & prouidentia Aui, & sic tamquam profecti-
tia imputantur in legitimam. l. scimus. §. reple-
tionem. C. de Inoff. testament. idemque procedit
etiam in terminis consuetudinis, secundùm quam
dos non reuertitur ad patrem, quando filia præ-
decedit superstitibus liberis: quia hæc consue-
tudo interpretatur solummodò voluntatem pa-
tris dotantis, vt ipse scilicet vsque tunc consen-
serit, dotem remanere penes nepotes suos, si
contigerit, filiam dotatam prædecedere super-
stitibus liberis; & propterea hæc acquisitio ne-
potum referenda est Auo, & illius liberalitati,
ità à consuetudine interpretatæ, non autem con-
suetudini interpretanti; quod ex eo etiam con-
stat, quia pater constituendo dotem, potest ap-
44 ponere pactũ, vt prædefuncta filia dos ipsa ne-
quaquam remaneat penes liberos, sed ad ipsum
patrem dotantem reuertatur. Bart. in l. post do-
tem q. 5. num. 29. ff. solut. matrim. Capic. decis.
176. num. 24. & 25. subdens, quod si pater stipu-
45 latus esset, dotem reddi soli filiæ, tunc filij eius
non computant illam sibi in legitimam. Thesaur.
decis. 237. nu. 3. & 4. ubi de communi. Giouagnon.
consil. 92. nu. 1. & seq. lib. 1. Gratian. discept. for.
cap. 556. nu. 36. Coccin. decis. 111. nu. 12. Merlin.
d. decis. 433. nu. 8. & seq.

46 Notandum 3. quod si minor ex causa necessa-
ria constituens dotem, in ea assignatione læda-
tur, restituendus est quoad excessum non obstan-
te iuramento, à quo absoluendus est. vt notatur
in l. 1. C. si aduers. dot. vbi quod hæc exceptio
competit etiam hæredi. Natt. consil. 173. num. 1.
& cons. 658. num. 2. & seq. Card. Millin. dec. 76.
Honded. cons. 18. à num. 34. lib. 1. Rub. ad d. dec.
460. n. 219. & seq. par. 4. tom. 2. Recent. vbi dicit,
quod in hoc aduerti debet, an suppetant facul-
tates, & an vir tanta dote dignus sit.

47 Notandum 4. quod licèt mulier constituens
dotem, si maior sit, validè se obliget etiam ex
causa voluntaria sine solemnitatibus statuti. vt
supra diximus. & notat etiam Paul. Rub. ad d.
decis. 460. nu. 228. par. 4. tom. 2. Recent. id tamen
intelligitur, dummodò ex tali promissione non
remaneat penitus indotata. Rot. decis. 365. nu. 7.
par. 4. tom. 1. Recent. quo casu non obligaretur
iuramento. Abb. cons. 8. nu. 6. par. 2. Duran. dec.
141. num. 6. Rot. decis. 304. num. 5. par. 4. tom. 2.
recent. vnde obligatio subsisteret, quando mu-
lieri se ità obliganti remaneret saltem dimidia
pars dotis. iuxta celebrem decisionem Thesaur.
223. num. 13. Rot. decis. 304. num. 5. & 6. par. 4.
tom. 2. Recent. Duran. decis. 141. nu. 7. vbi etiam
48 obseruat, quod ad effectum inualidandi obli-
gationem mulieris factam pro viro, probari de-
bet, quod de tempore obligationis maritus non
habuerit bona, quæ sufficerent pro restitutione
medietatis dotis. Buratt. dec. 783. num. 2.

49 Notandum 5. quod mulier nupta sine dote, si
postea dotem marito constituat, tenetur seruare
solemnitates statuti, ea potissimum ratione, quia
facit actum sibi præiudicialem, priuando se do-
minio, & administratione bonorum. Theodos.
Rub. in singular. tom. 2. par. 6. circa statut. in-
terpr. in 1. conclus. circa solemnit. à statut. requi-
sit. num. 59. fol. 661. vbi refert. ità resoluisse Ro-
tam in Sabinen. dotis 18. Iunij 1576. coram Card.
Lancellotto Sen.

50 Notandum 6. quod quando agitur inter æquè
priui-

priuilegiatos, potior est causa illius, qui agit de damno vitando, & conuenitur; is enim tunc rectè opponit de defectu solemnitatum statuti, etiamsi agatur de causa dotis, vel Ecclesiæ. *Rot. in Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram Card. Lancellotto. et in Bononien. census 17. Martij 1608. coram Card. Marquemontio, prout refert Theod. Rub. loco supra cit. nu. 61. et seq. fol. 661.* vbi etiam dicit, quod quando vterque tra-
51 ctat de damno vitando, potior est causa illius, qui conuenitur. *Rot. decis. 190. nu. 27. et seq. par. 6. recent. vbi aliæ decisiones allegantur. Gregor. decis. 473. num. 14. Merlin. decis. 737. num. 22. et seq.*

SVMMARIVM.

52 *Non valet statutum, vel præceptum testatoris de non nubendo in certo loco, uel cum certis personis, sub pœna amissionis bonorum: declaratur, et limitatur num. seq.*
Quando debeatur legatum alicui relictum sub conditione, si non nupserit Titio. ibidem d. num. 52.
53 *Iussus contrahere cum certa persona, oblato lucro, si non contrahat, lucrum amittit.*
54 *Reijcitur conditio à legato, in quo pater relinquit filiæ centum, si de matris suæ consensu nubat.*
55 *Iussa iungi certæ personæ, oblato emolumento, quid facere debeat, vt emolumentum lucretur, & num. seq.*
56 *Conditio, si nupserit Titio, habetur pro impleta, si mulier ex voluntate patris alteri nupserit.*

Quæstio IV.

An valeat statutum, vel præceptum testatoris de non nubendo in certo loco, vel cum certis personis sub pœna amissionis bonorum.

52 ALij affirmatiuam tuentur sententiam, vt scilicet valeat statutum, vel præceptum huiusmodi quoad incurrendam pœnam, non verò quoad dirimendum matrimonium, quia non tollitur in tali casu facultas nubendi, sed tantùm restringitur, nam in alijs locis, vel cum alijs personis nubere quis posset, vt videtur colligi *ex Genes. cap. 28.* dum Isaac filio suo Iacob præcepit, nè acciperet vxorem de genere Chanaan. *& ex textu in l. hoc modo. & l. cum ità legatum. ff. de Condit. & demonstr. & ità sensit Bart. in l. edicimus. 7. sub n. 2. C. de Murileg. lib. 11. Mantic. de Coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 3. & tit. 19. num. 9.* vbi etiam obseruat, quod hæc conditio, si non nupserit Titio, hoc habet, vt post mortem Titij legatum relictum censeatur. *Surd. decis. 30. num. 28. & 29. vbi de communi, et alij apud Duran. de Condit. et mod. impossibil. par. 2. c. 3. nu. 46. et seq. Gratian. discept. for. cap. 863. per tot.*

Contraria tamen sententia mihi semper placuit, quia matrimonia non debent obstringi vinculo pœnæ. *l. Titia. ff. de verb. oblig. l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. et demonstr. cap. gemma. 29. de Sponsal. Conc. Trident. sess. 24. de refor. matrim. cap. 9.* vnde huiusmodi statutum, seu præceptum Testatoris neque quoad pœnam contrauenientes adstringit. *ut sentiunt magis communiter DD. Abb. in cap. 1. sub num. 8. de Sponsal. Alex. in rubr. ff. solut. matrim. sub nu. 35. et cons. 97. num. 3. vol. 1. Alciat. cons. 1. num. 32. et seq. lib. 2. Clar. §. fin. q. 82. statut. 3. et alij, quos refert, et sequitur Ciriac. contr. 451. nu. 74. et seq.*

Quare si purè data est hæreditas, & postea adempta, si non contrahatur matrimonium ad votum præscriptum à Patre, talis conditio tamquam pœnalis sperni potest, cum ex ea quis reddatur timidior ad matrimonium contrahendum. *l. vxorem. §. hæres, vel legatarius. ff. de leg. 3. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 7. num. 295. et seq. Ciriac. vbi supra. num. 83. et 88.* subdens *nu. 135.* quod si matrimonium sequutum sit consilio, & hortatu eorum, qui in casum contrauentionis vocati sunt, illi proculdubio agere non possent ad priuationem. *arg. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2.*

53 Et hoc quidem procedit in præcepto negatiuo, quando scilicet quis prohibitus est contrahere; secus esset in præcepto affirmatiuo, quando videlicet quis iussus est contrahere cum certa persona, oblato lucro: hoc enim casu non contrahendo lucrum amitteret. *d. l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. et demon.* nisi per modum pœnæ alicui auferretur legatum, aut hæreditas, si cum certa persona non contraheret, quia tunc inualida esset ea conditio, cum quæuis pœna à matrimonio reijcienda sit. *vt supra diximus;* vnde si quis Sempronium hæredem instituerit ea conditione, vt matrimonium cum Mæuia contraheret, aliàs non contracto matrimonio censeatur hæreditate priuatus, Sempronius adhuc hæreditatem consequeretur, etiamsi matrimonium cum Mæuia non contraxerit, quia huiusmodi hæreditatis priuatio videtur adiecta in pœnam non contracti coniugij: priuatio enim emolumenti iam dati dicitur pœna. *glosa in l. 1. §. si quis propter. uers. per in integrum restitutionem. ff. de itin. actuq. priuat. Dec. in l. 1. sub num. 4. C. de Instit. et substit. et in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 121. de Constit. Thesaur. iun. qu. for. lib. 3. qu. 24. nu. 3.*
54 *et seq.* vbi addit, quod reijcitur conditio à legato, in quo pater reliquit filiæ centum, si de matris suæ consensu, aut arbitratu nuberet. *et ità sentiunt alij, quos refert, et sequitur Ciriac. loco cit. num. 84. 85. et 86.* subdens *nu. 100.* quod
55 iussa iungi certæ personæ, tenetur denunciare illi, an velit secum contrahere matrimonium, antequam alteri nubat: alioquin non lucraretur emolumentum sibi relictum; secus quando iussa est contrahere cum vno ex vniuersa Ciuitate: tunc enim pudori Virginis non conuenit publicare proclama, an aliquis velit eam in vxorem accipere, sed sufficit esse paratam consentire, si requiratur à condigno. *arg. textus in cap. honorantur. 32. q. 2. et in l. si Titius 14. et l. cum ità legatum. 62. ff. de condit. et demonstr.*
56 Vnde non probato, quod fuerit tempestiuè requisita ab aliquo, cui dignè nubere posset, poterit alteri nubere. *l. hoc modo. ff. de condit. et demon. l. cum tale. §. rescriptum est. ff. eod. Thesaur.*

saur.

ſaur. inu. d. q. 24. ſub num. 3. Mantic. d. lib. 11. tit. 18. num. 46. vbi ſubijcit, quod conditio, ſi nupſerit Titio, habetur pro impleta, ſi ex voluntate Patris alteri nupſerit: non enim virginalis pudoris eſt eligere maritum, ſed eius electio parentibus committenda eſt. *ut in d. cap. honorantur. 32. q. 2. quicquid in contrarium aſſerat Duran. in d. tract. de condit. & mod. impoſſibil. par. 2. cap. 3. num. 49. & ſeq.*

SVMMARIVM.

57 *Statuta locorum regulariter non ligant forenſes: limitatur num. 60. et ſeq.*

58 *Statutum prohibens, nè uir legare poſſit uxori, uel è contra, non comprehendit uxorem forenſem legantem uiro ſubdito.*

59 *Statutum Vrbis diſponens, maiorem 20. annis, cenſeri maiorem 25. non comprehendit forenſes.*

60 *Forenſes ſi contrahunt in loco ſtatuentium, tenentur ſeruare ſolemnitatem à ſtatuto inductam: limitatur num. 94.*

61 *Sortiri forum, et ligari ſtatutis, à pari procedunt.*

62 *Quando ſtatutum loci contractus attendi debeat, et quando ſtatutum loci deſtinatæ ſolutionis, et num. 68.*

63 *In contractibus attenditur ſtatutum loci, ubi contractus ratificatur.*

64 *Contractus ſecundùm leges territorij, in quo partes contraxerunt, iudicatur, etiamſi lis in alio loco agatur.*

65 *Quando menſura eius loci adhibenda eſt, ubi contractus fuit celebratus, et quando eius regionis, in qua prædia ſunt ſita.*

66 *Solutio monetæ fieri debet ſecundùm locum contractus.*

67 *Locus contractus dicitur ille, in quo deſtinatur ſolutio cambij.*

68 *Contrahens etiam forenſis ligatur conſuetudine loci contractus.*

69 *Verba contrahentium interpretanda ſunt ſecundùm conſuetudinem loci, in quo celebratus eſt contractus.*

70 *Statutum requirens inſinuationem in inſtrumento donationis, ligat forenſem donantem, ſeu contrahentem in loco ipſius ſtatuti.*

71 *Iudex loci, in quo bona ſunt ſita, dicitur competens ad effectum interponendi decretum in contractu mulieris, uel minoris ſuper eiuſdem bonis.*

72 *In teſtamentis etiam ſeruanda eſt illa ſolemnitas, quæ reperitur in loco, vbi conduntur.*

73 *Actus etiam à forenſi factus contra formam ſtatuti loci, eſt nullus.*

74 *Solemnitates iuris communis tantùm ſeruandæ ſunt, non autem ſtatuti loci, quando teſtamentum, ſeu alius actus conditur in loco exempto: limitatur num. ſeq.*

75 *Quid ſi ſtatutum fuerit confirmatum à Papa.*

76 *Statutum ordinatorium comprehendit etiam forenſem.*

77 *Statutum, per quod forenſis prohibetur acquirere, prohibet etiam ſubditis, nè in forenſem rem alienent.*

78 *Statutum loci ligare poteſt etiam forenſem quoad bona ſita in territorio ſtatuentium.*

79 *Quid ſi verba ſtatuti concepta ſint in rem, vel ſi effectus reſpicit non perſonam, ſed rem.*

80 *Quando agitur de iure rei, inſpicitur ſtatutum loci, vbi res eſt ſita.*

81 *An ſtatutum poſſit cogere forenſes ad ſoluendum collectam.*

82 *Qui domicilium contraxerunt in loco, ſubijciuntur ſtatutis eiuſdem loci.*

83 *In his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, ſtatutum ligat etiam forenſes.*

85 *Forenſis contrahens in loco, an teneatur ad gabellam debitam ex dicto contractu vigore ſtatuti.*

85 *In quo loco ſolui debeat gabella, quando in vno loco celebratus eſt contractus, & in alio extat fundus, ſeu res vendita.*

86 *Quid ſi contractus celebratur in vno loco, & ſolutio deſtinatur in alio.*

87 *Forenſis contrahens in fraudem propriæ patriæ, adhuc ligatur ſtatuto eiuſdem patriæ, etiamſi contraheret extra territorium, & nu. ſeq.*

88 *Fraus quomodo probetur.*

89 *Nullitas ſemper poteſt allegari à tertio, quando non agitur cum illa perſona, in cuius fauorem inducta eſt nullitas.*

90 *Validum eſt iudicium vbique locorum factum contra forenſem minorem, per ſtatutum ſuæ Ciuitatis effectum maiorem.*

91 *Solemnitas ſtatuti non requiritur, quando agitur de modica ſumma.*
Quæ dicatur modica ſumma. ibidem.

92 *Quid ſi in loco non extet ſtatutum præſcribens mulieribus contrahentibus certam ſolemnitatem.*

93 *An valeat contractus factus à minore, ſi ei non fuerit datus Curator.*

94 *An ſtatutum, quando dat certam formam, aut qualitatem contractui, liget forenſes.*

Quæſtio V.

An, & quando ſtatutum loci liget forenſes.

57 RESp. quod ſtatuta locorum regulariter nõ
ligant forenſes, quia iſti ſtatuentibus ſu-
biecti non ſunt. *latè Surd. dec. 197. num. 6. Gra-
tian. diſcept. for. cap. 824. num. 32. & ſeq.* vbi lo-
quuntur de ſtatuto habilitante, vel inhabilitan-
te perſonam. *Rot. deciſ. 103. nu. 21. par. 2. diuerſ.
& apud Picum deciſ. 63. num. 17. & in recent. de-
58 ciſ. 160. num. 9. par. 8.* vbi, quod ſtatutum pro-
hibens, nè vir legare poſſit vxori, & è contra,
non comprehendit vxorem forenſem legantem
marito ſubdito. *et deciſ. 294. num. 1. et ſeq. par. 6.*
59 vbi, quod ſtatutum Vrbis *lib. 1. cap. 47.* diſpo-
nens, maiorem 20. annis cenſeri maiorem 25.
non comprehendit forenſes, niſi fortè conſtet
de eorum habitatione decennali in Vrbe, cum
animo perpetuò manendi. *Buratt. deciſ. 75. Rot.
deciſ. 103. num. 13. par. 2. Diuerſ. de quo vide Rot.
in recent. deciſ. 119. num. 8. et 9. et deciſ. 81. nu. 9.
par. 7.*

60 Limitatur tamen hæc concluſio, quando forenſes contrahunt in loco ſtatuentium: tunc enim tenentur ſeruare ſolemnitatem à ſtatuto indu-

inductam, tum quia solemnitas actus pertinet ad iurisdictionem eius, in cuius territorio actus explicatur, tum etiam quia tacitè intelliguntur consentire legibus eius loci, in quo contrahunt. *Bart. in l. cunctos populos. num. 13. C. de Summ. Trin. Bald. consil.*389. *lib.*1. *Abb. in cap.*1. *nu.* 10. *& 11. de Sponf. Rot. decis.*103. *num.*22. *par.*2. *diuers. & dec.*294. *nu.*7. *& seq. par.*6. *recent. Card. Caualer. decis.*257. *num.* 2. *& seq. Seraphin. dec.* 1170. *num.*1. *Rot. apud Cene. de Censib. dec.* 195.
61 *num.*4. *& decis.*201. *num.*2, vbi, quod forenses ligantur statutis loci, vbi contractus fuit celebratus, vel destinata solutio, quia sortiri forum, & ligari statutis, à pari procedunt. *Ferentill. ad Buratt. decis.*98. *num.*6. *& seq. Corn. consil.*205. *num.*9. *lib.*3. *Ruin. conf.* 117. *num.* 11. *&*
62 12. *lib.*5. vbi dicit, quod si quis in vno loco contractum celebret, & solutio alibi destinetur, tunc non statutum loci contractus, sed eius loci, vbi fuit destinata solutio, attendi debet; quia in ijs, quæ oriuntur post contractum propter moram, vel negligentiam attenditur statutum loci solutionis. *latè Coccin. decis.*133. *num.* 4. *& seq.* vbi dicit, quod in decisorijs seruanda est lex, seu statutum loci contractus quoad ea, quæ respiciunt solemnitatem actus, vel quæ oriuntur secundùm naturam ipsius contractus tempore contractus, & debent adhiberi in contractu, vel impleri tempore contractus; in ijs verò, quæ implenda sunt post contractum in esse productum, in loco ad impletionem destinato, non est consideranda lex, vel consuetudo loci initi contractus, sed destinatæ solutionis; vnde si in loco destinatæ solutionis adsit statutum disponens circa materiam præscriptionis, vt si mandet, quod creditum intra certum terminum exigatur, aliàs debitor molestari amplius non possit, tale statutum afficeret etiam forenses ratione negligentiæ contractæ in loco destinatæ solutionis. *Paul. Rùb. in annot. ad decis.*6. *nu.* 51, 52. *&* 53. *par.*3. *Recent. Tiraq. de Retr. lignag. §.*1. *gloſ.*10. *num.* 68. *Duran. decis.*27. *nu.*10. *&* 11. vbi dicit, quod
63 in contractibus attenditur statutum loci, vbi contractus ratificatur, non vbi contractus fuit celebratus nulliter, vel vbi nomine ratificantis gestus fuit. *Hoſt. in ſum. tit. de Reſcript. Vant. in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. &c. nu.*56. *Mant. de Tacit. lib.*3. *tit.*14. *num.*8. *& in fin.* vbi dicit,
64 vbi dicit, quod si lis in alio loco agatur, tamen contractus secundùm leges territorij, in quo partes contraxerunt, iudicatur, etiamsi contrahentes sint exteri. *& tit.*13. *num.*14. *& seq. vsque*
65 *ad num.*58. vbi etiam dicit, quod mensura eius loci adhibenda est, vbi verè contractus est celebratus, si ambo contrahentes sint eius regionis, in qua contractum est, aut in ea soliti sint versari; secus si sint eius regionis, in qua prædia sunt sita: quia tunc verisimilius videtur, eos sensisse de mensura illius regionis, in qua prædia existunt; quod si vnus ex contrahentibus fuerit eius regionis, in qua negotium gestum est, alter illius, in qua prædia sunt sita, vel in quam solutio collata est, ea mensura adhiberi debet, quæ promissori vtilior est: quia in dubio secundùm promissorem interpretamur, & quod minimum est, sequimur. *Ceuall. qu.*733. *num.*12. vbi, quod
66 etiam solutio monetæ fieri debet secundùm locum contractus. *Gait. de cred. c.*2. *tit.*2. *num.*39.
67 *& tit.*7. *num.*2446. vbi, quod locus contractus dicitur ille, in quo destinatur solutio cambij, non autem ille, in quo cambium celebratum fuit. *Coler. de Proceſſ. execut. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 171.
68 *& seq.* vbi dicit, quod contrahens etiam forensis ligatur consuetudine loci contractus, adeò vt secundum illam consuetudinem actus videatur esse celebratus. *Alex. consil.*44. *num.* 20. *lib.*5. *et consil.*37. *num.*7. *lib.*2. vbi etiam dicit, quod semper seruari debet statutum loci contractus quoad ea, quæ concernunt litis decisionem, & quæ oriuntur secundùm naturam ipsius contractus, non autem ex mora. *Natt. conſ.* 192. *num.*2. vbi,
69 quod verba contrahentium interpretanda sunt secundùm consuetudinem loci, in quo celebratus est contractus. *Caput. dec.* 283. *par.*1. *et dec.* 206. *par.*3. vbi, quod statutum requirens insi-
70 nuationem in instrumento donationis, ligat forensem donantem, seu contrahentem in loco ipsius statuti. *Rimin. conſ.* 601. *num.*11. *Fenzon. ad ſtatut. Vrb. lib.*1. *cap.*149. *num.*23. vbi, quod donatio facta in Vrbe ab extero, debet insinuari iuxta eiusdem Vrbis statutum. *Achill. de Graſſ. decis.*2. *num.*5. *de constitut. Gratian. diſcept. for. cap.*525. *num.*3. *et* 22. *et cap.*827. *num.* 10. *et cap.* 42. *num.*39. *et seq. et cap.*124. *num.*15. *et seq.* vbi
71 etiam dicit, quod iudex loci, in quo bona sita sunt, dicitur competens ad effectum interponendi decretum in contractu mulieris, vel minoris super eisdem bonis. *Cancer. var. lib.*1. *cap.*4.
72 *num.*91. *et seq.* vbi dicit, quod etiam in testamentis seruanda est illa solemnitas, quæ reperitur in loco, vbi conduntur. *Rolan. conſ.*100. *num.* 13. *et conſ.*33. *num.*6. *lib.*3. vbi dicit, quod actus
73 etiam à forensi factus contra formam statuti loci est nullus: subdens *num.*18. *cum seq.* quod so-
74 lemnitates iuris communis tantùm seruandæ sunt, non autem statuti loci, quando testamentum, seu alius actus conditur in loco, seu Monasterio exempto, licèt sit intra territorium statuentium. *vt sensit etiam Natt. consil.*643. *num.*6.
75 *et seq.* quod tamen intelligendum est de statuto non confirmato à Papa; secus si à Papa confirmatum fuerit, quia tunc statuti solemnitas seruanda est etiam in loco exempto à iurisdictione statuentium, *vt d. Grat. d. cap.* 124. *num.*15. *et seq.*
76 *Achill. decis.*2. *de Conſt.* vbi addit, quod statutum ordinatorium comprehendit etiam forensem.
77 Limitatur 2. quando forensis per statutum prohibetur acquirere, quo casu virtute correlationis subditus videtur etiam prohibitus alienare, vel ipsamet res similiter censetur prohibita alienari *Ruin. conſ.*160. *num.*5. *verſ. quin etiamsi prohibitio etc. vol.*4.
78 Limitatur 3. in bonis sitis in territorio statuentium: in his enim statutum loci ligare potest etiam forenses. *Bart. in l.* 1. *num.* 27. *in* 4. *qu. C. de Sum. Trinit. Bald. conſ.*228. *in fin. lib.*5. *Mandell. consil.*370. *num.* 20. *et seq.* vbi dicit, quod
79 etiamsi statutum simpliciter loquatur, comprehenderet forenses, si verba sint in rem concepta; idemque dicendum, etiamsi verba non ità expressè dirigantur in rem, sed in personam, quando scilicet effectus respicit non personam, sed rem, quia tunc perinde est ac si verba essent concepta

in

in rem. *Crauett. conf.*427. *num.*3. *et* 7. vbi dicit,
80 quod quando agitur de iure rei, puta de alienando, vel præscribendo, aut modo præscribendi rem, inspicitur statutum loci, vbi sita est res. *et conf.*467. *num.*2. vbi, quod in materia successionis inspicitur ius loci, in quo bona sunt sita. *Cephal. consil.*170. *num.*21. *et conf.* 171. *num.* 24.
81 *et seq.* vbi, quod statutum potest cogere forenses, seu non subditos ad soluendum collectas pro bonis existentibus in territorio statuentium.

82 Limitatur 4. in forense, qui in loco per decennium habitauit animo perpetuò permanendi, & acquirendi domicilium, vel ibi familiam transtulit, ac bona stabilia emit: tunc enim subijcitur statutis eiusdem loci. *latè Rot. decis.*172. *par.*8. *recent.* vbi etiam, quod Præfectus arcis, scholaris, & Curialis in loco ementes bona, & contrahentes matrimonium, censentur ibi contraxisse domicilium.

83 Limitatur 5. in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis: tunc enim statutum ligat etiam forensem. *secundùm Bart. in l.*1. *num.* 24. *et seq. C. de Sum. Trin.*

84 Obserua tamen, quod forensis contrahens in aliquo loco, tenetur ad gabellam debitam ex dicto contractu vigore statutorum illius loci: quia gabella est onus consecutiuum contractus; & ideò sicut sortitur forum ratione contractus, ità etiam ratione gabellæ subijcitur statutis loci. *Riminal. conf.* 30. *num.* 4. *vol.*1. *Alex. consil.*49.
85 *num.*3. *et seq. lib.*5. vbi dicit, quod si in vno loco celebratus est contractus venditionis, & in alio loco extat res, vel fundus venditus, gabella solui debet in loco venditionis celebratæ; item si duo contrahant Perusij, & solutio fieri debeat Bononiæ, gabella soluenda erit Perusij, & non Bononiæ. *Gratian. discept. for. capit.*409. *num.*41. *et seq. et cap.*824. *num.*31. *et seq. Coccin. decis.*133. *num.*9.

87 Obserua 2. quod si constaret, contractum fuisse factum à forense in fraudem statuti propriæ patriæ, contrahens ligaretur statuto eiusdem patriæ, etiamsi actus fiat extra territorium. *Ruin. conf.*160. *num.*4. *vol.*4. *Bellon. decis.* 93. *num.*3. *in fin. Grat. decis. March.*28. *num.*13. *et dec.*102.
88 *num.*6. *et seq.* vbi, quod fraus huiusmodi probatur indicijs, & coniecturis arbitrio Iudicis. *Picus in tract. de contract. sin. cert. solemn. non valitar. glos.* 2. *num.* 55. vbi dicit, quod in tali casu contractus erit nullus ac si celebratus fuisset sine solemnitatibus in loco statuti. *Caualc. decis.*42. *num.* 35. *par.*1. *Ciriac. contr.* 10. *nu.*82. *et seq. lib.*1. vbi, quod fraus diceretur probata ad effectum nullitatis inducendæ, quando partes ea de causa tantùm, proficiscuntur in aliud territorium pro celebrando contractu, & statim eo perfecto ad locum statuti reuertuntur. *et contr.* 252. *num.*38. *et seq. lib.*2. vbi addit, quod nulli-
89 tas semper potest allegari à tertio, quando non agitur cum illa persona, in cuius fauorem inducta est nullitas. *Parif. conf.*99. *nu.*58. *et* 59. *par.*1. *Ciarlin. contr. for. cap.*121. *nu.*24. *lib.*2.

90 Obserua 3. quod validum est iudicium vbique locorum factum contra forensem minorem, per statutum suæ Ciuitatis effectum maiorem. *vt d. Achill. de Graff. dec.*2. *nu.*1. *et seq. de Constit. per doctrinam Bald. in l. cunctos populos. n.* 25. *C. de Sum. Trinit. Alex. conf.*41. *nu.*5. *vol.*5.

91 Obserua 4. quod solemnitates statuti non requiruntur, quando agitur de modica summa. *latè Gratian. discept. forens. cap.*879. *nu.*4. *et seq.* vbi etiam, quod arbitrio Iudicis relinquitur, quæ sit modica summa, inspecta qualitate loci, & personarum.

92 Obserua 5. quod si in loco nullum extet statutum præscribens mulieribus contrahentibus certam solemnitatem, seruandum est ius commune, secundùm quod mulier, si est maior, non prohibetur contrahere sine solemnitatibus, prout mares. *l.*2. *vbi glos. in ver. obligauerit. C. ad Velleian. l. sed si eum. l. aliquando. l. nec interest. l. debitrix. ff. eod. tit. Rot. dec.*238. *nu.* 12. *et seq. par.*6. *recent. Buratt. decis.*27. *num.*1. vbi dicit,
93 quod valet etiam contractus factus à minore, si ei non fuerit datus curator, præsertim stante iuramento. *per tex. in l.*3. *C. de in integr. restit. min. l.*1. *C. de filiofam. min. auth. sacramenta puberum. vbi DD. C. si aduers. vendit. et hanc esse communem dicit Caualer. dec.*257. *nu.*1.

94 Obserua 6. quod quando statutum non inhabilitat simpliciter, & absolutè personam venditoris prohibendo venditionem, aut alienationem, sed solum dat certam formam, aut qualitatem ipsi contractui, vt si disponat, quod volens rem vendere, teneatur prius requirere proximiores, aut vicinos, non ligaret forenses. *Crauett. conf.* 271. *num.*3. *et seq.* licèt contrarium videatur sensisse. *Rot. decis.* 103. *num.* 19. *et seq. et decis.* 162. *num.*3. *par.*2. *Diuers.* vbi, quod statutum inhabilitans personam non simpliciter, & absolutè, se cum modificatione respiciente solemnitatem actus, ligat etiam forenses. *vide quæ supra diximus num.*70. *et quæ infra dicemus num.*129.

SVMMARIVM.

95 *Statutum exclusiuum fœminarum locum non habet, quando contendentes de successione sunt forenses, vel si masculi non extant, vel si illi nolunt, vel non possunt succedere: limitatur num.*118. *& seq.*

96 *Qui ex priuilegio factus est ciuis, si non habitet, & onera non substineat, non potest vti beneficio statuti, & num. seq.*

97 *Ciuis originarius habitans extra Ciuitatem, amittit priuilegium Ciuitatis, & desinit esse Ciuis.*

98 *Vt statutum fœminarum exclusiuum afficiat, requiritur subiectio tam ratione bonorum, quàm ratione personarum.*

99 *Dominus loci non comprehenditur sub statuto fœminarum exclusiuo, nec sub alijs statutis: declaratur, & limitatur num.*103.

100 *Edictum Prætoris de non extrahendo bladum, non includit ipsum Prætorem.*

101 *Sub statuto non comprehenditur Vicarius perpetuus pro Sede Apostolica deputatus.*

102 *An filiæ, vel neptes ipsius Domini sub statuto comprehendantur.*

103 *Dominus loci potest vti statuto eiusdem loci in partibus fauorabilibus.*

104 *Ecclesia non ligatur statutis laicorum, potest tamen eis vti in fauorabilibus.*

105 An

Quæstio VI.

An statutum exclusiuum fœminarum locum habeat, quando contendentes de successione sunt forenses.

95 RESP. quod huiusmodi statutum regulariter non habet locum in tali casu: quia cum talia statuta fiant intuitu, & fauore agnationis conseruandæ, statuentes censentur prospexisse solum commoditatibus familiarum, & ciuium suorum, non autem exterorum, cum ad statuentes spectet proprias, non autem alienas agnatione conseruare. *Bald. cons. 460. lib. 1. Alex. cons. 41. lib. 7. Paris. cons. 12. nu. 25. lib. 3. Hond. cons. 5. nu. 16. lib. 1.* vbi dicit, quod in materia successionis forensis non potest vti beneficio statuti ad alterius exclusionem. *et cons. 11. nu. 22. eod lib. 1. Ruin. cons. 195. nu. 9. vers. nec etiam etc. et nu. 10. et cons. 200. nu. 12. vol. 2. Put. decis. 31. nu. 6. et 7. lib. 2. in nouiss. Rot. dec. 673. nu. 2. par. 1. Diuers. et in recent. decis. 265. num. 12. et seq. par. 4. to. 2.* vbi, quod statuta fœminarum exclusiua locum non habent, quando masculi non extant, vel quando illi nolunt, vel non possunt succedere. *et decis. 228. nu. 45. et seq. par. 8.*

96 Idemque dicendum est de eo, qui ex priuilegio factus est ciuis, si non habitet, & onera non substineat: hic enim non potest vti beneficio statutorum loci, tum quia in nihilo differt ab ipso forensi, tum quia desinit esse municeps per non habitationem, licèt non desinat esse ciuis. *Gratian. discept. for. cap. 709. nu. 16. Rolan. cons. 79.*
97 *lib. 3.* vbi etiam dicit, quod ciuis originarius habitans extra ciuitatem, amittit priuilegium ciuitatis, & desinit esse ciuis. *Affict. dec. 384. n. 7.* vbi dicit, quod ciuis muneribus, & oneribus cognoscitur: & ideò qui non participat de muneribus, & oneribus ciuitatis, non dicitur propriè ciuis. *latè Ruin. consil. 200. num. 11. et seq. lib. 2.*

98 Quare, vt statutum fœminarum exclusiuum afficiat, requiritur vtraque subiectio, tam ratione bonorum, quàm ratione personarum, ità vt alterum non sufficiat, etiamsi vterque locus, scilicet originis, & vbi defunctus bona possidet, eidem Principi subiaceat, & vtriusque loci statuta essent ab eodem Principe confirmata. *Rota in Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616. coram Buratto.*

in impress. dec. 188. vbi latè Ferentill. num. 14. & seq. quicquid dicat Thesaur. qq. forens. lib. 2. q. 5. num. 13. quod procedit siue statutum loquatur in rem, siue in personam, reiecta distinctione Bartoli, quæ communiter reprobatur. ut dixit Rota in d. Collen. hereditatis coram Buratto, & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Decembris 1617. coram Pamphilio, prout refert Beltram. ad Greg. dec. 279. nu. 25. Duran. dec. 31. nu. 9. Marescott. var. lib. 1. cap. 9. nu. 10.

99 Ex quo infertur 1. quod Dominus loci non
comprehenditur sub statuto fœminarum exclusiuo, sicut nec sub alijs statutis: ratio est, tum quia nemo sibi imperare potest, tum etiam quia Dominus loci non potest dici ciuis. Bald. in l. cum ipse. nu. 6. C. de contrah. empt. & in auth. quibuscunque. num. 5. C. de Sacros. Eccles. Alex. in l. 1. num. 3. ff. Quod quisq. iur. Cor. cons. 4. nu. 10. lib. 2. Hond. cons. 13. num. 59. & 60. lib. 1. Surd. dec.
100 13. num. 15. vbi addit, quod edictum Prætoris
de non extrahendo bladum, non includit ipsum Prætorem. Comitol. decis. 167. num. 55. Gregor. decis. 279. num. 7. & seq. vbi, quod neque sub sta-
101 tuto comprehenditur Vicarius perpetuus pro
Sede Apostolica deputatus, cum censeatur vtilis Dominus, & in omnibus fungatur vice Principis. Beltram. ibidem num. 22. & seq. filiæ ve-
102 rò, & neptes ipsius Domini sub tali statuto
comprehenduntur, quia istæ non Dominæ, sed subditæ reputantur. Rot. in Balneoregien. bonorum 18. Maij 1588. coram Litta, quem refert Beltram. loco cit. num. 22. quod intellige, si statutum conditum fuerit ab ipso Domino loci; secus si ab Vniuersitate: quia tunc non comprehenduntur, etiamsi tale statutum ab ipso loci Domino fuerit confirmatum; natura enim confirmationis est addere robur statuto confirmato quoad ius, non autem quoad actum, vt comprehendat filias ipsius Domini, quæ antea non comprehendebantur. Rot. in Balneoregien. bonorum de anno 1589. coram Orano. & in alia Balneoregien. 9. Martij 1591. coram Card. Pamphilio. prout refert Marescott. var. lib. 1. cap. 9. nu. 3. & seq.

103 Obserua tamen, quod licèt statutum loci non
afficiat Dominum ipsius loci, id tamen intelligitur in partibus præiudicialibus: & ideò in partibus fauorabilibus potest Dominus loci, si vult, vti eodem statuto, instar Ecclesiæ, quæ etsi non
104 ligatur laicorum statutis, potest tamen eis vti
in partibus fauorabilibus. ex trad. in Mediolanen. hereditatis 11. Martij 1596. coram Card. Millino. in impress. decis. 146. & in Papien. bonorum 17. Februarij 1578. coram Card. Lancellotto Seniore. latè Alex. cons. 111. num. 8. lib. 7. vbi
105 subdit, quod si Ecclesia vult vti beneficio sta-
tuti, tenetur seruare illius formam. Hond. cons. 78. nu. 110. & seq. lib. 5.

106 An verò fiscus ligetur statuto loci? Resp. af-
firmatiuè. ut sensit Senatus Mantuan. teste Surdo decis. 13. in fin.

107 Infertur 2. quod statutum exclusiuum fœmi-
narum non porrigit vires suas ad bona sita extra territorium, etiamsi de bonis in alieno territorio sitis expresse disponeret, quia in tali casu deficit subiectio bonorum. Dec. in l. fin. num. 3. ff. de Iurisd. omn. Iud. Alex. cons. 128. num. 1. & seq. lib. 1. latè Thesaur. qq. forens. lib. 2. q. 5. n. 4. & 16. Buratt. d. dec. 188. vbi latè Ferentill. Beltram. ad Greg. dec. 555. num. 7. vbi de communi. Rot. decis. 595. num. 2. par. 1. Diuers. & in recent.
108 dec. 461. nu. 5. & 6. par. 4. tom. 2. vbi, quod
statuta disponentia circa successionem non habent locum quoad bona existentia extra loci territorium. & in Taruisina feudi 10. Iunij 1649. coram Innocentio X. vbi quod statutum de dua-
109 bus conformibus non procedit in bonis sitis
extra territorium, nec in foro ecclesiastico, neque super bonis ecclesiasticis, etiam vbi agitur inter laicos de illorum vtili dominio. & coram Merlino 28. Maij 1631. prout refert Dian. post par. 5. resol. mor. in fine operis. Gratian. discept. for. cap. 120. num. 86. Marescott. var. lib. 1. cap. 9. num. 9. 13. & seq.

Vnde si testator possidet bona in loco, in quo degebat, & etiam extra illius territorium, fœmina cum masculis æqualiter admitteretur in successione bonorum existentium extra territorium iuxta iuris communis dispositionem, etiamsi in vtroque loco vigeret statutum exclusiuum fœminarum, extantibus masculis, nisi fortè personæ subiacerent iurisdictioni vtriusque loci, vt si in vtroque loco haberent domicilium. Bart. in l. 1. num. 33. C. de Sum. Trin. Thesaur. qq. for. lib. 5. q. 5. num. 7. Surd. decis. 329. num. 11. vbi,
110 quod præualet domicilium habitationis, quan-
do pugnat cum domicilio originis. latè Merlin. decis. 353. nu. 1. & seq. vbi etiam obseruat, quod
111 bannitus, & hostis patriæ, qui omninò est in-
capax successionis, succedit ab intestato in bonis extra territorium, quia hæc bona non subiacent statuto Ciuitatis bannientis. ex trad. per Castr. in l. 1. num. 4. C. de hered. instit. Menoch. cons. 271. num. 19. Rot. in Mantuana bonorum 17. Nouembris 1579. coram Bubal.

112 Idem dicendum in statuto disponente, quod
primogenitus solus succedat in totum, vt non habeat locum in bonis sitis extra territorium, nisi vltra statutum primogenitura per pactum, vel testamentum constituta esset, nam hæc duo porrigunt vires suas ad bona vbicunque existentia. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de statut. conclus. 9. num. 10. Thesaur. qq. for. libr. 5. qu. 5. num. 6. Rot. decis. 355. nu. 30. par. 5. tom. 1. recent.
113 vbi, quod si quis in diuersis territorijs ha-
beat bona, vniuscuiusque territorij statutum dispositiuum attenditur, ac si diuersa essent patrimonia. Rol. consil. 80. num. 27. lib. 4. et consil. 24. num. 15. et seq. lib. 3. vbi, quod statuta loci, in quo bona sunt sita, in successionibus seruari debent.

114 Infertur 3. statutum huiusmodi fœminarum
exclusiuum non suffragari masculis, quando tam defunctus, quàm fœmina, & masculi sunt forenses, tum quia in tali casu deficit subiectio personarum, tum etiam quia sicut forensis, quando agitur de eius præiudicio, non comprehenditur in dispositione statuti, ità nec statutum ad eum extenditur, vt ei prosit, & ideò forensis statuti beneficio non vtitur. Bald. in l. 1. nu. 13. C. de Sum. Trin. et consil. 460. num. 2. lib. 1. vbi dicit,
115 quod statuentes nec habilitare, neque inhabi-
litare possunt non subditum. Rol. cons. 79. nu. 35. lib. 3. Ruin. cons. 48. nu. 4. lib. 3. vbi, quod statutum non potest excludere forensem ab heredi-

tate

tate etiam respectu bonorum existentium in territorio statuentium, quia persona non est subdita. *latè Gratian. discept. for. cap. 709. num. 12. & seq. Hond. cons. 11. nu. 25. & seq. & cons. 5. nu. 15. & 16. lib. 1. Rot. decis. 188. num. 7. coram Buratto. & decis. 295. nu. 4. par. 1. Diuers. Beltram. ad Greg. decis. 255. nu. 8.*

116 Idem esset, si defunctus, & eius bona statuto subiaceant, sed tam masculus, qui vult succedere, quàm fœmina, essent forenses: quia neque in hoc casu fœmina excluderetur; requiritur enim, quod is, qui vult succedere, sit subditus statuto. *Alex. cons. 44. nu. 15. lib. 5. Ruin. cons. 48. nu. 4. lib. 3. Ferentill. ad Buratt. dec. 188.* nam mens statuentium non est statuere in commodum illorum, quibus incommodum, & damnum præstare non possunt. *Natt. cons. 148. uum. 1. Rot. dec. 295. num. 3. & 5. par. 1. Diuers.* vbi, quod neque mulier excluderetur, si ipsa subiecta sit statuto, & is, qui prætendit succedere, esset forensis. *& decis. 68. num. 10. & seq. par. 6. Recent.* vbi, quod quando defunctus est statuto subiectus, sed successionem prætendentes sunt forenses, fœmina non excluditur à masculis, nec est locus statuto, sed secundùm iuris communis dispositionem successio est regulanda. *Marescott. var. lib. 1. cap. 9. num. 1. & seq. Honded. cons. 11. num. 21. lib. 1.*

117 vbi, quod statutum fœminarum exclusiuum disponens, vt mulier dotata non succedat, non excludit mulieres forenses, neque eis aliquo modo potest obesse.

118 Limita 1. quando masculi essent Ciues, & femina forensis, quia tunc talis fœmina censetur per statutum exclusa: nam cum statutum principaliter emanauerit ad fauorem Ciuium masculorum, & solùm secundariò excludat fœminas, videtur, quod intentio statuti principalis sit fauere suis ciuibus masculis, non minus aduersus fœminas subditas, quàm forenses; si enim statuentes voluerunt excludere fœminas propria magis dilectas fauore ciuium masculorum, multo magis censentur voluisse excludere fœminas forenses minus dilectas fauore eorumdem masculorum. *Surd. cons. 343. & 553. & communem dicit Peregrin. cons. 90. num. 10. lib. 1. prout refert Beltramin. ad Greg. decis. 255. num. 8. Thesaur. qq. for. lib. 2. q. 4. num. 19. Rota dec. 484. nu. 1. & seq. par. 4. tom. 1. recent.* quod procedit, etiamsi tam defunctus, quàm persona exclusa, essent forenses. *vt resoluit Rot. dec. 304. par. 1. Diuers.* vbi, quod quando defunctus, & persona exclusa, sunt forenses, is verò, qui agit ad exclusionem, subiacet statuto exclusiuo fœminarum, excludit sororem. *& coram Duran. decis. 31. num. 6. & seq. quamuis contrarium videatur sensisse Rot. apud Buratt. dec. 262. nu. 12. & 13.*

119 Limita 2. quando statutum expressè vocaret forenses ad successionem exclusis fœminis, cum possint statuentes statuere de bonis sui territorij, & afficere eadem bona quomodocumque. *latè Alex. cons. 111. nu. 5. & seq. & præcipuè num. 13. lib. 7. Natt. cons. 148. nu. 1. & seq. lib. 1.*

120 Limita 3. quando forensis subit non tantùm onera realia, sed etiam personalia, quia tunc censetur subditus, & gaudet beneficio statuti. *Alex. d. cons. 111. num. 4. lib. 7.* vbi dicit, quod ad hunc effectum non sufficeret, vt quis onera tantùm realia subiret, quia onera realia imponuntur rebus, & ad illa soluenda coguntur etiam non subditi: sed requiritur, vt etiam onera personalia substineat, ex quo præcipuè arguitur, aliquem esse subditum. *Ruin. cons. 200. nu. 12. lib. 2.* vbi, quod non sufficit, vt quis teneatur ad realia tantùm, vel ad personalia tantùm, sed necesse est, si vult vti beneficio statutorum, quod subeat realia, & personalia. *latè Hond. consil. 10. nu. 22. & seq. lib. 2. et cons. 5. nu. 33. lib. 1.*

121 Limita 4. quoad clericos, & Monachos. *Bald. in l. cunctos populos. nu. 10. C. de Summ. Trinit.* vbi dicit, quod si statutum disponat, vt filia non succedat superstite masculo, cum tale statutum sit fauorabile, includitur in dicto beneficio Clericus, & Monachus, etiamsi statuentibus non subdantur. *latè Alex. d. cons. 111. nu. 6. Abb. in cap. quod Clericis. nu. 42. de for. compet.*

122 Notandum est autem, quod pecuniæ, seu nomina debitorum censentur esse de loco, vbi est celebratus contractus, vel destinata solutio. *l. si fideicommissum 50. §. tractatum est. ff. de Iudic. Alex. cons. 16. n. 3. et 4. lib. 1. Mandell. cons. 370. nu. 20. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 142. Gratian. discept. for. cap. 29. nu. 26. et seq. Pinell. in rub. C. de bon. matern. 1. par. nu. 12.* & ideò si solutio destinata sit in loco, vbi viget statutum fœminarum exclusiuum, huiusmodi pecuniæ, seu nomina debitorum censentur esse de bonis in dicto loco sitis, & consequenter ab eorum successione arcentur fœminæ, sicut à successione aliorum bonorum in eodem loco existentium, licèt alibi contractus fuerit celebratus: quia spectari debet locus, vbi actiones ipsæ exerceri, & ad effectum deduci possunt. *Alex. d. cons. 16. n. 4. Vinc. de Franch. dec. 93. nu. 5. et seq. Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. nu. 242. vers. consultus in casu etc. et vers. et ad illam rationem etc. Caball. resol. crim. cas. 268. num. 4. circa med.* subdens *num. 16.* quod

123 census, vectigal, pensio emphiteotica, & huiusmodi reditus fundales sequuntur locum rei, ob quam debentur, licèt cæteri reditus sequantur personam creditoris. *Rot. decis. 290. num. 8. par. 8. Recent.* vbi, quod census impositus super certo fundo iuxtà formam Bullæ Pij V. censetur in eodem loco esse, vbi fundus existit. *et in Romana hæreditatis 24. Maij 1577. coram Oradino. Marescott. var. lib. 1. cap. 9. num. 9. 13. et seq.* secus

124 esset, si actio daretur ad quantitatem in genere, nec vllo loco esset circumscripta, quia tunc non computatur inter mobilia, sed facit tertiam speciem, & consequenter non comprehenditur sub statuto excludente fœminas à successione bonorum, præsertim si loquatur explicitè de bonis in territorio sitis: quia quando fit men-

125 tio de bonis existentibus in certo loco, tunc non veniunt iura, & actiones. *l. Caius. ff. de leg. 2. Lap. allegat. 92. incip. Inprimis videndum etc. Roman. cons. 509. nu. 16. et seq. Tiraq. de Retract. lignag. §. 36. glos. 3. num. 16. et 17. vide quæ infra dicemus in cap. de Action.*

126 Notandum 2. quod statuta, si sunt realia, nocent etiam non subiectis, in rebus territorij: & ideò ligant etiam forenses possidentes bona sub iurisdictione statuentium. *Bald. cons. 460. nu. 2. lib. 1. Crauett. cons. 201. n. 14. et seq. lib. 2. et cons. 844. num. 8. lib. 5.* vbi dicit, quod statui potest

etiam contra forenses circa bona, quæ possident in statuentium territorio: vnde valeret statutum,
127 quod forenses, qui prædia possident in loco statuti, compellantur ad munera: prout etiam valet statutum, quo forenses prohibentur acquirere bona in territorio statuentium, cum illud censeatur conditum occasione bonorum statuentibus subiectorum, *latè Hond. cons. 11. num. 21. lib. 1. & cons. 10. num. 4. & seq. lib. 2.* vbi di-
128 cit, quod sicut statutum de iure congrui ligat forenses respectu bonorum, quæ ipsi possident, si ea vellent alienare irrequisitis consortibus, vel vicinis, ità conueniens est, vt & ipsi vtantur beneficio eiusdem statuti, & illius vigore retrahere possint bona alienata; quia ius congrui inductum ratione vicinitatis, est ius reale. *ex tradit. per Bart. in l. 1. C. de Sum. Trinit.* vbi dicit, quod quando quæstio est de aliquo iure descendente ex re ipsa, debet seruari consuetudo, vel statutum loci, vbi res est sita. *Bald. ibid. num. 17. Rot. dec. 452. nu. 4. par. 1. Diuers. Mandell. cons. 50. num. 5. & seq.* vbi dicit, quod quando statutum potest forensibus nocere, debet etiam ipsis prodesse. *Cepoll. de seruit. vrban. præd. cap. 27. nu. 5. de seru. alt. non toll.* vbi dicit, quod statu-
129 tum prohibens, nè quis possit altius eleuare, seu tollere ædificium suum, si per illud noceat vicini luminibus, ligat forensem, cuius est domus, quia istud ius descendit ex re. *Tob. Non. cons. 1.*
130 *num. 57.* vbi dicit, quod in succedendo inspiciuntur statuta illius loci, vbi bona sunt sita, nulla habita distinctione personarum, an sint subditæ, vel forenses. *vt sensit etiam Bald. in l. 1. nu. 17. C. de Summ. Trinit. Natt. consil. 148. & 149.*
131 *lib. 1.* vbi etiam obseruat, quod si statutum disponat, vt mater transiens ad secunda vota, possit de bonis suis disponere ad libitum in secundum, & vlteriorem virum exclusis liberis primi matrimonij, statutum huiusmodi includit etiam mulierem forensem, vt ei liceat disponere in secundum virum quoad bona sita in territorio statuentium, quia respectu bonorum existentium in territorio, statutum potest habilitare personam etiam non subditam. *Paris. consil. 84. nu. 45.*
132 *lib. 1.* vbi, quod statutum, etiamsi loquatur per verba generalia, comprehendit etiam forensem, & alibi habitantem, respectu bonorum existentium in territorio statuti.

133 Secus esset, si statutum tractaret de aliquo effectu, qui directò respiceret personam, ac illius statum, quia tunc non prodesset forensibus. *vt subdit Mandell. loco cit. num. 5.*

134 Notandum 3. quod statuta exclusiua fœminarum, cum sint correctoria iuris communis, debent strictè interpretari; & ideò statutum excludens sorores à successione parẽtum propter fratres, intelligendum est de fratribus vtrinque coniunctis, non autem vterinis tantùm. *Rota in Firmana pecuniaria 10. Iunij 1615. & 27. Ianuarij 1616. coram Verospio, & in Camerinen. seu Callien. bonorum 26. Iunij 1617. coram Reuerendiss. Seleucien. & in Romana legitima 25. Iunij 1618. coram Remboldo. & in Anconitana prædij 11. Decemb. 1623. coram Vbaldo, quæ est dec. 502. num. 2. & seq. par. 4. tom. 2. Recent. vbi Doctores contrarium tenentes reprobantur.* item intelli-
135 gendum est de fratre primi gradus, non autem de fratribus patruelibus. *Alex. cons. 97. num. 4. lib. 2. Gabr. commun. concl. lib. 6. de statut. concl. 7. n. 11. Rot. in Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio. & dec. 68. nu. 3. & 4. par. 6. recent.* vbi, quod Statutum Vrbis non excludit fœminam propter patruelem, sed solum propter fratrem. *Gregor. decis. 464. num. 8. & 9.*

136 Notandum 4. quod fœminæ exclusæ à statuto computantur in numero liberorum, & faciunt numerum, & partem, quando filijs prodest, siue agatur de successione patris, siue matris. *latè Gabr. de legit. concl. 2. Cephal. consil. 245. nu. 34. Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 4. Martij 1614. coram Card. Lancellotto. & in Romana, seu Vrbeuet. legitimæ 7. Iunij 1632. coram Pirouano, quæ est dec. 137. nu. 13. & 14. par. 6. recent.* non est enim inconueniens, quod quis faciat partem, & non admittatur ad partem. *Rot. in Anconitana legitimæ 28. Iunij 1606. coram Penia, & dec. 101. nu. 8. & 9. coram Andrea.*

SVMMARIVM.

137 *An consuetudo, qua primogenitus succedit, & excludit alios, extendatur etiam ad clericos.*
138 *Statutum laicale non potest disponere de re Ecclesiæ etiam respectu vtilis dominij.*
139 *Iudex laicus non est Iudex competens clerici venientis ad causam.*
140 *Causa decimarum, quæ datæ sunt in feudum sæcularibus, discutienda est coram Iudice ecclesiastico.*
Causa iurispatronatus, non nisi ecclesiastico iudicio potest diffiniri. ibid.
141 *Bona emphiteotica Ecclesiæ à laicis possessa alienari possunt in forenses non obstante statuto.*
142 *Statutum disponens de bonis emphiteoticis Ecclesiæ, an sit contra libertatem ecclesiasticam.*
143 *Forensis alteri forensi vendere non prohibetur, si statutum subditis alienationem immobilium interdiceret in nonsubditos.*
144 *Dicitur quis propriè subditus ratione domicilij.*
145 *Statutum prohibens alienationem per contractus, & actus inter viuos, an impediat alienationem, quæ fit in vltima voluntate.*
Quando stante incapacitate hæredis instituti, hæreditas deuoluatur ad fiscum, & quando ad proximiores. ibidem, & nu. seq.
146 *Quando emphiteuta alienans sine consensu Domini, cadat à iure suo, & quando non.*
Quid si alienatio esset nulla. ibid.
147 *Quando venientes ab intestato, vel fiscus teneantur præstare legata à testatore relicta.*
148 *An Ciuis loci ex priuilegio, possit acquirere bona existentia in eodem loco, non obstante statuto prohibente alienationem bonorum in forenses.*
149 *Quid si forensi conditionaliter aliquid relinquatur contra prohibitionem statuti.*
150 *Filius ab hostibus captus, propter spem postliminij, impedit, nè alij succedant.*
151 *Senator Vrbis, & aliorum locorum, eiusque filij, nepotes, & pronepotes possunt acquirere non obstante prohibitione statuti.*

152 *Se-*

152 *Senator, vbicunque sortitur hanc dignitatem, ibidem contrahit domicilium.*
153 *Ciuilitas acquisita à Patre, an transeat in filios.*
154 *An Pratores, Aduocati, & alij Doctores, qui ratione officij merentur stipendia in aliqua Ciuitate, milites, seu stipendiarij, & scholares possint acquirere in loco, in quo morantur, non obstante statuto.*
155 *Beneficiatus efficitur Ciuis, quandiù beneficium possidet.*
156 *Vxor forensis nupta Ciui potest acquirere stabilia non obstante statuto.*
157 *Statuto simpliciter prohibente alienationem stabilium in forenses, potest quis forensibus cedere iura, & actiones.*
158 *Quid si statutum de iuribus, & actionibus specificè loquatur.*

Quæstio VII.

An sub statuto laicorum prohibente alienationem bonorum stabilium in forenses, comprehendantur bona emphiteotica Ecclesiæ à laicis possessa.

137 AFfirmat *Anchar. cons. 125. sub num. 7. & cons. 433. n. 3.* vbi etiam dicit, quod consuetudo, qua primogenitus succedit, & excludit alios, extenditur etiam ad clericos. *Alex. cons. 9. num. 2. vol. 5. Surd. decis. 160. num. 13. & alij.* ea ratione moti, quia vtile dominium, dum est apud emphiteutam laicum, habetur pro laicali, & per consequens de eo potest disponere statutum laicorum.

138 Sed negatiuam sententiam vti veriorem alij sequuntur, asserentes, non posse statutum laicale ex defectu potestatis disponere de re Ecclesiæ etiam respectu vtilis dominij, quia dominium vtile connexum est cum dominio directo Ecclesiæ, in quo tamquam in prima causa inseparabiliter inhæret; vnde sicut dominium directum Ecclesiæ non subijcitur dicto statuto. *vt d. Bart. in l. dudum. C. de contrah. empt. & alij apud Ciriac. contr. 530. num. 12. 13. 52. & seq. & est communis opinio Doctorum:* ità nec eidem subijcitur vtile dominium, etiamsi à laicis possideatur. *arg. l. si communem. ff. Quem. seru. amit. & ità tenuit Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum, & in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit. Soc. sen. consil. 55. lib. 1. Ladercb. cons. 103. num. 3. post med. quos refert, & sequitur Rot. in Ferrariensi bonorum de Schianchis 28. Aprilis 1617. coram Pamphilio, prout refert Ciriac. post contr. 205. lib. 2. Farinac. post tom. 2. cons. decis. 305. & in Romana domus de Seapuccijs 19. Ianuarij 1611. coram Coccino, quæ apud Pacif. de Salu. interd. est decis. 238.* vbi
139 subijcit, quod Iudex laicus non est Iudex competens clerici venientis ad causam, etiamsi renunciet priuilegio fori. *& ità censuit eadem Rota 28. Maij 1631. coram Merlino, prout refert*
140 *Diana post 5. par. resol. mor. fol. 456.* vbi addit, quod causa decimarum, quæ datæ sunt in feudum sæcularibus, discutienda est coram Iudice ecclesiastico, licèt dominium huiusmodi fructuum spectet ad laicos, quia cum feudum prædictum oriatur, & dependeat à iure spirituali, & ecclesiastico, non potest Iudex laicus de eo cognoscere: quemadmodum causa iurispatronatus, quia connexa est spiritualibus causis, non nisi ecclesiastico iudicio potest diffiniri. *vide tex. in cap. quanto. & cap. cæterum. de Iudic.* vnde huiusmo-
141 di bona emphiteotica Ecclesiæ non obstante statuto alienari possunt in forenses, cum originaliter tanquam ecclesiastica, sint exempta à statutis laicorum. *Bart. in l. filiusfam. 117. §. Diui. 2. num. 12. ff. de leg. 2.* vbi etiam obseruat, quod ta-
142 le statutum, si disponeret de bonis emphiteoticis ecclesiæ, esset contra libertatem ecclesiasticam. *Rip. respons. 4. nu. 5. & seq. tit. de Iure gent. ciuil. Castrens. cons. 5. vol. 2. Plot. cons. 19. nu. 11. & seq. Menoch. consil. 165. & alij apud Ciric. d. contr. 205. num. 156. & seq.*

143 Immò tale statutum non semper inter laicos locum habet: nam forensis alteri forensi vendere non prohiberetur, si statutum subditis alienationem immobilium interdiceret in non subditos: forensis enim, qui vendit, non censetur propriè subditus, cum non substineat onera perso-
144 nalia, licèt substineat realia ratione bonorum: sed dicitur quis propriè subditus ratione domicilij. *Bart. in l. multum interest. 33. vers. Vnde si statutum est hic. ff. de Verb. oblig. Bald. cons. 411. sub num. 2. vol. 1. Rip. respons. 4. num. 11. sub tit. de Iure gent. ciuil. Cephal. cons. 13. nu. 8. & cons. 161. nu. 10. Card. Seraphin. decis. 843.*

145 2. Si statutum huiusmodi prohibeat alienationes per contractus, & actus inter viuos, non impediret alienationem, quæ fieret in vltima voluntate. *l. verba. contraxerunt. 20. ff. de Verb. signif. Bald. cons. 358. num. 4. vol. 1. & consil. 253. & cons. 310. num. 3. vol. 3. Alex. cons. 120. sub n. 2. vol. 1. & alij apud Ciriac. contr. 205. num. 149. & seq.* & si statutum comprehenderet etiam alienationes, quæ fiunt in testamento, seu vltima voluntate, per simplicem institutionem bona non deuoluerentur ad fiscum, quando hæreditas non fuit adita: vel si adita, adhuc non fuit apprehensa actualis possessio à forensi, sed tunc stante incapacitate hæredis instituti, hæreditas deuoluitur ad proximiores capaces. *Rip. respons. 4. num. 16. & seq. sub tit. de Iure gent. ciuil.* vbi etiam
146 dicit, quod emphiteuta alienans sine consensu Domini, non cadit à re emphiteotica, nisi sequuta traditione, quia tunc alienatio dicitur perfecta. *Socin. iun. cons. 3. num. 19. & seq. vol. 3. Alciat. cons. 31. num. 51. lib. 9. & cons. 43. et 47. lib. 2.* vbi idem dicit, si possessio translata esset per clausulam constituti, quia cum simus in materia odiosa, fieri debet stricta interpretatio, vt lex requirens traditionem, intelligatur de actu naturali, non de ciuili tantùm. *Ciriac. contr. 230. num. 16. et seq.* vbi etiam obseruat, quod fisco non acquiruntur bona ob alienationem factam contra prohibitionem statuti, si alienatio est nulla. *et contr. 205. num. 171.* subdens, quod si statutum huiusmodi non reseruat aliquod ius proximioribus, dicitur principaliter contemplatus fiscus.

147 An verò, annullato testamento ob incapacitatem hæredis instituti, teneantur venientes ab intestato, præstare legata? Resp. affirmatiuè, si in testamento adsit clausula codicillaris. *Turret.*

in tract. de claufsul. codicill. q. 42. & 44. quem refert, & fequitur Ciriac. d. contr. 230. num. 18.
& 19. vbi addit, quod fifcus etiam tenetur ad
legata, fi talia bona caperet tanquam vacantia,
quando non adeffent proximiores.
148 3. Si forenfis fiat per priuilegium ciuis illius
loci, vbi adeft tale ftatutum, poffet tunc acquirere bona exiftentia in eodem loco: ciuis enim
per priuilegium fruitur beneficijs, quæ competunt originarijs ciuibus. l. 1. vbi Bart. num. 16.
ff. ad municip. l. ciues 7. C. de Incol. lib. 10. idem
Bart. in l. fi maritus. 15. §. legis. ff. Ad l. Iul. de
Adulter. Bald. in l. 3. §. hac verba. ff. de Negot.
geft. Alexan. conf. 99. nu. 5. vol. 6. Rum. conf. 139.
num. 23. vol. 5. vbi dicit, quod alienatio facta in
forenfem, confirmatur, fi fiat ciuis. Crauett.
conf. 515. num. 16. Rol. conf. 60. num. 19. vol. 1. &
conf. 67. fub nu. 44. vol. 3. Ciriac. contr. 273. nu. 4.
& contr. 205. num. 56. et feq. Caftr. conf. 234. fub
nu. 3. uol. 2. Decian. conf. 16. num. 97. uol. 4. Plot.
conf. 19. nu. 18. Menoch. conf. 165. fub nu. 9. Bart.
Socin. conf. 19. fub num. 3. et 4. uol. 3. Alciat. conf.
21. in fin. lib. 2. Rip. refponf. 4. num. 24. fub tit. de
149 Iure gent. ciuil. vbi etiam obferuat, quod fi
forenfi conditionaliter relinquitur contra prohibitionem ftatuti, ius alteri non defertur, fed
ftat in fufpenfo, donec fpes, & poffibilitas adeft,
150 vt fiat capax; quemadmodum filius ab hoftibus captus, propter fpem poftliminij, impedit,
ne alij fuccedant. l. 2. §. fi uerò apud hoftes. ff. Ad
Senatufc. Tertyll. l. fi duobus 16. ff. de leg. 1. l. 1.
§. fi quis proximior. ff. Vnde cognat. l. 3. §. utique
et ex lege. ff. de fuis, et legit. & tunc fi alter, ad
quem fpectarent bona, apprehendat eorum poffeffionem, retinet illa vti adminiftrator, non
autem tamquam fua, & fuperueniente capacitate refoluitur omne ius poffefforis, ac tenetur illamet reftituere cum redditione rationis adminiftratorum. Bald. in l. fi quis inftituatur. in
princ. ff. de hared. inftit. Menoch. lib. 4. præfumpt.
159. n. 18. Ciriac. d. contr. 205. n. 88. et feq.
151 Idem dicendum in Senatore Vrbis, & aliorum locorum, eiufque filijs, nepotibus, & pronepotibus: ifti enim, quamdiù morantur in loco
dignitatis, poffunt acquirere non obftante ftatu-
152 ti prohibitione, quia Senator, vbicumque fortitur hanc dignitatem, ibidem contrahit domicilium. l. Senatores 11. ff. de Senator. & ciuilitas
153 acquifita à patre, tranfit etiam in filios eo tempore natos. iuxta tex. in l. filij 22. §. Senatores.
1. ff. Ad municip. latè Ciriac. contr. 273. nu. 34. et
contr. 450. num. 3. et feq. vbi id etiam extendit ad
154 Prætores, Aduocatos aduocationis officium
actu exercentes, & alios Doctores, qui ratione
officij merentur ftipendia in aliqua Ciuitate, fiue
actu legant, fiue non: quemadmodum milites,
feu ftipendiarij habentur pro ciuibus in loco, vbi
ftipendium merentur, & ibi forum fortiuntur.
glof. in l. ciues. uer. allectio. in princ. C. de Incol.
libr. 10. Bart. in l. municeps. 23. §. miles. ff. Ad
municip. vbi id intelligit, donec ibi merentur
ftipendium. et in tract. de Reprefal. in 5. quæft. 5.
quæft. principal. num. 12. vbi idem dicit de fcolaribus in loco ftudij. Boer. decif. 160. fub num. 19.
155 et feq. vbi, quod etiam Beneficiatus efficitur
ciuis, quamdiù beneficium poffidet. Gratian.
difcept. for. cap. 186. num. 3.

156 Item vxor forenfis nupta ciui non impeditur
acquirere ftabilia non obftante tali ftatuto, & fi
vidua fit, non prohibetur viro fuccedere: quia
vxor acquirit ciuilitatem mariti, non folum habitationis, fed etiam originis, vel alterius loci,
tam conftante matrimonio, quàm eo foluto, donec permanet in viduitate, & gaudet omnibus
priuilegijs mariti. l. filij 22. §. uidua. ff. Ad municip. l. quoties 3. ubi Bart. C. de Priuil. fcholar.
libr. 12. Bald. in l. cum te. 10. fub num. 1. C. de
Nupt. Socin. Sen. conf. 81. uol. 3. vbi, quod poteft
retinere iam quæfitum, etiamfi deinde nubat forenfi. Corn. confil. 111. fub num. 4. uol. 3. et alij,
quos refert, et fequitur Ciriac. contr. 173. nu. 41.
et feq.
157 4. Si ftatutum fimpliciter prohibeat alienationem ftabilium in forenfes, poterit quis vendere, feu cedere forenfibus iura, & actiones,
quia tale ftatutum vti exorbitans à iure communi, hæc non comprehendit. Rim. fen. conf. 244.
et alij apud Ciriac. contr. 230. num. 1. et feq. vbi
158 addit, quod fi ftatutum huiufmodi etiam de
iuribus, & actionibus fpecificè loquatur, intelligendum eft in dubio de iuribus, & actionibus
ad ftabilia competentibus, propter præcedentem qualitatem ftabilium, & ideò non comprehenderet credita alterius generis. quicquid in
contrarium fentiat Roman. conf. 509. num. 18.

SVMMARIVM.

159 Ciuitas fubiecta fubijcitur etiam ftatutis Ciuitatis, feu loci dominantis, quando non habet
particulare ftatutum: declaratur nu. 163.
160 Ægidiana conftitutio non extenditur ad loca,
in quibus adfunt ftatuta particularia.
161 Quando ftatutum poffit tolli fine auctoritate Superioris.
162 In cafu non decifo per ftatutum loci particulare, femper recurritur ad ftatuta loci dominantis.
163 Quando deficit ftatutum loci particularis, recurrendum eft ad Ciuitatem Superiorem.
164 Quando locus inferior ligetur ftatutis loci dominantis.
165 An locus fubiectus fubijciatur etiam confuetudini loci dominantis.
166 Quid fi nec in loco fubiecto, nec in loco dominante adeffet aliqua confuetudo.
167 An confuetudo loci extendatur ad alium locum
vicinum.
168 An ftatutum faciens mentionem de perfona,
comprehendat vniuerfitatem, vel collegium.

Quæftio VIII.

An Ciuitas fubiecta fubijciatur etiam ftatutis Ciuitatis, feu loci dominantis.

159 RESP. affirmatiuè, quando Ciuitas fubiecta non habet particulare ftatutum; fecus fi habeat ftatuta propria: vbi enim concurrunt duo ftatuta, alterum particulare loci, alterum verò generale Prouinciæ, magis attenditur ftatutum fpeciale loci. l. fin. C. de Teftament. §. fin.

fin. vbi DD. Inst. de satisdat. Bald. cons. 201. nu. 2. vers. in contrarium. lib. 1. Roman. cons. 218. & cons. 61. in fin. Cephal. cons. 169. nu. 7. lib. 2. Paris. cons. 25. nu. 42. vol. 4. Seraph. dec. 343. & dec. 942. nu. 15. Rot. Diuers. dec. 384. par. 1. & decis. 330. par. 2. vbi, quod Ægidiana constitutio non
160 extenditur ad loca, in quibus adsunt statuta particularia. Gratian. discept. forens. cap. 9. nu. 3. quod præcipuè procederet, quando statutum loci inferioris esset confirmatum à Principe, quia tunc diceretur conditum à confirmante. l. 1. §. sed neque. C. de vet. iur. enucl. Bart. in l. more maiorum. num. 5. ff. de Iurisd. omn. Iud. Alex. cons. 123. num. 17. vol. 4. & cons. 151. nu. 5. vol. 2. Ciriac. contr. 321. num. 90. Gratian. d. cap. 9. n. 4.
161 & seq. vbi etiam obseruat, quod statutum per se validum tamquam non indigens confirmatione, quamuis postea confirmatum, poterit tolli sine auctoritate Superioris: secus quando sine confirmatione erat inualidum. ex trad. per DD. in l. omnium. C. de Testam.
162 Prædicta tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando statutum loci determinat casum, de quo dubitari contingit: nam in casu non deciso semper recurritur ad statuta Ciuitatis, seu loci dominantis. latè Hond. cons. 13. num. 11. & 58. lib. 1. Caualcan. de Tutor. num. 93. Greg. XV. dec. 260. num. 4. vbi, quod constitutio Marchiæ requirens insinuationem, non tollitur per statutum loci particularis requirentis certas solemnitates nulla facta mentione de insinuatione; quando enim dispositiones non sunt ad inuicem incompatibiles, vna non est abrogatoria alterius. vt ibi obseruat Beltramin. nu. 19. Gratian.
163 d. cap. 9. num. 24. vbi etiam obseruat, quod quando deficit statutum loci particularis, recurrendum est ad Ciuitatem superiorem, etiamsi in loco per aliud statutum disponatur, quod deficientibus statutis seruetur ius commune, quia statutum Ciuitatis superioris vim obtinet iuris communis. Ciriac. d. contr. 321. num. 90.
164 Obserua tamen, quod locus inferior non ligatur statutis loci dominantis, nisi sit suppositus totali ipsius loci dominantis iurisdictioni. Rimimal. cons. 9. num. 23. vol. 1.
165 Sed quæres, an Ciuitas, seu locus subiectus subijciatur etiam consuetudini loci dominantis? Resp. affirmatiuè, quando in Ciuitate subiecta non adest particularis consuetudo; secus si ibi adesset specialis consuetudo. Rota coram Card. Blanchetto in Sutrina donationis bonorum 13. Maij 1593. quam refert Gratian. discept. forens.
166 cap. 965. num. 19. Si verò nec in Ciuitate subiecta, nec in loco dominante adesset consuetudo, tunc recurrendum est ad ius commune. Card. Seraphin. dec. 1161.
167 Quæres 2. an consuetudo loci extendatur ad alium locum vicinum? Resp. quod consuetudo regulariter non extenditur de loco ad locum quamuis vicinum, sicut nec extenditur de persona ad personam, nec de casu ad casum. Crauett. cons. 96. nu. 4. Card. Mantic. dec. 284. num. 6. nisi eadem subsit ratio, vel æquitas: tunc enim conceditur extensio vsus, & consuetudinis de loco ad locum, de persona ad personam, & de casu ad casum. vide Menoch. de retinen. rem. 5. numer. 65.

168 Quæres 3. an statutum faciens mentionem de persona, comprehendat vniuersitatem, vel collegium? Resp. negatiuè, quia Vniuersitas est persona ficta. Bald. in l. omnes populi. in pen. q. ff. de Iust. & Iur. Ludou. dec. Lucen. 39. num. 35. & seq. vbi etiam dicit, quod constituens procuratorem ad agendum contra omnem personam, non videtur illum constituisse ad agendum contra Vniuersitatem, vel Remp.

SVMMARIVM.

169 *Lex, & statutum semper præsumuntur esse in viridi obseruantia, nisi contrarium probetur: limitatur num. seq.*
170 *Statutum vsu receptum in vno loco, non præsumitur vsu receptum in alio.*
171 *Quando probetur contrarius vsus.*
172 *Lex indeterminatè loquens circa locum, & tempus, intelligi debet de omni loco, & tempore.*
173 *Testes indeterminatè loquentes circa locum, & tempus, non probant maleficium.*
174 *Valet argumentum regulariter à verbis legis ad verba hominis.*

Quæstio IX.

An leges, & statuta locorum præsumantur vsu recepta.

169 ALij sentiunt, quod non præsumuntur vsu recepta, & ideò probari debeat de vsu à maiore parte populi, tùm quia id est quid facti, tum quia leges, & statuta semper habent tacitam conditionem, dummodò vsu recipiantur, cum tollantur per contrarium vsum. Socin. iun. cons. 32. numer. 47. lib. 3. Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. num. 1. & seq. contrarius verò non vsus probatur eo ipso, quod non probatur vsus. Caputaq. decis. 203. par. 3. subdens, quod de vsu non constaret, si probaretur, statutum per paucas vices vsu fuisse receptum.

Contraria tamen sententia videtur verior: lex enim, & statutum semper præsumuntur esse in viridi obseruantia, nisi contrarium probetur; vnde is, qui allegat legem, vel statutum, habet intentionem fundatam in illis. l. Arriani. C. de Hæret. Bart. in l. certa forma. num. 5. Cod. de Iur. fisc. lib. 10. Gozad. consil. 16. num. 16. Natt. consil. 340. num. 11. lib. 2. Alciat. cons. 2. num. 33. lib. 9. Rolan. cons. 90. num. 53. lib. 1. Rot. dec. 775. num. 1. par. 1. diuers. Put. decis. 1. in fin. lib. 1. Benitend. decis. 13. num. 10. quod præcipuè procedit in constitutionibus Summi Pontificis, quæ eo ipso ac sunt promulgatæ, censentur effectuatæ, nec potest contra illas induci non vsus, neque contrarius vsus, si ex coniecturis colligatur, Papam velle independenter ab acceptatione populi obligare. Bonacin. in tract. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 4. nu. 28. & 29. Dian. par. 7. resol. mor. tract. 1. resol. 8. Card. Caualer. dec. 423. num. 4. de quo latiùs diximus in tract. de Regim. Eccles. lib. 1. c. 1. num. 21. & seq.
170 Limita, quando statutum vnius loci traheretur ad alium locum: statuta enim regulariter non operantur extra territorium statuentium.

l. fin. cum ibi not. ff. de Iurisd. omn. Iud. idemque dicendum, quando statutum loci dominantis traheretur ad loca subiecta, in quibus extent particularia statuta; tunc enim huiusmodi statutum, licèt præsumatur vsu receptum in loco dominante, non tamen ità præsumeretur in locis subiectis, si in subiectis extent particularia statuta. *Cephal. cons. 13. num. 8. Ciriac. contr. 205. n. 140. & seq.*

171 Notandum est autem, quod contrarius vsus non probatur per aliquos actus in contrarium factos, nisi etiam probetur, quod illi habuerint effectum, & quod talis obseruantia deuenerit ad notitiam maioris partis populi. *Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 13. num. 42. Seraphin. dec. 153. nu. 3.*

172 Quæres, quomodò intelligatur lex indeterminatè loquens circa locum, & tempus? Resp. quod intelligi debet de omni loco, & tempore. *Bart. in l. 1. ff. de Aleat.* vbi subijcit, quod si te-

173 stes indeterminatè loquerentur circa locum, & tempus, non probarent maleficium. *Alba cons.*

174 *243. num. 5. & seq.* vbi etiam dicit, quod valet argumentum regulariter à verbis legis ad verba hominis.

S V M M A R I V M.

175 *Potest appellari à statuto, si conditum fuerit contra certam personam.*

Quando dicatur conditum contra certam personam. ibidem.

176 *An in tali casu sufficiat contradictio facta in tempore.*

Quæstio X.

An, & quando appellare quis possit à statuto.

175 Resp. quod aut statutum, seu alia constitutio sit contra certam personam, & tunc illa potest appellare: aut sit generaliter, & eo casu non conceditur appellatio. *in l. omnes populi. nu. 53. in 5. q. in fin. ff. de Iust. & iur.* vbi dicit, quod licèt statutum, seu constitutio verbis generalibus concipiatur, si tamen probari potest legitimis coniecturis, fuisse tale statutum in odium certæ personę specialiter confectum, tunc à tali iniquitate, licita esset appellatio, & posset per Superiorem corrigi. *& in l. fin. num. 3. ff. de Appell. recip. Bald. in l. 2. §. postea. ff. de orig. iur.* vbi, quod à speciali iniquitate, quæ non tangit omnes, sed paucos, appellari potest. *& in l. iudicibus. num. 2. C. de Appell. & in l. quisquis. nu. 2. C. Quor. appell.* vbi dicit, quod potest appellari à statuto, si verbis sit generale, & in effectu singulare, puta si statutum conditum fuerit in præiudicium tertij: tunc enim appellare poterit tertius iniquè per statutum oppressus. *vt inquit Alex. cons. 130. num. 14. lib. 2. Rot. diuers. decis. 64. & dec. 50. par. 2.* vbi, quod licita est appellatio à statuto cogente homines, vt accedant ad molendina Ciuitatis, tamquam facto in præiudicium particularis personæ, hoc est eorum, qui molendina extra Ciuitatem existentia possident. *Rol. cons. 22. num. 16. & seq. & cons. 99. num. 11. & seq. & num. 42. lib. 2.* vbi dicit, quod statutum dicitur factum in præiudicium certæ personæ, si ligaret vnum quarterium Ciuitatis tantùm.

176 In tali tamen casu, quando statutum conditum fuit in præiudicium certæ personæ, non requiritur necessariò appellatio, sed sufficit contradictio facta in tempore. *Bart. in d. l. fin. n. 3. ff. de Appell. recip. Rot. d. dec. 50. num. 13. & seq. par. 2. Diuers.*

S V M M A R I V M.

177 *Constitutiones Ægidianæ in toto Ecclesiastico statu seruantur: constitutiones verò Carpenses non egrediuntur Picenum.*

178 *Dictæ constitutiones non habent locum in foro ecclesiastico, & vbi agitur de re Ecclesiastica, vel de personis ecclesiasticis.*

179 *Constitutiones Ægidianæ locum habent tantùm in Terris, & Ciuitatibus immediatè subiectis Romanæ Ecclesiæ, non verò in alijs: limitatur num. seq.*

180 *Quid si bona non sint Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, sed tantùm personæ litigantes, & lis vertatur in loco eidem Sedi Apostolicæ immediatè subiecto.*

181 *Et quid si lis ageretur in loco quidem Sedi Apostolicæ immediatè subiecto, sed litigantes non essent eidem Sedi immediatè subiecti.*

182 *Constitutiones Ægidianæ non sunt seruandæ in locis, vbi super eisdem articulis adsunt particularia statuta, seu consuetudines.*

183 *Constitutiones à Superiore editæ pro vno loco, an, & quando extendantur ad alia loca.*

184 *Quando constitutio dicatur fauorabilis.*

C A P. XI.

In quibus locis seruari debeant constitutiones Ægidianæ, & Carpenses.

177 Resp. quod constitutiones Ægidianæ in toto Ecclesiastico statu seruantur: constitutiones verò Carpenses non egrediuntur Picenum; nam Rodulphus Cardinalis Carpensis solùm Piceni Legatus fuit, & ideò eius constitutiones in dicta tantùm ditione seruandæ sunt, quia per constitutionem Pauli III. *quæ in nou. Bullar. est 17.* non fuerunt extensæ vltra legationem eiusdem Card. Carpensis, prout extensæ, seu potius confirmatæ fuerunt constitutiones Ægidianæ: nam Ægidius Cardinalis Carillus pro tota Italia, dum Summi Pontifices Auenione degebant, legatus fuit constitutus, & ideò in toto statu Ecclesiastico seruari debent eius constitutiones. *Caput. decis. 226. par. 1.* vbi dicit, quod Sixtus IV. extendit constitutiones Ægidianas ad omnes terras Ecclesiæ. *prout in eius constit. 15. in nou. Bullar.* & ideò Ciuitas Auenionensis, quæ etiam est sub potestate Ecclesiæ, venit in illa extensione Sixti potius per viam comprehensionis, quàm extensionis. *Beltram. ad Greg. dec. 260. num. 17. Rot. dec. 780. nu. 4. par. 1. Diuers. & apud Pacif. de Salu. interd. decis. 208. num. 5. & 6. & in Imolen. damnorum 22. Iunij 1611. coram Card. Sacrato. & in Cesenaten. prædij 29. Maij 1626. coram Manzanedo, & in Romana*

mena datis 20. Nouembris 1630. coram Pirouano. & dec. 238. num. 15. & 16. & dec. 260. num. 3. & 4. par. 6. Recent. Ridolphin. in Prax. iudic. par. 1. cap. 6. nu. 121. cum seq.

178 Obserua tamen, quod dictæ constitutiones
locum non habent in foro Ecclesiastico, & vbi
agitur de re ecclesiastica, vel de personis Eccle-
siasticis, quia Cardinalis Ægidius, qui eas con-
didit, erat Legatus ad temporale gubernium; &
ideò non habebat iurisdictionem in dictis casi-
bus. *Cherubin. ad constit. 17. Pauli III. schol. 2.
& ad constit. Sixti IV. schol. 1. Card. Seraphin.
decis. 424. Grat. decis. March. 55. num. 10. Ridol-
phin. loco cit. num. 149. & seq.* vbi dicit, quod
Ægidianæ non est locus, quando agitur de quo-
cunque præiudicio Ecclesiæ, etiamsi lis ageretur
inter laicos.

179 Obserua 2. quod constitutiones Ægidianæ
locum habent tantùm in terris, & Ciuitatibus
immediatè subiectis Romanæ Ecclesiæ, non ve-
rò in alijs. *vt declarauit Sixtus IV. d. constit. 15.
et obseruat Cherubin. ibidem schol. 2.* vbi dicit,
quod in terris Romanæ Ecclesiæ mediatè subie-
ctis seruandæ non sunt, quia in exordio dictæ
constitutionis Sixti IV. expressa fit mentio de
locis immediatè subiectis. *Gratian. d. decis. 55.
num. 8. et 9. Ridolphin. d. par. 1. cap. 6. num.* 122.
180 *et 139. cum seq.* vbi subijcit, quod etiamsi bo-
na, de quibus agitur, non sint Sedi Apostolicæ
immediatè subiecta, si tamen lis vertatur in Cu-
ria, vel in alio loco eidem Sedi Apostolicæ im-
mediatè subiecto, & personæ litigantes similiter
sint Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ, locum
haberet Ægidiana. *vt sensit Rot. apud Pacif. de
Salu. interd. decis. 233. num. 2. et decis. 79. nu. 19.
par. 5. tom. 1. recent.* immò locus esset Ægidianæ,
181 si lis ageretur in Rota, vel in alio loco imme-
diatè subiecto Romanæ Ecclesiæ, etiamsi litigan-
tes non essent eidem Romanæ Ecclesiæ immedia-
tè subiecti, quia debet seruari ius fori, in quo li-
tigatur. *Rot. in Reatina confinium 9. Iunij 1606.
coram Card. Lancellotto. et decis. 117. num. 18. et
19. eadem par. 5. tom. 1. recent.*

182 Obserua 3. quod constitutiones Ægidianæ
non sunt seruandæ in locis, vbi super eisdem ar-
ticulis adsunt particularia statuta, seu consuetu-
dines. *vt declarauit Sixtus IV. d. constit. 15. Rot.
dec. 330. num. 3. par. 2. Diuers. Corn. consil. 151.
num. 6. vol. 3. Cherubin. ad constit. 17. Paul. III.
schol. 1. Ridolphin. in Prax. iudic. par. 1. cap. 6.
num. 126.*

183 Notandum est etiam, quod constitutiones à
Superiore editæ pro vno loco, si sint fauorabi-
les, & militet eadem ratio, extenduntur ad alia
loca. *Caput. d. dec. 226. par. 1. Gratian. d. dec. 55.*
184 *num. 3. et seq.* vbi, quod constitutio dicitur fa-
uorabilis, si per eam reducamur ad ius com-
mune.

SVMMARIVM.

185 *An et quando Aduenæ subijciantur statutis lo-
corum, in quibus morantur, et quando non, et
num. 186. et 191. cum seq.*
186 *Consuetudines, quæ à iure communi exorbi-
tant, non debent extendi, sed restringi tanquam
odiosæ.*
187 *An Aduenæ teneantur seruare dies festos parti-
culares eius loci, per quem transeunt.*
188 *An Sacerdos Græcus, vel latinus possit seruare
ritum Ecclesiarum eius loci, in quo hospitatur.*
189 *An extraneus ligetur censuris latis à Superio-
re loci, si ibi breui tempore intendat morari.*
190 *An forenses visitantes consanguineas moniales,
subijciantur pœnis ab Episcopo eius loci noui-
ter inductis.*
191 *An Vagi, seu vagabundi obligentur legibus, et
consuetudinibus locorum, in quibus hospitan-
tur.*
*Et an possint puniri à loci Magistratu ob delicta
etiam alibi commissa. ibidem.*
192 *Quid si eædem leges, et consuetudines vigerent
in domicilio exterorum, et nu. seq.*
193 *Præceptum semel tantùm obligat.*
194 *Exteri tenentur seruare edicta, et constitutio-
nes loci, ad quem perueniunt, quando aliàs se-
queretur aliquod damnum eiusdem loci.*
195 *Quid si alioquin scandalum oriretur.*
196 *Forenses etiam tenentur seruare solemnitates
loci, vbi contrahunt.*

Quæstio XII.

*Vtrum aduenæ, et peregrini teneantur seruare leges
locorum, in quibus pro tempore morantur.*

185 Resp. quod aut accedunt ad locum animo
inhabitandi ad longum tempus, & tunc,
cum eius loci forum sortiantur, & quasi domici-
lium ibi contrahant. *l. hæres absens. §. proinde.
ff. de Iudic.* omnibus eiusdem loci legibus, &
consuetudinibus obligantur. *Palud. in 4. dist. 15.
quæst. 4. art. 3. S. Anton. par. 2. tit. 6. c. 2. §. 2. Sylu.
in ver. domicilium. num. 2. Nau. in tract. de Iu-
bilæo. not. 32. ver. incola. nu. 43. Iordan. var. elu-
cubr. lib. 8. tit. 1. de constit. nu. 30.* vbi dicit, quod
quando aduenæ ad locum accedunt animo ma-
nendi maiore anni parte, tunc, etiam prima die
accessus ob præfatam animi destinationem subij-
ciuntur statutis eiusdem loci, & ligantur censu-
ris, & ad hunc effectum satis est, vt accedant ani-
mo tractandi aliquod negotium, maiorem anni
partem requirens; secus si non decreuerint ibi
manere maiore anni parte: quamuis enim regu-
lariter eo ipso quod aliquis committit delictum
in aliquo territorio, fiat statim subditus Superio-
ris illius loci. *cap. fin. de for. comp.* hoc tamen
non procedit ad effectum incurrendi censuras:
quia in tali casu prærequiritur, vt faciens con-
tra præceptum continens censuram, esset antea
subditus: censura enim non fertur nisi in subdi-
tos; extraneus autem, qui non accedit animo
permanendi maiore anni parte, non fit subditus
superioris loci, cuius præceptum violauit, con-
sequenter non ligatur censura. *Bonacin. de Cen-
sur. in comm. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 20. & seq.
& in tract. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. num. 38.
vers. dixi &c. & alij apud Layman. in theol. mor.
lib. 1. tract. 4. cap. 12. nu. 1.* vbi etiam dicit, quod
longum tempus in tali casu censetur, si aduenæ
non maiore anni parte inhabitare velint, sed ali-
quanto breuiori tempore, dummodò in eo loco,
certo permanendi proposito alicuius negotij,
vel

vel negotiationis causa domum, officinam, vel tabernam fixerint, vel saltem conduxerint. *per d. tex. in l. hares absens. §. proinde. & in hoc conueniunt ferè omnes Doctores.*

Aut aduenæ in loco moraturi non sunt, sed tantùm hospitaturi, vel transituri, & tunc obligantur quidem communibus legibus, & consuetudinibus, etiamsi in eorum patria fortè non obseruentur, non tamen obligantur legibus, & consuetudinibus eius loci proprijs, siue specialibus, cum ad hunc effectum requiratur certa scientia. *glos. in cap. illa. ver. veneris. dist. 12. Bald. in l. 1. num. 22. C. de Sum. Trinit. & alij apud Layman. d. lib. 1. tr. 4. cap. 15. num. 3. quicquid dicat Abb. in cap. consilium. nu. 6. de obseru. ieiun. Nauar. in man. cap. 13. num. 5. et cap. 23. num. 150.*

186 Hinc inferunt DD. quod si ciuis Mediolanensis reperiatur Romæ, peccaret, si primis quatuor diebus quadragesimæ non ieiunaret, etiamsi in patria sua ad id non teneatur. *Abb. in d. cap. consilium. num. 6.* ratio est, quia leges ecclesiasticæ omnes Christianos obligant, nisi speciali priuilegio, aut iure eximantur; specialis autem illa consuetudo Mediolani, est veluti priuilegium locale, quo ciues Mediolanenses frui nequaquam possunt, dum absentes sunt: tales enim consuetudines, cum à iure communi exorbitent, non debent extendi, sed potius tamquam odiosæ restringi. *Nau. d. cap. 23. num. 120. Layman. d. lib. 1. tr. 4. cap. 12. num. 3. et alij.*

187 Inferunt 2. quod aduenæ, & Peregrini, qui in aliena Ciuitate, vel loco non inhabitandi, sed tantùm hospitandi causa adsunt, non tenentur per se loquendo seruare dies festos proprios, seu particulares eius loci, etiamsi ibi per totum diem mansuri sint: quia ad obligandum aliquem legibus requiritur iurisdictio, sed peregrini ob breuem hospitij moram non subijciuntur iurisdictioni, nec forum sortiuntur. *d. l. hæres absens. §. proinde. ff. de Iudic. cap. vlt. à contrario sensu. de for. comp. et sensit glos. in d. cap. illa. ver. veneris. dist. 12. et alij apud Layman. loco cit. d. cap. 12. nu. 4.*

188 Inferunt 3. Sacerdotem Græcum transeuntem per Ecclesiam latinam, huic se conformare posse, & in azimo consecrare, vel si malit, propriæ Ecclesię morem retinere; similiter Sacerdotem latinum transeuntem per Ecclesiam Græcam, posse vel illi se conformare, & in fermentato sacrificare, vel Romanæ Ecclesiæ morem seruare; ratio est, quia peregrinus legibus, & consuetudinibus suæ patriæ proprijs liberatur, dum absens est; verum neque astringitur alienis eius loci, per quem tantùm transit, aut in quo hospitatur. *vt post Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 20. obseruat Layman. d. lib. 1. tract. 4. cap. 15. num. 6.* subdens ibidem, quod si inter latinos existat Ecclesia Græca, vt Romæ, tunc latinus Sacerdos in ea celebraturus, Romanæ Ecclesiæ ritus obseruare debet, quia Græcis veluti priuilegium personale concessum est, vt in fermentato ibi consecrare liceat.

189 Inferunt 4. quod extraneus non ligatur censuris latis à Superiore loci, si ibi breui tempore intendat commorari, quia ad incurrendas censuras requiritur, vt delinquens sit subditus Superiori loci, in quo reperitur; extraneus verò non est subditus Superiori illius loci, nisi decreuerit ibi manere maiore anni parte. *Conimb. disp. 13. dub. 7. num. 52. et 58. et alij, quos refert, et sequitur Bonacin. de Censur. in comm. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 20. et seq. quibus adde Bald. in l. 1. num. 22. C. de Summ. Trin.* vbi dicit, quod
190 forenses visitantes consanguineas moniales, quando pœna est nouiter inducta per constitutionem Episcopi, non tenetur ad dictam pœnam.

191 Limitatur supradicta conclusio quoad eos, qui vagi, seu vagabundi dicuntur: isti enim cum nullibi fixum domicilium habeant, obligantur legibus, & consuetudinibus locorum, per quæ transeunt, vel in quibus hospitantur, alioquin essent melioris conditionis, quam alij; vnde à loci Magistratu capi, ac puniri possunt ob delicta etiam alibi commissa. *Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 39. vers. sed hic quæro etc. et ità sensit Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. §. est hic tamen etc. Sanch. lib. 1. moral. cap. 12. num. 23. et alij apud Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 6. nu. 54.* vbi dicit, quod vagi quoque censentur illi, qui priore domicilio relicto aliud quærunt, sed nondum constituerunt. *Iordan. lib. 8. tit. de Constitut. num. 36.* quamuis alij contrarium teneant, asserentes, quod licèt per consuetudinem introductum sit, vt isti, cum proprium Iudicem non habeant, puniri possint vbicunque repetiuntur, nè eorum crimina remaneant impunita, in cæteris tamen forum non sortiuntur eius loci, in quo existunt. *arg. cap. vlt. de for. compet. ità Less. lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 49. Layman. d. cap. 12. num. 7.*

192 Limitatur 2. quando eædem leges, & consuetudines vigerent in domicilio exterorum, seu aduenarum, quia tunc tenerentur huiusmodi leges, & consuetudines etiam in alio loco obseruare. *secundùm Sanch. in oper. mor. lib. 1. cap. 12. n. 21. et 38. Suar. tom. 1. de Relig. libr. 2. cap. 14. nu. 15. et alios, quos refert, et sequitur Bonacin. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. num. 52.* vbi dicit, quod hæc est praxis, & vsus quasi communi iure gentium introductus, & vnanimi fidelium Superiorum consensu receptus, & approbatus; contraria tamen opinio mihi probabilis videtur, quia statutum domicilij extra territorium non obligat: statutum verò loci, quò ipsi perueniunt, non potest eos obligare, nisi interueniat animus ibidem contrahendi domicilium, aut manendi maiore anni parte. *ut supra diximus, et ità sensit Sancius in Select. disp. 54. numer. 31. Dian. par. 1. tract. 9. res. 18. Layman. d. lib. 1. tr. 4. cap. 12. nu. 6. Iordan. lib. 8. tit. de Constit. num. 38. uers. sed in terminis nostris etc.* quæ tamen opinio procedit, cessante scandalo, *ut infra dicemus.*

193 Notandum est autem, quod si quis legem vtrique loco communem v. g. alicuius festi, vel vigiliæ in vno territorio, siue suo, siue alieno expleuisset, & postea in aliud territorium perueniat, in quo ob calendarij diuersitatem vigilia, aut festum nondum celebratum est, hic non teneretur festum huiusmodi, vel vigiliam obseruare, cessante scandalo, cum iam præcepto, quod semel tantùm obligat, satisfecerit. *vt d. Less. lib. 4. de Iust. cap. 2. dub. 7. num. 52. Layman. d. lib. 1. tr. 4. cap. 11. in princ.*

194 Li-

194 Limitatur 3. quando sequeretur aliquod damnum eiusdem loci, quò exteri perueniunt, vt si ibi prohibita sit extractio frumenti; tunc enim tenentur statim ac perueniunt, seruare loci statuta, & edicta. *Bart. in l. 1. num. 25. vbi etiam Bald. num. 22. C. de Sum. Trin. Abb. in cap. à nobis. 21. nu. 7. de Sent. excom. Bonacin. de legib. d. disp. 1. q. 1. pun. 6. nu.* 38.

195 Limitatur 4. quando alioquin scandalum oriretur: quia tunc ratione scandali, quod quilibet vitare tenetur, exteri etiam statim subijciuntur particularibus loci statutis, & edictis. *Bonacin. loco cit. num. 50. vbi de communi. Iordan. vbi supra num. 37.*

196 Limitatur 5. quoad solemnitatem contractus: nam etiam forenses tenentur seruare solemnitates loci, vbi contrahunt, cum ratione contractus statim ibi forum sortiantur, *cap. fin. de for. comp. latè Gabr. tit. de consuet. conclus. 2. num. 4. & seq.* vbi subdit, quod etiam in contractu matrimonij seruanda est solemnitas iuxta consuetudinem regionis.

SVMMARIVM.

Quæstio XIII.

An Ciues, vel Diœcesani obligentur legibus propriæ Ciuitatis, vel Diœcesis, dum absentes sunt.

197 RESp. negatiuè: sicut enim legislator extra proprium territorium iurisdictionem extendere non potest, ità nec subditi extra territorium degentes comprehenduntur sub eius legibus, vel statutis, cum extra territorium ius-
198 dicenti non pareatur impunè. *cap. 2. de constit. in 6. l. fin. ff. de Iurisd. omn. iud. Abb. in cap. à nobis 1. num. 11. de sent. excom. Nau. cap. 23. nu. 120. Sylu. in ver. excommunicatio 2. nu. 7. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 18. Bonacin. de censur. in comm. disp. 1. qu. 1. pun. 11. nu. 2.* vbi dicit, quod
199 censura lata ab Episcopo etiam per modum statuti, vt si illam in Synodo, vel in edicto tulerit, obligat tantùm existentes, & delinquentes in territorio, licèt in tali casu perpetuò duret. *Layman. in Theolog. mor. lib. 1. tract. 4. cap. 11. num. 1.*

200 Amplia prædictam conclusionem, vt eo magis procedat, si is, qui erat subditus, mutauit domicilium: tunc enim amplius nón subijcitur legibus Episcopi loci, à quo recessit, cum non sit amplius subditus. *Alter. lib. 3. disp. 9. cap. 5. propos. 1. quem refert, & sequitur Bonacin. d. disp. 1. qu. 1. pun. 11. num. 13.* vbi dicit, quod in tali casu is, qui erat subditus, non incurrit censuram, siue lata sit per modum statuti, siue per modum sententiæ.

201 Ex dictis inferunt Doctores, eum, qui noctu peruenit ad locum, vbi non ieiunatur, posse ibidem carnibus vesci, etiamsi in proprio territorio, vnde illo die exierat, lex ieiunij obliget. *ità Sanch. libr. 3. de matrim. disp. 18. num. 22. & lib. 1. moral. cap. 12. nu. 33. Less. lib. 4. cap. 2. dub. 8. quos refert Layman. d. lib. 1. tract. 4. c. 11. n. 7. & sensit etiam Nauar. in man. cap. 23. num. 120.* vbi dicit, quod Nauarrus, & Lusitanus vescentes in Regione Castellæ die Sabbathi extremis, vel interioribus partibus animalium, non peccant, licèt in suis terris id eis non liceat. *Dian. resolut. mor. par. 1. tract. 9. resol. 18.* vbi, quod Mediolani non tenentur peregrini ieiunare primis quatuor diebus quadragesimæ.

202 Inferunt 2. eos, apud quos ius commune Tridentini Concilij viget, posse in alia regione, vbi illud receptum non est, inire matrimonium sine Parocho, & testibus, dummodò ex aliqua iusta causa proficiscantur ad eam regionem. *Sanch. d. lib. 3. de matrim. disp. 18. & lib. 1. moral. cap. 12. num. 35. Suar. lib. 2. de fest. cap. 13. nu. 6. Io. Capeauil. de mod. ministran. Sacramen. temp. pest. cap. vlt. q. 16. quos refert Layman. d. cap. 11. n. 9. & 10.* subdens, quod licèt peccarent, si id facerent in fraudem, matrimonium tamen validè con-

contraheretur absque Parocho, & testibus: quia hoc est speciale in matrimonio, quod cum sit etiam contractus, regulari debet secundùm leges, & consuetudines locorum, vbi celebratur. *vt tradunt DD. in cap. vlt. de for. comp.*

203 Inferunt 3. quod non tenetur quis ad recitandum officium Diuinum, quod in patria recitari consueuit, quando ab illa est absens, quia statuta, & consuetudines locales affixæ sunt loco, & obligant tantùm existentes in eo. *cap. illa. dist. 12. et cap. 2. de constit. in 6. Nau. cap. 23. nu. 120. Villalob. in Sum. tom. 1. tr. 2. diff. 34. num. 1. et seq. Filliuc. tom. 2. tract. 27. par. 2. cap. 6. num. 108. Less. lib. 4. cap. 2. dub. 8. num. 54. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 18. Reginald. tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 136. Dian. d. par. 1. tract. 9. resol. 18.*

204 Inferunt 4. statutum Episcopi v. g. excommunicantis eos, qui furtum committunt etiam in alieno territorio, non arctare existentes extra territorium eiusdem Episcopi: quia delictum inferioris tunc physicè, & moraliter consummatur in territorio alieno. *cap. 2. de constit. in 6. l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Abb. in cap. à nobis. 21. n. 11. de sent. excom. Sylu. in ver. excommunicatio. 2. num. 7. Bonacin. de censur. in comm. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 3. et 6.* vbi dicit, quod in ferenda
205 censura seruanda est circumstantia loci, seu proprij territorij, quando ad illam ferendam opus est iurisdictione contentiosa: quia iurisdictio contentiosa non potest exerceri extra proprium territorium absque licentia Ordinarij, sicut neque potest exerceri in loco exempto. *cap. fin. de Constit. in 6.*

206 Limita 1. quando non est opus huiusmodi iurisdictione contentiosa: tunc enim Episcopus potest ferre censuram etiam in alieno territorio: quemadmodum potest eam ferre cum licentia Ordinarij illius loci. *Auil. 2. par. cap. 3. disp. 2. dub. 1. et alij. quos refert, et sequitur Bonacin. de censur. in comm. disp. 1. q. 1. pun. 11. nu. 3. et 4.* vbi etiam obseruat, quod si Episcopus impediatur, nè iurisdictionem exerceat in proprio territorio, potest illam exercere in alieno in loco vicino suo Episcopatui. *iuxta clem. 1. de for. comp.*

207 Limita 2. vbi quis actum aliquem gesserit sub censura prohibitum, dum erat subditus prioris Episcopi, & postea mutauerit domicilium: quia tunc ligaretur censura; quamuis enim per mutationem domicilij desinat esse subditus Episcopi, qui censuram tulit, nihilominus remanet subditus secundùm quid, videlicet ratione delicti in illius territorio commissi. *cap. fin. vbi DD. de for. comp.* idemque dicendum est, si causa iam inchoata sub vno tribunali, reus mutauerit domicilium. *cap. proposuit. eod. tit. latè Bonacin. d. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 13.*

208 Limita 3. in censura lata per modum sententiæ; hæc enim ligat subditos etiam extra territorium, quia respicit personam subditam, eiusque ossibus inhæret. *Vgolin. de Censur. tab. 1. cap. 9. §. 4. Suarez tom. 5. de Censur. disp. 5. sect. 5. n. 14. quos refert, et sequitur Layman. lib. 1. tract. 4.*
209 *cap. 11. num. 1. et seq.* vbi dicit, quod Prælati ordinum regularium, quibus iurisdictio in suos subditos competit, non ratione territorij, sed per se ratione personalis obligationis ex obedientiæ voto, eos vbicunque terrarum existentes præceptis, ac sententijs, atque etiam statutis ligare, eosdemque in alieno territorio citare, excommunicare, ac fugitiuos propria auctoritate capere, & punire possunt. *Sylu. in verb. excommunic. 2. num. 15.* vbi, quod totus mundus est eis pro territorio. *Bonacin. d. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 5. 14. et seq.*

210 Limita 4. in præcepto audiendi missam, quando in proprio territorio celebratur particularis dies festus; tenetur enim eo casu subditus missam audire, etiamsi eodem die peruenturus sit ad locum, vbi talis dies festus non celebratur; ratio est, tum quia præceptum affirmatiuum audiendæ missæ tenetur quisque quamprimum implere, si postea impleturus non sit, aut præuidet, se postea ab audienda missa impeditum iri: tum quia dies festus vbi ipsum deprehendit, ad id ipsum obligauit: tum etiam quia hæc videtur esse mens Ecclesiasticorum legislatorum, vt incolæ die festo missam audire teneantur, si per tale temporis spatium in Oppido commorentur, vt commodè audire possint, sicuti consuetudo, & fidelium persuasio interpretata est. *Nau. in man. cap. 13. num. 5. Sà in verb. festum. num. 8. Suar. lib. 2. de fest. cap. 15. num. 9. Lopez par. 1. cap. 52. quorum sententiam communem dicit Layman. d. lib. 1. tract. 4. cap.* 11. *num. 6.* & per consequens dum in eo territorio morantur, ab operibus seruilibus abstinere debent: licèt cum primum peruenerint ad alium locum, in quo huiusmodi festiuitas non agitur, seruilibus operibus insistere possint. *Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 22. Less. lib. 4. cap. 2. dub. 8. nu. 57. Layman. loco cit. c. 11. num. 7.* & hæc est non tantùm tutior, sed etiam meo iudicio verior sententia: quamuis contrariam sequantur alij Doctores, quando is, in cuius patria celebratur dies festus, ante meridiem futurus esset extra limites sui territorij, ea moti ratione, quia hic pro tempore, quo reperitur extra terminos proprij territorij, exemptus est ab obligatione audiendæ missæ, nec ante lapsum meridiem peccauit non audiendo missam, cum posset vsque ad eam horam differre; in meridie autem liber est ab obligatione. *vt post Nald. in ver. missa. nu. 15. et alios sensit Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. vlt. pun. 12. num. 5.*

211 Limita 5. quando delictum committitur, seu censetur committi, aut inchoatum fuit in proprio territorio, seu Diœcesi, vt si habens curam animarum non resideret, sed existat in aliena diœcesi, quia in tali casu omissio residentiæ fit in propria diœcesi, adeoque poterit à suo Episcopo puniri. *cap. ex tua, de Cleric. non resid. Abb. in cap. postulasti. nu. 9. et seq. de for. comp. Sylu. in ver. excommunicatio 2. nu. 8. Nau. cap. 27. nu. 6. Prapos. in 3. par. q. 1. de Cens. in gen. dub. 3. num. 26. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 16. diff. 16. num. 9. Dian. resolut. moral. part. 5. tract. 9. res. 37.*

Idem dicendum, si Episcopus præcipiat, vt omnes clerici subditi accedant ad Synodum: quia in tali casu etiam existentes in alio territorio, ligantur præcepto, si ad Synodum non accedant: delictum enim omissionis censetur ibi committi, vbi actus præscriptus exercendus erat.

l. qui

l. qui non facit. ff. de reg. iur. Sylu. loco cit. et alij apud Bonacin. de Censur. in commun. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 7. Layman. in Theol. mor. lib. 1. tr. 4. cap. 11. num. 3.

212 Item valeret statutum, vel edictum iusta de causa prohibens incolis, nè adeant Prouinciam peste infectam. *vt d. Layman. loco cit. nu. 3.* quia eo casu statutum huiusmodi respicit proprij territorij commodum; quod eo magis procederet, si statutum prohiberet, nè quis deferat triticum extra Prouinciam, quia tunc delictum quoad actionem, qua defertur triticum, consummatur in proprio territorio, quamuis quantum ad terminum extrinsecum consummetur in alieno; quemadmodum homicidium censetur intra territorium consummatum quantum ad totam actionem, si ibi quis lethaliter vulneratus fuerit, licèt extra territorium decesserit. *vt d. Corneio in 3. par. S. Tho. tract. 5. de Censur. in gen. disp. 6. dub. 2. quem refert Dian. d. par. 5. tr. 9. resol. 37. vers. sed obiter etc. Bonacin. de Censur. in comm. disp. 1. q. 1. pun. 11. num. 9.*

213 Notandum est autem, quod pœna contenta in præcepto, vel sententia diuersimodè potest afficere personam: nam aut respicit interdictum certi loci, & tunc non porrigitur extra territorium interdicentis, nisi per quamdam consequentiam, quia interdicto loco habitationis videtur interdictus locus originis, licèt non è contra. *vt in l. relegatorum. §. 1. §. interdicere. & §. seq. ff. de interd. & releg.* vbi etiam, quod Iudex non potest in sententia præcipere, vt condemnatus ire debeat ad locum sibi non subditum, quando fit in pœnam illius, contra quem fertur sententia; secus si statuto caueatur, nè subditi eant ad aliquem locum non subditum propter commodum Ciuitatis. *vt supra diximus.* vel in odium eius regionis, ad quam prohibetur accessus. *iuxta l. mercatores. cum ibi not. C. de Commer.*

Aut non concernit interdictum certi loci, sed alicuius artis, vt nè subditi certam artem exerceant, & tunc neque porrigitur extra territorium. *l. ex ea. ff. de Postul.* quemadmodum nec statutum priuans aliquem beneficijs, porrigitur ad beneficia sita extra territorium disponentis, cum sit odiosum. *vt d. Calder. cons. 17. de Constit. Abb. in c. postulasti. 14. num. 11. de for. compet.*

214 Aut verò pœna non respicit interdictum loci, nec artis, sed diminutionem status, vt quando quis efficitur infamis &c. & tunc cum huiusmodi pœna infligatur in personam, & sit personæ afflictiua, porrigit effectum etiam extra territorium, quia sequitur personam, vt lepra persons *d. l. ex ea. vbi glos. in ver. non irrogat. ff. de Postul. Innoc. in cap. qualiter, & quando. 2. de Accusat. Abb. in d. cap. postulasti. 14. num. 9. &*

215 *seq.* vbi etiam dicit, quod condemnatus ad mortem, licèt postea eripiatur violenter de manibus familiæ, non potest, vbicunque sit, contrahere, nec facere testamentum, aut similia, quia eo casu est effectus serens pœnæ, etiam secundùm iura hodierna. *vt tradunt DD. in l. qui vltimo. ff. de Pæn. & in auth. sed hodie nemo. C. de donat. int. vir. & vxor.*

SVMMARIVM.

Quæstio XIV.

In quo loco promulgatio, seu publicatio legis facienda sit, vt obligare incipiat.

216 PRæmittendum est, quod ad legem humanam condendam, & ad ipsius obligationem inducendam requiritur *1.* vt feratur à legitimo Superiore. 2. vt feratur ob commune bonum. 3. vt sit iusta. 4. vt lapsus fuerit terminus in lege præscriptus. 5. requiritur acceptatio populi, nisi aliter de mente legislatoris constet, quod voluerit independenter ab acceptatione obligare. 6. requiritur promulgatio. *l. leges. vbi DD. communiter. C. de legib. Sylu. in verb. lex. q. 6. Nau. in man. c. 23. n. 44. latè Bonac. in tr. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 4. per tot.*

217 Dixi, ad legem humanam &c. quia de ratione legis Diuinæ sufficit, vt Diuina voluntas obligans innotescat; cum enim Deus sit superior animæ, & spiritus, non tenetur more humano cognitionem, & obligationem legis ad homines transmittere per publicationem. *vt post Vasq. p. 2. disput. 155. cap. 2. obseruat Bonacin. loco cit. num. 24.*

218 His præmissis resp. promulgationem legum Pontificiarum faciendam esse in Curia Romana, & hanc promulgationem sufficere ad obligationem inducendam seruandæ legis: vsu enim receptum est, vt leges Pontificiæ in Romana Curia tantùm promulgentur. *Sylu. in ver. lex. q. 6. Salas disp. 1. q. 2. nu. 10. Reginald. lib. 13. nu. 155. Sotus 1. de Iustit. q. 1. art. 4. & alij apud Bonacin.*

219 *d. pun. 4. nu. 16.* promulgatio verò legum imperialium facienda est in singulis Prouincijs: consequenter lex imperialis non obligaret subditos illius Prouinciæ, in qua facta non fuerit promulgatio. *Sylu. loco cit. Valent. disput. 7. q. 5. pun. 5. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 2. Sot. 1. de Iust. q. 1.*

220 *art. 4.* vbi, quod hoc procedit etiam quoad leges latas ab aliquo Rege, vel Principe habente plura Regna, vel Prouincias, quia distincta Regna, vel distinctæ Prouinciæ censentur distinctæ Vniuersitates: consequenter distinctam promulgationem postulare videntur. *Bonacin. vbi supra num.*

num.16. vbi etiam obseruat, quod Rex, vel alius Princeps, qui non est subditus legibus imperij, posset de potestate sua absoluta vnica publicatione in vno loco facta, obligare omnia sua Regna, vel Prouincias, quia hoc non est contra ius naturæ, neque Rex vllo iure adstringitur ad plures publicationes adhibendas, cum vna in rigore sufficere videatur, ità vt legis obligatio processu temporis possit ad singulorum aures per-
222 uenire; promulgatio verò legum, quæ feruntur à Principe inferiore, facienda est in ipsa Curia Principis iuxta morem ibidem receptum, non enim necesse est, vt in singulis Ciuitatibus, vel oppidis fiat promulgatio; idemque dicendum est de legibus, quæ feruntur ab Archiepiscopo, Episcopo, & similibus. *vide Azor. lib.5. c.3. dub. 2. Salas de legib. disp.12. sect.2. num. 11. Suarez lib.3. de legib. cap.16. num.7. Layman. lib.1. tr.4. cap.2. Bonacin. d. pun.4. nu.16.* vbi subijcit, quod
223 subditi alibi commorantes non peccant, si leges Pontificias non seruent, quandiù ad ipsorum aures non perueniunt.
224 Obserua tamen, quod is, qui legem rescissoriam contractus sufficienter promulgatam ignorat, licèt non peccet, si contractum aliquem interim ineat contra legem: non tamen validè celebrat contractum, quia etsi ignorantia excusat à culpa, non tamen excusat à pœna intrinseca legis sufficienter promulgatæ, & acceptatæ. *Azor. l.5. c.3. quæst. vlt. Suar. l.3. de legib. c.17. num.2. et c.33. num.7. Layman. l.1. tract.4. cap.2. Molin. tom.2. disp.395. Sanch. de matri. l.3. disp.17. n.10.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium certo loco circumscriptum non extenditur extra illum locum: limitatur nu.3.*
2 *Ratione delicti, contractus, vel rei efficitur quis de iurisdictione illius loci: limitatur nu. seq.*
3 *Exempti, non ratione certi loci, sed simpliciter, seu generaliter gaudent exemptionis priuilegio, vbicunque contraxerint, vel deliquerint.*
4 *Exempti prorogare possunt iurisdictionem eorum, quibus circumscripta exemptione erant subiecti: limitatur num.5. et seq.*
5 *Superior non obstante prorogatione facta à subdito, potest causam auocare, et reassumere.*
6 *Exempti immediatè subiecti Sedi Apostolicæ an possint prorogare.*

CAP. XVI.

An, et quando priuilegium loco, eiusque ciuibus concessum, extendatur extra territorium eiusdem loci.

1 RESP. quod vbi priuilegium est certo loco circumscriptum, puta si concessa sit exemptio tali Ciuitati, eiusque ciuibus, tunc priuilegium non extenditur extra locum exemptum. *cap.1. cum ibi not. de Priuil. in 6.* vbi si exempti conueniantur ratione rei sitæ extra locum exemptum, possunt coram Ordinario ratione rei sitæ conueniri; ratio est, quia actio, qua agitur ad rem principaliter, respicit rem ipsam, & quodammodo ipsi rei videtur cohærere. *§. omnium Inst. de action. l. fin. C. de Præscript. long. temp. l. non alias. §. fin. ff. de Iudic.* & ideò reus eam defendere tenetur in loco, in quo sita est, etiamsi reus habeat priuilegium, nè teneatur respondere nisi coram certo Iudice. *Barbos. in l. hæres absens. §. proinde. in art. de foro ratione rei sitæ. ff. de Iudic. quem refert, et sequitur Rota decis. 165. num.1. et seq. et decis.306. nu.4. et seq. par.7.*
2 *Recen.* vbi, quod ratione delicti, contractus, vel rei efficitur quis de Iurisdictione illius loci, quantumcunque contrahens, vel delinquens sit exemptus, licèt non dicatur, nec efficiatur subditus. *et in Baren. iurisdictionis 20. Maij 1603. coram Card. Verospio.*
3 Secus esset, si eximerentur personæ, earumrumque bona absque circumscriptione loci. *Couar. pract. qq. cap.11. num.5. vers. igitur in summa etc.* vbi dicit, exemptos simpliciter non ratione certi loci, sed generaliter, gaudere hoc exemptionis priuilegio, vbicunque contraxeriut, vel deliquerint. *Rot. d. decis.165. num. 20. et seq. p.7. Recent.*
4 An verò exempti possint prorogare iurisdictionem eorum, quibus circumscripta exemptione erant subiecti? Resp. affirmatiuè. *Corn. consil.214. num.8. l.2. Card. Seraphin. decis. 595. n.7. Rot. d. decis.306. nu.15. par.7. Recent.*
5 Limita, vt hæc conclusio procedat, quando prorogatio huiusmodi non redundat in præiudicium alicuius, nisi prorogantis: secus si ageretur de præiudicio Superioris. *Card. Seraphin. loco cit. Greg. decis.325. num. 23. Rot. d. dec.165. num.28. par.7. Recent.* vbi, quod potest Superior non obstante prorogatione causam auocare, & reassumere.
6 Limita 2. quando exempti essent immediatè subiecti Sedi Apostolicæ: isti enim sine consensu Romani Pontificis non possunt prorogare. *Greg. d. decis.325. num.23. et ibi Beltram. Card. Mantic. decis.237. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Arbitrio Iudicis remittitur, quænam dicatur dos congrua, et num.19.*
2 *Pater maiorem dotem vni ex filiabus tradere potest, quàm alteri: limitatur num. seq.*
3 *Pater non potest dotem filiæ constituere supra moderatam quantitatem in præiudicium fideicommissarij.*
4 *Dos subsidiaria non est rigorosè taxanda, sed ad meram dotandæ necessitatem, et nu. 19.*
5 *Dos data à Patre, in dubio præsumitur congrua: limitatur nu. seq.*
6 *An hæc præsumptio per contrariam probationem elidi possit.*
Quando filia possit petere supplementum dotis, vel legitimæ, ibidem, et nu. 8. et 13.
6 *Aliquando dos taxari potest infra legitimam, aliquando vsque ad legitimam, aliquando vltra legitimam.*
8 *Quando filiæ imputetur in legitimam dos, quam à Patre recepit.*
9 *Statutum excludens fœminas propter agnatos, comprehendit successionis vtrumq; casum, videlicet mortis cum testamento, et sine, licèt loquatur in casu intestati.*

10 Sta-

10 Statutum excludens fœminas propter agnatos non habet locum, agnatis non existentibus.

11 Si extant fratres tempore, quo soror renunciat, præsumitur facta renunciatio Patri propter fratres, quibus decedentibus desicit renunciatio: limitatur ibidem.

12 Quid si fratres non aderant tempore renunciationis.

13 Quando dos succedat loco legitimæ, et quando non, et num. 15. et 17.

14 Si statutum filias excludit propter masculos, et mandat, eas dotari, dotes ità detrahendæ sunt, vt non lædatur legitima filij.

15 Dos, quæ succedit loco legitimæ, detrahenda est ex ipsa legitima, non autem ex fideicommisso.

16 Supplementum legitimæ, et supplementum dotis congruæ debetur cum fructibus.

17 Dos habita loco legitimæ, non reuertitur soluto matrimonio ad patrem.

18 Congruitas, vel incongruitas dotis consideratur attento tempore dotationis, et nu. 26.

19 Quando pater teneatur filiæ præstare tantum alimenta, vel dotem alimentis adæquatam.

20 Quæ censeatur dos congrua mulieris stupratæ.

21 Quando dos mulieri stupratæ debeatur.

22 Delinquens non debet remanere impunitus.

23 Pater eam dotem, quæ ad se reuersa fuit ex primo matrimonio, tenetur secundo marito tradere absque diminutione: limitatur nu. 25.

24 Quid si mulier post contractas primas nuptias, et mortem mariti monasterium ingrediatur, et num. seq.

25 Quando pater dotem diminuere possit.

26 Dos, quæ solita est dari moniali, est sufficiens ad excludendam filiam à successione, vbi statutum excludit filias extantibus masculis: limitatur num. 28.

27 An monialis excludatur à successione in bonis maternis.

28 An, et quando filia ingressa monasterium, possit consequi legatum sibi à patre relictum pro nuptijs.

29 In dotibus, quæ debentur in subsidium ab Avo, et similibus, mera necessitas inspicitur.

30 Quando dos dicatur inofficiosa, et nu. 32.

31 Si pater omnia amisit in ludo, vel aliàs dilapidauit, filij reuocant vsque ad legitimam, etiam patre viuente.

32 Quando querela inofficiosæ dotis, vel donationis competat filijs.

33 Quid operetur statutum excludens mulierem à successione cum conditione, si fuerit legitimè dotata.

Et quid si statutum non loquatur conditionaliter. ibidem.

34 Non extantibus masculis succeditur prout de iure.

An filius teneatur in diuisione conferre bona, quæ habuit viuente patre. ibidem.

35 An, et quando valida sit confessio dotis receptæ facta per maritum constante matrimonio.

Quid si confessio huiusmodi facta sit ad fauorem soceri, vel socrus. ibidem.

CAP. XVII.

De Dote, eiusque priuilegio.

Quæstio I.

Dos congrua quæ dicatur.

1 RESP. id arbitrio Iudicis remittendum esse,
qui inspicere debet vires patrimonij, nu-
merum filiorum, dignitatem familiæ, qualita-
tem viri, & consuetudinem regionis. *l. quæro.
61. et l. cum post. 70. §. gener. ff. de Iur. dot. l. si
filia pater. ff. de leg. 3. auth. res quæ. C. Commun.
de legat. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 149. nu. 38.
et seq.* vbi, quod temporis etiam qualitas obser-
uanda est; contingit enim aliquando, vt quæ ma-
gnæ, ac opulentæ dotes olim habebantur, hodiè
paruæ, & admodum tenues reputentur. *Card.
Mantic. dec. 329. num. 5. et 8. Mascard. de Probat.
conclus. 571. nu. 13. Corn. cons. 202. nu. 10. lib. 4.
Hond. cons. 10. nu. 31. et 34. vol. 1. Thesaur. dec.
192. num. 1. Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 5.
glos. 8. par. 1. num. 2. et 22.* vbi, quod potest pa-
2 ter maiorem dotem vni ex filiabus, quàm alteri
tradere: possunt enim talia accidentia concurre-
re in vno matrimonio, quæ obligent ad maiorem
dotem, quàm in alio, & præterea posset talis va-
riatio, & mutatio temporis inter vnum, & alte-
rum matrimonium contingere, vt quæ in primo
dos congrua visa fuit, incongrua postea in se-
cundo appareat. *Marescott. var. resol. lib. 2. cap.
69. nu. 16. et seq.* vbi obseruat, non posse patrem
3 constituere filiæ dotem supra moderatam quan-
titatem in præiudicium fideicommissarij, nisi ra-
tio ità postularet. *vt d. Rot. decis. 88. num. 9. et
seq. p. 5. tom. 1. recent.* vbi, quod si ratio ità po-
stulet, omnia bona subiecta fideicommisso, pos-
sunt in dotem dari. *Mantica de Tacit. lib. 12. tit.
22. num. 1. et seq. Vinc. de Franch. dec. 616. Greg.
dec. 63. num. 11. Card. Caualer. decis. 260. num. 2.*
4 vbi, quod dos subsidiaria non est rigorosè taxan-
da, sed ad meram dotandæ necessitatem. *et decis.
298.* vbi, quod dos data à patre præsumitur con-
5 grua: præsumit enim lex, quod pater benè pro-
uiderit filiæ propter amorem, quo eam prose-
quitur. *l. isti quidem. in fin. vbi glos. in ver. ma-
gis. ff. de eo quod met. caus. l. nec in ea. ff. Ad l.
Iul. de Adult. glos. in l. quidam cum filiumfam.
in ver. institueret. ff. de hæred. instit. latè Me-
noch. d. cas. 149. à num. 6. Honded. cons. 10. num.
32. lib. 1. Marescott. var. libr. 2. cap. 69. num. 29.*
6 quamuis hæc præsumptio per contrariam proba-
tionem elidi possit; nam si constaret de læsione
enormi, vel enormissima, liceret filiæ etiam vi-
uente Patre petere supplementum dotis. *Ruin.
cons. 98. num. 4. lib. 2. Cephal. cons. 208. num. 6. et
seq. Gratian. discept. forens. cap. 148. n. 13. et seq.*
vbi, quod hoc procederet, etiamsi statutũ prohi-
beret, nè aliquid vltra dotem peti possit. *et decis.
Marcb. 17. num. 10. Fontanell. d. claus. 5. glos. 8.
par. 1. num. 31. et seq.* dicit verò enormis læsio,
quando dos est adeò parua, vt colligatur, Patrem
fuisse in dolo. *Corn. consil. 77. num. 3. et 4. lib. 2.
latè Honded. d. cons. 10. nu. 33. lib. 1.*

7 Ex

7 Ex his infertur, quod aliquando dos taxari debet infra legitimam, aliquando vsque ad legitimam, aliquando vltra legitimam, prout attentis supradictis circumstantijs prudens Iudex iudicabit. *Hond. d. cons. 10. num. 31. Rot. apud Pacific. de Saluian. interd. decis. 160. num. 7. Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. num. 6. & seq.* vbi dicit, quod in hoc attendi debet tempus dotationis, non autem mortis Patri. *Card. Mantic. d. decis. 329. nu. 6.*

8 Obserua tamen, quod si dos fuerit minor legitima, vel Patris facultates auctæ postmodum fuerint, posset filia etiam competenter dotata, petere supplementum legitimæ: quia mulier dotata ex dispositione iuris communis non prohibetur petere supplementum legitimæ post mortem Patris, nisi obstet renunciatio facta cum iuramento, vel statutum excludens mulieres dotatas ab hæreditate paterna. *Fontanella d. claus. 5. glos. 8. par. 1. nu. 11. latè Honded. d. cons. 10. lib. 1. Crauett. cons. 11. num. 13. & 14. Rot. decis. 36. apud Merlin. post tract. de legitim.* vbi, quod statutum

9 excludens fœminas propter agnatos, comprehendit successionis vtrumque casum, videlicet mortis cum testamento, & sine, licèt loquatur in casu intestati. *& decis. 538. num. 2. par. 3.*

10 *Recent.* vbi, quod huiusmodi statutum non habet locum, non existentibus agnatis. *Alex. cons.*

11 *29. nu. 9. lib. 3.* vbi, quod si extant fratres tempore, quo soror renunciat, præsumitur facta renunciatio Patri propter dictos fratres, & illis

12 decedentibus deficit renunciatio; secus si fratres non extarent tempore renunciationis. *Rot. apud Pacific. de Salu. interd. dec. 160. num. 7. & 8. Marescott. var. lib. 2. cap. 8. num. 1.* vbi subij-

13 cit, quod si ille institutus sit, qui ab intestato filiam excluderet, eo casu filia prohibetur petere supplementum legitimæ; si verò alius sit hæres institutus, & non is, qui eam ab intestato excluderet, tunc filia legitimæ supplementum petere potest. *iuxta opinionem Castrens. cons. 190. lib. 1.* quemadmodum admittitur etiam ad legitimæ supplementum, quando statutum excludit filias non simpliciter, sed cum qualitate dotationis, quia tunc dos succedit loco legitimæ, eo quod cessante dote, filiæ præseruata est successio ab intestato; secus esset, si statutum excluderet filias simpliciter, & postea mandet, eas dotari: hoc enim casu dos constituta, non succederet loco legitimæ, quia tunc non est permissa successio ab intestato. *vt post Castrens. in l. Titio centum. §. Titio Genero. ff. de condit. & demon. sæpius tenuit Rota in Rom. de Lante 1. Febr. 1577. coram Robust. & coram Card. Seraphin. dec. 959. & coram Card. Millin. decis. 317. & decis. 4. & 5. apud Merlin. post tract. de legitim.* vbi, quod si

14 statutum filias excludit propter masculos, & mandat, eas dotari, dotes ità detrahendæ sunt, vt non lædatur legitima filij: cum enim statutum fuerit inductum in fauorem masculi, ideò non debet in eiusdem odium, & præiudicium retorqueri. *& decis. 399. num. 32. & seq. par. 5. tom. 1.*

15 *Recent.* vbi, quod quando dos succedit loco legitimæ, detrahenda est ex ipsa legitima, non autem ex fideicommisso. *latè Beltram. ad Greg. dec. 565. num. 11. & seq.* vbi dicit, quod dos succedit etiam loco legitimæ, quando à Patre fuit relicta in testamento iure institutionis, aut aliter de legitima fuit facta mentio, vel quando constituta fuit pro iuribus legitimæ. *Cephal. cons. 165.*

16 *num. 27. & 28.* vbi etiam dicit, quod sicut supplementum legitimæ debetur cum fructibus, ità etiam supplementum dotis congruæ. *Paris. cons. 53. num. 78. & seq. lib. 3. Honded. cons. 53. nu. 12. lib. 2. Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. ferè per*

17 *tot.* vbi addit, quod dos habita loco legitimæ, non reuertitur soluto matrimonio ad patrem. *iuxta tex. in l. dos à Patre. C. solut. matrim.* sed quæritur soli filiæ, & in ea succedunt hæredes filiæ, idest liberi ab intestato. *latè Crauett. cons. 84. num. 5.* vbi, quod quando dos constituitur filiæ pro omni iure, quod habere posset in bonis patris dicitur constituta loco legitimæ. *vide quæ scripsimus in tract. de Temp. legali lib. 2. c. 98. nu. 20. & seq.*

18 Obserua 2. quod mos, seu consuetudo regionis est probanda de tempore dotationis, secundùm quod consideratur congruitas, vel incongruitas dotis, nam talis consuetudo facilè mutari solet. *Paris. consil. 16. num. 77. & 82. vol. 2. Rol. à Vall. cons. 85. num. 16. lib. 1. Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. nu. 8. & 36.*

19 Obserua 3. quod sicut pater non tenetur dotare filiam, quæ sine eius consensu nupsit indigno, nisi miserationis gratia: ità in tali casu non sunt seruandæ circumstantiæ, quas supra retulimus, sed tunc tenebitur pater, si vir pauper sit, ad præstanda alimenta, seu ad tradendam dotem alimentis adæquatam arbitrio Iudicis. *Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. num. 39.* idem dicendum quoad filias illegitimas: quia cum obligatio dotandi deducatur ex obligatione alendi, dos congrua filiæ illegitimæ ea censenda erit, quæ non excedit metam alimentorum, idest id, quo indiget mulier pro se alenda pro toto tempore vitæ. *l. hæreditatum. ff. ad l. falc. cap. cum haberet. vbi glos. in ver. secundum. de eo qui dux. in matrim. Capic. dec. 181. num. 1. Surd. de Alimen. tit. 1. q. 16. nu. 10. & seq. & alij apud Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. num. 72. & seq.* vbi dicit, quod Iudex in hoc attendere debet filiæ dotandæ ætatem, & conditionem, ac eius patris facultates. *latè Vinc. de Franch. decis. 283. n. 18. & seq.* vbi, quod in hoc habenda est etiam ratio de dubio euentu infirmitatis.

20 Quæ verò censeatur dos congrua mulieris stupratæ? Resp. quod aut stuprator mulierem corruptam ducit in vxorem, vel per ipsum non stat, & tunc non tenetur dotare; aut stuprator non vult cum corrupta matrimonium contrahere, & tunc si mulier diues est, vel parentes habet diuites, debet mulier, vel eius parentes costituere dotem consuetam dari virginibus, & stuprator tenetur ad id supplendum, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, cum propter deflorationem mulier sit effecta deterior, & ideò maiori dote indigeat; si verò mulier, eiusque parentes pauperes sint, tenetur stuprator ad totam illam dotem, quæ mulieri necessaria erit arbitrio Iudicis ad nubendum; idemque dicendum, quando stuprator inferioris conditionis vellet cum muliere matrimonium contrahere, & mulier ea de causa renueret: ità enim videtur sufficienter resarciri

dam-

damnum mulieris, quod in vtroque foro non est resarciendum, nisi quatenus læsio attulit. *Abb. in cap. 1. nu. 1. & seq. de adulter. Osasch. de 107. n. 10. & seq. Rot. apud Farin. post lib. 1. consil. dec. 74. num. 3.* vbi, quod istud argumentum cessat, quando corrupta cum dote consueta dari virginibus, potest consequi, aut consequitur maritum sibi æqualem. *Cancer. var. lib. 3. cap. 11. nu. 130. & seq. & alij, quos refert, & sequitur Fontanell. de Pact. nuptial. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. n. 85. & seq.* vbi etiam obseruat, quod dos huiusmodi taxanda est habito respectu ad facultates stupratoris, & conditionem ipsius stupratæ, non autem ad diuitias, aut paupertatem patris, nè contingat, quod si pater est diues, stuprator autem pauper, obligetur stuprator ad id, quod est sibi impossibile: & è cõtra si stuprator multis abundet diuitijs, pater verò ita pauper sit, vt filiam dotare nequeat, stuprator ab omni pęna immunis euadat. *Thesaur. dec. 3. n. 2. Caualcan. in repertor. suarum decisionum in ver. matrimonium. n. 6. & seq.* vbi di-
21 cit, quod ista dos non debetur statim sequuta copula, sed quando mulier nuptias contrahit ità, vt non sufficiat cautio de nubendo à muliere oblata: quamuis in hoc contrarium rectiùs iudicauerit Senatus Pedemon. *teste Thes. iunior. in addit ad d. decis. 3. Thes. senior. litt. b.* quia cum hæc dos de-
22 beatur in pœnam stupri, & possit contingere, quod mulier stuprata non reperiat virum, stuprator remaneret impunitus, & ideò compellendus est ad solutionem dotis, etiamsi mulier stuprata tunc non habeat virum paratum. *vide Farinac. in Prax. crim. q. 147. §. dos. nu. 129. Rot. apud eundem d. dec. 74. nu. 4. & seq.*

23 Obserua 3. quod pater eandem dotem, quæ ad se reuersa fuit ex primo matrimonio, tenetur secundo marito tradere absq; diminutione, etiamsi tantam dotem secundus Maritus non mereatur, quia dotis donatio filiæ à Patre facta, irreuocabilis est ità, vt nec reuocari possit per ingratitudinem. *l. fin. Cod. de dot. promiss. auth. sed quamuis. vbi Bald. Salicet. & alij. C. de Rei vxor. action. Ripa in l. 1. nu. 60. & seq. ff. solut. matrim. Boer. dec. 131. nu. 7. & seq. & alij, quos refert, & sequitur Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par.*
24 *1. nu. 41. & seq.* vbi, quod si mulier semel dotata post contractas primas nuptias, & mortem mariti, monasterium ingrediatur, dos primò data, tota etiam in monasterium absque diminutione cum persona transit, quia per primam dotationem ius fuit filiæ quæsitum irreuocabiliter in eo, quod sibi à Patre pro dote donatum est: quæ enim constante matrimonio appellatur dos, eo soluto proprium mulieris patrimonium dicitur. *vt notant DD. in rubr. ff. solut. matrim.*

25 Limita, quando inter primum, & secundum matrimonium siue carnale, siue spirituale paternæ substantiæ diminutæ fuerint: tunc enim potest pater dotem etiam diminuere, *vt in d. auth. sed quamuis, & not. Fontanell. loco cit. nu. 41. & 43.* subdens ibidem, quod in alijs casibus patri non est permissa dotis diminutio: quamuis contrarium senserit. *glos. in d. auth. sed quamuis. ver. mensuram.* vbi dicit, quod potest pater dotem etiam diminuere, quando filia contra ipsius patris voluntatem nubit. *per tex. in l. si vt proponis. 2. C. de Nupt.*

26 Obserua 4. quod dos, quæ solita est dari moniali, est sufficiens ad excludendam filiam à successione, vbi statutum excludit fœminas extantibus masculis, ità vt filia cum dicta dote ingrediens monasterium petere haud possit supplementum: in hac enim dote constituenda non sunt considerandæ paternæ facultates, & aliæ circumstantiæ, prout in matrimonio carnali. *Vinc. de Franch. dec. 44. nu. 1. & seq.* vbi, quod in hoc attenditur consuetudo loci, *Honded. cons. 64. n. 35. vol. 2. latè Fontanell. de pact. nuptial. d. claus. 5.*
27 *glos. 8. par. 1. nu. 53. & seq.* vbi etiam obseruat, quod non propterea monialis excluditur à successione in maternis bonis, de quibus dotata non fuit. *vide Afflict. dec. 348.* vbi dicit, quod filia ingressa in monasterium debet habere legitimam tantùm in bonis maternis: quod quidem procedit virtute *constit. Regni, in aliquib. vt ibidem declarat Vrsill. num. 2.* nam de iure communi filia æqualiter admittitur vna cum masculis ad succesionem. *iux. l. maximum vitium. C. de lib. prater.*

28 Limita, quando filiæ pingue aliquod fuit à Patre factum legatum, quod excederet quantitatem dari solitam monialibus: tunc enim posset integrum legatum petere, etiamsi legatum fuerit relictum pro nuptijs, seu matrimonio, quia sub his verbis etiam matrimonium spirituale comprehenditur, nisi ex coniecturis constet, de matrimonio tantùm carnali testatorem sensisse, *vt d. Menoch. lib. 4. præsumpt. 148. num. 8. & seq. Cancer. var. par. 3. cap. 11. num. 204. cum seq. vbi de communi. Capic. dec. 204. Peregrin. de fideicom. art. 28. nu. 74. Fontanell. d. claus. 5. glos. 8. par. 1. nu. 61. & seq.*

29 Obserua 5. quod in dotibus, quæ debentur in subsidium ab Auo, & similibus, non est facienda rigorosa taxatio, sed mera necessitas inspicienda est, per ea, quæ in simili de alimentis subsidiarijs tradunt *DD. apud Fontanell. loco cit. n. 92. vers. de alijs &c.*

30 Obserua 6. quod si pater omnia bona, vel maiorem partem dedisset filiæ in dotem, ità vt alijs filijs non remaneret legitima, possunt alij filij agere contra maritum reuocatoria, vsque ad legitimam, cum in tali casu dos sit inofficiosa. *iuxta textum in l. vn C. de in off. dot. & ità fuit decisum in Sac. Consilio Neapol. vt refert Afflict. dec. 86. per tot.* vbi etiam obseruat, quod fratres constante matrimonio non possunt agere contra maritum de inofficiosa dote, sed soluto matrimonio recuperabunt legitimam ab hæredibus viri; quamuis contrarium in hoc resoluerit idem Sac. Consilium, vt scilicet filij etiam constante matrimonio possint agere contra maritum reuocatoria ex capite inofficiosæ dotis. *teste Vinc. de Franch. decis. 104. & ità senserunt alij apud Vr-*
31 *sill. ad Afflict. d. dec. 86.* vbi addit, quod si pater omnia amisit in ludo, vel aliàs dilapidauit, filij reuocant vsque ad legitimam, etiã patre viuente.
32 Ego sentio querelam inofficiosæ dotis non competere filijs, nisi post mortem patris, sicut nec querelam inofficiosæ donationis, quia antè non habent ius in legitima. *secundùm omnes*; vnde defuncto Patre filij agere possunt reuocatoria contra maritum siue constante, siue soluto matrimonio. *Bald. in l. 1. nu. 6. & 13. C. de inoff. donat.*

donat. Gratian. diſcept. foren. cap.729. nu.24. & ſeq. vide quæ diximus in tract. de Temp. legal. lib. 2. cap.61. nu.6.

33 Obſerua 7. quod ſtatutum excludens mulierem à ſucceſſione cum conditione, ſi fuerit legitimè dotata, vendicat quidem ſibi locum, ſi mulier tempore ſucceſſionis ſit competenter dotata; ſecus ſi eo tempore condecenter dotata non fuerit, ità vt hoc caſu non ſufficeret poſtea ſupplere dotem vſque ad congruitatem. *vt conſuluit Corn. conſ. 202. nu.9. & 12. lib.2.* ſubdens, quod quando ſtatutum non loquitur conditionaliter, tunc agendum eſt ad ſupplementum congruæ doris. *vide Alex. conſ. 151. lib.2. Rolan. conſ. 45. nu.9. & 10. lib.1.* vbi dicit, quod ſi ſtatuto caueatur, vt dotata excludatur, probanda eſt illa qualitas, quod ſit dotata. *Rot. dec.391. nu.1. & ſeq. par.5. tom.1. recent.* vbi; quod agnato agenti vigore ſtatuti fœminarum excluſiui, obſtat ſemper exceptio dotis congruæ non traditæ, & interim immiſſio retardatur, nec attenditur ſola promiſſio dotandi, aut cautio de ſoluendo, vel ſtando iuri, ſed requiritur effectus, ideſt, ipſa actualis dotis congruæ traditio, præſertim ſi nuptiæ ſequutæ iam fuerint. *Surd. dec. 46. nu.9. Card. Caualer. dec.260. nu.2. & 3.*

34 Obſerua 8. puod non extantibus maſculis, vel eorum filijs ſucceditur prout de iure, quia huiuſmodi ſtatuta inducta ſunt fauore maſculorum, per quos agnatio conſeruatur: vnde filiæ in tali caſu æqualiter Patri ab inteſtato ſuccedunt. *d.l. maximum vitium, vbi DD. latè Cancer. var. lib.1. cap.5. nu.1. & ſeq.* illæ verò, quæ fuerunt viuente patre dotatę, debent dotem conferre, ideſt, communicare. *Honded. conſ.24. nu.31. lib. 2. & conſ.14. num.39. lib.1.* quemadmodum filius bona, quæ habuit à Patre viuente, tenetur in diuiſione conferre ſecundùm eorum valorem conſiderato tempore mortis patris, & collationis faciendæ. *Ciriac. contr.368. num.7.* vbi quod collatio huiuſmodi fit minus accipiendo de bonis diuidendis. *Afflict. deciſ.247.* vbi dicit, quod ſi bona tantùm mobilia data fuerint in dotem vni ex ſororibus, eaque conſumpta fuerint non dolo, vel culpa coniugum, adhuc illa ſoror debet admitti ad ſucceſſionem, etiamſi dicta bona non poſſint conferri.

35 Obſerua 9. quod inualida eſſet confeſſio dotis receptæ facta per maritum conſtante matrimonio, niſi de veritate numerationis aliter conſtet; præſumitur enim talis confeſſio ſimulata, & in fraudem prohibitæ donationis inter coniuges; & ideò nec marito, aut eius hæredibus, nec creditoribus einſdem mariti nocet. *ex latè congeſtis per [illegible]t. apud Merlin. de pignor. dec.141. & 23.* vbi quod in iudicio ciuili ſola ſuſpicio falſi, & ſimulati habetur pro falſo, & ſimulato. *& in Ferrarien. dotis 11. Aprilis 1622. & 4. Maij 1626. coram Buratt. in impreſſ. dec. 612. & 925.* vbi, quod hoc procedit, etiamſi confeſſio facta ſit ad fauorem Soceri, & non ſolius vxoris, quia Socero donari ità prohibetur, vt propriæ vxori. *l.3. §. qui in eiuſdem. ff. de donat. int. vir. & vxor. Menoch. lib.3. præſumpt.12. nu.83.*

Limita, quando dos ante contractum matrimonium fuit promiſſa, deinde conſtante matrimonio maritus confitetur, ſe recepiſſe dotem: tunc enim tollitur omnis ſuſpicio, & confeſſio non ſolum nocet ipſi marito, ſed etiam eiuſdem mariti creditoribus. *latè Menoch. lib. 3. præſumpt. 12. nu.53. & ſeq. Duran. dec.409. nu.14. Buratt. d. dec.612. 925. & 108.*

Notandum tamen eſt, quod exemplum apocæ promiſſionis in inſtrumento confeſſionis à Notario ſine Iudicis auctoritate inſertum, non facit fidem: quẽadmodum nec ſufficeret inſtrumentum promiſſionis confectum poſt celebratum matrimonium. *Rot. apud Merlin. de Pignor. d. deciſ. num.3.*

Limita 2. quando confeſſio dotis fuit facta à viro non ad fauorem vxoris, ſed tertij. *Mareſcott. var. lib.1. cap.8. nu.8. vbi refert, ità reſoluiſſe Rotam in Camerinen. pratenſæ dotis 12. Nouembris 1599. coram Litta, quæ eſt deciſio 15. nu. 3. par.4. tom.1. Recent. & ità ſenſit eadem Rota coram Durano d. deciſ. 409. nu.15. & coram Merlin. deciſ.652. nu.8. & apud Merlin. de Pignor. d. deciſ.141. n.14.* vnde valida eſſet confeſſio dotis facta conſtante matrimonio inter maritum, & fratrem vxoris, qui eſt ſui iuris, cum inter cos non ſit prohibita donatio. *vt in his terminis tenuit Rota apud Merlin. d. tract. de Pignor. deciſ.59. nu.18.* idemque dicendum, ſi confeſſio huiuſmodi facta fuerit ad fauorem ſocrus, quia donatio inter ſocrum, & maritum nullibi prohibetur. *d. l.3. Soerui. ff. de Donat. int. vir. & vxor.*

Limita 3. quando concurrerent coniecturæ, & adminicula pro numerationis dotis probatione: tunc enim confeſſio mariti probaret veram numerationem, etiam contra tertium. *latè Mareſcott. d. lib.1. cap.8. nu.9. Rota coram Merlin. deciſ.652. per tot.* etiamſi non conſtet de dotis antecedenti promiſſione: hæc enim neceſſaria non eſt, quando aliæ coniecturæ concurrunt, ex quibus probabile ſit, dotem fuiſſe ſolutam. *Rota d. deciſ.59. nu.19. & apud Merlin. d. tract. de Pignor. & deciſ.24. num.3. & ſeq. par.7. Recent. vide Gratian. deciſ. March.103. num.20. Rot. apud Pacif. de Salu. interd. deciſ.18.* vbi, quod ex enunciatione promiſſionis dotis facta in inſtrumento confeſſionis, iunctis alijs adminiculis, probatur ſolutio dotis.

Limita 4. quando lapſa ſunt tempora ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis: tunc enim confeſſio mariti etiamſi non præceſſerit dotis promiſſio, probat realem exactionem in ſui, & ſuorum hæredum præiudicium, & quod magis eſt, in præiudicium etiam creditorum, ità vt eo ipſo non præſumatur facta in fraudem prohibitæ donationis. *latè Gratian. diſcep. forenſ. cap.362. nu.16. Rota apud Pacif. de Saluian. interd. deciſ.48. nu.1. & coram Durano d. deciſ.409. nu.15. & 16.* contrarium tamen in hoc ſenſit *Rota coram Buratto deciſ.108. nu.17. & hanc partem nos ſequuti ſumus in tract. de Tempor. legal. lib.2. cap.45. nu.17.* ea ratione, quod cum talis confeſſio ſit ſimulata, & facta animo donandi, poteſt quandocumque opponi de iſta ſimulatione.

SVMMARIVM.

36 *Dos restituenda est in loco domicilij viri, & nu. seq.*

37 *Quid si vir post contractum matrimonium mutauerit domicilium.*

Quæstio II.

In quo loco dos restitui debeat?

36 RESp. quod restituenda est in loco domicilij viri: nam in contractu dotis respectu restitutionis non inspicitur locus, in quo instrumentum dotis factum est, sed attenditur locus ipsius viri; domicilium enim viri censetur locus contractus: quia animi destinatione matrimonium videtur contractum in domicilio viri. *l. exigere dotem. vbi Bart. & alij communiter. ff. de Iudic.* quod procedit, etiamsi post contractum
37 matrimonium maritus mutauerit domicilium, quia nihilominus seruari debent statuta, & consuetudines prioris domicilij viri, vbi fuit orta obligatio. *l. quaro. ff. de solut. l. contraxisse. ff. de Action. & oblig. Alexan. consil. 100. num. 12. vers. item tenet &c. lib. 3. Abb. in cap. 1. num. 11. de Sponsal.*

SVMMARIVM.

38 *Mulier agere potest ad fundum dotalem etiam æstimatum in subsidium, quando videlicet non potest aliunde consequi suam dotem.*

39 *Hoc remedium non competit nisi facta excussione in bonis mariti, & num. 43.*

40 *An possessor fundi dotalis possit mulieri offerre æstimationem ipsius fundi, & nu. seq.*

41 *An & quando mulier agere possit ad rem emptam ex pecunia dotali.*

42 *Et an hoc priuilegium competat militi, & minori. ibidem.*

43 *Quando res empta ex pecunia dotali, efficiatur dotalis.*

44 *Quando æstimatio non faciat emptionem, & venditionem.*

45 *An mulier loco censuum dotalium, qui fuerunt extincti, teneatur tempore restitutionis recipere alios census ex eadem pecunia emptos à marito.*

Quæstio III.

Quando mulier agere possit ad fundum dotalem æstimatum.

38 POsse mulierem agere ad fundum dotalem etiam æstimatum non solùm actione hypothecaria, in qua præfertur omnibus creditoribus mariti, sed etiam vtili rei vendicatione, constat *ex l. in rebus. C. de iure dot.* cuius textus dispositio procedit in subsidium, quando videlicèt mulier, vel eius hæres non potest aliundè consequi suam dotem. *vt not. ibi glos. communiter receptæ in uer. æstimatæ. in fin. Bald. ibid. num. 1. et seq. Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 15. C. de bon. matern. Card. Mantic. de Tacit. lib. 12. tit. 27. num. 20. et tit. 28. num. 16. Rot. dec. 145. par. 4. tom. 2. Recent.* vbi, quod fundus censetur dotalis, licèt dos promissa fuerit in pecunia numerata, & ad computum dotis fuerit assignatus fundus cum pacto, quod talis fundus debeat esse dotalis: tunc enim ad euitandam contrarietatem æstimatio censetur facta ad sciendum verum valorem. *Bald. in l. si inter uirum. in princ. C. de Iur. dot. Afflict. decis. 270. sub nu. 4.*
39 Hoc autem remedium non competit nisi facta excussione in bonis mariti. *Fontanell. de Pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 13. n. 78.* vbi dicit, quod in hoc casu resoluuntur hypothecę interim à marito impositæ. *Negus. de pignor. par. 5. mem. 3. n. 28. uers. ego autem etc. et par. 8. mem. 1. num. 27.*
40 vbi etiam obseruat, quod vtilis rei vendicatio datur mulieri quasi ad rem propriam: hypothecaria autem quasi ad rem obligatam; & ideò si eligit rei vendicationem, cum eo casu agat ad dominium rei, non potest possessor, seu alius creditor ei offerre æstimationem ipsius rei, quia oblatio quantitatis tunc admittitur, quando agitur ad quantitatem. *ità Negus. loco cit.*

Mihi verò in hoc placet alia Doctorum opinio, asserentium, quod quando agitur vtili tantùm rei vendicatione in subsidium, tunc possit etiam offerri æstimatio, tum quia maritus vxori agenti pro repetitione dotis, potuisset æstimationem offerre, & ideò hoc denegandum non est possessori fundi, qui ius habet à marito; tum quia hæc vtilis rei vendicatio conceditur mulieri in subsidium ex æquitate, nè aliàs remaneat indotata: cessat autem hæc æquitas, si offeratur æstimatio, cum mulier eo casu indotata non remaneat. *et ita sensit Rot. dec. 590. nu. 16. et seq. par. 4. tom. 3. Recent.* subdens, quod dispositio *d. l. in rebus.* non procedit, quando mulier prædecessit viro; hoc enim priuilegium fuit concessum mulieri dissoluto matrimonio per mortem viri, & ideò non transit in hæredes vxoris, si matrimonium per mortem ipsius vxoris solutum fuerit. *ex trad. per Bart. in l. Nesennius. §. fundum. num. 1. ff. de rei uendic. Ruin. consil. 163. num. 2. uers. et fortè etc. et num. 3. lib. 4.*
41 Idem dicendum, quando ex pecunia mulieris dotali fuit aliqua res empta: tunc enim, licèt res non sit dotalis, quemadmodum nec res empta ex pretio rei pupillaris, vel hæreditariæ, fit pupillaris, seu hæreditaria. *ad not. in l. ex pecunia. C. de Iur. dot. Mantic. de Tacit. lib. 12. tit. 27. nu. 9. & 15. Buratt. dec. 784. num. 5. & ibi Add. litt. A.* tamen in subsidium potest mulier agere ad rem emptam. *vt tradunt DD. in d. l. ex pecunia. Bart. in l. vxor marito. ff. de donat. int. vir. & vxor. Honded. cons. 14. num. 51. lib. 1.* vbi dicit, quod
42 tunc etiam competit vxori vtilis actio rei vendicationis; idque procedit etiam fauore militis, & minoris. *l. si vt proponis. 8. Cod. de res vendic. l. 2. ff. Quand. ex fact. tutor.* quo casu potest etiam possessor offerre æstimationem. *Rot. in recent. d. dec. 590. num. 25. & seq. par. 4. tom. 3. & dec. 187. num. 1. par. 3. & decis. 91. num. 7. & 17. & decis. 259. num. 7. par. 8.* vbi subijcit, quod res empta
43 ex pecunia dotali efficitur dotalis, quando tacitè, vel expressè ità fuit actum, concurrente

N 2 tamen

tamen vtilitate mulieris. de quo vide textum in l. æstimatis. cum ibi not. per Scribentes. ff. solut. matr. Couar. pract. qq. cap. 28. num. 2. vers. sed ex contrario &c. Hondcd. cons. 14. num. 50. lib. 1. Rolan. cons. 86. nu. 15. lib. 4. Neguf. de Pignor. in 3. mem. 5. par. princ. num. 28. Mantic. d. lib. 12. tit. 27. n. 15. vbi addit, quod si mulier sit minor, & ei sic expediat, res empta ex pecunia dotali, efficeretur dotalis, etiamsi id actum non fuerit inter mulierem, & virum. ex trad. per glos. in d. l. ex pecunia. C. de Iur. dot.

44 Item si tempore, quo datur in dotem prædium æstimatum, maritus non erat soluendo, tunc æstimatio non facit emptionem, & venditionem, & per consequens prædium non desinit esse dotale. Bald. in l. intercest. in fin. C. de vsufr. Neguf. de Pignor. 2. mem. 2. par. princ. nu. 59. Rota in Romana Saluiani 5. Decembris 1603. coram Card. Lancell. iun. & d. dec. 590. num. 14. & 15. vbi, quod tunc etiam est necessaria excussio bonorum.

45 Notandum 2. quod si mulier marito in dotem dederit census cum pacto, quod eueniente casu restitutionis dotis, teneatur vxor recipere eosdem census: & deinde census huiusmodi extinguantur, & ex illorum pretio alij census emantur à marito, in tali casu vxor non teneretur tempore restitutionis recipere tales census emptos à Marito. ex trad. per Cenc. de censib. in addit. ad 2. par. cap. 2. q. 2. art. 5. num. 43. & 44. Rot. apud eumdem Cenc. post Addit. dec. 99. num. 3. & 4.

SVMMARIVM.

46 *Mulier viuente viro possidet iure familiaritatis, eoque mortuo pro suis iuribus dotalibus transfert familiarem possessionem in veram, & realem iure proprio: declaratur nu. seq.*

47 *Mulieri competit retentio in domo, vel mobilibus iure familiaritatis ab ea possessis, non autem in prædijs rusticis, aut alijs bonis.*

48 *An contra mulierem detinentem bona viri procedi possit executiuè per Creditores ipsius viri.*

49 *Quando bona præsumantur viri, & non vxoris.*

50 *Contra mulierem petentem assecurationem suæ dotis ob vergentiam viri ad inopiam, non datur ius offerendi posterioribus creditoribus.*

Fructus, qui supersunt vxori deductis eius, & familiæ alimentis, cedunt in beneficium mariti, & creditorum. ibid.

51 *Mulier, vel alius creditor ingrediens in possessionem fundi iure pignoris, facit fructus suos, si valor fundi æquiualeat credito.*

Quæstio VI.

An mulier bona defuncti viri iure proprio retinere possit pro sua dote.

46 NOtissima est illa iuris conclusio, quod mulier viuente viro possidet iure familiaritatis, eoque mortuo pro suis iuribus dotalibus transfert familiarem possessionem in veram, & realem iure proprio, superueniente sibi nouo titulo. l. cum nemo. C. de Acquir. poss. Bald. in l. pignoris. num. 2. C. de Pignor. act. Duran. decis. 269. num. 12. & 13. etiamsi non interuenerit declaratio. Put. decis. 441. libr. 1. Rot. in Recent. decis. 97. num. 5. par. 5. & in Romana hæreditatis de Cuccinis 9. Decembris 1622. coram Nauarro. Merlin. decis. 862. num. 2. & 3. vbi, quod hæc possessio est legitima, & manutenibilis, & præfertur posteriori alterius. & dec. 645. num. 13. Coccin. decis. 67. num. 1. vbi, quod pro dote competit retentio non tantùm mulieri, sed etiam eius successoribus mortuo viro, ex hypotheca dotis. Buratt. dec. 179. num. 6. & seq. Rot. decis. 165. num. 45. & 46. par. 7. Recent. vbi, quod
47 mulieri competit retentio in domo, vel mobilibus, vel alijs rebus iure familiaritatis ab ea possessis, non autem in prædijs rusticis, neque in alijs bonis, quæ non constat, ab ea fuisse possessa viuente viro, cum talis possessio non extendatur de re ad rem. ex trad. per Aretin. cons. 77. num. 25. Gabr. cons. 34. lib. 5. vnde mulier, quæ cum viro in vna Ciuitate vixit, non potest occupare possessionem domus, seu alterius rei existentis in alia Ciuitate, seu loco, quam viuente viro iure familiaritatis non detinuit.

48 Notandum tamen est, quod cum mulier in tali casu possideat non iure dominij, sed tantùm iure pignoris, tenetur pati exequutionem contra bona hæreditaria sui viri instantibus creditoribus, quibus licitum est in tali casu agere via executiua; & ideò non poterit mulier vti tertia impedire executionem mandatorum, nec subhastationem, & adiudicationem. l. à Diuo Pio. §. quod si res. ff. de re iud. l. quamuis. ff. de Pignor. act. auth. hoc ità. C. de Pignor. & hypoth. Bart. & alij in d. l. à Diuo Pio. §. sed & illud. Gratian. discept. for. cap. 941. num. 3. & 4. Rot. decis. 181. num. 2. & seq. par. 7. recent. latè Fontanell. de Pact. nupt. claus. 7. glos. 3. par. 8. vbi dicit, quod instantibus creditoribus etiam posterioribus, & hæredibus mariti, mulier tenetur præstare patientiam, vt bona vendantur, & pretium deponatur, ea tamen non amota à possessione, donec plenariè satisfiat de sua dote. Neguf. de Pignor. 6. par. mem. 1. num. 23. Cancer. var. par. 3. cap. 17. de sent. & earum execut. num. 4. 17. & seq. Caualcan. de usufr. mulier. relict. num. 212. Marescott. uar. lib. 1. resol. 29. num. 34.

49 Notandum 2. quod si mulier passa fuit, bona mobilia describi, & inuentariari sine aliqua contradictione, vel protestatione, quod essent propria, tunc dicta bona præsumuntur viri. DD. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Bald. in l. ob maritorum. num. 2. & 4. C. Nè uxor pro marit. Buratt. dec. 191. num. 7.

50 Notandum 3. quod contra mulierem petentem assecurationem suæ dotis ob vergentiam viri ad inopiam, non datur ius offerendi posterioribus creditoribus, tum quia hæc assecuratio non est restitutio, sed positio dotis in tuto, vt fructus deseruiant pro alimentis vxoris, & filiorum: tum etiam quia bona viri vergentis ad inopiam consignantur mulieri, vt existant penes eam, & non dissipentur. Mantic. de Tatic. lib. 11. tit. 30. nu. 10. & seq. Osasc. dec. 135. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 92. Rolan. consil. 9. num. 39. uol. 1.

Vinc.

Vinc. de Franch. dec. 54. *vide Fontanell. d. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *par.* 3. *nu.* 50. *& ſeq. Surd. de Aliment. tit.* 1. *q.* 35. *nu.* 5. vbi ſubijcit, quod fructus, qui ſuperſunt vxori deductis eius, & familiæ alimentis, cedunt in beneficium mariti, & creditorum.

51 Notandum 4. quod mulier, ſicut & alius creditor ingrediens in poſſeſſionem fundi iure pignoris, ſi valor fundi æquiualet credito, & ſic ceſſaret ſpes luitionis, faceret in tali caſu fructus ſuos, quia tunc perinde eſt ac ſi eſſet ipſius creditoris. *l. qui habebat. §. ſuauiſſima. vbi gloſ. & DD. ff. de leg.* 3. *Rot. recent. dec.* 145. *n.* 10. *& ſeq. par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 46. *nu.* 7. *par.* 6.

SVMMARIVM.

52 *Fundus dotalis alienari non poteſt, declaratur, & limitatur num. ſeq.*

53 *Prohibitio legalis non includit alienationem neceſſariam.*

54 *Vxor ad redimendum maritum à carceribus, vel eum alendum, poteſt fundum dotalem alienare: declaratur, & limitatur nu.* 63.

55 *Grauatus poteſt bona fideicommiſſo ſubiecta alienare, vt ſe, vel filium eximat à carcere.*

56 *Quænam ætas exigatur in muliere, vt validè ſe obligare poſſit pro dote, & nu.* 59.

57 *Statuta laicorum nec circa matrimonia, nec circa dotes diſponere poſſunt.*

58 *Prouiſio, vel ſtatutum generaliter loquens, non porrigitur ad cauſam dotis.*

59 *In dote promiſſa pauperi mulieri, non requiruntur ſtatutariæ ſolemnitates.*

60 *Donatio facta contemplatione matrimonij, non requirit ſolemnitates, nec inſinuationem.*

61 *An obligatio minoris ex cauſa dotis, valida ſit abſque ſtatutarijs ſolemnitatibus.*

62 *Mulier poteſt ſe vſque ad medietatem dotis obligare.*

63 *Mulier, ſi habet idoneum releuatorem, non dicitur remanere indotata.*

Quæſtio V.

An, et quando mulier fundum dotalem alienare poſſit.

52 QVamuis fundi dotalis alienatio regulariter prohibeatur à iure. *vt ex tot. tit. ff. & C. de fund. dotal.* etiamſi vxoris aſſenſus accedat. §. 1. *vbi Aret. et alij. Inſt. Quib. alien. lic. &c.* ità vt ſi maritus alienaret, poſſet ipſemet reuocare non obſtante iuramento. *ex trad. per Spec. in tit. de empt. et vend. §. tertio loco.*
53 *nu.* 11. id tamen procedit in caſibus, in quibus vxor de proprio non tenetur: & conſequenter dicta prohibitio legalis non includit alienationẽ neceſſariam. *vt tradunt DD. in l.* 1. *ff. de fund. dotal. et in l.* 2. *C. eod. tit. Azo. in Sum. C. de fund. dot. nu.* 7. *et ſeq. Caputaq. dec.* 199. *par.* 3.
54 Vnde vxor ad redimendum maritum è carceribus, vel eum alendum, poteſt fundum dotalem alienare: quia, cum vxor eadem ſit caro cum viro. *iuxta illud Geneſ.* 2. *erunt duo in carne vna.* tenetur propterea eum alere, illique in neceſſitatibus ſubuenire. *Spec. in tit. Qui fil. ſint legit. num.* 40. *verſ. quid ſi mulier. etc. Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. illud. nu.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ. et conſil.* 478. *n.* 2. *vol.* 5. *Natt. conſ.* 547. *nu.* 19. *Surd. dec.* 86. *nu.* 4.
55 *et ſeq.* vbi etiam obſeruat, quod grauatus poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta, vt ſe, vel filium eximat à carcere, quando pro debito priuato detinetur.

56 Idem dicendum, ſi mulier legitimæ ætatis, id-eſt maior 25. annis dotem promiſerit; valida enim eſſet eius obligatio etiam abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs. *Neguſ. de Pignor. par.* 8. *mem.* 1. *nu.* 26. vbi, quod ſi ſtatutum diſponeret, vt nulla mulier poſſit contrahere ſine certa forma, talis diſpoſitio non comprehenderet mulierem etiam minorem 25. annis, puberem tamen, promittentem dotem pro ſe, cum mulier etiam minor poſ-
57 ſit ſe moderatè dotare abſque curatore: ſtatuta enim laicorum, ſicut non poſſunt diſponere circa matrimonia, ità neque circa dotes, quæ acceſſoriè, & conſecutiuè veniunt ad ipſa matrimonia. *Pariſ. conſ.* 81. *nu.* 9. *lib.* 3. vbi, quod pro-
58 uiſio, vel ſtatutum generaliter loquens non porrigitur ad cauſam dotis. *Caputaq. deciſ.* 199. *par.* 3. *Put. deciſ.* 160. *lib.* 3. *Galganett. ad ſtatut. Vrb. lib.* 1. *c.* 151. *verſ. item* 21. *procedere non credimus etc. Pic. ad d. ſtatut. Vrb. gloſ.* 7. *n.* 255. *Rot. in Romana dotis* 29. *Maij* 1602. *coram Ortembergo, apud eundem Pic. poſt eius tract. dec.* 13. vbi,
59 quod hoc procedit tam in muliere, quæ neceſſariò tenetur dotare, quàm in ea, quæ ad id non tenetur, præſertim ſi dos pauperi mulieri fuerit promiſſa, quo caſu dicitur cauſa pia, in qua non exiguntur ſtatutariæ ſolemnitates. *Buratt. deciſ.*
60 924. *n.* 10. *et ibi Ferentill. n.* 17. vbi, quod donatio facta contemplatione matrimonij non requirit ſolemnitates, nec inſinuationem.

61 Addunt citati DD. quod etiam obligatio minoris ex cauſa dotis valida eſt abſque ſtatutarijs ſolemnitatibus.

62 Obſerua tamen, quod in his, & ſimilibus caſibus non poteſt mulier totum fundum dotalem alienare, quando ex huiuſmodi alienatione remaneret omninò indotata: id enim eſſet contra publicam vtilitatem. *Theſaur. deciſ.* 223. *nu.* 13. vbi dicit, quod poteſt mulier ſe vſque ad medietatem dotis obligare, cuius ſententiam amplexa fuit *Rota Romana coram Buratt. dec.* 783. *nu.* 2. *Pen. dec.* 489. *nu.* 12. *Merlin. dec.* 749. *nu.* 3.
63 *et ſeq.* vbi ſubdit, quod mulier, ſi habet idoneum releuatorem, non dicitur remanere indotata. *et apud Pic. poſt eius tractat. dec.* 10. *nu.* 10. *et dec.* 11. *nu.* 12.

SVMMARIVM.

65 *Quæſita per vxorem poſt matrimonium, præſumuntur quæſita ex bonis viri: limitatur n.* 66.

67 *An, et quando admittatur confeſſio mariti declarantis, ſe emiſſe fundum de pecunia vxoris.*

68 *Quando ſtetur confeſſioni patris aſſerentis, ſe habuiſſe pecuniam à filio.*

69 *Aſſerenti, inſtrumenta eſſe ſimulata, incumbit onus probandi.*

70 *Res empta ab vxore de pecunijs viri, ad ipſam vxorem iure dominij ſpectat.*

Quæstio VI.

Acquisita per vxorem, an, & quando præsumantur quæsita ex bonis viri.

65 REgula est, quod quæsita per vxorem post
matrimonium præsumuntur quæsita ex
bonis viri, euitandi turpis quæstus gratia. *l.
Quintus, vbi Bart, & alij. ff. de Donat. int. vir.
& vxor. Gabr, commun. conclus. lib. 1. tit. de Præ-
sumption. conclus. 15. Boer. decis. 81. n. 5. Buratt.
decis. 141. num. 2. & seq.*
66 Sed ab hac regula receditur, concurrentibus
coniecturis; nam si maritus erat pauper, mulier
verò bona propria habuerit, ex quibus acquire-
re potuit, cessaret præsumptio *d. legis*, & bona
sic quæsita spectabunt ad mulierem, non autem
ad maritum, itá vt mulier nec á marito, neque
ab eius creditoribus molestari possit. *l. & si in-
strumenta. vbi glos. in Ver. translatum. & Bart.
nu. 6. C. de fid. Instrum. & iur. hast. fisc. lib. 10.
Natt. consil. 543. num. 10. vers. quod corrobora-*
67 *tur &c.* vbi dicit, quod licèt confessio mariti
declarantis, se emisse fundum de pecunia vxo-
ris, sit suspecta, propter prohibitam donatio-
nem inter virum, & vxorem, tamen ex verisimili
præsumptione admittitur, si constet, vxorem
habuisse aliunde bona, ex quibus potuerit illam
68 pecuniam colligere; quemadmodum confessio
facta á Patre asserente, se habuisse pecuniam á
filio in potestate, licèt censeatur inualida, tan-
quam facta in fraudem legis prohibentis dona-
re, tamen si appareat, quod filius ex aliquo arti-
ficio lucrabatur, itá vt tantum ex industria lu-
crari potuerit, & Patri tradidisse, ex hac verisi-
mili præsumptione substinetur dicta confessio,
præsertim si iuramentum accesserit. *latè Alex.
cons. 18. num. 2. & seq. lib. 3. Gabr. d. conclus. 15.
Buratt. d. dec. 141. per tot.* vbi etiam dicit, quod
asserenti, instrumenta esse simulata, incumbit
onus probandi, *per tex. in l. cum propria, vbi
Sal. C, si quis alter. vel sib. l. 2. & ibidem Bald.
C. Plus val. quod agit.*
70 Notandum est etiam, quod res empta ab vxo-
re de pecunijs viri, non ad virum, sed ad ipsam
vxorem iure dominij spectat, licèt teneatur eo
casu pretium viro restituere, *l. multum interest,
C. si quis alter, vel sib.*

SVMMARIVM.

71 *In lucro dotis seruandum est statutum domicilij viri, & n. 72. & seq. limitatur n. 76. 78. & 81.*
72 *Quid si in loco domicilij mariti nullum quoad hoc extet statutum, vel consuetudo,*
73 *Quando agitur de executione, vel alijs obseruandis post contractum matrimonium, debet attendi consuetudo domicilij ipsius mariti,*
74 *Quid si maritus postea ad alium locum domicilium transtulit, & num. seq.*
75 *Et quid si causa restitutionis dotis non agatur in loco domicilij mariti, sed in alio loco.*
76 *Quando in lucro dotis inspiciatur statutum domicilij mulieris, & num. 78.*
77 *An, & quando censeatur quis renunciasse l. exigere dotem. ff. de Iudic.*
79 *Si maritus in vno loco aliquando habitat, & in alio frequentiùs, attendi debet domicilium, in quo habitat frequentiùs.*
80 *Quid si in quolibet se collocet æqualiter.*
81 *An in bonis alibi sitis attendatur domicilium mariti.*
82 *Quando mulier alibi nupta, reputetur de origine sua paterna.*

Quæstio VII.

In lucro dotis an statutum domicilij vxoris, vel mariti seruandum sit.

71 REsp. seruandum esse statutum, vel consue-
tudinem domicilij viri, non autem domi-
cilij vxoris, in quo contractus dotis est celebra-
72 tus; vnde si in loco domicilij mariti nullum
quoad hoc extet statutum, vel consuetudo, hu-
iusmodi lucrum non debetur; quamuis enim re-
gulariter debeat seruari statutum illius loci, in
quo contrahitur, *ut d. Alex. cons. 41. nu. 4. lib. 5.
& cons. 100. lib. 3. Ruin. cons. 69. num. 5. lib. 4.* ta-
men in contractu dotis fauore matrimonij aliud
deciditur in *l. exigere dotem. ubi DD. ff. de Iudic.*
ratio est, quia vxor vi matrimonij trahitur ad
domicilium viri, & ideò secundùm leges, seù sta-
tuta domicilij viri, seu mariti intelligitur con-
traxisse. *l. de iure. ubi glos. in uer. nupta est. &
l, imperatores. §. item rescripserunt. 1. ff. Ad mu-
nicip. Bart. in l. cunctos populos. num. 19. C. de
Sum. Trinit. Bald. in auth. omnes peregrini. n. 4.
C. commun. de success. Abb. in cap. 1. num. 11. de*
73 *Spons.* vbi dicit, quod quando agitur de execu-
tione, vel alijs obseruandis post contractum ma-
trimonium, debet attendi consuetudo domici-
lij ipsius mariti. *Alex. consil. 100. nu. 9. lib. 3.* vbi
id intelligit de domicilio viri ratione habitatio-
nis, non autem solius originis. *et cons. 129. n. 13.
lib. 7. latè Ruin. cons. 58. et 59. lib. 3. Alc. cons. 3.
num. 9. lib. 2. tom. 1. Soc. iun. cons. 14. nu. 2. lib. 1.
ubi de communi. Rimin. cons. 30. num. 7. et seq. et
cons. 314. num. 33. et seq. uol. 1. Thesaur. qq. for.
lib. 2. q. 6. num. 3. et 6. Ciriac. contr. 273. Mantic.
de Tacit. et ambig. conuent. lib. 3. tit. 14. num. 1.
Rot. dec. 110. nu. 8. et dec. 172. num. 1. et seq. par.
8. Recent.* quæ quidem sententia procedit, siue
vxor accesserit ad domum viri, siue non. *Ruin.
cons. 58. num. 3. et 4. lib. 3. Mantic. ubi supra nu-
mer. 3.*
74 In hoc autem attenditur statutum prioris do-
micilij ipsius viri; vnde nulla ratio habenda est
de statuto alterius cuiuscumque loci, ad quem
maritus postea domicilium transtulit: quis pos-
set maritus ad eum locum transferre domici-
lium, in quo statutum disponeret, vt maritus
lucretur totam dotem, quod esset irrationabile,
& contra textum *in d. l. exigere. ut d. Abb. in
cap. 1. num. 11. de Spon. Alex. consil. 100. num. 12.
lib. 3. Ruin. cons. 58. num. 3. lib. 3. et de communi
testatur Mantic. d. lib. 3. tit. 14. num. 2. et seq.*
75 quod procedit, etiamsi causa restitutionis do-
tis non agatur in loco domicilij mariti, sed in
loco originis ipsius mariti, vel Patris, vel in lo-
co originis vxoris, quia tacitè actū intelligitur,
vt

vt dos in loco habitationis mariti, & secundùm leges illius restituatur. *per tex. in d. l. exigere. ff. de Iud.*

Prius autem domicilium non dicitur, si ibi maritus tempore contractus dotis, habitabat quidem, sed in eo loco non erat permansurus, vel quia in alio loco habebat maiorem partem fortunarum, vel propter inimicitias, vel aliam causam; & ideò seruari tunc debent statuta eius loci, ad quem maritus primò se transtulit animo perpetuò manendi, *vt post Grat. cons. 113. num. 16. lib. 2. obseruat Mantic. d. tit. 14. n. 5. & 8.*

76 Si verò statutum loquatur tantùm de Sponsa futuri temporis, non autem de vxore, puta si disponat, quod sponsus lucretur dotem constitutam, vel parte pro matrimonio contrahendo, tunc non inspiceretur statutum domicilij sponsi, sed sponsæ, in quo conscriptum est instrumentum. *Bald. in d. auth. omnes Peregrini. C. Comm. de Succ.* item inspicitur statutum domicilij vxoris, quando vir non ducit vxorem, sed vxor ducit virum ad suum domicilium. *Bald. in l. vlt. num. 4. C. si à non comp. Iud. Dec. cons. 283. nu. 8. Rol. de lucr. dot. q. 16. & alij apud Mant. loco cit. num. 6. 7. & 9.* vbi idem dicit, quando dos ea lege data fuit, seu constituta, vt soluto matrimonio secundùm statutum loci, in quo contractus celebratus est, restituatur, quia contractus ex conuentione legem accipiunt. *l. 1. §. si conuenit.*

77 *ff. depos.* & sicut per statutum, ità etiam per pactum potest derogari. *d. l. exigere. vt inquit Bald. cons. 357. nu. 5. lib. 1. Crauett. cons. 880. n. 20.*

Notandum tamen est, quod per ea verba generalia, promisit dotem restituere tam in loco contractus, quam in loco domicilij, & alibi in quacunque parte terrarum, non censetur renunciatum. *d. l. exigere. vt sensit Bald. in d. l. exigere. in fin. vers. sed tunc quæro &c. Alex. consil. 100. num. 8. & seq. lib. 3.*

78 Addunt nonnulli DD. quod seruari etiam debet statutum domicilij vxoris, vbi bona data in dotem, sunt immobilia, & sita in territorio, in quo contractus dotis est celebratus, & vxor habet domicilium, quia in alio loco non possunt restitui; sed contrarium asserit *Purp. in l. cunctos populos. num. 130. vers. ex hac prima ampliatione. C. de Sum. Trin. Ruin. cons. 58. num. 12. lib. 3. quos refert, & sequitur Mantic. d. lib. 3. tit. 14. num. 10.*

79 Notandum est etiam, quod si Maritus in vno loco aliquando habitat, & in alio frequentiùs, domicilium, in quo habitat frequentiùs, atten-

80 di debet; quod si in quolibet se collocet æqualiter, & statuta in dictis locis diuersimodè prouiderent, & vnum esset fauorabile ad lucrum dotis, aliud non, attendi debet illud, quod prodest. *Alex. cons. 100. num. 6. vers. postremò &c. lib. 3. Ruin. cons. 58. num. 7. & seq. lib. 3.*

81 2. Notandum est, quod quantum ad bona alibi sita non attenditur domicilium mariti, sed illa debent diuidi secundùm consuetudines locorum, vbi existuut. *Anchar. cons. 163. nu. 1. Crauett. cons. 30. & communem dicit Gozad. cons. 49. nu. 10. Corn. cons. 202. lib. 2. Natt. cons. 514. n. 14. Rolan. cons. 80. nu. 28. lib. 4. Thesaur. iun. quæst. for. lib. 2. q. 6. num. 2. & 4.*

82 3. Notandum est, quod mulier alibi nupta in his, quæ illam non seiungunt à seruitij, & obsequijs coniugalibus, semper reputatur de origine sua paterna. *ex trad. per Cephal. cons. 13. nu. 45.* vbi, quod mulier etiam alibi nupta, suæ Ciuitatis priuilegia retinet, & potest in territorio suæ Ciuitatis acquirere, & ligatur vti subdita statuto suæ originis. *Alciat. consil. 10. num. 6. & seq. lib. 2.* vbi dicit, quod statutum excludens fęminas nuptas à successione, cum non retrahat ab obsequijs viri, ligat etiam mulierem alibi nuptam. *latè Menoch. lib. 2. præsumpt. 2. nu. 8. & 9. Rot. recent. par. 9. decis. 66. num. 24. & decis. 175. num. 10. & seq. Seacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 654. & seq.*

SVMMARIVM.

83 *Vxor propter viri sæuitiam potest petere separationem thori.*

84 *Maritus non potest corrigere, & castigare vxorem, nisi leuiter, & moderatè.*

85 *Quando thorus separatur ob adulterium vxoris, instante marito, vxor recluditur in monasterio.*

86 *Quid si in loco non adsit monasterium, vel si adsit, recuset recipere mulierem adulteram.*

87 *Vir, vel mulier committens adulterium, qua pœna plectatur, & nu. 88. & seq.*

88 *Quoad accusandum ciuiliter, ad imparia non iudicantur vir, & vxor: limitatur nu. seq.*

89 *Respectu pœnæ criminaliter imponendæ mulier virum adulterum accusare non potest.*

90 *Quid si vxor petat separationem ob sæuitiam viri, & num. 91. cum sequen.*

91 *In alimentis taxandis non proceditur rigorosè, sed ad meram necessitatem.*

92 *Sæuitia viri concludenter probari debet, qua probata vir cogitur ad restitutionem dotis, & donationis propter nuptias, vna cum fructibus dotis durante lite à marito perceptis.*

93 *Quid si mulier contra virum sæuiat.*

94 *An vxor cogi possit ad redeundum cum viro sub cautione fideiussoria de eam non offendendo.*

Quæstio VIII.

An, & quando Iudex præscribere possit mulieri certum locum, vbi degere debeat.

83 Certum est in iure, quod vxor propter viri sæuitiam potest petere separationem thori. *cap. litteras. 13. vbi DD. de restit. spoliat.* etiamsi odium, & sæuitia mariti proueniat culpa vxoris ex aliqua graui causa. *latè Farinac. in Pract. crim. q. 143. nu. 148. Mascard. de Probat. conclus. 1019. num. 4. & seq. vol. 2.* maritus enim

84 non potest corrigere, & castigare vxorem, nisi leuiter, & moderatè. *Ciriac. contr. 172. num. 70. & seq.* vbi, quod maritus ex graui causa potest etiam carcerare vxorem, moderatè tamen, & ad breue tempus; vnde competentem punitionem Iudici relinquere debet. *cap. quemadm odum. §. illud autem. vbi Canonistæ communiter. extr. de Iureiur.* alioquin maritus puniretur, si sine causa, vel enormiter id faceret. *Abb. in d. §. illud autem. sub n. 15. Rolan. cons. 27. n. 15. & seq. tom. 3.*

85 Ad quæsitum igitur resp. quod aut thorus se-
patatut ob culpam vxoris, puta ob adulterium
ab ea commissum, & tunc illa recludi debet in
loco præscripto, vbi non habeat amplius pec-
candi faculratem, pura in mouasterio, vt aiunt,
Conuertitarum, seu mulierum malè nuptarum,
si talia monasteria in ea Ciuitate, vel loco existe-
rent. *cap. de Benedicto. 32. q. 1. auth. sed hodie.
C. ad l. Iul. de Adult.* quod procedit, dummodò
maritus id peteret, & offerret expensas, si mu-
lier non haberet vnde eas præstaret. *Ciriac. d.
contr. 172. num. 106. latè Farinac. in Prax. crim.
q. 141. de delict. carn. num. 19. & seq.* vbi etiam
86 dicit, quod Index, si non adest monastetium,
vel si adsit, tecuset tecipete vxotem adulteram,
potest illi commutare pœnam, condemnando
eam in exilium, & confiscando illi eam partem
bonorum, quæ iuxtà dispositionem *d. auth. sed
hodie.* erat applicanda monasterio. *Surd. de A-
87 lim. tot. 7. q. 16. nu. 30.* vbi etiam obseruat, quod
vir committens adulterium, amittit donationem
proptet nuptias, & vxor committens similiter
adulterium, perdit dotem. *Rolan. cons. 50. num.
88 5. vol. 1.* vbi dicit, quod sicut maritus accusare
potest ciuiliter de adulterio vxotem quoad se-
parationem thori, & ad lucrum dotis, ità è con-
tta vxot potetit accusare maritum quoad sepa-
rationem thori, & ad hoc vt consequatur dotem
suam, & donationem propter nuptias, quia
quoad accusandum ciuiliter, ad imparia non iu-
dicantur vit, & vxor. *Socin. iun. cons. 32. num. 1.
89 et seq. vol. 2.* subdens, quod respectu pœnæ cri-
minaliter imponendæ muliet virum adultetum
accusare non potest.

Qua verò pœna adulteri puniantur, vide *Clar.
in §. adulterium. vers. sed quæro, quæ sit pœna etc.*
vbi dicit, quod de generali consuetudine tam
adulteti, quàm adultetæ non pœna corporali,
sed pecuniaria, vel exilio, aut fustigarione se-
cundùm personarum qualitatem puniuntut, præ-
sertim si violentia, vel aliæ qualitates aggrauan-
tes concutrerent. *Vulpel. cons. 94. num. 9. quem
refert, et sequitur Baiard. ad Clar. loco cit. nu-
mer. 55.*

90 Aut vxor petit separationem ob culpam viri,
puta ptopter eius sæuitiam, & tunc, licèt dum
huiusmodi causa pendet, ipsa mulier loco se-
questti committi debeat custodiæ consanguineo-
rum, vel alicuius honestæ matronæ, vel collo-
canda sit in aliquo monasterio monialium. *cap.
ex transmissa. vbi DD. de Restit. spoliat.* finita
tamen causa, si appareat, vxorem marito non
esse restituendam, potest mulier eligere habita-
tionem, vbi velit; alioquin, si in tali casu ei pte-
scriberetur locus, puniretur absque culpa.
Thesaur. decis. 130. vbi dicit, quod mulier pro-
pter sæuitiam viri poterit diuertere, & intetim
pendente iudicio super separatione thori mari-
tus extra domum alimenta vxori subministrare
tenetur, etiamsi fructus dotis non sufficerent,
vel si nulla esset data dos. *Gratian. discept. for.
91 c. 857. num. 23. et seq.* vbi, quod hoc remittitur
arbitrio Iudicis, qui in huiusmodi alimentis ta-
xandis non debet procedere tigotosè, sed ad
metam necessitatem. *et cap. 738. num. 69. et seq.
Surd. de Alim. tit. 1. q. 118. num. 5. latè Ciriac. d.
contr. 172. num. 107. et seq.*

92 Sæuitia verò est concludenter probanda ità vt
non sufficerent minæ, nisi processerint ab eo, qui
consueuerit minas exequi. *Natt. consil. 616. Ci-
riac. loco cit. nu. 1. et seq. et num. 91. cum seq.* vbi
Iudicis arbitrio temittit, quæ sæuitia sufficiens
sit ad separationem thoti.

Probata autem sæuitia vit cogendus erit ad
restitutionem dotis, & donationis propter nu-
ptias, quo casu dos verè, & statim restitui de-
bet, nec habet ptiuilegium anni. *auth. sed nouo.
§. si verò causam. C. de repud. §. mitiores. Auth.
de nupt. Card. Seraphin. decis. 1315. Thesaur. d.
decis. 130. Gratian. discept. for. cap. 199. num. 11.*
quod etiam procedit, quando separatio thoti fit
ob morbum gallicum. *Ciriac. d. contr. 172. num.
91. et seq.*

Item fructus dotis durante lite à marito per-
cepti, post sententiam latam super separatione
thori, vxoti restituendi sunt, etiamsi in huius-
modi sententia non fuisset facta expressa con-
demnatio quoad dictos fructus; ratio est, quia
cum maritus fuerit in mala fide, & pro tempore,
quo durauit lis, non substinuerit onera matri-
monij, non fecit fructus suos: fructus enim præ-
dicti dantur contemplatione matrimonialium
onerum; tum etiam quia cum vir commiserit in
legem matrimonij, non debet ex eo aliquod lu-
crum consequi. *latè Gratian. discept. for. cap. 857.
per tot. Greg. dec. 93. vbi etiam Beltramin. Penia
dec. 350. Card. Millin. dec. 217. Crauett. cons. 31.
num. 6.* vbi addit, quod si vxor seorsum habitans
seipsam aluetit, potest tales expensas, marito
repetere.

93 Quid verò dicendum sit, si muliet contra vi-
rum sæuiat. *vide Mascard. de Probat. concl. 1019.
num. 6.*

94 Quæres, an vxor cogi possit ad redeundum
cum viro sub cautione fideiussoria de eam non
offendendo? Resp. negatiuè, si appareat de ma-
xima viri sæuitia, & eius odio capitali aduersus
vxorem: eo enim casu satisdatio non mutat ma-
leuolum animum, sed diutius grassandi faculta-
tem præstat. *§. nouissimè. vbi glos. in verb. gras-
sandi. Inst. de Suspect. tutor. l. quia satisdatio. ff.
eod. tit. d. cap. ex transmissa. et cap. litterat. in
fin. vbi DD. de restit. spol. latè Crauett. cons. 31.
num. 4. et seq.* vbi dicit, quod vbi est odium ca-
pitale, non tenetut, nec debet quis confidere
fragilitati cautionis, cum in hoc casu cautio suf-
ficiens considerati non possit. *Gratian. discept.
for. cap. 738. num. 60. Ciriac. d. controu. 172. nu.
85. et 90.* vbi, quod satis esset vnicus actus sæui-
tiæ, vt vxor non teneatur redire cum marito,
quia quando maritus semel sæuus fuit, præsumi-
tur talis in postetum. *ex trad. per Bald. cons. 176.
num. 3. lib. 1. Mascard. de Probat. d. concl. 1019.
nu. 3. Farinac. d. q. 143. nu. 147.*

SVMMARIVM.

95 *Valet pactum, quod maritus teneatur semper
habitare in domicilio vxoris, nisi noua causa
emergat mutandi domicilij.*

Quæstio IX.

An valeat pactum, quod maritus teneatur semper habitare in domicilio vxoris, aut parentum certi loci,

95 RESp. affirmatiuè, præsertim si additum fuerit iuramentum; ratio est, quia tale pactum non ponitur ad obligandum maritum, vt perpetuò habitet in certo loco, sed nè mulier cogatur dimittere Ciuitatem, in qua nata, & educata fuit, & nè separetur à parentibus, & consanguineis, quæ separatio est nimis dura. *l. liberorum. ff. de verb. sign. Emman. Soarez. in Thesaur. recept. sent. in ver. locus. latè Genuens. in tract. de Eccles. q. 772. Dian. par. 3. resol. moral. tract. 4. resol. 212.* vbi dicit, quod in tali casu si contra fit, potest exigi pœna.

Limita, nisi noua causa emergat mutandi domicilij, puta infirmitas, intemperies aeris, inimicitia &c. tunc enim, etiamsi pactum sit iuramento firmatum, licebit resilire, & mulier tenebitur virum sequi. *vt d. Diana loco cit. vers. limitanda tamen est &c. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 87.*

In alijs verò casibus is, qui se in vno loco habitaturum promittit, non cogitur in illo semper habitare, sed astringitur ad id, quod stipulantis interest. *vt d. Soarez loco cit. in ver. locus.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca constituta super bonis existentibus in vno loco, non extenditur ab bona sita extra dictum locum.*
2 *Quando hypotheca restricta ad bona existentia in vna Ciuitate, vel loco, extendatur etiam ad bona existentia in territorio.*
3 *Qualitas loci adiecta legato, restringit legatum etiam vniuersale.*
4 *Bona mobilia regulariter continentur in generali obligatione, sicut stabilia: limitatur num. seq.*
5 *Merces venales propter earum celerem motum non videntur esse in loco.*
6 *Relicto vsufructu domus, & omnium rerum, quæ in domo sunt, non debentur legatario ea, quæ mercis causa fuerunt comparata: limitatur num. 9. & 10.*
7 *An frumentum, & pecunia, quæ in domo erant, sub tali legato comprehendantur.*
8 *An in legatis loco circumscriptis contineantur ea, quæ post legatum empta, & acquisita fuerunt per testatorem in eodem loco.*
9 *Quid si testator reliquisset simpliciter vsumfructum omnium rerum suarum, vel bona omnia, quæ domi quoquo modo sunt.*
10 *Merces in legato generali continentur, quando legatum aliàs redderetur inutile.*
11 *An sub generali hypotheca bonorum comprehendantur bona extra territorium.*
12 *Is, qui credidit in vna Prouincia, etiamsi posterior sit, quoad bona illius præfertur omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus, qui in alia Prouincia contraxerunt.*
13 *Quid si plures sint creditores ex diuersis negociationibus,*

CAP. XVIII.

De Pignoribus, & Hypothecis.

1 QVæritur 1. An hypotheca constituta super bonis existentibus in vna Ciuitate, vel loco, extendatur ad bona sita extra illum locum? Resp. negatiuè, quia qui obligauit bona existentia in tali Ciuitate, vel loco, dicitur ab obligatione, & hypotheca exclusisse ea, quæ existunt extra Ciuitatem, & locum, quia est limitata, & determinata hypotheca. *arg. l. nam quod liquida. §. si ità legetur. ff. de Pen. leg. l. quæsitum. §. 1. ff. de leg. 3.*

2 An verò veniant res, & bona, quæ sunt in ter-
ritorio Ciuitatis? Resp. distinguendo, aut enim
sumus in obligatione, quæ latam admittit inter-
pretationem, & tunc veniunt etiam bona exi-
stentia in territorio, quia bona, quæ sunt sub ter-
ritorio, reputantur pro vno, & eodem loco, vt
in donatione resoluit *Rot. decis. 716. num. 2. & 3.*
par. 4. tom. 3. Recent. aut sumus in obligatione,
quæ latam non admittit interpretationem, &
tunc hypotheca non extenditur ad bona existen-
tia in territorio, nisi aliud colligatur ex conie-
cturis. *Crauett. cons. 671. num. 2. par. 4. Mantic.*
de coniect. lib. 9. tit. 3. num. 13. vbi dicit, quod
3 qualitas loci adiecta legato, restringit legatum
etiam vniuersale. *Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 5.*
q. 174.

4 Quæritur 2. an bona mobilia debitoris contineantur in generali obligatione? Resp. quod bona mobilia regulariter continentur in generali obligatione, quemadmodum stabilia, vt de mercibus, & pecunia est textus *in l. cum tabernam. iuncto §. creditor. ff. de Pignor.*

5 Hæc tamen conclusio limitatur, quando generalis obligatio restricta est ad certum locum: tunc enim sub huiusmodi obligatione non comprehenduntur merces venales, quia propter earum celerem motum, non videntur esse in loco. *Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 4. num. 36. vers. sed aduertendum est. Pacif. de salu. interd. insp. 3. cap. 2. num. 194. Rota apud eumdem decis. 225. num. 1.*

6 Ex quo infertur, quod relicto vsufructu do-
mus, & omnium rerum, quæ in domo sunt, ea,
quæ mercis causa fuerunt comparata, non de-
bentur legatario, quia venalia, cum ad tempus
ibi sint, non videntur esse in domo. *l. generali.*
§. vxori. vbi Bart. ff. de vsufr. leg. vnde neque
7 frumentum, quod in domo erat causa vendendi,
in tali legato contineretur. *idem Bart. in d. §.*
vxori. num. 4. & ibi Alex. lit. C. vbi, quod neque
pecunia comprehenderetur in tali legato, quia
semper dicitur venalis, & parata alienationi. *l.*
vxorem. §. legauerat. ff. de legat. 3.

8 Item in legatis loco circumscriptis non continentur ea, quæ post legatum empta, & acquisita fuerunt per testatorem in eodem loco, quando bona acquisita sunt æquè principalia, vel primis pretiosiora, quia in tali casu non possunt dici accessoria ad primas res legatas. *Bero. cons. 44.*

num.

num.46. lib.2. Alex. conf.25. num.2. lib.7. & alij apud Honded. conf.63. nu.34. & seq. lib.1.

9 Secus esset, si testator reliquisset simpliciter
vsumfructum omnium rerum suarum, vel bona
omnia, quæ domi quoquo modo sunt, quia tunc
omnia continentur tam venalia, quàm non ve-
nalia. *arg. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Bart. in d. l.
generali. §. vxori. num.4. ff. de vsufr. leg. & ibi-
dem Alex. & alij communiter. Pacif. d. insp. 3.*
10 *cap.2. num.185.* vbi, quod etiam merces in le-
gato generali continentur, quando legatum aliàs
redderetur inutile.

11 An verò sub generali hypotheca bonorum comprehendantur bona extra territorium, seu extra locum originis debitoris contrahentis? Resp. affirmatiuè, nisi extra territorium debitoris bona essent prohibita alienari, & hypothecari. *glos. in §. hac considerantes. ver. hypotheca. in Auth. vt omn. obed. Iud. Prouinc. Bald. in l.2. C. mandat. Neguf. de Pignor. par. 8. mem.2. n.8.* vbi etiam obseruat, quod debitor sortitur forum in loco contractus etiam quoad bona existentia extra illum locum, quando agitur hypothecaria, quæ est realis, vel saltem mixta. *Tiraq. de Retract. lignag. §.8. glos.5. num.11. Gratian. discept. for. cap. 951. num. 30. Merlin. de Pignor. lib.2. tit.1. q.5. num.3. & seq.* licèt executio in tali casu non possit consummari contra debitorem extra territorium, nisi vigore litterarum remissorialium Iudicis, qui debitorem condemnauit. *iuxta textum in l. à Diuo Pio. §.1. vbi Bart. ff. de re iud.*

12 Quæritur 3. quando creditor posterior ratio-
ne loci præferatur creditori anteriori? Resp.
quod si quis crediderit in vna Prouincia, etiamsi
sit posterior, debet quoad bona illius præferri
omnibus alijs creditoribus etiam anterioribus,
qui in alia Prouincia contraxerunt. *l. procura-
toris. §. si plures. vbi DD. ff. de Tribut. act. glos.
in l. priuilegia. ver. ex causa. ff. de Priuil. credit.
Ripa ibidem. nu.51. & seq. Gait. de credit. cap. 4.*
13 *in appendic. num.128.* vbi dicit, quod si plures
sint creditores ex diuersis negociationibus, ve-
luti si vnus ex causa mercium vnius speciei, alter
verò ex causa alterius diuersæ speciei, vel si eius-
dem speciei, sed in diuersis tabernis, aut apo-
thecis, tunc quilibet admittitur separatim, ha-
bito respectu ad creditam mercem, in qua cæte-
ris præfertur. *latè Merlin. de Pignor. lib.4. tit.1.
q.13. num.1. & seq.* quod procedit tam respectu
creditorum habentium solam personalem actio-
nem, quàm habentium expressam, aut tacitam
hypothecam. *Decian. consil. 109. num.29. & seq.
lib.2. Card. Seraphin. decis.1214. Rot. in Floren-
tina. seu Lugdunen. pecuniarum 23. Febr. 1598.
coram Peregrino: quamuis contrarium senserit
Card. Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 23. num. 33.
& seq.*

SVMMARIVM.

CAP. XIX.

De Alimentis.

Quæstio I.

In quo loco præstari debeant alimenta.

1 HAc in re primò inspicienda est voluntas testatoris siue expressa, siue tacita: nam si de ea constet, certum est, ibi alimenta præstari debere, vbi testator voluit. *l. in conditionibus primum locum. ff. de Cond. et demon. §. disponat. in Auth. de Nupt. Caualcan. de Vsufr. mul. relict. nu.138. Surd. de Alim. tit.4. q.14. nu.16.*

Secundò inspici debet consuetudo locorum: hæc enim semper attenditur, quando quæritur, quo in loco debitor teneatur soluere. *ut post Bart. et alios obseruat Duen. reg.161. nu.9.*

Tertiò inspiciendum est, vbi hæres cæpit ali-
menta præstare, nam in eodem loco cogitur per-
seuerare in solutione. *l. si fideicommissum. §. fin.
ff. de Iudic. glos. magna in l. quod legatur. post
med. ff. eod. Duen. d. reg.161. limit.4.* sicut enim
contrahentis consuetudo attenditur, & declarat
contractum. *l. hæredes palam. §. si quid post. in
fin. ff. de Testam. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de
leg.1.* ità attendi debet consuetudo hæredis, qui
videtur quasi contrahere cum legatario. *§. hæ-
res. Inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. l. ex
maleficijs. §. hæres. iuncta glos. ibid. ff. de Action.*
2 *et obligat.* quæ quidem consuetudo per vnum a-
ctum inducitur. *l. Mela. §. quid ergo. ff. de Alim.
et cibar. legat. Alex. cons.5. num.22. et seq. uol.5.*
vbi,

3 vbi, quod solitum præstari dicitur illud, quod vna vice tantùm præstitum est, licèt consuetum non verificetur in vna vice tantùm. *Dec. in l. nemo alieno. §. temporalis. nu. 2. ff. de reg. Iur. quicquid dicat Surd. d. tit. 4. q. 16. nu. 27. et seq. Natt. cons. 77. num. 6. et 7.*

Quartò inspici debet, vbi habeant domicilium hæres, & legatarius: nam si hæres, & legatarius diuersa habeant domicilia, hæres alimenta præstabit in loco sui domicilij, non autem vbi degit legatarius. *l. 3. ff. de Alim. et cibar. legat. Bart. in l. 1. num. 4. et in d. l. 3. num. 4. ff. eod. tit.*
4 *Duen. d. reg. 161. in princ.* vbi dicit, quod debitor regulariter non tenetur deferre debitum ad domum creditoris.

Limita in alimentis in subsidium studij relictis: hæc enim præstanda sunt in loco, vbi legatarius studio incumbit. *Bart. et alij in l. sed et si susceperit. §. si libertis. ff. de Iudic. Surd. d. tit. 4. q. 16. num. 37. et seq.*

Limita 2. quando est determinatus locus, in quo debeat fieri solutio, quia tunc ad illum locum debet accedere tam debitor, quam creditor. *Bald. in l. fin. num. 7. C. de Cond. inser.*

5 Si verò hæres, & legatarius eiusdem sunt fori, & in delatione non cadit impensa, hæres tenetur alimenta deferre ad domum legatarij, quia sic se habet regula, quod vbi debitor, & creditor eiusdem sunt fori, tunc debitor ire debet ad Domum creditoris. *l. item illa. ubi Bart. et alij. ff. de Constit. pecun. Abb. in cap. significante. n. 9. de Pignor. Bald. in l. fin. num. 7. C. de Cond. insert. Duen. d. reg. 161. limit. 1. et alij apud Surd.*
6 *d. tit. 4. q. 16. num. 7. et 8.* si verò in deferendo exigitur impensa, hæres præstare debet vecturam, nisi alimentarius esset vilis persona, cui non sit turpe humeris proprijs portare; quod eo magis procederet, quando impensa diminueret legatum alimentorum, illudque redderet inutile, quia tunc hæres illam soluit, vt integra alimenta legatarius consequatur; multa enim conceduntur, nè dispositio sit inutilis, quæ aliàs non
7 concederentur; Vnde licèt vsufructuarius teneatur ad collectas. *l. quaro. ubi DD. ff. de usu, et usufr. leg.* tamen hoc fallit, quando soluendo collectas vsusfructus remaneret inutilis, quia tunc Proprietarius eas soluit. *glos. in l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de leg. 3. Natt. cons. 415. num. 1. Surd. loco cit. d. q. 16. nu. 11. et seq.* quod
8 procedit, quando vsusfructus esset omninò inutilis, vel modicum arbitrio Iudicis remaneret, quia hoc etiam casu vsusfructus censeretur inutilis. *uide Caualcan. de usufr. mul. relict. numer. 162.*

9 Ad quem verò spectet soluere gabellam pro rebus, quæ dantur in alimenta? Resp. quod hoc onus subire debet hæres, seu debitor, si gabella soluitur pro his rebus, quas hæres præstare debet; secus si personæ imponatur. *Bart. in l. 1. n. 5. ff. de Alim. et cibar. legat. Surd. d. tit. 4. q. 16. num. 15.*

10 Illud autem notandum est, quod siue alimenta debeantur ex dispositione hominis, siuè ex dispositione legis, Alimentarius potest ea petere extra domum debitoris, seu alere debentis, nè cogatur cum illo habitare; alioquin legatum induceret quandam speciem seruitutis. *Bald. in l. in annalibus. num. 4. C. de legat. Ruin. consil. 45. num. 4. uers. et ex quo ista etc. et num. 8. uers. nec obstat, quod ille etc. uol. 2. Duran. de Art. testan. tit. 6. caut. 56. in princ. Caualcan. ubi supra num. 138. uers. quid autem si testator. Crauet. cons. 205. et alij, quos refert, et sequitur Surd. in d. tract. de Alim. tit. 4. q. 14. nu. 16. et seq.*

11 Hæc tamen conclusio limitatur quoad filium, qui alendus est in domo Patris: non enim cogitur pater filium alere extra domum, quemadmodum nec filius tenetur Patrem inopem extra domum alere. *Pinell. in l. 1. p. 1. num. 54. C. de bon. matern. Boer. dec. 195. num. 5. et alij apud Surd. loco cit. d. q. 14. num. 8. cum seq.* vbi etiam dicit,
12 quod nec vxor potest à marito alimenta petere extra domum. *ex trad. per Aufrer. ad Capell. Thol.*
13 *los. decis.* 87. quod intellige, nisi causa subsit, nam si filius cum patre litigaret, interim tenetur pater filium alere extra domum. *ut post Corn. et alios not. Surd. loco cit. d. tit. 4. q. 14. num. 17. 18. et 27.* idemque dicendum, si alia iusta causa concurrat, vt patris, vel mariti sæuitia, vel mali mores &c. *Pinell. loco cit. nu. 54. Surd. ubi supra.* subdens, quod cogitur pater filiam nuptam alere, vbi ipsa degit.

14 Notandum est etiam, quod si pater exulet, vel captus fuerit ab hostibus, tenetur filius ad eum locum vbi moratur pater, mittere alimenta, etiamsi esset extra Prouinciam. *§. si uero contigerit. in Auth. de incest. nupt. collat. 2. iuncta glos. ibidem in uer. alia necessaria. Bart. in tract. de Alim. nu. 25. Surd. eod. tract. tit. 4. q. 16. num. 4. et seq.* vbi id extendit ad alios, cui reuerentia est debita. Vnde si pecunia, quæ defertur ad alimenta, casu aliquo periret, non ideò debitor liberatur, cum ante solutionem periculum spectet ad debitorem. *l. incendium. C. si cert. pet. latè Surd. d. q. 16. num. 16. et seq.*

15 Notandum 2. quod si alimenta relinquantur ex fructibus certi fundi, eatenus debentur, quatenus se extendunt fructus ex eo fundo percepti. *arg. l. maritum. §. 1. ff. Ad l. falcid. l. liberto. §. à liberto. ff. de Ann. legat.*

16 Notandum 3. quod in illis casibus, in quibus pater tenetur filium spurium alere intra triennium, cogi ad id potest in domo matris. *Abb. in cap. ex litteris. num. 4. de Conuers. infid. Surd. d. tit. 4. q. 14. num. 17. 25. et seq.* vbi dicit, quod licèt pater cogere possit filium legitimum, & naturalem ad secum habitandum ex vi patriæ potestatis, non potest tamen ad se aduocare filium spurium, quia illum non habet in potestate. *§. fin. inst. de Napt. l. uulgo concepti. ff. de stat. hom. uide qua diximus in tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 20. et 58.*

17 Notandum 4. quod Vidua, quando alenda est ab hæredibus viri intra annum luctus, licèt tunc non teneatur stare cum hæredibus viri, tamen de alimentis deduci debet quantum interest hæredis, ipsam in domo operari. *ut d. Bart. in l. diuortio. num. 4. ff. solut. matrim.* quod tamen non procedit in ijs mulieribus, quarum nullæ sunt operæ, vt Dominæ magnæ, quæ suis manibus nihil operantur. *l. fin. ff. de oper. seru.*

18 Obserua 3. quod si testator, qui reliquit alimenta, plures haberet habitationes, seu domos commodas, Alimentarius teneretur in earum vna

vna habitare, quam hæres assignauerit, dummodò domus sit talis, vt in ea possit Alimentarius commodè, & honestè habitare, quod arbitrio Iudicis relinquitur. *Bald. in l. in annalibus, circa fin. Cod. de leg. et alij apud Surd. d. q. 14. num. 23. et 24.*

SVMMARIVM.

19 *Alimenta taxari debent iuxta vires patrimonij, dignitatem personæ, et consuetudinem loci.*

20 *Quid si reditus non sufficiant pro eo alendo, à quo petuntur alimenta.*

21 *Quando patronus prætendere possit alimenta ab Ecclesia, et num. seq.*

22 *Quando libertus teneatur alere patronum egentem.*

23 *Si Rector curæ animarum vacare non potest, detrahi prius debet de reditibus Ecclesiasticis portio pro alimentis Vicarij, et id quod superest, assignatur Rectori.*

24 *Paupertas est præcisè probanda, vt sit locus præstationi alimentorum.*

Quæstio II.

Alimenta qualiter à Iudice taxari debeant.

19 Resp. quod taxari debent iuxta vires patrimonij, dignitatem personæ, & consuetudinem loci. *l. si quis à liberis. §. fin. vbi DD. ff. de liber. agnosc. Anchar. cons. 383. num. 7. Aym. cons. 189. in fin. et alij communiter*; quod proce-
20 dit etiam respectu illius, à quo petuntur alimenta: nam si attenta loci consuetudine constabit, reditus non sufficere pro eo alendo, Iudex alteri alimenta decernere non debet: nemo enim tenetur minuere sibi victum, vt alterum alat. *d. l. si quis à liberis. §. fin. et l. 2. Cod. de Alen. lib. Natt. cons. 387. num. 8.* vbi dicit, quod non tenetur quis coarctare victum suum propter alimenta matris, vel alterius cuiuscumque, nisi largas habeat facultates. *Surd. de Alim. tit. 7.*
21 *qu. 8. per tot.* quemadmodum nec Patronus prętendere potest alimenta ab Ecclesia, nisi quando Ecclesia abundat diuitijs, vel quando supersunt fructus deductis alimentis Curati, seu Rectoris, ac alijs necessarijs pro seruitio ipsius Ecclesiæ: militat enim in hoc casu eadem ratio, quæ militat in parentibus, fratribus, & similibus, quorum salus, & necessitas pręferenda est alienæ indigentiæ. *d. l. si quis à liberis. §. alimenta.* vbi,
22 quod sic seruatur in liberto, qui tenetur alere patronum egentem. *glos. in cap. quicumque. 30. in ver. ad inopiam. 16. qu. 7. Bart. in d. l. si quis à liberis. §. de alimen. ff. de liber. agnosc. Abb. in cap. nobis. num. 6. de Iurepatr. Rol. cons. 5. nu. 33. lib. 3. Surd. vbi supra d. tit. 7. q. 32. num. 1. et seq. Rot. in Neapolitana alimentorum 31. Maij 1606. coram Manzanedo, et in eadem 11. Ianuarij 1616. coram Pirouano, prout refert Gratian. discept. for. cap. 552. num. 11. et seq.* vbi etiam obseruat, quod si patronus haberet fratrem, vel alium, à quo posset ali, tunc ab eo esset alendus, non ab Ecclesia.

23 Obserua tamen, quod si Rector curæ animarum vacare non posset, & ideò deputetur Vicarius, detrahi prius debet de reditibus Ecclesiasticis portio pro alimentis Vicarij, etiamsi id, quod superest, non sufficiat pro Rectore: cum sit magis tolerabile, vt egeat Rector, quàm Vicarius, qui curam exercet. *vt post Abb. Card. Rebuff. et alios resoluit Surd. d. tit. 7. q. 32. num. 4. et 5.*

24 Obserua 2. quod paupertas est præcisè probanda, vt sit locus præstationi alimentorum. *glos. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. Qui satisd. cogan. Natt. cons. 344. n. 3. Surd. de Alim. d. tit. 7. q. 8. nu. 14.* paupertas autem in tali casu sufficienter etiam probatur respectiuè ad conditionem nobilitatis personæ; & ideò satis esset, si probetur, quod frater, vel alius non habeat quantum sufficit ad condecentem eius statum. *Couar. var. lib. 2. cap. 6. num. 8. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 65. num. 9. Surd. d. tit. 7. qu. 32. num. 29. Rot. coram Penia decis. 424. & in d. Neapolitana alimentorum 11. Ianuarij 1616. coram Pirouano, quæ est decis. 201. nu. 3. par. 4. tom. 1. recent. Gratian. d. cap. 552. nu. 10. & 17. cum seq.*

SVMMARIVM.

25 *Legatarius, cui relicta sunt alimenta cum onere habitandi in certo loco, non potest alimenta petere, nisi in eo loco inhabitet: limitatur nu. 26. 27. 28. 29. 34. & 35.*

26 *Quid si ex aliqua iusta causa impeditur, ex qua morari non possit in loco destinato.*

27 *Arbitrio Iudicis remittitur, quænam censeatur iusta causa.*

28 *Quid si testator legauit alimenta cum onere habitandi in domo sui hæredis, & hæres ex mera voluntate vellet domum, seu habitationem mutare.*

29 *Et quid, si legatarius vellet cum vxore, vel filijs habitare, & num. 34.*

30 *Legatario alleganti causam, ex qua impeditur, nè in loco à testatore destinato inhabitet, incumbit onus probandi.*

31 *An in hoc casu sufficiant testes singulares, & per famam.*

32 *Legatarius habitando cum vno ex filijs, seu hæredibus testatoris, an, & quando consequatur alimenta ab omnibus.*

33 *Si plures Domini in vsu iurisdictionis eiusdem Castri non concordent, habet locum inter eos iudicium diuisorium, vt alternis vtantur temporibus.*

35 *An hæres legatario alimenta præstare possit extra domum inuito ipso legatario.*

36 *An legatarius, cui relicta sunt alimenta in domo hæredis, teneatur habitare cum hærede hæredis, vel cum secundo hærede.*

37 *An minor consequi possit alimenta præterita non obstante quod cum hærede non habitauerit.*

38 *An, & quando minor restituatur aduersus præceptum, vel probibitionem testatoris.*

39 *Ecclesiæ, quæ secundùm voluntatem testatoris non ædificauit monasterium, conceditur restitutio, etiamsi in defectum conditionis inducta esset priuatio.*

Quæ-

Quæstio III.

Quando Legatarius, seu Alimentarius iussus habitare in domo testatoris, consequatur alimenta, si in ea non habitet.

25 QVamuis legatarius, cui relicta sunt alimenta cum onere habitandi in certo loco, seu domo, vel cum hæredibus ipsius testatoris, petere non possit alimenta, nisi in eo loco inhabitet, cum voluntas testatoris sit lex. §. *disponat. in Auth. de Nupt. Bart. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alim. et cibar. legat. Bald. conf.484. num.1. uol.4. Alex. conf. 100. in princ. uol.1. et conf.178. num.5. uol.6. Rol. conf.22. n.9.*
26 *uol.1.* nihilominus adhuc consequi debet alimenta, si ex aliqua iusta causa impeditur, ex qua morari non possit cum hæredibus, seu in loco destinato, cum eo casu per ipsum non stet. *d. l. Caio. §. Imperator. l. Meuia. in fin. ff. de Ann. legat. l. si quis ità legauerit. et l. illis libertis. ff. de condit. et demon. Spec. in tit. Qui fil. sint legit. §. 1. uers. quid si dixit in testamento. nu.36. Natt. conf.387. num.5.*
27 Iusta autem causa censetur, si legatarius ibi habitare non possit propter sæuitiam hæredis, vel propter odium, seu inimicitiam, aut litem inter ipsum legatarium, & hæredem: vel si legatarius non posset honestè habitare cum hærede sine periculo impudicitiæ, vel alia iusta causa concurreret, arbitrio Iudicis examinanda. *l. pen. ff. ubi pup. educ. deb. Bart. conf.211. num.3. uol.1. et in d. l. Caio. §. Imperator. ff. de alim. et cibar. legat. Bald. in l.1. num.9. C. de legat. Rol. conf.22. num.12. et seq. uol.1. Menoch. de Arbitr. Iud. cas.170. nu.14. et seq.* vbi etiam dicit, quod iustam causam non habitandi haberet Alimentarius, si hæredes bona Testatoris inter se diuiserunt, & communem habitationem separarunt. *Pinell. in l.1. par.1. num.54. C. de bon. matern. et alij, quos refert, et sequitur Surd. de Alim. tit.4. q.15. num.12. cum seq.* vbi dicit, quod si testator
28 legauit alimenta cum onere habitandi in domo sui hæredis, videtur sensisse de domo, quam tunc hæres inhabitabat; & ideò si hæres ex mera voluntate, nulla adductus necessitate vellet domum, seu habitationem mutare, poterit Legatarius extra domum petere alimenta. *ex trad. per Spec. in d. tit. Qui fil. sint legit. §. 1. num. 36. et alios per eum allegatos.*
29 Item alimenta præstari debent etiam extra domum, quando Legatarius vult cum vxore, vel filijs habitare, nisi fortè hæredes patiantur, vt Legatarius introducat in eamdem domum vxorem, & filios: quis enim liberos à parentibus, à fratribus sorores, à viris coniuges ferret segregari? *ut inquit textus in l. possessionum. C. commun. utriusque Iud. et obseruat Surd. loc. cit. num.36. et 37.*
30 Causas verò huiusmodi tenetur Alimentarius probare. *arg. l. qui commeatus. ff. de re milit. l.2. §. si non propter. ff. si quis caut. Anch. consil. 254. num.1. et seq. Alex. conf. 100. num. 1. et seq. uol.1. Ruin. conf.34. nu. 2. uol.2. Dilect. de arte testan. tit.6. caut.56. nu.1. Gabr. commun. conclus. lib.1. tit. de Probat. concl.6. nu.33. Surd. d. tit.4. q.15.*
31 *num.45. et seq.* vbi, quod in hoc casu sufficiunt etiam testes singulares, & per famam.
32 Obserua tamen, quod si filij, cum quibus ex forma testamenti tenetur quis habitare, ad diuisionem bonorum deueniant, & seorsim habitent, legatarius eo casu habitando cum vno ex dictis filijs, consequitur alimenta ab omnibus, quia per ipsos filios stat, qui actum habitandi per diuisionem ad impossibilitatem reduxerunt. *Ruin. conf.80. num.2. et seq. et conf.81. n.4. et 12. uol.2.* subdens, quod Alimentarius in tali casu debet potius habitare cum eo hærede, qui remansit in domo testatoris, quàm cum alio, quia hoc modo videtur magis satisfieri testatoris voluntati. *Dilect. d. caut.56. num.3. Rol. consil.22. num.15. uol.1. et conf.89. nu.14. uol.3. Menoch. d. cas.170. num.16. Surd. d. tit.4. q.15. num.18. et seq.* vbi, quod hoc casu potest etiam fieri præstationis diuisio, videlicet vt quilibet hæredum alimenta præstet per tempora in domo propria. *ex trad. per Bart. in l. solent. nu.12. ff. de Alim. & cibar. legat. Ruin. d. consil.81. num. 4. & seq. vol.2.* vbi
33 dicit, quod si plures Domini in vsu iurisdictionis eiusdem Castri non concordant, habet locum inter eos iudicium diuisorium, vt alternis vtantur temporibus.
34 Obserua 2. quod legatarius adhuc consequeretur alimenta extra domum, si filij omnes, cum quibus ipse habitare debet, moriantur, cum per eum non stet. *l.1. vbi DD. C. de Legat.*
35 Obserua 3. quod potest hæres Legatario alimenta præstare extra domum inuito ipso Legatario, etiamsi testator mandauerit, vt alimenta in domo hæredis præstari debeant, quia in dubio adiectio domus præsumitur apposita fauore hæredis. *ut post Castr. & Cordu. not. Surd. d. tit.4. q.15. num.66.*
36 Obserua 4. quod Legatarius, cui relicta sunt alimenta in domo hæredis, non tenetur habitare cum hærede hæredis, vel cum secundo hærede, quia quando testator meminit de suo hærede, non venit hæres hæredis, sed primus solummodò, licèt aliud sit, quando loquitur de hærede tertij. *ut probat textus in l. qui liberis. §. hæc verba. vbi DD. ff. de vulg. & pup. & resoluit Bertran. apud Surd. d. tit.4. quæst. 15. num. 67. & seq.*
37 Obserua 5. quod minor per viam restitutionis in integrum consequi potest alimenta præterita non obstante quod cum hærede non habitauerit. *Corn. conf.184. num. 5. & seq. vol. 3.* vbi dicit, quod non id omne consequitur in tali casu, quod alimenta important, sed habenda est ratio minoris expensæ, quam in domo fecisset hæres; & ideò non plus eo nomine hæres impendet, quàm fecisset, si minor in domo fuisset moratus. *ut dicit Surd. d. tract. de Alim. tit.9. q. 45.* vbi,
38 quod minor restituitur etiam aduersus præceptum, vel prohibitionem testatoris, etiamsi prohibitio, vel præceptum huiusmodi esset iuri cõmuni conforme, dummodò id, quod à iure prohibetur, non sonet in delictum. *vide Bald. in l. pu-*
39 *pillorum. C. de repud. hæred.* vbi dicit, quod cõceditur restitutio Ecclesiæ, quæ secundùm volũtatem testatoris non ædificauit Monasteriũ, licèt in defectum conditionis inducta esset priuatio.

SVM-

SVMMARIVM.

40 *Iudex potest assignare locum, vbi pupillus educari debeat, etiamsi in testamento paterno contrarium dispositum fuerit.*
41 *Iudex permittere non debet, vt pupillus educetur in domo eius, qui eidem pupillo fuit substitutus.*
42 *Iudex potest, omisso tutore, eligere personam matris, vt penes eam pupillus educetur.*
43 *Quid si mater ad secundas nuptias conuolauerit.*

Quæstio IV.

An Iudex possit assignare locum, vbi pupillus educari debeat.

40 Resp. affirmatiuè, etiamsi in testamento paterno contrarium dispositum fuerit: hoc enim arbitrio Iudicio relinquitur, qui id agere debet, vt sine vlla maligna suspicione alatur partus, & educetur. *l. 1. ff. vbi pup. educ. deb. l. si disceptetur. ff. eod. tit. l. 1. C. eod. l. vtilitatem. ff. de confirm. tut. Crauett. cons. 18. num. 3. Surd. de Alim. tit. 4. q. 13. num. 4.* vbi dicit, quod si Iudici constiterit, locum à Patre designatum non esse pupillo tutum, poterit causa cognita discedere à Patris voluntate. *Rot. decis. 12. num. 6. &*
41 *seq. par. 8. recent.* vbi, quod Iudex permittere non debet, vt pupillus educetur in domo eius, qui eidem pupillo fuit substitutus, vt tollatur maligna spes succedendi, *& dec. 270. num. 1. &*
42 *seq. ead. par. 8.* vbi, quod Iudex potest, omisso tutore, eligere personam matris, vt penes eam pupillus educetur, præsertim si inde speretur, vt sub Auunculorum patrocinio bona, ac iura pupilli validiùs defendantur: quo casu Iudex
43 præcipere potest, vt penes matrem educetur, etiamsi ad secundas nuptias conuolauerit, *Rot. in Vrbeuetana educationis 20. Martij 1628. coram Card. Vbaldo.*

SVMMARIVM.

1 *In quo loco cautio, seu fideiussio præstari debeat.*
Qui promisit præsentare reum delatum Iudici, tenetur illum præsentare in loco promissionis. ibid.
2 *Quis censeatur fideiussor idoneus, & numer. 4. & 8.*
3 *Quando principalis est diues, admittitur fideiussor etiam non idoneus facultatibus.*
4 *Quando admittatur cautio iuratoria.*
5 *Prouincia qualiter intelligatur.*
6 *Obligatus ad reinuestiendum pretium, in quo loco illud reinuestire debeat.*
7 *Quando creditor agere possit contra fideiussorem sine excussione principalis debitoris.*
8 *Quando quis releuetur à satisdatione de stando iuri.*

CAP. XX.

Obligatus satisdare, in quo loco cautionem præstare teneatur.

1 Resp. quod aut fideiussio præstanda est ex causa voluntaria, & tunc tenetur eam præstare in eadem Ciuitate, in qua promittit, & de hominibus eiusdem Ciuitatis, qui sint idonei. *l. si fideiussor. 7. §. si necessaria. vbi Bart. num. 1. ff. Qui satisd. cog. Boer. decis. 99. nu. 4. Rolan. cons. 58. nu. 15. & seq. lib. 1.* vbi etiam obseruat, quod is, qui promisit præsentare reum delatum Iudici, tenetur illum præsentare in loco promissionis, non autem in alio tribunali, aut in diuerso loco, ad quæ virtus obligationis fideiussoriæ, quæ stricti iuris est, non extenditur. *l. blanditus. C. de fideiuss. Boer. loco cit. Cratian. discept. for. cap. 13. num. 18. & 19. & cap. 230. num. 3. & seq.*

Aut fideiussio præstanda est ex causa necessaria, quæ videlicet ex legis dispositione præstari debet, & tunc si non potest eam præstare, vbi conuenitur, vt si esset forensis, poterit illam præstare in alia Ciuitate eiusdem Prouinciæ, vel in loco domicilij, aut vicino, dummodò sint sub eodem Præside, nisi aliter se haberet fori consuetudo. *d. l. si fideiussor. §. si necessaria. Bald. cons. 312. num. 5. lib. 5. Farinac. cons. 165. num. 22. & 83. cum seq. lib. 2.* vbi dicit, id præcipuè esse admittendum, quando iudicium primo loco cæptum fuit in partibus. *Vermigliol. cons. crimin. 310. num. 1. & seq. Gratian. discept. for. cap. 230. num. 3. & seq.*

2 Obserua tamen, quod fideiussor idoneus dicitur, qui vel in loco iudicij, vel in Prouincia, seu alio loco subdito eidem Præsidi, stabilia possidet. *vt tradunt DD. in l. 6. & in l. sciendum. §. possessor. ff. qui satisd. cog.* dummodò fideiussor facilè conueniri, & exigi possit, aliàs non censeretur idoneus, etiamsi stabilia possideret. *latè Farinac. d. cons. 265. num. 2. 9. 83. & seq. Alex. in l. si fideiussor. n. 4. ff. eod. tit. Qui satisd. cogan.*
3 vbi subijcit, quod si principalis esset diues, tunc admitteretur fideiussor etiam non idoneus facultatibus. *vide tex. in l. mulier. cum ibi not. per gloss. in ver. præstitisse. C. de iur. dot.*

4 Hæc autem regula procedit, quando inueniri potest fideiussor possidens immobilia, alioquin accipiendus esset possessor mobilium, puta mercator, quo casu statur etiam iuratoriæ cautioni. *Spec. in tit. de satisdat. §. dicto. num. 5. Alex. in d. l. si fideiussor. num. 5. & in consil. 57. num. 7. vol. 3.*

5 Obserua 2. quod si Ciuitates sub diuersis Præsidibus constitutæ sint, tot reputantur prouinciæ, quot sunt Ciuitates. *l. si eadem. ff. de offic. Assess. Bart. in l. 1. num. 4. vers. arbitror &c. C. de Metropol. Berijt. lib. 11. Alex. d. cons. 57. nu. 5. vers. sed dubium facit &c. Farinac. d. cons. 165. num. 4. & seq. Cratian. discept. for. cap. 230. nu. 18. vers. vltimo adde &c.* vbi dicit, quod hodie quælibet Ciuitas habet sua regimina distincta, vt olim quælibet Prouincia; & ideò de qualibet Ciuitate iudicatur, vt olim de Prouincia, quan-

do

do agitur interlaicos non recognoscentes Præsidem Prouinciæ: quicquid aliud sit, vbi agitur de causis clericorum, qui coram Metropolitano conueniri possunt. *cap. Romana. cap. venerabilibus, de Sent. excom. in 6. cap. 1. de supplen. neglig. Prælat. eod. lib. cum ibi notatis per DD.*

6 Obserua 3. quod obligatus ad reinuestiendum pretium, tenetur illud reinuestire in loco, vel territorio, seu Ciuitate, vbi contractus fuit celebratus. *Alex. in d. l. si fideiussor. 7. §. si necessaria. nu. 3. ff. Qui satisd. cog. Boer. d. dec. 99. nu. 4. Vrsill. ad Afflict. dec. 137. num. 4. & alij apud Grat. cap. 230. nu. 1. et seq.* vbi etiam dicit, quod si adesset difficultas reinuestiendi in illo loco, vbi contractus fuit celebratus, pretium eo casu reinuestiri poterit in alio territorio, vel Ciuitate, subdita tamen eidem Præsidi.

7 Obserua 4. quod quando debitor principalis est absens à loco, in quo iudicium agitatur, potest sine excussione agi contra fideiussorem. *Dec. in l. fin. nu. 26. ff. si cert. pet. Alex. cons. 100. num. 10. et seq. lib. 5. Thesaur. dec. 40. et ibi Add.* subdens, quod non est cogendus creditor ad excussionem bonorum alterius territorij, quando locus remotus est, & in aliena Prouincia, ità vt excussio difficilis sit, & incommoda; secus si locus esset vicinus, & sub eadem Prouincia, seu sub eodem Preside.

8 Obserua 5. quod non sufficit, vt quis possideat bona stabilia in eadem Prouincia, & sub eodem Præside, nisi etiam eadem bona existant in loco vicino ipsi iudicio, quod arbitrio Iudicis relinquitur inspecta qualitate personarum, loci, & factorum. *vt inquit Alex. d. cons. 57. nu. 6. Marant. de ord. iudic. par. 6. mem. 8. tit. de satisdat. nu. 1. et seq.* vbi, quod is, qui possidet immobilia in loco propinquo, releuatur à satisdatione de stando iuri, seu de iudicio sisti: secus si possideret immobilia in loco remoto, quamuis intra eandem Prouinciam: quia tunc teneretur satisdare. *Alex. in l. sciendum. §. 1. num. 3. ff. Qui satisd. cog.*

SVMMARIVM.

1 In quo loco solutio fieri debeat, et num. 2. 3. et 6. cum seq

2 Mutuator obligans mutuatarium ad restituendum in alio loco, in quo pecunia pluris valeret, vsuram committeret.

3 Emphiteuta, an et quando teneatur pro canone soluendo perquirere Dominum, et quando non, et num. 10.

4 Locus, et conditio in dubio capitur ad commodum creditoris.

5 Tempus, et res in obligationem deducta, in dubio capitur ad fauorem debitoris.

6 Quando debitor teneatur suis expensis deferre ad domum creditoris, et num. 7. cum seq.

7 An decimæ deferri debeant in horreum Ecclesiæ sumptibus coloni.

8 An id, quod traditur in recognitionem feudi, deferendum sit in domum Domini expensis ipsius feudatarij.

9 Possessor malæ fidei tenetur rem alienam restituere in loco, in quo Dominus reperitur.

10 Quid si debitum esset ità modicum, vt plus incommodi, quam vtilitatis afferret, si creditor cogeretur debitum accipere in domo debitoris.

11 Quid si census deberetur Ecclesiæ.

12 Consuetudo loci attenditur, quando quæritur, in quo loco debitor teneatur soluere.

13 Debitor cogitur continuare solutionem in eo loco, vbi capit soluere: limitatur num. 14.

14 Quid si hæres præstitisset legatum vni ex legatarijs in loco, vbi forum non sortitur.

15 Solitum quando inducatur per vnum actum.

16 Quid si creditor sit talis, cui reuerentia debita sit, et nu. seq.

17 Quando creditor teneatur ire ad domum debitoris: et nu. 22.

18 Legatum scholari relictum in auxilium studij, debet præstari in loco studij.

19 Quid si locus appositus fuerit gratia ipsius debitoris.

20 Et quid si debitor solueret id, quod creditoris interest, sibi non solui in loco destinatæ solutionis.

21 Tutor, vel administrator in quo loco conueniri possit pro redditione rationum.

22 Legatum tradi debet in loco, in quo est res legata, nisi aliò transferatur dolo hæredis.

23 Id, quod pondere aut numero, vel mensura continetur, ibi dari debet, vbi petitur.

24 Pensio reseruata super beneficio, in loco ipsius beneficij regulariter solui debet.

25 Quid si solutioni certa dies adiecta est, et in loco destinatæ solutionis nec creditor, nec debitor domicilium habent.

26 An creditor possit debitorem conuenire in loco domicilij, vel originis ipsius debitoris, quando in alio loco fuit destinata solutio.

27 In æstimatione nummorum attendendus est locus, vbi solutio fieri debet, non vbi gratia facta est.

28 An creditor, cui fit solutio, teneatur cedere iura contra se ipsum.

CAP. XXI.

De Solutionibus.

Quæstio I.

In quo loco solutio fieri debeat.

1 Resp. quod si destinatus fuerit certus locus, ibi solutio facienda est, & non alibi. *l. si is, qui certo loco, ubi Bart. ff. de eo quod cert. loc.* quod etiam procedit, quando locus intelligitur tacitè destinatus ex natura contractus sine ministerio contrahentium, vt in mutuo, & commodato: res enim mutuata, seu commodata in eodem loco, quo accepta fuit restituenda est. *Azor. inst. mor. par. 3. lib. 3. tit. de Restit. cap. 33. uers. ex quo sequitur etc. quem refert, et sequitur Scacc. in tract. de Commer. §. 2. glos. 5. nu. 194. et seq.* vbi

2 etiam notat, quod mutuator obligans mutuatarium ad restituendum in alio loco, in quo pecunia pluris valeret, vsuram committeret.

Si verò locus non est expressus, distinguendum est, aut enim creditor, & debitor sunt diuersi fori, & tunc solutio facienda est in loco

loco,seu domo debitoris: aut sunt eiusdem fori,
siue eiusdem Ciuitatis, & in tali casu fieri debet
solutio in domo creditoris, quia in dubio vide-
tur actum, vt soluatur in loco, vbi peti potest.
l. quod legatur. ff. de Iudic. glos. in l. item illa
uerba. uer. non uenit. & ibidem DD. ff. de Const.
pecun. Bald. in l. acceptam. num. 22. C. de usur.
Bart. in l. item illa. n. 9. & 13. ff. de Constit. pec.
Abb. in cap. significante. nu. 9. & seq. de Pignor.
3 vbi dicit, quod si emphiteuta non est de foro Do-
mini, non tenetur pro canone soluendo perqui-
rere Dominum; secus vbi essent eiusdem fori.
et in cap. licet 31. nu. 13. de Simon. Riminal. cons.
601. num. 12. Rolan. cons. 87. nu. 14. et seq. lib. 1.
vbi dicit, quod si is, qui pro re emphiteotica
Domino canonem soluere debet, esset alterius
fori, protestari debet ea die, qua tenetur solue-
re, coram Notario, & testibus, se esse paratum
canonem soluere, si esset qui reciperet. *latè Al-*
phons. de Olea in tract. de cession. iur. et action.
tit. 1. q. 6. nu. 62.
4 Locus autem, sicut & conditio in dubio capi-
tur ad commodum creditoris. *l. si ita. ff. de uerb.*
5 *oblig.* tempus verò, & res in obligationem dedu-
cta, in dubio capitur ad fauorem debitoris. *l. 3.*
ff. de eo, quod cert. loc. vbi, quod electio loci da-
tur actori, & electio rerum reo; idemque dicen-
dum est, quoties non apparet, ad quem verba sint
relata, nam in dubio accipiuntur ad fauorem de-
bitoris, & promissoris. *l. stipulatio ista. §. inter cer-*
tam. ff. de uer. obli. Bart. in l. eum, qui. ff. de Ann.
leg. Iordan. Elucubr. diuers. lib. 14. tit. 8. nu. 86.
6 Amplia 1. supradictam conclusionem, vt debi-
tor, qui est eiusdem fori, siue eiusdem Ciuita-
tis, seu territorij, teneatur suis expensis, & peri-
culo rem deferre ad domum creditoris. *ut d.*
Bald. in d. l. acceptam, nu. 22. et in l. fin. n. 8. C.
de condit. insert. quod tamen intelligendum est
in debitore in genere, puta si quis deberet alicui
tradere decem dolia vini in genere: tunc enim
vinum deferri debet expensis debitoris; secus
esset, si quis debitor esset alicuius speciei, vt si
deberet decem salmas vini de tali vegete, vel de
tali vinea, quia tunc debitor non tenetur defer-
re, sed satis est, si huiusmodi res tradat, vbi
sunt dummodò dolo ipsius debitoris in locum
extraneum translatæ non fuerint. *Bart. in d. l.*
item illa. num. 13. & seq. ff. de Const. pec. Scacc.
de Commer. §. 2. glos. 5. n. 241.
7 Amplia 2. in decimis; istæ enim deferri debent
in horreum Ecclesiæ sumptibus coloni. *iuxta il-*
lud Exod. 23. primitias frugum terræ tuæ deferes
in domum Domini Dei; idemque dicendum est
in eo, quod traditur in recognitionem feudi:
nam hoc etiam deferendum est in domum Domi-
ni expensis ipsius feudatarij. *Cepoll. de seruit.*
urban. præd. cap. 72. num. 4. Alphons. de Olea in
d. tract. de cession. iur. tit. 1. qu. 6. nu. 64. Scacc. de
Commer. §. 2. glos. 2. num. 222. & seq. vbi addit;
9 quod possessor malæ fidei tenetur etiam proprijs
sumptibus rem alienam Domino restituere in lo-
co, in quo Dominus reperitur. *Scacc. de com-*
mer. §. 2. de glos. 5. nu. 241. vbi dicit, quod debi-
tor eo magis tenetur accedere ad domum credi-
toris, & ibi soluere, si deberet pecuniam, vel
aliam rem, quam sine sumptibus, & impensis de-
ferre posset.

10 Limita, quando debitum esset ità modicum,
vt plus incommodi, quàm vtilitatis afferret, si
creditor cogeretur debitum accipere in domo
debitoris, puta si pro emphiteusi teneatur em-
phiteuta censum decem florenorum soluere, tunc
enim tenetur emphiteuta censum soluere Domi-
11 no etiam extra territorium, præsertim si cen-
sus deberetur Ecclesiæ. *Bald. in d. l. accepta. nu.*
23. C. de usur. Duen. reg. 161. n. 2. Surd. de Alim.
tit. 4. q. 16. n. 14.
12 Limita 2. vbi adesset particularis consuetudo:
hæc enim semper attendi debet, quando quæri-
tur, quo in loco debitor teneatur soluere. *Bart.*
in l. suo uictu. ff. de oper. libert. Bald. in l. fin. nu.
8. C. de condic. insert. Duen. d. reg. 161. num. 9.
Surd. ubi supra nu. 23. & seq. Gratian. discept.
13 *for. cap. 62. num. 5. & seq.* vbi etiam obseruat,
quod debitor cogitur continuare solutionem in
eo loco, vbi cæpit soluere. *et cap. 28. num. 5. et*
seq. Peregrin. fideicom. art. 53. num. 3. vbi dicit,
quod hæres, qui cæpit præstare legatum in vno
loco, ibi tenetur etiam alia legata præstare, dum-
modò in eo loco forum sortiatur aliqua ratione,
14 puta communis patriæ, originis propriæ, aut
paternæ: nam ex eo solo, quod vni ex legatarijs
præstitisset legatum in loco, vbi forum non sor-
titur, non induceretur obligatio fori in eo loco,
quia faciliùs quod est prorogatur, non autem de
nouo inducitur. *arg. tex. l. sed etsi manet. ff. de*
15 *Precar. Surd. loco cit.* vbi addit, quod solitum
in materia alimentorum inducitur per vnum
actum.
16 Limita 3. quando creditor talis est, cui reue-
rentia debeatur: tunc enim debitor etiam diuersi
fori tenetur debitum deferre ad domum credito-
ris. *Bald. in l. fin. nu. 7. C. de cond. insert.* vbi
exemplificat in Vasallo, qui cum renouat fideli-
tatem, tenetur Dominum adire extra Prouinci-
am. *Bart. in d. l. item illa. num. 13. ff. de const. pe-*
cun. Natt. cons. 513. n. 4. Surd. d. tract. de Alim.
tit. 4. q. 16. nu. 6. vbi dicit, quod filius cogitur pa-
tri deferre alimenta, etiamsi esset diuersi fori.
17. Limita 4. quando debitor esset vir nobilis, vel
doctor, & creditor esset multo inferioris condi-
tionis: eo enim casu, etiamsi essent eiusdem Ci-
uitatis, deberet creditor ire ad domum debito-
ris. *Natt. loco cit. Gratian. disc. for. cap. 128. nu.*
14. et seq.
18 Limità 5. in legato relicto scholari in auxilium
studij, quia tunc debet præstari in loco studij.
Duen. d. reg. 161. n. 12.
19 Limita 6. quando locus esset appositus gratia
ipsius debitoris, quia tunc vbique soluere potest,
vbi actor habet domicilium. *glos. et Bart. in l. is*
qui certo loco. ff. de eo quod cert loc.
20 Limita 7. quando debitor solueret id, quod
creditoris interest, sibi non solui in loco destina-
tæ solutionis, quia tunc creditor cogitur alibi
recipere, *secundùm Bart. in d. l. is qui certo lo-*
co, uers. quod intellige etc. Gait. de credit. cap. 2.
nu. 2573. et seq. vbi dicit, creditorem posse con-
uenire debitorem, etiam in loco non destinatæ
solutionis, & è conuerso debitorem posse ad-
stringere creditorem ad recipiendum solutio-
nem alibi, quàm in loco destinatæ solutionis,
dummodò per quemlibet sic agentem soluatur
interesse, & expensæ, tam ratione loci, quam
tem-

temporis. *Alphons. de Olea in tract. de cession. iur. & action. tit. 1. q. 6. nu. 56. & seq.* vbi, quod tu-
21 tor, vel administrator conueniri potest in loco domicilij, si actor suis sumptibus libros rationum deferre paratus sit, etiamsi tutor, vel alius administrator regulariter pro redditione rationum conueniri non possit in loco domicilij, sed in loco administrationis. *iuxta l. 1. C. vbi de ratiocin.*
22 Limita 8. quando debitum est merè gratiosum ex liberalitate; eo enim casu creditor, idest is, cui debetur, ire debet ad domum debitoris, siue sit eiusdem, siue diuersi fori. *Abb. in cap. significante. nu. 10. de Pignor.* vbi, quod si alicui relinquitur libertas, si soluerit hæredi centum, is tenetur ire, si vult consequi libertatem, ad domum hæredis, quia ibi libertas peti potest. *l. fin. C. de cond. insert. l. quod nisi. ff. de oper. libert. Bart. in d. l. item illa. num. 9. ff. de constit. pec. Tiraq. de Retract. lignag. §. 9. glos. 3. & ult. nu. 6.* Item legatum tradi debet in loco, in quo est res legata. *l. quod legatur. ff. de Iudic.* vbi, quod species tradi debet eo in loco, in quo est, nisi aliò transferatur dolo hæredis, quia tunc tradi debet vbi petitur.
23 Notandum est etiam, quod id, quod pondere, aut numero, vel mensura continetur, ibi dari debet, vbi petitur. *latè Scacc. de Commer. d.*
24 *§. 2. glos. 5. nu. 228. & seq.* vbi etiam dicit, quod pensio reseruata super beneficio, in loco ipsius beneficij regulariter solui debet.
25 Notandum 2. quod quando solutioni certa dies adiecta est, & in loco destinatæ solutionis nec creditor, nec debitor domicilium habent, creditor debet probare, se illa die fuisse in illo loco ad hunc effectum: alioquin videtur debitori remisisse illam diei interpellationem, & instantiam petendi; & ideò vt debitor constituatur in mora, requiritur noua creditoris interpellatio, quia tunc remanet actio ac si esset debitor sine adiectione diei. *ut d. Bart. in d. l. item illa. nu. 11. ff. de Constit. pecun. Alex. consil. 210. sub nu. 2. vol. 6. Tiraq. de Retract. lignag. §. 15. glos. 2. num. 10. Rol. cons. 57. nu. 36. & seq. lib. 1. Scacc. d. §. 2. glos. 5. nu. 201. & seq.* vbi, quod hoc procederet data etiam mora debitoris, quia etiamsi debitor accessisset, non habuisset, cui solueret.
26 Notandum 3. quod creditor, etiamsi in certo loco sit destinata solutio, potest tamen debitorem conuenire etiam in loco domicilij ipsius debitoris, vel in loco originis, si ibi reperiatur. *latè Bellon. decis. Gen. 104. num. 7.* idque locum habet, etiamsi creditor non doceat, quod in loco destinatæ solutionis summam debitam consequi non potuerit, vel si constaret, debitorem non fuisse in mora accedendi ad locum destinatæ solutionis. *Cresc. decis. 2. aliàs 34. lib. 2. de solut. Scacc. loco cit. d. §. 2. glos. 5. num. 216. & seq.* subdens, quod quando non constat de mora, aut culpa debitoris non soluentis in loco destinato, creditor ex summa sibi debita deducere debet id, quod interest debitoris, si solueret in loco, vbi destinata fuit solutio.
27 Notandum 4. quod in æstimatione nummorum attendendus est locus, vbi solutio fieri debet, non vbi gratia facta est. *iuxta cons. Oltrad. 168.* *quem refert, & sequitur Alex. cons. 21. num. 3. uol. 2.* vbi dicit, quod si quis impetrauit, sibi conferri beneficia vsque ad certam summam turonensium, non debet attendi æstimatio respectu loci, vbi gratia facta est, sed loci, vbi sunt beneficia. *arg. l. si ut proponitur. ff. de fideiuss. l. unum. in fin. ff. si cert. pet.*
28 Quæres, an creditor, cui fit solutio, teneatur cedere iura contra seipsum? Resp. quod regulariter non tenetur. *l. si peculium. §. sicut. ff. de Pecul. legat. glos. in l. emptor. ubi Bald. C. de hered. uel action. uendit. Dec. cons. 104. nu. 2. Surd. cons. 47. nu. 23. Bertaz. claus. 27. glos. 18. à nu. 1. latè Vinci. de Franch. dec. 260.*

Limita, quando cessio fieri debet soluenti ex causa, seu titulo oneroso, puta fideiussori, tertio possessori, aut alteri interesse habenti, quia tunc creditor tenetur cedere iura etiam contra seipsum: quinimmò si simpliciter cedat, virtute huiusmodi cessionis poterit adhuc conueniri. *Cost. de Ration. rat. q. 115. n. 6. & 7. Ronit. cons. 53. n. 7. et alij, quos refert, et sequitur Gait. de credit. cap. 4. n. 1850. et seq. Alphons. de Olea in tract. de cession. iur. et act. tit. 5. q. 2. nu. 7. et seq.* vbi dicit, quod creditor tenetur etiam contra seipsum cedere iura fideiussori, si ipse creditor possideret pignus ex alia causa, & credito posteriori: non tamen si causa anterior esset, dummodò non descenderet ex credito chirographario.

SVMMARIVM.

29 *Creditor de iure communi tenetur bona debitoris in solutum recipere, quando debitor non potest debitum soluere.*
30 *Quando debitor speciei soluere possit eius æstimationem.*
31 *In obligationibus facti quis non compellitur præcisè, sed liberatur soluendo interesse, et quando id procedat.*
Quid si domus communis non patiatur commodam diuisionem.

Quæstio II.

An, et quando creditor teneatur bona debitoris recipere in solutum.

29 RESP. quod de iure communi creditor tenetur bona debitoris recipere in solutum, quando debitor non potest debitum soluere; & sic in subsidium, ad effectum effugiendi carcerationem. *§. quod autem. in Auth. de fideiuss.* vbi, quod tunc licet creditori eligere res meliores. *Bart. in l. si constante. §. si uxor. num. 5. ff. solut. matr. et in l. 1. num. 12. ff. de Act. empt. Spec. in tit. de oblig. et solut. §. sequitur uidere etc. nu. 20. Bald. in l. ordo. num. 15. uers. quæro quid si creditor etc. C. de execut. rei iud. Dec. in l. 2. §. mutui datio. in 3. lect. num. 13. et 24. ff. si cert. pet.* vbi
30 etiam dicit, quod licèt regulariter debitor speciei aliud pro alio soluere non possit, fallit tamen hæc regula, quando species debita præstari nequit; quia tunc æstimatio soluitur. *§. non solum. Inst. de legat. l. non dubium. in fin. ff. de leg. 3.* dicitur autem non posse præstari, si deterior

facta fit, vel Dominus rei excessiuum pretium peteret. *vt in d. l. non dubium. vbi glos. in ver. immodico.*

31 Notandum est etiam, quod in obligationibus facti quis non compellitur præcisè, sed liberatur soluendo interesse non obstante iuramento, quando factum præstari non potest, vt si fundus, aut res esset penes tertium possessorem. *Bart. in d. l. 1. num. 12. ff. de Act. empt.* secus si factum præstari posset, quia tunc stante iuramento præcisè quis cogi potest, nec liberatur præstando interesse. *Crauett. cons. 12. num. 1. Afflict. decis. 23. nu. 7.*

Addit *Vrsill. ad Afflict. loco cit. num. 1. & seq.* quod quando ager, vel domus non patitur commodam diuisionem, fit æstimatio, & eo casu qui habet maiorem partem, præfertur alteri in soluenda æstimatione, aliàs præferendus esset qui plus pretij offert. *vide Bald. in l. sancimus. nu. 9. C. de Donat. Corn. cons. 81. num. 2. vol. 2. Buratt. dec. 350. per tot.*

SVMMARIVM.

32 *Hypotheca inducitur ex designatione loci, vnde est facienda solutio, & num. seq. limitatur numer. 34.*

33 *Dictio, super, quid operetur.*

34 *Quid si constituatur simpliciter annua præstatio super fructibus fundi, & nu. 36. & seq.*

35 *An Substitutus, vel fideicommissarius, cui hæreditas fuit restituta, teneatur ad legata non soluta.*

36 *Solutio annuorum legatorum spectat ad Vsufructuarium omnium bonorum, non ad hæredem.*

37 *Pro pensione Ecclesiastica, alimentis, & legatis pijs bona censentur hypothecata, etiamsi ea solui debeant ex fructibus eorumdem bonorum.*

38 *An si testator mandet, solui legatum ex tali, vel super tali fundo, huiusmodi legatum extinguatur per alienationem ipsius fundi.*

Quæstio III.

An inducatur hypotheca ex designatione loci, vnde est facienda solutio.

32 RESp. affirmatiuè, siue loquamur in vltimis voluntatibus, vt si testator mandet, solui, aut præstari legatum ex tali, vel super tali fundo, siue loquamur in quacunque annua præstatione in contractu deducta ex certa re, nam res illa censetur obligata, & hypothecata. *l. fin. Cod. Quæ res pign. oblig. poss. Bart. in l. fundus quem. num. 1. ff. de Ann. leg.* vbi, quod tantum est dicere, lego super illo fundo, quantum obligo illum fundum. *& in l. codicillis. 91. §. instituto. num. 2. ff. de leg. 2.* vbi, verba illa, *lego, vel mutuo centum super tali fundo*, inducunt ipsius fundi tacitam hypothecam, etiamsi de hypotheca expressa mentio facta non fuerit. *Roman. cons. 508. num. 2. Neguss. de Pignor. in 4. mem. 2. par. princ. num. 164. Card. Mantic. de Tacit. lib. 11.*

33 *tit. 3. num. 9. & 10.* vbi dicit, quod hæc dictio, *super*, si adijcitur super bonis, intelligitur contracta hypotheca generalis: si super certis bonis, intelligitur contracta specialis; si verò adijcitur super persona, importat obligationem illius personæ, eo consentiente, vel mandante. *Honded. consil. 86. num. 3. lib. 2. Afflict. decis. 162. num. 6. Crauett. cons. 20. num. 10. Gait. de Credit. cap. 4. q. 6. num. 281. Pacif. de Salu. interd. insp. 3. cap. 4. num. 602. Gratian. discept. for. cap. 256. nu. 49. & seq. & cap. 683. num. 8. Rot. dec. 458. nu. 4. par. 4. tom. 1. recent. & dec. 44. num. 2. par. 1. Diuers. latè Merlin. de Pignor. lib. 2. tit. 3. q. 91. num. 1. & seq.* vbi, quod hoc procedit tam in materia fauorabili, quàm odiosa.

34 Limita in casu, quo constituitur simpliciter annua præstatio super fructibus fundi: tunc enim non oritur hypotheca in fundo, sed personalis tantùm actio contra debitorem, aut eius vniuersalem successorem. *latè Surd. dec. 28. num. 2. & seq.* vbi dicit, quod pro legato annuo non competit hypotheca, cum solui illud debeat de fructibus: sed pro eo datur actio solum contra illum, qui fructus percipit; ex quo infertur, quod

35 licèt substitutus, seu fideicommissarius, cui hæreditas fuit restituta, teneatur ad legata non soluta, tamen hoc non habet locum in legatis annuis, quia pro tempore, quo fructus fuerunt ab hærede percepti, onus solutionis incumbit hæredi, & ei, qui illi successi, nec fideicommissarius potest molestari. *vt d. idem Surd. loco cit.*

36 idemque dicendum est in vsufructuario omnium bonorum, ad quem spectat solutio annuorum legatorum, & non ad hæredem: quia testator onus hoc non bonis, sed fructibus videtur imponere. *Cenc. de censib. par. 2. cap. 2. q. 3. art. 6. num. 1.* vbi dicit, quod quandò census constituitur, & creatur tantùm super fructibus alicuius fundi, onus soluendi annuas pensiones non transit ad eum, in quem transit fundus, sed tenetur duntaxat is, qui censum imposuit, & eius hæres vniuersalis. *Merlin. d. lib. 2. q. 91. num. 12.*

37 Sublimita in pensione Ecclesiastica, in alimentis, & legatis pijs, quorum fauore inducitur hypotheca, etiamsi testator ea solui mandauerit super, vel ex fructibus alicuius fundi. *Roman. cons. 388. num. 3.* vbi, quod pensio soluenda de reditibus Ecclesiæ, censetur imposita ex causa alimentorum. *Ago. in sum. ff. de Alim. & cibar. leg. num. 5.* vbi, quod quilibet possessor fundi in tali casu conueniri potest. *Surd. in tract. de Alim. tit. 8. priuil. 51. num. 1. & seq.* vbi, quod filijs obligata sunt paterna bona pro alimentis: ideò agere possunt ad bona, quia onus illud sequitur quemlibet possessorem. *latè Gratian. discept. for. cap. 683. num. 11. & seq.*

38 Notandum est etiam, quod si testator mandet, solui legatum ex tali, vel super tali fundo, huiusmodi legatum non extinguitur per alienationem ipsius fundi. *ex deductis per Gratian. loco cit.*

SVMMARIVM.

39 *Quando depositum operetur solutionis effectum.*

40 *Quis dicatur locus congruus.*

41 *An creditor teneatur recipere, si debitor offerret in loco, vel tempore incongruo, & paratus esset soluere interesse.*

42 Si

Quæstio IV.

Quando depositum operetur solutionis effectum.

39 RESP. quod depositum operatur omnes solutionis effectus, concurrentibus infrascriptis conditionibus, videlicet quod fiat parte citata. 2. quod fiat purè, & liberè, ità vt non sit conditionatum, vel qualificatum aliqua qualitate, modo, vel conditione non conuenta, vel non intrinseca; hoc est tali conditione, quæ non veniat ex natura rei, vel contractus. 3. quod pecunia, verè & realiter numeretur. 4. quod deponatur pecunia, quæ eo tempore currere solet, dummodò non sit statim reprobanda. 5. quod integra summa deponatur. 6. quod fiat loco, & tempore congruo: *latè Menoch. de Arbitr. Iud. casu 232. Neguf. de Pignor. 2. par. 3. mem. 5. par. princ. per tot. Nig. de except. cap. 2. §. 1. cum seq.*

40 Locus autem congruus censetur is, quem Iudex elegerit. *Bald. in l. acceptam. n. 2. C. de vsur. Neguf. vbi supra n. 26. Rolan. cons. 63. nu. 32. lib. 1.* vel qui conuentus fuit inter partes, vel vbi destinata est solutio: *l. vsuras, C. de solut. Rolan. cons. 58. nu. 17. lib. 1. Neguf. loco cit. num. 9.*

41 vbi etiam obseruat, quod si debitor offerret incongruo loco, vel tempore, non solùm sortem principalem, sed etiam omne interesse, quod prætendere posset creditor ratione loci, & temporis incongrui, tunc creditor teneretur recipere: quemadmodum debitor cogi potest ad soluendum extra locum promissionis soluto interesse, ex regula *quæ mibi non nocet, & alteri prosunt, de facili sunt concedenda, latè Nig. de except. d. cap. 2. §. 2. nu. 15. & seq.* vbi addit, quod

42 si locus non fuit expressus, intelligitur de loco contractus.

43 Notandum est autem, quod Iudex competens in causa depositi erit Iudex ipsius debitoris, si depositum fiat in contumaciam creditoris nolentis recipere. *ut post Bald. & alio obseruat Nig. d. cap. 2. §. 2. num. 11. & seq.*

44 Notandum 2. quod licèt depositum debeat esse integrum, ità vt nihil operetur, si deficeret etiam vnus nummus. *l. 2. C. Debitor uendit. pignor. impedir. non poss. l. obsignatione. C. de solut.* ta-

45 men si debitum non esset penitus liquidum, satis esset, si pro liquido fiat depositum, & pro non liquido præstetur cautio de soluendo quid quid vlterius apparuerit esse debitum. *Cagnol in l. 2. nu. 113. C. de pact. int. empt. & uend. Cancer. uar. lib. 3. cap. 8. de Deposit. nu. 7.* nisi debitor esset notoriè diues, quia tunc sufficeret sola eiusdem debitoris obligatio de soluendo. *Nig.*

46 *d. cap. 2. §. 1. nu. 4.* subdens *n. 9.* quod si depositum fiat de certa re debita, quæ sit deteriorata, debet etiam offerri æstimatio deteriorationis.

47 Notandum 3. quod antequam depositum fiat, interpellari debet ipsemet creditor ad recipiendum, nec sufficeret interpellasse procuratorem creditoris habentem generale mandatum, nisi haberet speciale mandatum ad exigendum, vel generale cum libera. *Alex. cons. 120. nu. 4. lib. 5. Tiraq. de Retract. lignag. §. 9. glos. 3. & ult. nu. 7. Nig. d. cap. 2. §. 3. nu. 10.*

48 Notandum 4. quod non potest repeti depositum, quando est factum auctoritate Iudicis, vel à parte ratificatum. *Trentacinq. uar. resol. lib. 3. de solut. resolut. 22. uers. nono etc. quem refert, & sequitur Niger. d. cap. 2. §. 10. nu. 2.*

49 Quæres, an Iudex possit se ipsum in Depositarium eligere? affirmant *glos. & DD. in l. si fideiussor. §. ult. ff. Qui satisd. cog. latè Tiraq. de Retract. conuent. §. 4. n. 1. & seq.* vbi tamen Iudicem admonet, vt abstineat quantum fieri potest, nè aliquam de se suspicionem præbeat. *Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 231. nu. 10.*

SVMMARIVM.

18 *Pro rebus, quæ ad vsum proprium, vel ad fiscum, vel ruris gratia vehuntur, gabella non soluitur.*
19 *Quando quis dicatur negotiator.*
20 *In dubio pro non solutione gabellæ pronunciandum est.*
21 *Pro ratificatione contractus gabella non debetur.*
22 *Quid si statutum iubeat, ut de re sita in loco soluatur gabella, etiamsi contractus fuerit alibi celebratus.*
Pro eodem facto, uel pro eadem re gabella bis solui non debet. ibid.
Executio datiorum, et collectarum spectat ad eum officialem, in cuius territorio est res affecta pro datijs, & collectis. ibid.

CAP. XXII.

De Gabellis, & collectis.

Quæstio II.

In quo loco gabella, quæ debetur pro conuentionibus, solui debeat.

1 RESp. quod regulariter solui debet in loco contractus, non autem in loco rei sitæ, vel destinatæ solutionis, siue contractus fiat ab incolis, vel ciuibus, siue fiat à forensibus. *Bald. in l. 1. nu. 3. C. vbi conuenit. qui cert. loc. etc. et in l. magis puto. §. illud. vers. item est hic etc. ff. de Reb. eor.* vbi dicit, quod si vendo hic rem, quæ est Florentiæ, hic debet solui gabella, quia hic peraguntur solemnia. *Alex. cons. 143. nu. 5. lib. 6. & cons. 51. nu. 1. lib. 3. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 1. nu. 76. & seq.* vbi dicit, quod ad effectum subijciendi contractum legibus loci, locus destinatæ solutionis non habetur pro loco contractus, sed is demum, vbi negotium gestum, & perfectum est. *Cephal. consil. 58. nu. 33.*
2 *lib. 1.* vbi dicit, quod solutio gabellæ non dicitur onus reale, nec personale nec mixtum, sed onus est, siue solemnitas contractus. *Gabr. commun. conclus. lib. 6. de Consuet. conclus. 2. nu. 12. uers. septimo amplia &c. Gratian. discept. for. cap. 11. nu. 1. & seq. Ceuall. opin. commun. q. 733.*
3 *nu. 12. & seq.* quod procedit etiam quando contractus celebratur sub conditione in vno loco, & in alio purificatur conditio, quia adhuc attenditur locus contractus. *Bertaz. claus. 30. glos. 12. nu. 8. quem refert, & sequitur Gratian. d. cap. 11. n.*
4 *10. & seq.* vbi etiam obseruat, quod gabella pro contractu census soluenda est in loco contractus, non autem vbi res sita est, quæ censui subijcitur;
5 quemadmodum gabella pro testamento solui debet in loco celebrati testamenti, non autem vbi bona hæreditaria sita sunt. *latè Ciriac. contr. 370. num. 12. & seq. Dec. cons. 497. num. 2. Bursatt. cons. 408. sub nu. 9. Alderan. Masard. de Statut. conclus. 7. num. 7. Caball. cons. 124. per tot. uol. 2. Alphons. de Olea in tract. de cession. iur. & action. tit. 7. q. 5. per tot.*
6 Obserua tamen, quod quando contractus celebratus fuit in loco immuni ab huiusmodi oneribus, seu gabellis, tunc neque in foro conscientiæ, neque in foro exteriori gabella debetur, etiamsi soluatur in loco, vbi res est sita. *Bald. in l. 1. C. de Nundin. & alij apud Gratian. d. cap. 11. num. 15.*
7 Obserua 2. quod si vigore statuti bona ob non solutam gabellam ad fiscum deuoluuntur, fisco incumberet onus probandi, gabellam in loco contractus, vel testamenti non fuisse solutam, aliàs reus deberet absolui. *l. fin. C. de Probat. Ciriac. d. controu. 370. nu. 16.*
8 Obserua 3. quod locus contractus intelligitur, vbi est facta conuentio, non vbi est factum instrumentum. *Abb. in cap. fin. num. 30. de for. comp. Gabr. loco cit. nu. 16. Gratian. d. cap. 11. num. 26. Tiraq. de Retract. lignag. §. 2. glos. 1. nu. 3.* vbi
9 subijcit, quod si statutum iubeat, solui gabellam ex quolibet instrumento, ea non debetur ex contractu facto sine instrumento.
10 Obserua 4. quod si statutum loci grauaret personam ad gabellam soluendam, tunc forensis contrahens illam non solueret in loco contractus. *ut d. Gabr. concl. 2. n. 14.*
11 Obserua 5. quod in venditionibus confectis per epistolam, vt si venditor degens Perusijs venderet emptori existenti Bononiæ, inspicitur locus Bononiæ. quia ibi demum, & non alibi perficitur contractus emptionis: in eo enim loco tandem pro precio æstimato merces in contractum deductas emptor accipit. *Coler. de Process. execut. par. 2. cap. 1. nu. 76. & seq.*
12 Ex quo infertur, quod si in vno loco facta fuerit venditio mercium, & in alio traditio, gabella solui debet in loco traditionis, non autem in loco factæ venditionis, quia in eo loco perfici-
13 tur emptio, vbi res traditur; vnde si in loco traditionis gabella non debetur, emptor ad illam soluendam cogendus non est, etiamsi in loco venditionis debeatur. *Bald. cons. 254. in fin. vol. 4. & in l. multum. nu. 12. vers. pone ergo &c. C. si quis alter. vel sib. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 48. & seq.*
14 Infertur 2. quod si statutum prohibeat sub certa pœna venditionem stabilium in extraneum, non incideret in pœnam statuti is, qui tantùm vendidit, & non tradidit, *Bald. cons. 314. nu. 2. in fin. vol. 3. Tiraq. d. §. 1. glos. 2. n. 48.* subdens, quod si stante statuto eodem quis extraneo vendiderit, & postea ei facto ciui tradiderit, valeret alienatio, inspecto scilicet tempore traditionis, non venditionis.
15 Infertur 3. quod neque retractus haberet locum nondum re tradita, & nondum soluto pretio, nisi de eo habita fuerit fides. *vt d. Tiraq. loco cit. nu. 49.*
16 Obserua 6. quod is, qui in vno loco originem, in alio domicilium habet, cogitur in vtroque loco munera substinere. *l. cum te C. de municip. et origin.* cuius textus dispositio procedit in munere merè personali, & habet locum, vbi vtrique muneri potest pareri; in munere enim reali non consideratur origo, vel domicilium, sed locus, vbi res est: & in personali, quod indicitur personæ pro re, consideratur, etiam locus, vbi res est, non quidem simpliciter, sed vt pro rebus soluant tantùm ciues, & incolæ. *vt d. Bald. ibidem nu. 1. uide Alex. cons. 143. lib. 6.*
17 Obserua 7. quod Ecclesia, & ecclesiasticę personæ immunes sunt à gabellis, & alijs oneribus quauis

uis consuetudine in contrarium non obstante. *cap. quamquam. ubi DD. communiter. de Censib. in 6.* vbi singulares personæ, quæ contrafecerint, ipso facto excommunicantur, & Vniuersitas interdicitur.

18 Obserua 8. quod pro rebus, quæ ad vsum proprium, vel ad fiscum, vel ruris gratia vehuntur, gabella non soluitur; secus si extra prædictos casus, vel negotiationis causa deferuntur. *l. uniuersi ubi DD. C. de uectigal. Galganett. ad Statut. Vrb. lib. 3. cap. 11. Crauet. cons. 6. n. 116. Viui. commun. opin. in uer. statutum. opin. 817. nu.*

19 *10.* vbi dicit, quod stante statuto, vt pro negotiatione vini, frumenti, olei, & similium soluatur gabella, non tenetur, quis eam soluere pro venditione huiusmodi rerum in prædijs proprijs perceptarum, sed solum soluenda est ab ijs, qui emunt, & vendunt: quia non dicitur negotiari qui vendit vinum, seu frumentum ex fundo suo recollectum. *cap. eijciens. 88. dist. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 273. de Constit. Abb. cons. 6. num. 2. uers. ad secundum dubium. par. 1.* vbi, quod ille propriè dicitur negotiari, qui emit rem, vt eam integram lucri causa vendat. *Gratian. discept. for. cap. 17. num. 17. & seq.* vbi

20 etiam dicit, quod in dubio pro non solutione gabellæ vti odiosæ pronunciandum est.

21 Obserua 9. quod pro ratificatione contractus nulla debetur gabella, seu datium, sed tantùm pro ipso contractu, & in loco, vbi fuit celebratus, vt supra. *Bald. in l. obseruare. §. post hæc, in 10. qu. ff. de Offic. Proconf. & Legat. Cabll. cons. 124. numer. 23. & seq. uol. 2. Ciriac. contr. 370. nu. 27.*

22 Obserua 10. quod statutum præcipiens, vt de re sita in loco soluatur datium, etiamsi contractus fuerit alibi celebratus, procedit tantùm in habentibus domicilium, & habitationem in loco rei sitæ, & aliò se transferentibus ad contrahendum; non autem in alibi habitantibus, in quibus nulla fraus considerari potest. *uide Dec. cons. 457. nu. 6. & alios apud Ciriac. d. contr. 370. nu. 18. & seq.*

Obserua 11. quod pro eodem facto, vel pro eadem re gabella bis solui non debet. *ut d. Alex. cons. 143. nu. 5. lib. 6.*

Obserua 12. quod executio datiorum, & collectarum spectat ad eum officialem, in cuius territorio est res affecta pro datijs, & collectis. *Bart. in l. si fideicommissum. §. tractatum est. nu. 2. ff. de Iudic.*

SVMMARIVM.

23 *De iure communi forenses collectari non possunt, etiamsi possideant bona sub dominio collectantis: declaratur, & limitatur num. seq.*
24 *Quid si adesset priuilegium, statutum, uel consuetudo in contrarium.*
25 *Et quid si forensis solueret collectam in loco sui domicilij pro possessionibus etiam alibi sitis.*
26 *Statutum, quo forenses obligantur ad collectas, debet esse conditum à non recognoscente Superiorem.*
Collectam imponere, est de reseruatis Principi.
27 *Consuetudo adstringens forenses ad collectas pro bonis per eos possessis in territorio, debet esse immemorabilis, ac specificè probari debet in casu de quo agitur.*
28 *Consuetudo, quæ est contra ius, non debet extendi ad alios casus.*
29 *Pœnæ ab hæredibus peti non possunt, si quæstio mota non fuit viuente eo, qui deliquit: limitatur n. seq.*
30 *Quid si pœna est indicta ipso iure.*
31 *Fisco obstat præscriptio quinquennalis ad vindicandum commissa.*
32 *An valeat consuetudo, vel statutum cogens forenses ad onera personalia.*
33 *Forensis recusans soluere collectam, non detruditur in carcerem, sed executio fit super re, vel eius fructibus.*

Quæstio II.

An, & quando forenses collectari possint.

23 De iure communi forenses collectari non possunt, quia collecta est munus, quod imponitur personæ pro rebus; vnde si persona non est subdita collectanti vel ratione domicilij, vel originis, non potest ei imponi collecta ex defectu iurisdictionis, etiamsi forensis habeat bona sub dominio collectantis. *latè Rota in Aueniònen. & Cauallicen. collectarum 16. Maij 1583. coram Card. Lancellotto, quam refert Gratian. discept. for. cap. 29. nu. 7. & seq. Natt. cons. 160. n. 6. & seq. & communem dicit Gabr. lib. 6. tit. de iur. Immun. conclus. 2. nu. 1. & seq.*

Ex quo infertur, quod forenses non tenentur ad collectas, quæ imponuntur pro refectione Castri, pontium, & viarum, vel pro custodia, & securitate loci, nisi talis securitas, custodia, & refectio concerneret quoque vtilitatem ipsarum possessionum. *Alex. cons. 68. nu. 3. lib. 2. Paris. cons. 25. nu. 7. & seq. lib. 1. Natt. cons. 157. nu. 4. & alij apud Gail. lib. 2. obseru. 52. num. 15. Thesaur. dec. 149. per tot. & ibi Add.*

24 Verum hæc conclusio intelligenda est, dummodò non adsit priuilegium, statutum, vel consuetudo in contrarium. *Crauett. cons. 201. num. 14. & seq.* vbi dicit, quod consuetudo generaliter obseruatur in tota Italia, collectandi forenses pro bonis, quæ possident in alieno territorio. *latè Gabr. loco cit. d. concl. 2. nu. 6. 7. 8. & 15.* vbi dicit valere priuilegium, vel statutum, per quod obligantur forenses ad collectas pro bonis, quæ possident, in territorio statuentium. *Gail. lib. 2. obseru. 52.*

25 Obserua tamen, quod si forensis solueret collectam in loco sui domicilij pro possessionibus etiam alibi sitis, non teneretur eam soluere in loco, vbi eadem bona possidet. *Gabr. d. conclu. 2. nu. 14. Natt. consil. 160. nu. 9. & 10.* vbi dicit, quod quando vnus locus habet personam, alius prædium, persona, quæ dignior est preponderat, & trahit ad se minus dignum. *Criac. contr. 370. nu. 12. & seq.*

26 Obserua 2. quod statutum, quo forenses obligantur ad collectas, debet esse conditum à non recognoscente Superiorem: quia cum collectam imponere, sit de reseruatis Principi, super hoc inferiores statuere non possunt. *Ruin.*

 cons.

conf. 111. nu. 23. lib. 5. Natt. conf. 447. nu. 6. Rota in d. Auenionen. & Caualliсen. collectarum. vers. tertia est conclusio, in fin.

27 Obserua 3. quod consuetudo adstringens forenses ad collectas pro bonis per eos possessis in territorio, debet esse immemorabilis. *Natt. loco cit. nu. 8.* vbi dicit, quod tunc consuetudo vim habet priuilegij. *latè. Paris. cons. 25. num. 19. & 23. vol. 1. & hanc esse veriorem, & magis communem opinionem testatur Rota in d. Auenionen. & Caualliсen. collectarum coram Card. Lancellotto. vers. quarta est conclusio &c. & vers. seq.* vbi, quod huiusmodi consuetudo debet specificè probari in casu, de quo agitur, ità vt in hoc non credatur Doctori attestanti de hac consuetudine. *vide Crauett. cons. 96. num. 4. Corn. cons. 83. nu. 13. & 14. uol. 4. Alex. cons. 196. nu. 13. lib. 2.*

28 *& cons. 68. num. 5. lib. 2.* vbi, quod consuetudo, quæ est contra ius, non debet extendi ad alios casus.

29 Obserua 4. quod pœnæ ab hæredibus peti non possunt, si quæstio mota non fuit viuente eo, qui deliquit; & hoc sicut in cæteris pœnis, ità & in vectigalibus est. *ut inquit in l. fin. §. fin. uers. pœna &c. ff. de Publican.*

30 Limita, quando pœna est indicta ipso iure, vt in commissis vectigalium nomine: tunc enim pœna hæredibus peti posset. *l. commissa. ff. eod. tit. de Public. latè Ciriac. d. contr. 370. nu. 25. 66. &*

31 *seq.* subdens, quod fisco obstaret præscriptio quinquennalis ad vindicandum commissa, si intra id tempus quæstio mota non fuerit, contra hæredes. *per tex. in l. 2. C. de uectigal. uide quæ scripsimus in tractat. de Temp. legal. lib. 2. cap. 99. nu. 15. & seq.*

32 Obserua 5. quod non valeret consuetudo, nec statutum cogens forenses ad onera personalia, tum quia munus personale non imponitur contemplatione rerum, sed propter ipsam personam, quæ cum non sit supposita statuentibus, non potest per eos distringi, etiamsi res possideat in territorio; tum etiam quia hæc consuetudo, seu statutum videtur esse temerarium, & irrationabile contra omnia iura tam ciuilia, quàm canonica, & ideò nullius esset roboris, *ut tradunt Io. And. Ant. de Butr. Imo. Abb. & Innoc. in cap. postulasti, de for. comp. quos refert, & sequitur Natt. consil. 157. nu. 11. & cons. 158. nu. 1. & seq.* vbi addit, quod licèt statuto, vel consuetudine induci possit, vt forensis teneatur soluere collectas, quæ imponuntur personæ contemplatione

33 rerum, vt supra diximus, tamen si recusat soluere, persona capi non debet, nec in carcerem detrudi, sed executio fit super re, vel eius fructibus. *ex trad. per Bald. in l. etiam, nu. 28. uersus fin. C. de execut. rei iud. quamuis contrarium teneat Gail. lib. 2. obseru. 52. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Prædium tam rusticum, quàm urbanum, locus appellatur.*
2 *Quando locus dicatur area, & quando ager, & fundus.*
3 *Nostra destinatione fundorum nomina, & domus non natura constituuntur.*
4 *Quæ antea erat pars domus, aut fundi, post diuisionem factam plures fundi, seu domus sunt, & dicuntur.*
5 *Via est locus, per quem itur.*
6 *Quotuplex sit via, & nu. 7. & seq.*
7 *Via publica non potest per priuatum occupari aliquo modo, etiamsi id nemini noceat.*
8 *In via publica non est licitum scalas facere, immò nec primum, vel secundum gradum scalæ.*
9 *Via vicinalis potest esse publica, & priuata.*
10 *Via priuata potest vendi, ac præscribi.*
11 *Quando via publica est destructa, licet iter facere per fundum vicini.*
12 *Via designanda est in angulo, seu parte fundi vicini minus damnosa, non autem per medium fundum.*
13 *Quando alibi potest quis habere viam, licet remotiorem, vicinus ad id astringi non debet.*
14 *Quando quis non potest aptare domum suam, nisi transeundo per domum vicini, eo casu vicinus huiusmodi transitum præstare debet.*
15 *Vendita re immobili, non facta mentione de via, venditor ad eam tenetur.*
16 *Seruitus eundi per fundum alterius ad unum prædium, non potest trahi ad aliud prædium etiam contiguum.*
17 *Potest quis ingredi in fundum alienum colligendi causa fructus, qui in alieno fundo ceciderunt, usque ad tres dies.*
18 *Qui iuit 30. diebus in uno anno per fundum alienum, dicitur esse in quasi possessione itineris; declaratur nu. 19.*
19 *Vsus in dubio præsumitur potius iure facultatis, quàm iure proprio.*
20 *Si non potest haberi uentus ad triturandum frumentum, nisi ab una parte, uicinus non potest in illa parte, licèt sua, ædificando uentum impedire.*

CAP. XXIII.

De Prædijs rusticis, & urbanis.

1 Prædium tam rusticum, quàm vrbanum à Doctoribus locus appellatur. *ut constat ex l. fundi §. locus, & l. locus. uers. loci appellatio-*

2 *nem. ff. de uerbor. signif.* vbi, quod locus sine ædificio in vrbe, area, rure autem ager appellatur, idemque ager cum ædificio fundus dicitur. *Bart. in l. inter stipulantem. 83. §. sacram. n. 5. & 6. ff. de verbor. oblig. Boer. dec. 99. nu. 1. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. num. 62. uers. priore ca-*

3 *su &c.* nostra autem destinatione fundorum nomina, & domus, non natura constituuntur. *l. quod in rerum. §. si quis ff. de legat. 1.* & ideò quæ

4 antea erat portio, seu pars fundi, aut domus, post diuisionem factam non amplius pars fundi, aut domus, sed plures fundi, seu domus sunt, & dicuntur. *l. si quis. §. si quis, uers. planè &c. ff. commun. præd. l. locus. ff. de uerbor. sign. l. planè. 34. §. sed etsi quis. ubi glos. in uer. rectè appellatur. ff. de legat. 1.* quod notandum est ad explicationem *cap. terrulas 12. q. 2.*

Quæ-

Quæstio I.

In quo loco iter fieri debeat, quando uia publi-blica est destructa.

5 PRæmittendum est, quod via secundùm communem loquendi modum est locus, per quem itur. *glos. in §. 1. uerb. iumentum Instit. de seruit. rustic. pred. Azo. in Sum. C. de seruit. nu. 6. uers. est autem iter etc.* hæc autem aut est publica, aut priuata, aut vicinalis: via publica dicitur, quæ exiens ab vna publica, ducit in aliam publicam, vel ad Vrbem, aut mare, vel flumina. *l. 2. §. uiarum. ff. Nè quid in loc. publ. Cepoll. de seruit. rust. præd. cap. 3. tit. de seruit. uia. nu. 16.*
7 *et seq.* subdens *nu. 26.* quod via publica non potest per priuatum occupari aliquo modò, etiamsi
8 id nemini noceat; & ideò non est licitum in via publica scalas facere, immò nec primum, vel secundum gradum scalæ. *Boss. in tit. de uia publ. nu. 3. et seq. latè Surd. decis. 42. nu. 1. et seq.* vbi dicit, quod adhuc dicitur publica, etiam quando fine illo exitus intermoritur.

9 Via vicinalis dicitur, quæ in vicis est, vel in vicos ducit, & potest esse publica, & priuata: publica dicitur etiam illa: quæ constituta est ex collatione priuatorum fundorum, si tamen non extet memoria. *d. l. 2. §. uicinales. et ibi glos. uer. publicas. ff. Nè quid in loc. publ.* vbi, quod si hæc via ex collatione priuatorum reficitur, non censetur priuata: refectio enim idcirco de communi fit, quia vsum, vtilitatemque communem habet. *Cepoll. ubi supra num. 27.* & hæc claudi non potest per vicinos, etiam omnibus consentientibus, quia est iuris publici, nec potest super ea fieri ponticellus, etiam ab eo, qui vtrinque habet prædia. *Surd. dec. 42. nu. 15.* vbi etiam dicit, quod ea via debet vicinis semper patere.

10 Priuata verò via vicinalis est, cuius solum alienum est, & non publicum. *l. 2. §. uia enim. ff. Nè quid in loc. publ.* item dicitur priuata, quando ab vno facta est, vel à pluribus collatis fundis, si tamen extet memoria. *l. 2. §. priuatæ. et d. §. uicinales. ubi glos. ff. Nè quid in loc. publ.* ideòque priuata appellatur, quod eius vsus non publicus, sed priuatus sit; & dicitur etiam agraria, quia ideò ab initio constituta est, vt in alterius agrum ducat. *Surd. d. dec. 42. nu. 16.* vbi etiam dicit, quod hæc via, cum priuati iuris sit, potest vendi, ac præscribi, sicut prædia priuatorum.

11 Ad quæsitum verò resp. quod quando via publica est destructa, licet iter facere per fundum vicini. *l. si locus. §. fin. ff. Quemad. seru. amit. Cepoll. q. 23.* vbi, quod eo casu ducens oues per fundum vicini, non accusatur de damno dato, si duxit ciuiliter: & fecit quantum potuit, vt eas custodiret, *et in tract. de seruit. rust. præd. cap. 1. nu. 21. uers. et intelligo etc. et n. 24. uers. Nono fallit etc. Natt. cons. 642. num. 5. et seq.* vbi dicit, quod si via esset penitus destructa, compellitur vicinus facere viam publicam per agrum suum, propter publicam vtilitatem; quando verò impedimentum non est perpetuum, sed temporale, puta propter inundationem fluminis, vel propter difficultatem luti, transiri potest per agrum vicinum viæ etiam inuito Domino. *Rolan. cons. 69. nu. 16. uol. 2.* vbi, quod si destructio sit perpetua, debet noua via fieri in fundo vicini, soluto sibi pretio à fisco, quia cum agatur de commodo omnium transeuntium, æquum est, vt omnes conferant. *Surd. d. dec. 42. nu. 11. Rot. dec. 201. nu. 25. et seq. par. 4. to. 2. rec.*

12 Obserua tamen, quod via in tali casu designanda est in angulo, seu parte fundi vicini minus damnosa, non autem per medium fundum. *ut probat textus in l. si cui. ff. de seruit. l. si quis sepulchrum, cum ibi not. per glos. et DD. ff. de Relig. et sumpt. fun.*

13 Obserua 2. quod vbi quis alibi potest habere viam, licèt remotiorem, tunc vicinus ad id adstringi non debet. *l. si mercedem. §. si eum fundum. ubi Bart. ff. de Action. empt. Rot. d. dec. 201. num. 26. par. 4. tom. 2. recent.*

14 Obserua 3. quod quando quis non potest aptare domum suam, nisi transeundo per domum vicini, eo casu vicinus huiusmodi transitum præstare debet, quia etiam in hoc casu concurrit vtilitas publica, alioquin ædificia vel corruerent, vel inutilia redderentur. *Luc. de Penn. in l. 1. C. de bon. uacan. lib. 10. Boer. dec. 322. num. 5. et 10.*

15 Obserua 4. quod vendita re immobili non facta mentione de via, venditor ad eam tenetur, cum sit accessoria, alioquin res empta inutilis esset emptori. *Luc. de Penn. ubi supra.*

16 Obserua 5. quod si mihi debetur seruitus eundi per fundum alterius ad prædium meum, non possum dictam seruitutem trahere ad aliud prædium, etiamsi contiguum sit prędio, cui talis seruitus debetur; æquum enim non est, vt seruitus debita vni prædio, ad aliud trahatur; quia eo casu prædium seruiens magis oneraretur, quam pati deberet. *Luc. de Penn. in l. Parphippum. uers. & no. ex his etc. C. de curs. publ. lib. 12.*

17 Obserua 6. quod potest quis ingredi in fundum alienum colligendi causa fructus, qui in alieno fundo ceciderunt. *l. un. ff. de glan. legen.* quod intellige vsque ad tres dies. *ut in d. textu, et not. Cepoll. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 1.*
18 *num. 24.* vbi etiam obseruat, quod si quis iuisset 30. diebus saltem in vno anno per fundum alienum, non posset per Dominum fundi prohiberi, cum eo casu dicatur esse in quasi possessione itineris. *per tex. in l. 1. in princ. iuncto §. hoc interdi-*
19 *cto. ff. de itin. actuq. priuat.* quod intellige, interueniente scientia, & patientia Domini illius fundi, ità vt non sufficeret scientia conductoris, seu alterius possidentis vi, clam, vel precariò. *l. 2. C. de seruit. l. quoties. §. seruitutum. ff. eod. tit. Balb. de præscript. in 2. par. 4. princ. q. 1. nu. 12. Cancer. uar. lib. 3. cap. 4. num. 159.* & vltra concurrere debet voluntas vtendi iure proprio, non per modum facultatis: quod probari potest, vel ex facto vtentis, aut ex verbis eius hoc ipsum denotantibus, quia in dubio vsus præsumitur potius iure facultatis, quam iure proprio. *l. 1. §. Aristo. ff. de Aq. quotid. et æstiu. Cepoll. de seruit. urb. præd. cap. 20. numer. 1. Iordan. Elucubr. diuers. lib. 14. tit. 24. de Præscript. nu. 407. & seq. uide quæ scripsimus in*

tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 81. num. 1. & seq.

20 Addit *Boer. dec. 322. nu. 12.* quod si non potest haberi ventus ad triturandum frumentum, nisi ab vna parte, vicinus non potest in illa parte, licèt sua, ædificando ventum impedire, quamuis nulla seruitus debita sit; in hoc enim casu suadet etiam vtilitas publica, nè quis Domini aream inutilem reddat cum detrimento fructuum. *vt inquit textus in l. fin. §. C. de seruit. & aq.*

SVMMARIVM.

21 *Quantam spacij relinqui debeat, si fiat ædificium, & nu. 22. & seq.*
22 *Quid si quis effodiat puteum iuxta regionem alterius.*
23 *Quando detur, vtilis actio finium regundorum, & quando directa.*
24 *Explicatur textus in l. fin. ff. fin. regund. & nu. 26.*
25 *Prædium rusticum, & vrbanum non dicitur à loco, sed à qualitate prædij.*
26 *Explicatur textus in l. moeniana. C. de Aedific. priuat.*
27 *Spacium dimitti debet, quando ædificia sunt ex obiecto, secus si fiant ex latere.*
28 *An in muro communi possit socius inuito altero socio ædificare, & nu. 30.*
In dubio murus censetur communis pro diuiso, ibidem nu. 28.
29 *Quando murus dicatur communis pro diuiso, & quando pro indiuiso.*
30 *Socius non potest vti muro communi pro indiuiso per alterum socium superædificato, nisi prius soluta portione expensarum.*
31 *In pariete ad eleuandum destinato non consideratur, an noceat probibenti, sed nunquid prosit facienti: limitatur in muro diuisorio, ibid.*
32 *Quantum spacij relinquendum sit, quando plantantur arbores.*
33 *Passus, & pedes quomodo intelligantur.*
34 *Quid si arbor plantata fuerit in confinio.*
35 *Si in instrumento partes enunciant confines, statur illis confinibus enunciatis, illique fines probant dominium inter ipsas partes.*
36 *In materia antiqua sufficit, vt verificetur locus, in quo res, existit etiam cum vno confine.*

Quæstio III.

An, & quale spacium relinquendum sit, si ædificia fiant, vel arbores plantentur iuxta domum, vel prædium alienum.

21 PRima conclusio, quando quis ædificat murum de lapidibus cum calce, debet dimittere spacium vnius pedis iuxtà domum alterius: & si ædificet domum, debet dimittere spacium duorum pedum. *Franc. Marc. dec. 501. num. 7. 8.*
22 *& 9. 10. 12. & 25.* vbi etiam, quod si quis effodiat puteum iuxta regionem alterius, tenetur dimittere de spatio vnum passum. *vide text. in l. fin. ff. fin. regund. glos. in l. 2. ver. ædificium*
23 *eod. tit.* vbi quod quando interuenit ædificium, datur vtilis actio finium regundorum, licèt non detur directa, quæ tantùm competit in prædijs rusticis, *iuxta textum in l. sed & loci. §. hoc iudicium. ff. eod. tit. finum regund. latè Cepoll. de seruit. vrban. præd. tit. de pariete, seu muro, nu.*
24 2. vbi dicit, quod *d. l. fin.* licèt sit posita in titulo finium regun. habet locum etiam, quando ædificatur iuxta fundum vicini tam rusticum,
25 quàm vrbanum: præsertim quia prædium rusticum potest esse in Ciuitate, & extra, quemadmodum predium vrbanum potest esse in rure, & in Ciuitate, cum predium rusticum, & vrbanum non dicatur à loco, sed à qualitate prædij. *vt post Cyn. in l. si prædium. Cod. de Præd. minor. sensit Franc. Marc. d. dec. 501. nu. 18. & 19.*
26 Nec obstat textus *in l. moeniana. C. de ædific. priuat.* vbi is, qui vult ædificare iuxta ædificium priuatum, debet dimittere spacium 10. pedum, & qui iuxta ædificium publicum, debet dimittere spacium 15. pedum, quia d. lex loquitur in ædificijs mœnianis, seu solarijs, siue ponticellis, qui ita prouehuntur, vt non requiescant in alia parte. *vt dicit glos. in d. l. fin. ff. fin. regund. Axo. in sum. C. de ædific. priuat. num. 3. Cepoll. de seruit. vrban. prædior. tit. de Mœnian. & in tit. de pariete, seu muro. num. 2.* subdens, quod textus *in d. l. fin. ff. fin. regund.* habet locum in cæteris ædificationibus, & constructionibus; præterea textus *in d. l. maniana*, non seruatur, *vt dicit glos. ibidem in ver. idest decem pedum.*
27 Notandum tamen est, quod tunc debet dimitti spacium, quando ædificia sunt ex obiecto; secus si fiant ex latere, quia tunc nō requiritur aliquod interuallum: vnde videmus, habitatores habere muros communes. *vt post Ang. in d. l. maniana. not. Franc. Marcus. d. decis. 501. n. 22. & 26.*
28 Notandum 2. quod in muro communi potest socius etiam inuito altero socio ædificare, siue murus sit communis pro diuiso, siue pro indiuiso: cum hac tamen distinctione, quod si murus est communis pro diuiso, poterit socius ædificare in ea parte, quæ ipsum socium respicit, capiendo medietatem muri recta linea, etiamsi murus esset pro clausura destinatus, & talis murus pro dicta parte efficitur ipsius ædificantis, *ex latè deductis per Thesaur. decis. 41. num. 21.* vbi etiam dicit, quod in dubio murus censetur communis pro diuiso. *Cepoll. de seruit. vrban. prædior. cap. 40. de pariete, seu muro num. 19. Corn. cons. 78. vol. 4. Menoch. lib. 6. præsumpt. 73. nu. 23. & seq.* si verò murus sit communis pro indiuiso, poterit similiter socius murum communem altiùs tollere, ità tamen, vt superædificatum sit commune, sicut prima pars muri inferioris est communis, & non aliter. *ut de Cepoll.*
29 *loco cit. n. 11. 12. & 19.* vbi, quod murus dicitur communis pro diuiso, quando est inter me, & te, & nihil per te, & me est immissum, vel si est immissum, missum non perforat parietem vltra dimidium muri, quæ est pro parte tua; & hæc non est propriè communio: vnde non dicitur quis eleuare murum communem, sed proprium, nec super communi ædificare, sed super proprio, quod nemini est prohibitum. *l. altiùs, & l. si in ædibus. C. de seruit. eum simil.* dicitur verò communis pro indiuiso ex societate incidenti, vel tacita, v. g. tu imponis tignum in pariete, & vltra dimidiam, & ego etiam impono, & tu veteris quan-

quantum tibi expedit, & ego etiam vtor. *vide Bart. in l. inter quos. n. 1. ff. de damn. infect.*

30 Hoc tamen intelligendum est, quando paries inferior potest sustinere superædificatum: item si ædificatio socio non nocet, & ædificanti prodest, aliàs secus. *ut probat Cepoll. d. cap. 40. de Pariete, seu muro. num. 20. & ità intelligendus est Ciriac. controuers. forens. 460. num. 4. & seq. & sensit. Corn. d. cons. 78. uol. 4. Thesaur. d. decis. 41. num. 18. et decis. 23. n. 2.* vbi subijcit, quod socius non poterit vti muro communi pro indiuiso per alterum socium superædificato, nisi prius soluta portione expensarum in eo factarum. *Mascard. de Probat. uol. 3. conclus. 1144. n. 12. et 13.*

31 Obserua tamen, quod in pariete ad eleuandum destinato, seu pro ædificio, non consideratur, an noceat prohibenti, sed nunquid prosit facienti. *Alex. cons. 174. nu. 1. uol. 2. Menoch. de Præsumption. lib. 6. præs. 29. nu. 14. Thesaur. d. decis. 23. nu. 5.* vbi etiam dicit, quod offensionis consideratio habetur in muro diuisorio, seu facto pro clausura.

32 Secunda conclusio. Si quis plantet oliuam, aut ficum, debet dimittere spacium 9. pedum: si verò plantet alias arbores, vel vites, debet dimittere spacium 5. pedum. *ut in l. fin. ff. fin. regund.* quod si postea huiusmodi arbores, aliàs à principio plantatæ ità creuerint, vt earum radices noceant fundamento domus vicini, Iudex rem ad suam æquitatem redigere debebit, exemplo. *l. 1. §. si arbor. et §. deinde. ff. de Arbor. cæd. l. si plures. §. si arbor. ff. arbo. furt. cæs. l. 1. C. de Interd. cum ibi not. per glos. et DD.* vbi si arbor ædibus impendeat, succidi debet; si verò agro impendeat, tantùm vsque ad 15. pedes à terra debet coerceri: & nisi dominus adimat arborem, poterit vicinus, facta priùs denunciatione, arborem vel succidere, vel coercere vt supra, & ligna tollere. *latè Franc. Marc. d. dec. 501. nu. 11. et seq.* vbi addit, quod si quis illicitè plantauerit non dimisso spacio, tunc etiam totum euellitur.

33 Quomodo verò passus, & pedes intelligēdi sint, vide *glos. in cap. sicut antiquitus. 17. q. 4. Franc. Marc. d. decis. 501. nu. 12.* vbi, quod passus est mensura quinque pedum, pes verò est spacium 15. digitorum.

34 Notandum est etiam, quod si arbor plantata fuerit in confinio, communis fit adeò vt fructus ex æquo vtrinque partiri debeant, licèt consuetudines plerisque in locis receptæ aliud ius introducant; secus si arbor in vicino quidem fundo, non etiam in confinio posita sit, tunc enim, etsi radices aliquot in vicini fundum porrigat, vicino tamen nihil iuris est acquisitum, sed eius permanet, in cuius solo fuerit ipsius origo. *§. si Titius alienam plantam. in fin. Inst. de Rer. diuis. Mynsinger. in d. §. si Titius &c. nu. 5.*

35 Notandum 2. quod si in instrumento partes enunciant confines, statur illis confinibus enunciatis inter partes, & illi fines probant dominium inter ipsas partes, maximè in facto antiquo. *Afflict. dec. 83. num. 2. Marescott. var. lib. 1. cap. 12.*

36 *nu. 45.* vbi dicit, quod in materia antiqua satis est, vt verificetur locus, in quo res existit, etiam cum vno confine, si aliæ probationes non suppetunt. *ex trad. per Corn. cons. 280. nu. 5. lib. 3. Rot. in Bononien. de Rubeis 15. Decembris 1597. coram Horatio Card. Lancelloto, & in alia Bononien. de Maluetijs 27. Iunij 1582. coram Cardinali Lancellotto Seniore.*

SVMMARIVM.

37 *Quando is, qui habet partem in aliqua domo, possit totam inhabitare, & n. 39. cum seq.*

38 *An socius volens inhabitare, præferatur alteri volenti locare.*

39 *Quando domus est solita locari, consocius habitans tenetur alteri consocio soluere pensionem pro rata: limitatur nu. 49.*

40 *Quando domus ad hunc effectum dicatur solita locari.*

41 *Socius, qui finito tempore conductionis inhabitat domum communem, non censetur reconduxisse.*

42 *Socius impediens consocium, quominus possit accedere ad habitandum partem suam, tenetur consocio pensionem soluere pro rata.*

43 *Domus communis pro indiuiso, non potest locari, nisi de omnium sociorum consensu: limitatur num. 44.*

44 *Quid si domus, vel fundus sit solitus locari.*

45 *Et quid si domus, vel fundus commodam patiatur diuisionem.*

46 *Socius volens conducere partem alterius socij omnibus alijs conductoribus præferendus est.*

47 *In rebus solitis locari, præfertur qui vult locare, ei, qui uult retinere.*

48 *Quando socius cogatur consentire locationi factæ per consocium*

49 *Si constet, domum fuisse communem, et deinde diuisam, censetur constituta seruitus luminibus non officiendi.*

An locum habeat nunciatio noui operis, quando opus sit in loco communi. ibid.

Quæstio III.

An is, qui habet partem in aliqua domo, possit totam inhabitare.

37 RES affirmatiuè, quando altera pars non est locata. *Mohedan. dec. 13. de locat.* vbi dicit, quod habitans domum communem prò indiuiso non tenetur pensionem soluere, quia vtititur iure proprio. *Rip. in l. quominus n. 140. ff.*

38 *de flumin.* vbi addit, quod si domus non capiat commodam diuisionem, volens inhabitare præfertur volentibus locare.

39 Limita 1. si domus huiusmodi sit solita locari: tunc enim consocius habitans tenetur alteri consocio soluere pensionem pro rata. *ut post Ang. Imol. Paul. de Castr. et alios resoluit Card.*

40 *Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 2. nu. 7. et seq.* vbi, quod domus non dicitur solita locari ex eo, quod quis illam conduxerit, antequam esset Dominus illius: sed tunc dicitur solita locari ad effectum, vt quis teneatur soluere pensionem, quando vnus ex socijs eam conduxerit. *Rot. dec. 217. nu. 8. et 9. par. 4. tom. 2. Recent. Rip. in d. l. quomi-*

41 *nus. num. 141. ff. de flumin.* subdens, quod socius, si finito tempore conductionis inhabitet do-

domum communem, non censetur reconduxisse, ideò non tenebitur consocijs quicquam soluere.

42 Limita 2. quando consocius impeditur ab eo, qui domum inhabitat, quominus possit & ipse accedere ad habitandum partem suam, quia tunc etiam tenetur socius alteri consocio pensionem pro rata soluere. *Rot. d. dec. 257. nu. 10.*

43 Notandum est autem, quod domus communis pro indiuiso, quæ locari non consueuit, regulariter non potest locari, nisi de omnium sociorum consensu ità vt non sufficiat consensus maioris partis. *Gom. tit. de locat. & conduct. cap. 4. n. 14. tom. 2. quem refert, & sequitur Farinac. in repertor. de contract. q. 69. nu. 17. & 18.*

44 Notandum 2. quod vnus ex socijs domum, vel fundum locari solitum, potest vtiliter locare etiam inuito altero socio, concurrentibus infrascriptis conditionibus, videlicet quod domus, vel fundus non patiatur commodam diuisionem. 2. quod locetur personæ honestæ. 3. quod pretium sit competens. *latè Rip. in d. l. quominus, num. 138. & seq.* vbi dicit, quod si omnes velint locare personis honestis, & concordare nequeunt, Iudex interponet officium suum, in cuius arbitrio erit, vel præferre eum, qui ex offerentibus honestior erit, vel meliorem conditionem fecerit, vel plus obtulerit, vel diuidere inter partes tempus fruitionis. *ex trad. per Menoch. d. cas. 442. nu. 3. & seq. Gom. d. cap. 4. n. 14. tit. de locat. & conduct. Farinac. d. q. 69. num. 10. &*
45 *seq.* si verò domus, aut fundus commodam patiatur diuisionem, tunc ea diuidi debet, nec per vnum ex socijs altero inuito locari potest, etiamsi solita sit locari, & vtiliter locetur. *Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 442. n. 2. & seq. Gom. d. cap. 4. nu. 14. prout refert. Farinac. d. q. 69. n. 13. & seq.*
46 vbi etiam obseruat, quod si vnus ex socijs velit conducere partem alterius socij, omnibus alijs conductoribus præferendus est. *vt sensit etiam Ripa loco cit. num. 140.*

47 Notandum 3. quod in rebus solitis locari præfertur qui vult locare, ei, qui vult retinere. *Rip.*
48 *in d. l. quominus, num. 138.* vbi dicit, quod si molendinum sit solitum locari, & pretium sit competens, cogitur alius consentire locationi.

49 Notandum 4. quod si constet, domum fuisse communem, & deinde diuisam, censetur constituta seruitus luminibus non officiendi. *Hond. cons. 80. num. 10. & 39. lib. 1. Rot. decis. 253. nu. 60. & 61. par. 7. recent.* vbi, quod non dicitur fieri contra impositam seruitutem, nè luminibus officiatur, quando videretur tanta pars cœli in quacunque parte plani nobilis post eleuationem, quanta ante eleuationem conspiciebatur. *vide Cepoll. in tract. de seruit. urban. præd. cap. 36. nu. 2.*

Notandum 5. quod si in loco communi opus fiat per tertium, tunc potest habere locum nunciatio noui operis; si verò opus fiat ibi per vnum ex socijs, non habet locum nunciatio ex hoc edicto, sed recurritur ad actionem communi diuidundo, & ad officium Iudicis mercenarium illi actioni deseruiens. *Alex. in l. in Prouinciali. §. si in loco. ff. de non. oper. nunciat.* vbi quod remedium extraordinarium cessat, quando habet locum remedium ordinarium.

SVMMARIVM.

50 *Potest quis venari in fundo alieno, nisi à Domino prohibitus fuerit.*
51 *An in fundo alieno sit permissa piscatio.*
52 *Quando Princeps possit venationem, & piscationem interdicere.*
53 *An Barones, & alij superiorem recognoscentes possint piscationes, & venationes prohibere.*

Quæstio IV.

An quis possit venari, seu aucupari in fundo alieno.

50 RESp. affirmatiuè, dummodò damnum fundo non inferat. *§. fera, vbi Ang. Inst. de Rer. diuis. l. quosdam. C. de Metall. lib. 11.*

Potest tamen Dominus: si præuiderit, iure prohibere, nè alius ingrediatur. *vt in d. §. fera. vers. planè &c.* sed postquam Domino non prohibente est ingressus, non potest expelli. *vt not. Ang. in d. §. fera. num. 7.*

Si verò post prohibitionem aliquid ceperit, non facit suum, *secundum glos. in d. §. fera ver. ingrediatur*; cuius dictum procedit, quando fructus fundi consistunt in venatione, aliàs secus. *glos. in l. Diuus. ff. de seruit. rust. præd. & in l. 3. ff. de Acq. rer. dom. Ang. ubi supra n. 3.*

51 An verò in fundo alieno sit permissa piscatio? Resp. negatiuè, si ibi Dominus piscinam construxerit, & in ea pisces incluserit; secus si fundus inundatus esset à flumine, & ibi aqua fluens secum pisces deferret, quia tunc posset quis ibi piscari, sicut aucupari. *l. 3. §. item feras. ff. de Acquir. poss. l. usufructuarium. §. si in viuarijs. ff. de usufr. & sensit Ang. in d. §. fera. n. 4.*

52 Notandum tamen est, quod Princeps ex causa publicæ vtilitatis, aliasque iustas ob causas potest venationem, ac piscationem interdicere etiam in locis priuatis. *§. si quis rusticus. uers. nemo. de Pac. tenen. Cepoll. de seruit. rust. præd. rub. de Piscation. num. 3. Boss. de Aq. & flumin. num. 4. & 19. Balb. in tract. de Præscript. 4. par. 5. par. princ. q. 6. nu. 4. Peregrin. de Iure fisc. tit. 1. num. 20. & seq. lib. 1. Grammat. dec. 67. num. 9. & seq. Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 23. num.*
53 *3. litt. D. & conclus. 24.* inferiores verò à Principe, vt duces, comites, & Barones, alijque Superiorem recognoscentes non possunt subditis piscationes, & venationes prohibere, nisi ipsi soli piscati, aut venati fuerint, & subditos piscari, aut venari volentes prohibuerint, ipsique huic prohibitioni, licèt iniquæ acquieuerint, cum lapsu 30. annorum. *Gratian. discept. for. cap. 564. nu. 52. & seq. uide quæ scripsimus in tract. de Temp. legal. lib. 4. cap. 10. et lib. 2. cap. 105. nu. 10. et seq.*

SVMMARIVM.

54 *Ius prælationis non habet locum in fundo, uel domo donata.*
55 *Et an locum habeat in contractu facto, ut des.*
56 *Si ualet plus res, quæ datur pro re; quàm pecunia.*

nia, censetur facta permutatio, è contra verò censetur emptio.
57 *Si in eamdem æqualitatem concurrunt res, & pecunia, in dubio iudicandum est esse contractum emptionis, & venditionis.*

Quæstio V.

An in fundo, vel domo donata, vel permutata locum habeat ius prælationis.

54 RESP. negatiuè, *Guid. Pap. decis.* 47. vbi dicit, quod Dominus directus non potest capere rem donatam iure prælationis, *& dec.*
55 508. vbi dicit, quod cessat etiam ius prælationis in contractu facto, vt des, quando requiritur personæ industria. *ad not. per DD. in l. fin. C. de Iur. emphit. & in cap. potuit, de locat. Spec. in eod. tit. §. nunc aliqua. vers. centesimo septimo &c.*
56 Notandum tamen est, quod si principaliter emitur, licèt aliqua species detur, totum erit emptio. *l. tenetur. §. 1. ff. de Action. empt.* si verò principaliter permutatur, totum erit permutatio, licèt certa pecuniæ quantitas refundatur. *cap. ad quæstiones. 6. de rer. permut.* nam in dubio inspiciendum est, vtrum plus valeat: vt si valet plus res, quæ datur pro re, quàm pecunia, sit permutatio, è contra verò sit emptio. *arg. l. quicquid. §. cum partes. ff. de Acquir. rer. dom.* si verò in eamdem æqualitatem concurrunt res, & pecunia, in dubio iudicandum est, esse contractum emptionis, & venditionis. *Bart. in l. Aristo. nu. 2. ff. de Donat. Bald. in Proœm. feud. nu. 9. vers. pro intellectu horum &c.*

SVMMARIVM.

58 *Aedificium, quod fit in solo alieno, regulariter cedit solo: limitatur num. 59. & seq.*
59 *Quid si id fiat sciente, & non contradicente Domino.*
60 *Et quid si ædificium constructum fuerit in solo publico, nemine probibente.*
61 *An Inquilino tollere liceat ostium, & alia quæ ædificio adiecit.*
62 *Quando alia coniectura, quàm donationis cadere potest, non præsumitur factum ædificium in solo alieno, animo donandi.*
63 *An & quando ædificanti in re aliena detur retentio.*
64 *Ædificium qualiter æstimari debeat.*
65 *Quando ædificia rustica dicantur melioramenta utilia.*
66 *Quando Dominus, cui restituitur fundus, excusetur à refectione expensarum, seu melioramentorum.*
67 *Ecclesia potest ædificari in alieno solo, soluto tamen pretio Domino soli.*
68 *Si testator mandauit, construi Ecclesiam in loco communi, socius tenetur partem suam uendere, & bæres redimere fauore religionis.*
69 *Rogatus restituere quicquid sibi de bæreditate supererit, tenetur reseruare quartam partem bæreditatis fideicommissario: limitatur num. seq.*
70 *Quid si bæres grauatus pro Ecclesia, uel alia pia causa expenderit.*
71 *Et quid si ex causa dotis, uel captiuorum redemptionis huiusmodi quarta diminuta fuerit.*
72 *Quando Dominus castri possit cogere subditos ad molendum in suo molendino.*
73 *Quando solum cedat ædificio.*
74 *Quid si clericus ex pecunijs Ecclesiæ ædificauerit in solo suo.*
75 *Beneficiatus non potest testari de bonis ex fructibus beneficii acquisitis, potest tamen, dum uiuit, de illis liberè disponere.*
76 *An emptum ex pecunijs Ecclesiæ efficiatur ipsius Ecclesiæ.*
Quid si empta res fuerit ex pecunia uxoris, militis, & minoris, ibid.
77 *Clericus, qui de reditibus sui beneficij fundum emit, sua uita durante eodem fundo frui debet, etiamsi beneficium dimittat.*
78 *Quid si in terra inculta sui beneficij uineam plantauit.*
79 *Ædificia sita in prædijs rusticis non habentur in consideratione per se, sed tantùm vti quid accessorium.*
80 *Ædificia huiusmodi præsumuntur æstimata vna cum fundo.*

Quæstio VI.

An & quando ædificium solo cedat.

58 AEdificium, quod fit in loco alieno, regulariter cedit solo. *§. cum in suo, vbi DD. Inst. de rer. diuis. l. adeò. §. ex aduerso. ff. de acquir. rer. domin.* vnde per Dominum soli vel tolli potest, vel vendicari, & euinci à possessore, solutis tamen mercedibus fabrorum, ac pretio materiæ, si fuit bona fide ædificatum, secus si scienter. *vt in d. §. ex aduerso. Bald. in l. si inferiorem. C. de rei vendic. Honded. cons. 84. nu. 37. & seq. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 50.*
59 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando quis ædificat in loco alieno id, quod sui natura non est ad tempus, sed perpetuò duraturum, sciente, & non contradicente, & sic tacitè permittente Domino: tunc enim ædificans redditur tutus. *Hond. loco cit. num. 55. Ruin. cons. 55. num. 3. lib. 4.* vbi dicit, quod in tali casu Dominus amittit possessionem soli, & ea acquiritur ædificanti.
60 Limitatur 2. quando ædificium construitur in loco publico, nemine prohibente; hoc enim casu non debet destrui, nè Vrbs deformetur ruinis, dummodò non fuerit constructum super via, sed imposito edificanti solario, idest pensione pro solo publico, permittitur retentio. *l. 2. §. si quis nemine, ff. Nè quid in loc. publ. Crauett. cons. 204, nu. 18. lib. 2. & cons. 518. num. 6. lib. 3. Ruin. cons. 165. nu. 3. lib. 4.* idemque dicendum, vbi quis propria auctoritate ædificauerit super muris publicis Ciuitatis etiam existentibus super viam publicam, nemine prohibente, dummodò tale ædificium publico vsui non sit impedimento, nec præiudicet alicui iuri priuato. *arg. d. l. 2. §. si quis nemine, & trad. Corn. cons. 33. nu. 13. uol. 4. & cons. 90. nu. 8. lib. 2.*
61 Limitatur 3. in Inquilino ostium, vel quædam alia ædificio adijciente: huic enim competit ex con-

facta sit, vel Dominus rei excessiuum pretium peteret. *vt in d. l. non dubium. vbi gloss. in ver. immodico.*

31 Notandum est etiam, quod in obligationibus facti quis non compellitur præcisè, sed liberatur soluendo interesse non obstante iuramento, quando factum præstari non potest, vt si fundus, aut res esset penes tertium possessorem. *Bart. in d. l. 1. num. 12. ff. de Act. empt.* secus si factum præstari posset, quia tunc stante iuramento præcisè quis cogi potest, nec liberatur præstando interesse. *Crauett. cons. 12. num. 1. Afflict. decis. 23. nu. 7.*

Addit *Vrsill. ad Afflict. loco cit. num. 1. & seq.* quod quando ager, vel domus non patitur commodam diuisionem, fit æstimatio, & eo casu qui habet maiorem partem, præfertur alteri in soluenda æstimatione, aliàs præferendus esset qui plus pretij offert. *vide Bald. in l. sancimus. nu. 9. C. de Donat. Corn. cons. 81. num. 2. vol. 2. Buratt. dec. 350. per tot.*

SVMMARIVM.

32 *Hypotheca inducitur ex designatione loci, vnde est facienda solutio, & num. seq. limitatur numer. 34.*
33 *Dictio, super, quid operetur.*
34 *Quid si constituatur simpliciter annua præstatio super fructibus fundi, & nu. 36. & seq.*
35 *An Substitutus, vel fideicommissarius, cui hæreditas fuit restituta, teneatur ad legata non soluta.*
36 *Solutio annuorum legatorum spectat ad Vsufructuarium omnium bonorum, non ad hæredem.*
37 *Pro pensione Ecclesiastica, alimentis, & legatis pijs bona censentur hypothecata, etiamsi ea solui debeant ex fructibus eorumdem bonorum.*
38 *An si testator mandet, solui legatum ex tali, vel super tali fundo, huiusmodi legatum extinguatur per alienationem ipsius fundi.*

Quæstio III.

An inducatur hypotheca ex designatione loci, vnde est facienda solutio.

32 RESP. affirmatiuè, siue loquamur in vltimis voluntatibus, vt si testator mandet, solui, aut præstari legatum ex tali, vel super tali fundo, siue loquamur in quacunque annua præstatione in contractu deducta ex certa re, nam res illa censetur obligata, & hypothecata. *l. fin. Cod. Quæ res pign. oblig. poss. Bart. in l. fundus quem. num. 1. ff. de Ann. leg.* vbi, quod tantum est dicere, lego super illo fundo, quantum obligo illum fundum, *& in l. codicillis. 91. §. instituto. num. 2. ff. de leg. 2.* vbi, verba illa, *lego, vel mutuo centum super tali fundo,* inducunt ipsius fundi tacitam hypothecam, etiamsi de hypotheca expressa mentio facta non fuerit. *Roman. cons. 508. num. 2. Naguf. de Pignor. in 4. mem. 2. par. princ. num. 164. Card. Mantic. de Tacit. lib. 11.*
33 *tit. 3. num. 9. & 10.* vbi dicit, quod hæc dictio, *super*, si adijcitur super bonis, intelligitur contracta hypotheca generalis: si super certis bonis, intelligitur contracta specialis; si verò adijcitur super persona, importat obligationem illius personæ, eo consentiente, vel mandante. *Honded. consil. 86. num. 3. lib. 2. Afflict. decis. 162. num. 6. Crauett. cons. 20. num. 10. Gait. de Credit. cap. 4. q. 6. num. 281. Pacif. de Salu. interd. insp. 3. cap. 4. num. 602. Gratian. discept. for. cap. 256. nu. 49. & seq. & cap. 683. num. 8. Rot. dec. 458. nu. 4. par. 4. tom. 1. recent. & dec. 44. num. 2. par. 1. Diuers. latè Merlin. de Pignor. lib. 2. tit. 3. q. 91. num. 1. & seq.* vbi, quod hoc procedit tam in materia fauorabili, quàm odiosa.

34 Limita in casu, quo constituitur simpliciter annua præstatio super fructibus fundi: tunc enim non oritur hypotheca in fundo, sed personalis tantùm actio contra debitorem, aut eius vniuersalem successorem. *latè Surd. dec. 28. num. 2. & seq.* vbi dicit, quod pro legato annuo non competit hypotheca, cum solui illud debeat de fructibus: sed pro eo datur actio solum contra illum, qui fructus percipit; ex quo infertur, quod
35 licèt substitutus, seu fideicommissarius, cui hæreditas fuit restituta, teneatur ad legata non soluta, tamen hoc non habet locum in legatis annuis, quia pro tempore, quo fructus fuerunt ab hærede percepti, onus solutionis incumbit hæredi, & ei, qui illi successit, nec fideicommissarius potest molestari. *vt d. idem Surd. loco cit.*
36 idemque dicendum est in vsufructuario omnium bonorum, ad quem spectat solutio annuorum legatorum, & non ad hæredem: quia testator onus hoc non bonis, sed fructibus videtur imponere. *Cenc. de censib. par. 2. cap. 2. q. 3. art. 6. num. 1.* vbi dicit, quod quandò census constituitur, & creatur tantùm super fructibus alicuius fundi, onus soluendi annuas pensiones non transit ad eum, in quem transit fundus, sed tenetur duntaxat is, qui censum imposuit, & eius hæres vniuersalis. *Merlin. d. lib. 2. q. 91. num. 12.*

37 Sublimita in pensione Ecclesiastica, in alimentis, & legatis pijs, quorum fauore inducitur hypotheca, etiamsi testator ea solui mandauerit super, vel ex fructibus alicuius fundi. *Roman. cons. 388. num. 3.* vbi, quod pensio soluenda de reditibus Ecclesiæ, censetur imposita ex causa alimentorum. *Azo. in sum. ff. de Alim. & cibar. leg. num. 5.* vbi, quod quilibet possessor fundi in tali casu conueniri potest. *Surd. in tract. de Alim. tit. 8. priuil. 51. num. 1. & seq.* vbi, quod filijs obligata sunt paterna bona pro alimentis: ideò agere possunt ad bona, quia onus illud sequitur quemlibet possessorem. *latè Gratian. discept. for. cap. 683. num. 11. & seq.*

38 Notandum est etiam, quod si testator mandet, solui legatum ex tali, vel super tali fundo, huiusmodi legatum non extinguitur per alienationem ipsius fundi. *ex deductis per Gratian. loco cit.*

SVMMARIVM.

39 *Quando depositum operetur solutionis effectum.*
40 *Quis dicatur locus congruus.*
41 *An creditor teneatur recipere, si debitor offerret in loco, vel tempore incongruo, & paratus esset soluere interesse.*

42 Si

42 *Si locus non fuit expressus, intelligitur de loco contractus.*
43 *Quis censeatur Iudex competens in causa depositio*
44 *Depositum debet esse integrum: limitatur num. seq.*
45 *Quid si debitum non esset penitus liquidum.*
46 *Et quid si depositum fiat de certa re debita, quæ sit deteriorata.*
47 *Antequam depositum fiat, interpellari debet vel ipsemet creditor, vel procurator, qui habeat speciale mandatum ad exigendum, vel generale, cum libera.*
48 *Depositum factum auctoritate Iudicis, vel à parte ratificatum, non potest repeti.*
49 *An Iudex possit se in Depositarium eligere.*

Quæstio IV.

Quando depositum operetur solutionis effectum.

39 Resp. quod depositum operatur omnes solutionis effectus, concurrentibus infrascriptis conditionibus, videlicet quod fiat parte citata. 2. quod fiat purè, & liberè, ità vt non sit conditionatum, vel qualificatum aliqua qualitate, modo, vel conditione non conuenta, vel non intrinseca; hoc est tali conditione, quæ non veniat ex natura rei, vel contractus. 3. quod pecunia, verè & realiter numeretur. 4. quod deponatur pecunia, quæ eo tempore currere solet, dummodò non sit statim reprobanda. 5. quod integra summa deponatur. 6. quod fiat loco, & tempore congruo: *latè Menoch. de Arbitr. Iud. casu 232. Neguſ. de Pignor. 2. par. 3. mem. 5. par. princ. per tot. Nig. de except. cap. 2. §. 1. cum seq.*

40 Locus autem congruus censetur is, quem Iudex elegerit. *Bald. in l. acceptam. n. 2. C. de vsur. Neguſ. vbi supra n. 26. Rolan. conſ. 63. nu. 32. lib. 1.* vel qui conuentus fuit inter partes, vel vbi destinata est solutio. *l. vsuras. C. de solut. Rolan. conſ. 58. nu. 17. lib. 1. Neguſ. loco cit. num. 9.*
41 vbi etiam obseruat, quod si debitor offerret incongruo loco, vel tempore, non solùm sortem principalem, sed etiam omne interesse, quod prætendere posset creditor ratione loci, & temporis incongrui, tunc creditor teneretur recipere: quemadmodum debitor cogi potest ad soluendum extra locum promissionis soluto interesse, ex regula. *quæ mihi non nocet, & alteri prosunt, de facili sunt concedenda, latè Nig. de except. d. cap. 2. §. 2. nu. 15. & seq.* vbi addit, quod
42 si locus non fuit expressus, intelligitur de loco contractus.
43 Notandum est autem, quod Iudex competens in causa depositi erit Iudex ipsius debitoris, si depositum fiat in contumaciam creditoris nolentis recipere. *ut post Bald. & alio obseruat Nig. d. cap. 2. §. 2. num. 11. & seq.*
44 Notandum 2. quod licèt depositum debeat esse integrum, ità vt nihil operetur, si deficeret etiam vnus nummus. *l. 2. C. Debitor uendit. pignor. impedir. non poss. l. obsignatione. C. de solut.* ta-
45 men si debitum non esset penitus liquidum, satis esset, si pro liquido fiat depositum, & pro non liquido præstetur cautio de soluendo quidquid vlterius apparuerit esse debitum. *Cagnol. in l. 2. nu. 113. C. de pact. int. empt. & uend. Cancer. uar. lib. 3. cap. 8. de Deposit. nu. 7.* nisi debitor esset notoriè diues, quia tunc sufficeret sola eiusdem debitoris obligatio de soluendo. *Nig.*
46 *d. cap. 2. §. 1. nu. 4.* subdens *n. 9.* quod si depositum fiat de certa re debita, quæ sit deteriorata, debet etiam offerri æstimatio deteriorationis.
47 Notandum 3. quod antequam depositum fiat, interpellari debet ipsemet creditor ad recipiendum, nec sufficeret interpellasse procuratorem creditoris habentem generale mandatum, nisi haberet speciale mandatum ad exigendum, vel generale cum libera. *Alex. conſ. 120. nu. 4. lib. 5. Tiraq. de Retract. lignag. §. 9. gloſ. 3. & ult. nu. 7. Nig. d. cap. 2. §. 3. nu. 10.*
48 Notandum 4. quod non potest repeti depositum, quando est factum auctoritate Iudicis, vel à parte ratificatum. *Trentacinq. uar. resol. lib. 3. de solut. resolut. 22. uerſ. nono etc. quem refert, & sequitur Niger. d. cap. 2. §. 10. nu. 2.*
49 Quæres, an Iudex possit se ipsum in Depositarium eligere? affirmant *gloſ. & DD. in l. si fideiussor. §. ult. ff. Qui satisd. cog. latè Tiraq. de Retract. conuent. §. 4. n. 1. & seq.* vbi tamen Iudicem admonet, vt abstineat quantum fieri potest, nè aliquam de se suspicionem præbeat. *Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 231. nu. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Gabella solui debet in loco contractus, & n. seq.*
2 *Solutio gabellæ non dicitur onus reale, nec personale, nec mixtum.*
3 *Quid si contractus celebratur sub conditione in uno loco, & in alio purificatur conditio.*
4 *Vbi solui debeat gabella, quæ pro contractu census imponitur.*
5 *Vbi solui debeat gabella imposita pro testamento.*
6 *An gabella debeatur, si contractus celebratus fuit in loco immuni ab illius solutione.*
7 *Cui incumbat onus probandi gabellam non fuisse solutam.*
8 *Locus contractus intelligitur, ubi est facta conuentio, non ubi celebratum est instrumentum.*
9 *Si statutum iubeat, solui gabella ex quolibet instrumentum, ea non debetur ex contractu facto sine instrumento.*
10 *Quando forensis ad gabellam non teneatur.*
11 *In uenditionibus confectis per epistolam, quis locus inspiciatur.*
12 *Si in uno loco fiat uenditio, in alio traditio, gabella solui debet in loco traditionis.*
13 *Quid si in loco traditionis gabella non debetur, sed tantùm in loco uenditionis.*
14 *Si statutum prohibeat uenditionem stabilium in extraneum, non incideret in pœnam statuti is, qui tantùm uendidit, & non tradidit.*
15 *Retractus non habet locum nondum re tradita, & nondum soluto pretio.*
16 *An is, qui in uno loco originem, in alio domicilium habet, cogatur in utroque loco munera substinere.*
17 *Ecclesia, & ecclesiastica personæ immunes sunt à gabellis.*

18 *Pro rebus, quæ ad usum proprium, vel ad fiscum, vel ruris gratia vehuntur, gabella non soluitur.*
19 *Quando quis dicatur negotiator.*
20 *In dubio pro non solutione gabellæ pronunciandum est.*
21 *Pro ratificatione contractus gabella non debetur.*
22 *Quid si statutum iubeat, ut de re sita in loco soluatur gabella, etiamsi contractus fuerit alibi celebratus.*
Pro eodem facto, nel pro eadem re gabella bis solui non debet. ibid.
Executio datiorum, et collectarum spectat ad eum officialem, in cuius territorio est res affecta pro datijs, & collectis. ibid.

CAP. XXII.

De Gabellis, & collectis.

Quæstio II.

In quo loco gabella, quæ debetur pro conuentionibus, solui debeat.

1 RESP. quod regulariter solui debet in loco contractus, non autem in loco rei sitæ, vel destinatæ solutionis, siue contractus fiat ab incolis, vel ciuibus, siue fiat à forensibus. *Bald. in l. 1. nu. 3. C. vbi conuenit. qui cert. loc. etc. et in l. magis puto. §. illud. vers. item est hic etc. ff. de Reb. eor.* vbi dicit, quod si vendo hic rem, quæ est Florentiæ, hic debet solui gabella, quia hic peraguntur solemnia. *Alex. consil. 143. nu. 5. lib. 6. & cons. 51. nu. 1. lib. 3. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 1. nu. 76. & seq.* vbi dicit, quod ad effectum subijciendi contractum legibus loci, locus destinatæ solutionis non habetur pro loco contractus, sed is demum, vbi negotium gestum, & perfectum est. *Cephal. consil. 58. nu. 33.*
2 *lib. 1.* vbi dicit, quod solutio gabellæ non dicitur onus reale, nec personale nec mixtum, sed onus est, siue solemnitas contractus. *Gabr. commun. conclus. lib. 6. de Consuet. conclus. 2. nu. 12. uers. septimo amplia & c. Gratian. discept. for. cap. 11. nu. 1. & seq. Ceuall. opin. commun. q. 733.*
3 *nu. 12. & seq.* quod procedit etiam quando contractus celebratur sub conditione in vno loco, & in alio purificatur conditio, quia adhuc attenditur locus contractus. *Bertaz. claus. 30. glos. 12. nu. 8. quem refert, & sequitur Gratian. d. cap. 11. n.*
4 *10. & seq.* vbi etiam obseruat, quod gabella pro contractu census soluenda est in loco contractus, non autem vbi res sita est, quæ censui subijcitur;
5 quemadmodum gabella pro testamento solui debet in loco celebrati testamenti, non autem vbi bona hæreditaria sita sunt. *latè Ciriac. contr. 370. num. 12. & seq. Dec. cons. 497. num. 2. Bursatt. cons. 408. sub nu. 9. Alderan. Mascard. de Statut. conclus. 7. num. 7. Caball. cons. 124. per tot. uol. 2. Alphons. de Olea in tract. de cession. iur. & action. tit. 7. q. 5. per tot.*
6 Obserua tamen, quod quando contractus celebratus fuit in loco immuni ab huiusmodi oneribus, seu gabellis, tunc neque in foro conscientiæ, neque in foro exteriori gabella debetur, etiamsi soluatur in loco, vbi res est sita. *Bald. in l. 1. C. de Nundin. & alij apud Gratian. d. cap. 11. num. 15.*
7 Obserua 2. quod si vigore statuti bona ob non solutam gabellam ad fiscum deuoluuntur, fisco incumberet onus probandi, gabellam in loco contractus, vel testamenti non fuisse solutam, aliâs reus deberet absolui. *l. fin. C. de Probat. Ciriac. d. controu. 370. nu. 16.*
8 Obserua 3. quod locus contractus intelligitur, vbi est facta conuentio, non vbi est factum instrumentum. *Abb. in cap. fin. num. 30. de for. comp. Gabr. loco cit. nu. 16. Gratian. d. cap. 11. num. 26. Tiraq. de Retract. lignag. §. 2. glos. 1. nu. 3.* vbi
9 subijcit, quod si statutum iubeat, solui gabellam ex quolibet instrumento, ea non debetur ex contractu facto sine instrumento.
10 Obserua 4. quod si statutum loci grauaret personam ad gabellam soluendam, tunc forensis contrahens illam non solueret in loco contractus. *ut d. Gabr. concl. 2. n. 14.*
11 Obserua 5. quod in venditionibus confectis per epistolam, vt si venditor degens Perusijs venderet emptori existenti Bononiæ, inspicitur locus Bononiæ, quia ibi demum, & non alibi perficitur contractus emptionis: in eo enim loco tandem pro precio æstimato merces in contractum deductas emptor accipit. *Coler. de Process. execut. par. 2. cap. 1. nu. 76. & seq.*
12 Ex quo infertur, quod si in vno loco facta fuerit venditio mercium, & in alio traditio, gabella solui debet in loco traditionis, non autem in loco factæ venditionis, quia in eo loco perfici-
13 tur emptio, vbi res traditur; vnde si in loco traditionis gabella non debetur, emptor ad illam soluendam cogendus non est, etiamsi in loco venditionis debeatur. *Bald. cons. 254. in fin. vol. 4. & in l. multum. nu. 12. vers. pone ergo & c. C. si quis alter. vel sib. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 48. & seq.*
14 Infertur 2. quod si statutum prohibeat sub certa pœna venditionem stabilium in extraneum, non incideret in pœnam statuti is, qui tantùm vendidit, & non tradidit, *Bald. cons. 314. nu. 1. in fin. vol. 3. Tiraq. d. §. 1. glos. 2. n. 48.* subdens, quod si stante statuto eodem quis extraneo vendiderit, & postea ei facto ciui tradiderit, valeret alienatio, inspecto scilicet tempore traditionis, non venditionis.
15 Infertur 3. quod neque retractus haberet locum nondum re tradita, & nondum soluto pretio, nisi de eo habita fuerit fides. *ut d. Tiraq. loco cit. nu. 49.*
16 Obserua 6. quod is, qui in vno loco originem, in alio domicilium habet, cogitur in vtroque loco munera substinere. *l. cum te C. de municip. et origin.* cuius textus dispositio procedit in munere merè personali, & habet locum, vbi vtrique muneri potest pareri; in munere enim reali non consideratur origo, vel domicilium, sed locus, vbi res est; & in personali, quod indicitur personæ pro re, consideratur, etiam locus, vbi res est, non quidem simpliciter, sed vt pro rebus soluant tantum ciues, & incolæ. *ut d. Bald. ibidem nu. 1. uide Alex. cons. 143. lib. 6.*
17 Obserua 7. quod Ecclesia, & ecclesiasticæ personæ immunes sunt à gabellis, & alijs oneribus quauis

nis consuetudine in contrarium non obstante. cap. quamquam. ubi DD. communiter. de Censib. in 6. vbi singulares personæ, quæ contrafecerint, ipso facto excommunicantur, & Vniuersitas interdicitur.

18 Obserua 8. quod pro rebus, quæ ad vsum proprium, vel ad fiscum, vel ruris gratia vehuntur, gabella non soluitur; secus si extra prædictos casus, vel negotiationis causa deferuntur. *l. uniuersi ubi DD. C. de uectigal. Galganett. ad Statut. Vrb. lib. 3. cap. 11. Crauet. cons. 6. n. 116. Viui. commun. opin. in uer. statutum. opin. 817. nu.*

19 10. vbi dicit, quod stante statuto, vt pro negotiatione vini, frumenti, olei, & similium soluatur gabella, non tenetur, quis eam soluere pro venditione huiusmodi rerum in prædijs proprijs perceptarum, sed solum soluenda est ab ijs, qui emunt, & vendunt: quia non dicitur negotiari qui vendit vinum, seu frumentum ex fundo suo recollectum. *cap. eijciens. 88. dist. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 273. de Constit. Abb. cons. 6. num. 2. uers. ad secundum dubium. par. 1.* vbi, quod ille propriè dicitur negotiari, qui emit rem, vt eam integram lucri causa vendat. *Gratian. discept. for. cap. 17. num. 17. & seq.* vbi

20 etiam dicit, quod in dubio pro non solutione gabellæ vti odiosæ pronunciandum est.

21 Obserua 9. quod pro ratificatione contractus nulla debetur gabella, seu datium, sed tantùm pro ipso contractu, & in loco, vbi fuit celebratus, vt supra. *Bald. in l. obseruare. §. post hac, in 10. qu. ff. de Offic. Proconf. & Legat. Cabll. cons. 124. numer. 23. & seq. uol. 2. Ciriac. contr. 370. nu. 27.*

22 Obserua 10. quod statutum præcipiens, vt de re sita in loco soluatur datium, etiamsi contractus fuerit alibi celebratus, procedit tantùm in habentibus domicilium, & habitationem in loco rei sitæ, & aliò se transferentibus ad contrahendum; non autem in alibi habitantibus, in quibus nulla fraus considerari potest. *uide Dec. cons. 457. nu. 6. & alios apud Ciriac. d. contr. 370. nu. 18. & seq.*

Obserua 11. quod pro eodem facto, vel pro eadem re gabella bis solui non debet. *ut d. Alex. cons. 143. nu. 5. lib. 6.*

Obserua 12. quod executio datiorum, & collectarum spectat ad eum officialem, in cuius territorio est res affecta pro datijs, & collectis. *Bart. in l. si fideicommissum. §. tractatum est. nu. 2. ff. de Iudic.*

SVMMARIVM.

23 *De iure communi forenses collectari non possunt, etiamsi possideant bona sub dominio collectantis: declaratur, & limitatur num. seq.*

24 *Quid si adesset priuilegium, statutum, uel consuetudo in contrarium.*

25 *Et quid si forensis solueret collectam in loco sui domicilij pro possessionibus etiam alibi sitis.*

26 *Statutum, quo forenses obligantur ad collectas, debet esse conditum à non recognoscente Superiorem.*

Collectam imponere, est de reseruatis Principi.

27 *Consuetudo adstringens forenses ad collectas pro bonis per eos possessis in territorio, debet esse immemorabilis, ac specificè probari debet in casu de quo agitur.*

28 *Consuetudo, quæ est contra ius, non debet extendi ad alios casus.*

29 *Pœna ab hæredibus peti non possunt, si quæstio mota non fuit viuente eo, qui deliquit: limitatur n. seq.*

30 *Quid si pœna est indicta ipso iure.*

31 *Fisco obstat præscriptio quinquennalis ad vindicandum commissa.*

32 *An valeat consuetudo, vel statutum cogens forenses ad onera personalia.*

33 *Forensis recusans soluere collectam, non detruditur in carcerem, sed executio fit super re, vel eius fructibus.*

Quæstio II.

An, & quando forenses collectari possint.

23 DE iure communi forenses collectari non possunt, quia collecta est munus, quod imponitur personæ pro rebus; vnde si persona non est subdita collectanti vel ratione domicilij, vel originis, non potest ei imponi collecta ex defectu iurisdictionis, etiamsi forensis habeat bona sub dominio collectantis. *latè Rota in Aucnionen. & Cauallicen. collectarum 16. Maij 1583. coram Card. Lancellotto, quam refert Gratian. discept. for. cap. 29. nu. 7. & seq. Natt. cons. 160. n. 6. & seq. & communem dicit Gabr. lib. 6. tit. de Iur. Immun. conclus. 2. nu. 1. & seq.*

Ex quo infertur, quod forenses non tenentur ad collectas, quæ imponuntur pro refectione Castri, pontium, & viarum, vel pro custodia, & securitate loci, nisi talis securitas, custodia, & refectio concerneret quoque vtilitatem ipsarum possessionum. *Alex. cons. 68. nu. 3. lib. 2. Parif. cons. 25. nu. 7. & seq. lib. 1. Natt. cons. 157. nu. 4. & alij apud. Gail. lib. 2. obseru. 52. num. 15. Thesaur. dec. 149. per tot. & ibi Add.*

24 Verum hæc conclusio intelligenda est, dummodò non adsit priuilegium, statutum, vel consuetudo in contrarium. *Crauett. cons. 201. num. 14. & seq.* vbi dicit, quod consuetudo generaliter obseruatur in tota Italia, collectandi forenses pro bonis, quæ possident in alieno territorio. *latè Gabr. loco cit. d. concl. 2. nu. 6. 7. 8. & 15.* vbi dicit valere priuilegium, vel statutum, per quod obligantur forenses ad collectas pro bonis, quæ possident, in territorio statuentium. *Gail. lib. 2. obseru. 52.*

25 Obserua tamen, quod si forensis solueret collectam in loco sui domicilij pro possessionibus etiam alibi sitis, non teneretur eam soluere in loco, vbi eadem bona possidet. *Gabr. d. conclu. 2. nu. 14. Natt. consil. 160. nu. 9. & 10.* vbi dicit, quod quando vnus locus habet personam, alius prædium, persona, quæ dignior est preponderat, & trahit ad se minus dignum. *Criar. contr. 370. nu. 12. & seq.*

26 Obserua 2. quod statutum, quo forenses obligantur ad collectas, debet esse conditum à non recognoscente Superiorem: quia cum collectam imponere, sit de reseruatis Principi, super hoc inferiores statuere non possunt. *Ruin.*

conf. 111, nu. 23. lib. 5. Natt. conf. 447. nu. 6. Rota in d. Auenionen. & Cauallicen. collectarum. vers. tertia est conclusio, in fin.

27 Obserua 3. quod consuetudo adstringens forenses ad collectas pro bonis per eos possessis in territorio, debet esse immemorabilis. *Natt. loco cit. nu. 8.* vbi dicit, quod tunc consuetudo vim habet priuilegij, *latè. Paris. conf. 25. num. 19. & 23. vol. 1. & hanc esse veriorem, & magis communem opinionem testatur Rota in d. Auenionen. & Cauallicen. collectarum coram Card. Lancellotto. vers. quarta est conclusio &c. & vers. seq.* vbi, quod huiusmodi consuetudo debet specificè probari in casu, de quo agitur, ità vt in hoc non credatur Doctori attestanti de hac consuetudine, *vide Crauett. conf. 96. num. 4. Corn. conf. 83. nu. 13. & 14. uol. 4. Alex. conf. 196. nu. 13. lib. 2.*

28 *& conf. 68. num. 5. lib. 2.* vbi, quod consuetudo, quæ est contra ius, non debet extendi ad alios casus.

29 Obserua 4. quod pœnæ ab hæredibus peti non possunt, si quæstio mota non fuit viuente eo, qui deliquit; & hoc sicut in cæteris pœnis, ità & in vectigalibus est. *ut inquit in l. fin. §. fin. uers. pœna &c. ff. de Publican.*

30 Limita, quando pœna est indicta ipso iure, vt in commissis vectigalium nomine: tunc enim pœna hæredibus peti posset. *l. commissa. ff. eod. tit. de Public. latè Ciriac. d. contr. 370. nu. 25. 66. &*

31 *seq.* subdens, quod fisco obstaret præscriptio quinquennalis ad vindicandum commissa, si intra id tempus quæstio mota non fuerit, contra hæredes. *per tex. in l. 2. C. de uectigal. uide quæ scripsimus in tractat. de Temp. legal. lib. 2. cap. 99. nu. 15. & seq.*

32 Obserua 5. quod non valeret consuetudo, nec statutum cogens forenses ad onera personalia, tum quia munus personale non imponitur contemplatione rerum, sed propter ipsam personam, quæ cum non sit suppòsita statuentibus, non potest per eos distringi, etiamsi res possideat in territorio; tum etiam quia hæc consuetudo, seu statutum videtur esse temerarium, & irrationabile contra omnia iura tam ciuilia, quàm canonica, & ideò nullius esset roboris, *ut tradunt Io. And. Ant. de Butr. Imo. Abb. & Innoc. in cap. postulasti, de for. comp. quos refert, & sequitur Natt. consil. 157. nu. 11. & cons. 158. nu. 1. & seq.* vbi addit, quod licet statuto, vel consuetudine induci possit, vt forensis teneatur soluere collectas, quæ imponuntur personæ contemplatione

33 rerum, vt supra diximus, tamen si recusat soluere, persona capi non debet, nec in carcerem detrudi, sed executio fit super re, vel eius fructibus. *ex trad. per Bald. in l. etiam, nu. 28. uersus fin. C. de execut. rei iud. quamuis contrarium teneat Gail. lib. 2. obseru. 52. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Prædium tam rusticum, quàm urbanum, locus, appellatur.*
2 *Quando locus dicatur area, & quando ager, & fundus.*
3 *Nostra destinatione fundorum nomina, & domus non natura constituuntur.*
4 *Quæ antea erat pars domus, aut fundi, post diuisionem factam plures fundi, seu domus sunt, & dicuntur.*
5 *Via est locus, per quem itur.*
6 *Quotuplex sit via, & nu. 7. & seq.*
7 *Via publica non potest per priuatum occupari aliquo modo, etiamsi id nemini noceat.*
8 *In via publica non est licitum scalas facere, immò nec primum, vel secundum gradum scalæ.*
9 *Via vicinalis potest esse publica, & priuata.*
10 *Via priuata potest vendi, ac præscribi.*
11 *Quando via publica est destructa, licet iter facere per fundum vicini.*
12 *Via designanda est in angulo, seu parte fundi vicini minus damnosa, non autem per medium fundum.*
13 *Quando alibi potest quis habere viam, licet remotiorem, vicinus ad id astringi non debet.*
14 *Quando quis non potest aptare domum suam, nisi transeundo per domum vicini, eo casu vicinus huiusmodi transitum præstare debet.*
15 *Vendita re immobili, non facta mentione de via, venditor ad eam tenetur.*
16 *Seruitus eundi per fundum alterius ad unum prædium, non potest trahi ad aliud prædium etiam contiguum.*
17 *Potest quis ingredi in fundum alienum colligendi causa fructus, qui in alieno fundo ceciderunt, usque ad tres dies.*
18 *Qui iuit 30. diebus in uno anno per fundum alienum, dicitur esse in quasi possessione itineris; declaratur nu. 19.*
19 *Vsus in dubio præsumitur potius iure facultatis, quàm iure proprio.*
20 *Si non potest haberi uentus ad triturandum frumentum, nisi ab una parte, uicinus non potest in illa parte, licèt sua, ædificando uentum impedire.*

CAP. XXIII.

De Prædijs rusticis, & urbanis.

1 Prædium tam rusticum, quàm vrbanum à Doctoribus locus appellatur. *ut constat ex l. fundi §. locus, & l. locus. uers. loci appellatio-*

2 *nem. ff. de uerbor. signif.* vbi, quod locus sine ædificio in vrbe, area, rure autem ager appellatur, idemque ager cum ædificio fundus dicitur. *Bart. in l. inter stipulantem. 83. §. sacram. n. 5. & 6. ff. de verbor. oblig. Boer. dec. 99. nu. 1. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 13. num. 62. uers. priore ca-*

3 *su &c.* nostra autem destinatione fundorum nomina, & domus, non natura constituuntur. *l. quod in rerum. §. si quis ff. de legat. 1.* & ideò quæ

4 antea erat portio, seu pars fundi, aut domus, post diuisionem factam non amplius pars fundi, aut domus, sed plures fundi, seu domus sunt, & dicuntur. *l. si quis, §. si quis, uers. planè &c. ff. commun. præd. l. locus. ff. de uerbor. sign. l. planè. 34. §. sed etsi quis. ubi gloss. in uer. rectè appellatur. ff. de legat. 1.* quod notandum est ad explicationem *cap. terrulas 12. q. 2.*

Quæ-

Quæstio I.

In quo loco iter fieri debeat, quando uia publi-blica est destructa.

5 PRæmittendum est, quod via secundùm communem loquendi modum est locus, per quem itur. *gloſ. in §. 1. uerb. iumentum Instit. de seruit. rustic. pred. Azo. in Sum. C. de seruit. nu. 6. uerſ. est autem iter etc.* hæc autem aut est publica, aut priuata, aut vicinalis: via publica dicitur, quæ exiens ab vna publica, ducit in aliam publicam, vel ad Vrbem, aut mare, vel flumina. *l. 2. §. uiarum. ff. Nè quid in loc. publ. Cepoll. de seruit. rust. prad. cap. 3. tit. de seruit. uia. nu. 16.*
7 *et seq.* subdens *nu. 26.* quod via publica non potest per priuatum occupari aliquo modò, etiamsi
8 id nemini noceat; & ideò non est licitum in via publica scalas facere, immò nec primum, vel secundum gradum scalæ. *Boſſ. in tit. de uia publ. nu. 3. et seq. latè Surd. decis. 42. nu. 1. et seq.* vbi dicit, quod adhuc dicitur publica, etiam quando fine illo exitus intermoritur.

9 Via vicinalis dicitur, quæ in vicis est, vel in vicos ducit, & potest esse publica, & priuata: publica dicitur etiam illa: quæ constituta est ex collatione priuatorum fundorum, si tamen non extet memoria. *d. l. 2. §. uicinales. et ibi gloſ. uer. publicas. ff. Nè quid in loc. publ.* vbi, quod si hæc via ex collatione priuatorum reficitur, non censetur priuata: refectio enim idcirco de communi fit, quia vsum, vtilitatemque communem habet. *Cepoll. ubi supra num. 27.* & hæc claudi non potest per vicinos, etiam omnibus consentientibus, quia est iuris publici, nec potest super ea fieri ponticellus, etiam ab eo, qui vtrinque habet prædia. *Surd. dec. 42. nu. 15.* vbi etiam dicit, quod ea via debet vicinis semper patere.

10 Priuata verò via vicinalis est, cuius solum alienum est, & non publicum. *l. 2. §. uia enim. ff. Nè quid in loc. publ.* item dicitur priuata, quando ab vno facta est, vel à pluribus collatis fundis, si tamen extet memoria. *l. 2. §. priuata. et d. §. uicinales. ubi gloſ. ff. Nè quid in loc. publ.* ideòque priuata appellatur, quod eius vsus non publicus, sed priuatus sit; & dicitur etiam agraria, quia ideò ab initio constituta est, vt in alterius agrum ducat. *Surd. d. dec. 42. nu. 26.* vbi etiam dicit, quod hæc via, cum priuati iuris sit, potest vendi, ac præscribi, sicut prædia priuatorum.

11 Ad quæsitum verò resp. quod quando via publica est destructa, licet iter facere per fundum vicini. *l. si locus. §. fin. ff. Quemad. seru. amit. Cepoll. q. 23.* vbi, quod eo casu ducens oues per fundum vicini, non accusatur de damno dato, si duxit ciuiliter: & fecit quantum potuit, vt eas custodiret, *et in tract. de seruit. rust. pred. cap. 1. nu. 21. uerſ. et intelligo etc. et n. 24. uerſ. Nono fallit etc. Natt. conſ. 642. num. 5. et seq.* vbi dicit, quod si via esset penitus destructa, compellitur vicinus facere viam publicam per agrum suum, propter publicam vtilitatem; quando verò impedimentum non est perpetuum, sed temporale, puta propter inundationem fluminis, vel propter difficultatem luti, transiri potest per agrum vicinum viæ etiam inuito Domino. *Rolan. conſ. 69. nu. 16. uol. 2.* vbi, quod si destructio sit perpetua, debet noua via fieri in fundo vicini, soluto sibi pretio à fisco, quia cum agatur de commodo omnium transeuntium, æquum est, vt omnes conferant. *Surd. d. dec. 42. nu. 11. Rot. dec. 101. nu. 25. et seq. par. 4. to. 2. rec.*

12 Obserua tamen, quod via in tali casu designanda est in angulo, seu parte fundi vicini minus damnosa, non autem per medium fundum. *ut probat textus in l. si cui. ff. de seruit. l. si quis sepulchrum, cum ibi not. per gloſ. et DD. ff. de Relig. et sumpt. fun.*

13 Obserua 2. quod vbi quis alibi potest habere viam, licèt remotiorem, tunc vicinus ad id adstringi non debet. *l. si mercedem. §. si eum fundum. ubi Bart. ff. de Action. empt. Rot. d. dec. 101. num. 26. par. 4. tom. 2. recent.*

14 Obserua 3. quod quando quis non potest aptare domum suam, nisi transeundo per domum vicini, eo casu vicinus huiusmodi transitum præstare debet, quia etiam in hoc casu concurrit vtilitas publica, alioquin ædificia vel corruerent, vel inutilia redderentur. *Luc. de Penn. in l. 1. C. de bon. uacan. lib. 10. Boer. dec. 322. num. 5. et 10.*

15 Obserua 4. quod vendita re immobili non facta mentione de via, venditor ad eam tenetur, cum sit accessoria, alioquin res empta inutilis esset emptori. *Luc. de Penn. ubi supra.*

16 Obserua 5. quod si mihi debetur seruitus eundi per fundum alterius ad prædium meum, non possum dictam seruitutem trahere ad aliud prædium, etiamsi contiguum sit prędio, cui talis seruitus debetur; æquum enim non est, vt seruitus debita vni prædio, ad aliud trahatur; quia eo casu prædium seruiens magis oneraretur, quam pati deberet. *Luc. de Penn. in l. Parphippum. uerſ. & no. ex his etc. C. de curſ. publ. lib. 12.*

17 Obserua 6. quod potest quis ingredi in fundum alienum colligendi causa fructus, qui in alieno fundo ceciderunt. *l. un. ff. de glan. legen.* quod intellige vsque ad tres dies. *ut in d. textu, et not. Cepoll. in tract. de seruit. rust. prad. cap. 1.*
18 *num. 24.* vbi etiam obseruat, quod si quis iuisset 30. diebus saltem in vno anno per fundum alienum, non posset per Dominum fundi prohiberi, cum eo casu dicatur esse in quasi possessione itineris. *per tex. in l. 1. in princ. iuncto §. hoc interdi-*
19 *cto. ff. de itin. actuq. priuat.* quod intellige, interueniente scientia, & patientia Domini illius fundi, ità vt non sufficeret scientia conductoris, seu alterius possidentis vi, clam, vel precariò. *l. 2. C. de seruit. l. quoties. §. seruitutum. ff. eod. tit. Balb. de praſcript. in 2. par. 4. princ. q. 1. nu. 12. Cancer. uar. lib. 3. cap. 4. num. 159.* & vltra concurrere debet voluntas vtendi iure proprio, non per modum facultatis: quod probari potest, vel ex facto vtentis, aut ex verbis eius hoc ipsum denotantibus, quia in dubio vsus præsumitur potius iure facultatis, quam iure proprio. *l. 1. §. Aristo. ff. de Aq. quotid. et aestiu. Cepoll. de seruit. urb. pred. cap. 20. numer. 1. Iordan. Elucubr. diuerſ. lib. 14. tit. 24. de Praſcript. nu. 407. & seq. uide qua scripsimus in tract.*

tract. de Temp. legal. lib. 2. rap. 81. num. 1. & seq.

20 Addit *Boer. dec. 322. nu. 12.* quod si non potest haberi ventus ad triturandum frumentum, nisi ab vna parte, vicinus non potest in illa parte, licèt soa, ædificando ventum impedire, quamnis nulla seruitus debita sit; in hoc enim casu soadet etiam vtilitas publica, nè quis Domini aream inutilem reddat cum detrimento fructuum. *vt inquit textus in l. fin. §. C. de seruit. & aq.*

SVMMARIVM.

21 *Quantum spacij relinqui debeat, si fiat ædificium, & nu. 22. & seq.*

22 *Quid si quis effodiat puteum iuxta regionem alterius.*

23 *Quando detur, vtilis actio finium regundorum, & quando directa.*

24 *Explicatur textus in l. fin. ff. fin. regund. & nu. 26.*

25 *Prædium rusticum, & vrbanum non dicitur à loco, sed à qualitate predij.*

26 *Explicatur textus in l. moeniana. C. de Aedific. priuat.*

27 *Spacium dimitti debet, quando ædificia sunt ex obiecto, secus si fiant ex latere.*

28 *An in muro communi possit socius inuito altero socio ædificare, & nu. 30.*
In dubio murus censetur communis pro diuiso, ibidem nu. 28.

29 *Quando murus dicatur communis pro diuiso, & quando pro indiuiso.*

30 *Socius non potest vti muro communi pro indiuiso per alterum socium superædificato, nisi prius soluta portione expensarum.*

31 *In pariete ad eleuandum destinato non consideratur, an noceat prohibenti, sed nunquid prosit facienti: limitatur in muro diuisorio, ibid.*

32 *Quantum spacij relinquendum sit, quando plantantur arbores.*

33 *Passus, & pedes quomodo intelligantur.*

34 *Quid si arbor plantata fuerit in confinio.*

35 *Si in instrumento partes enunciant confines, statur illis confinibus enunciatis, illique fines probant dominium inter ipsas partes.*

36 *In materia antiqua sufficit, vt verificetur locus, in quo res, existit etiam cum vno confine.*

Quæstio III.

An, & quale spacium relinquendum sit, si ædificia fiant, vel arbores plantentur iuxta domum, vel prædium alienum.

21 PRima conclusio, quando quis ædificeat murum de lapidibus cum calce, debet dimittere spacium vnius pedis iuxtà domum alterius: & si ædificet domum, debet dimittere spacium duorum pedum. *Franc. Marc. dec. 501. num. 7. 8.*
22 *& 9. 10. 12. & 25.* vbi etiam, quod si quis effodiat puteum iuxta regionem alterius, tenetur dimittere de spatio vnum passum. *vide text. in l. fin. ff. fin. regund. glos. in l. 2. ver. ædificium.*
23 *eod. tit.* vbi quod quando interuenit ædificium, datur vtilis actio finium regundorum, licèt non detur directa, quæ tantùm competit in prædijs rusticis. *iuxta textum in l. sed & loci. §. hoc iudicium. ff. eod. tit. finium regund. latè Cepoll. de seruit. vrban. præd. tit. de pariete, seu muro, nu.*
24 *2.* vbi dicit, quod *d. l. fin.* licèt sit posita in titulo finium regun. habet locum etiam, quando ædificatur iuxta fundum vicini tam rusticum,
25 quàm vrbanum: præsertim quia prædium rusticum potest esse in Ciuitate, & extra, quemadmodum predium vrbanum potest esse in rure, & in Ciuitate, cum prædium rusticum, & vrbanum non dicatur à loco, sed à qualitate prædij. *vt post Cyn. in l. si prædium. Cod. de Præd. minor. sensit Franc. Marc. d. dec. 501. nu. 18. & 19.*

26 Nec obstat textus *in l. moeniana. C. de ædific. priuat.* vbi is, qui vult ædificare iuxta ædificium priuatum, debet dimittere spacium 10. pedum, & qui iuxta ædificium publicum, debet dimittere spacium 15. pedum, quia d. lex loquitur in ædificijs mœnianis, seu solarijs, siue ponticellis, qui ita prouehuntur, vt non requiescant in alia parte. *vt dicit glos. in d. l. fin. ff. fin. regund. Azo. in sum. C. de ædific. priuat. num. 3. Cepoll. de seruit. vrban. prædior. tit. de Mœnian. & in tit. de pariete, seu muro. num. 2.* subdens, quod textus *in d. l. fin. ff. fin. regund.* habet locum in cæteris ædificationibus, & constructionibus; præterea textus *in d. l. mæniana*, non seruatur, *vt dicit glos. ibidem in ver. idest decem pedum.*

27 Notandum tamen est, quod tunc debet dimitti spacium, quando ædificia sunt ex obiecto; secus si fiant ex latere, quia tunc nõ requiritur aliquod interuallum: vnde videmus, habitatores habere muros communes. *vt post Ang. in d. l. mæniana. not. Franc. Marcus. d. decis. 501. n. 22. & 26.*

28 Notandum 2. quod in muro communi potest socius etiam inuito altero socio ædificare, siue murus sit communis pro diuiso, siue pro indiuiso: cum hac tamen distinctione, quod si murus est communis pro diuiso, poterit socius ædificare in ea parte, quæ ipsum socium respicit, capiendo medietatem muri recta linea, etiamsi murus esset pro clausura destinatus, & talis murus pro dicta parte efficitur ipsius ædificatoris, *ex latè deductis per Thesaur. decis. 41. num. 21.* vbi etiam dicit, quod in dubio murus censetur communis pro diuiso. *Cepoll. de seruit. vrban. prædior. cap. 40. de pariete, seu muro num. 19. Corn. cons. 78. vol. 4. Menoch. lib. 6. præsumpt. 73. nu. 23. & seq.* si verò murus sit communis pro indiuiso, poterit similiter socius murum communem altiùs tollere, ità tamen, vt superædificatum sit commune, sicut prima pars muri inferioris est communis, & non aliter. *vt de Cepoll.*
29 *loco cit. n. 11. 12. & 19.* vbi, quod murus dicitur communis pro diuiso, quando est inter me, & te, & nihil per te, & me est immissum, vel si est immissum, missum non perforat parietem vltra dimidium muri, quæ est pro parte tua; & hæc non est propriè communio: vnde non dicitur quis eleuare murum communem, sed proprium, nec super communi ædificare, sed super proprio, quod nemini est prohibitum. *l. altiùs, & l. si in ædibus. C. de seruit. cum simil.* dicitur verò communis pro indiuiso ex societate incidenti, vel tacita, v.g. tu imponis tignum in pariete, & vltra dimidiam, & ego etiam impono, & tu veteris quan-

quantum tibi expedit, & ego etiam vtor. *uide Bart. in l. si inter quos. n. 5. ff. de damn. infect.*

30 Hoc tamen intelligendum est, quando paries inferior potest sustinere superædificatum: item si ædificatio socio non nocet, & ædificanti prodest, aliàs secus. *ut probat Cepoll. d. cap. 40. de Pariete, seu muro. num. 20. & ità intelligendus est Ciriac. controuers. forens. 460. num. 4. & seq. & sensit. Corn. d. cons. 78. uol. 4. Thesaur. d. decis. 41. num. 18. et decis. 23. n. 1.* vbi subijcit, quod socius non poterit vti muro communi pro indiuiso per alterum socium superædificato, nisi prius soluta portione expensarum in eo factarum. *Mascard. de Probat. uol. 3. conclus. 1144. n. 12. et 13.*

31 Obserua tamen, quod in pariete ad eleuandum destinato, seu pro ædificio, non consideratur, an noceat prohibenti, sed nunquid prosit facienti. *Alex. cons. 174. nu. 1. uol. 2. Menoch. de Præsumption. lib. 6. præs. 29. nu. 14. Thesaur. d. decis. 23. nu. 5.* vbi etiam dicit, quod offensionis consideratio habetur in muro diuisorio, seu facto pro clausura.

32 Secunda conclusio. Si quis plantet oliuam, aut ficum, debet dimittere spacium 9. pedum: si verò plantet alias arbores, vel vites, debet dimittere spacium 5. pedum. *ut in l. fin. ff. fin. regund.* quod si postea huiusmodi arbores, aliàs à principio plantatæ ità creuerint, vt earum radices noceant fundamento domus vicini, Iudex rem ad suam æquitatem redigere debebit, exemplo. *l. 1. §. si arbor. et §. deinde. ff. de Arbor. cæd. l. si plures. §. si arbor. ff. arbo. furt. cæs. l. 1. C. de Interd. cum ibi not. per glos. et DD.* vbi si arbor ædibus impendeat, succidi debet; si verò agro impendeat, tantùm vsque ad 15. pedes à terra debet coerceri: & nisi dominus adimat arborem, poterit vicinus, facta priùs denunciatione, arborem vel succidere, vel coercere vt supra, & ligna tollere. *latè Franc. Marc. d. dec. 501. nu. 15. et seq.* vbi addit, quod si quis illicitè plantauerit non dimisso spacio, tunc etiam totum euellitur.

33 Quomodo verò passus, & pedes intelligẽdi sint, vide *glos. in cap. sicut antiquitus. 17. q. 4. Franc. Marc. d. decis. 501. nu. 12.* vbi, quod passus est mensura quinque pedum, pes verò est spacium 15. digitorum.

34 Notandum est etiam, quod si arbor plantata fuerit in confinio, communis fit adeò vt fructus ex æquo vtrinque partiri debeant, licèt consuetudines plerisque in locis receptæ aliud ius introducant; secus si arbor in vicino quidem fundo, non etiam in confinio posita sit, tunc enim, etsi radices aliquot in vicini fundum porrigat, vicino tamen nihil iuris est acquisitum, sed eius permanet, in cuius solo fuerit ipsius origo. *§. si Titius alienam plantam. in fin. Inst. de Rer. diuis. Mynsinger. in d. §. si Titius &c. nu. 5.*

35 Notandum 2. quod si in instrumento partes
enunciant confines, statur illis confinibus enunciatis inter partes, & illi fines probant dominium inter ipsas partes, maximè in facto antiquo. *Afflict. dec. 83. num. 2. Marescott. var. lib. 1. cap. 12.*
36 *nu. 45.* vbi dicit, quod in materia antiqua satis
est, vt verificetur locus, in quo res existit, etiam cum vno confine, si aliæ probationes non suppetunt. *ex trad. per Corn. cons. 280. nu. 5. lib. 3. Rot. in Bononien. de Rubeis 15. Decembris 1597. coram Horatio Card. Lancelloto, & in alia Bononien. de Maluetijs 27. Iunij 1582. coram Cardinali Lancellotto Seniore.*

SVMMARIVM.

37 *Quando is, qui habet partem in aliqua domo, possit totam inhabitare, & n. 39. cum seq.*

38 *An socius volens inhabitare, præferatur alteri volenti locare.*

39 *Quando domus est solita locari, consocius habitans tenetur alteri consocio soluere pensionem pro rata: limitatur nu. 49.*

40 *Quando domus ad hunc effectum dicatur solita locari.*

41 *Socius, qui finito tempore conductionis inhabitat domum communem, non censetur reconduxisse.*

42 *Socius impediens consocium, quominus possit accedere ad habitandum partem suam, tenetur consocio pensionem soluere pro rata.*

43 *Domus communis pro indiuiso. non potest locari, nisi de omnium sociorum consensu: limitatur num. 44.*

44 *Quid si domus, vel fundus sit solitus locari.*

45 *Et quid si domus, vel fundus commodam patiatur diuisionem.*

46 *Socius volens conducere partem alterius socij, omnibus alijs conductoribus præferendus est.*

47 *In rebus solitis locari, præfertur qui vult locare, ei, qui uult retinere.*

48 *Quando socius cogatur consentire locationi factæ per consocium*

49 *Si constet, domum fuisse communem, et deinde diuisam, censetur constituta seruitus luminibus non officiendi.*

An locum habeat nunciatio noui operis, quando opus sit in loco communi. ibid.

Quæstio III.

An is, qui habet partem in aliqua domo, possit totam inhabitare.

37 Res. affirmatiuè, quando altera pars non est
locata. *Mohedan. dec. 13. de locat.* vbi dicit, quod habitans domum communem pro indiuiso non tenetur pensionem soluere, quia vtitur iure proprio. *Rip. in l. quominus n. 140. ff.*
38 *de flumin.* vbi addit, quod si domus non capiat
commodam diuisionem, volens inhabitare præfertur volentibus locare.
39 Limita 1. si domus huiusmodi sit solita locari:
tunc enim consocius habitans tenetur alteri consocio soluere pensionem pro rata. *ut post Ang. Imol. Paul. de Castr. et alios resoluit Card.*
40 *Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 2. nu. 7. et seq.* vbi,
quod domus non dicitur solita locari ex eo, quod quis illam conduxerit, antequam esset Dominus illius: sed tunc dicitur solita locari ad effectum, vt quis teneatur soluere pensionem, quando vnus ex socijs eam conduxerit. *Rot. dec. 217. nu. 8. et 9. par. 4. tom. 2. Recent. Rip. in d. l. quominus. num. 141. ff. de flumin.* subdens, quod so-
41 cius, si finito tempore conductionis inhabitet

do-

domum communem, non cenſetur reconduxiſ-
ſe, ideò non tenebitur conſocijs quicquam ſol-
uere.
42 Limita 2. quando conſocius impeditur ab eo,
qui domum inhabitat, quominus poſſit & ipſe ac-
cedere ad habitandum partem ſuam, quia tunc
etiam tenetur ſocius alteri conſocio penſionem
pro rata ſoluere. *Rot. d. dec. 217. nu. 10.*
43 Notandum eſt autem, quod domus communis
pro indiuiſo, quæ locari non conſueuit, regula-
riter non poteſt locari, niſi de omnium ſociorum
conſenſu ità vt non ſufficiat conſenſus maioris
partis. *Gom. tit. de locat. & conduct. cap. 4. n. 14.
tom. 2. quem refert, & ſequitur Farinac. in reper-
tor. de contract. q. 69. nu. 17. & 18.*
44 Notandum 2. quod vnus ex ſocijs domum, vel
fundum locari ſolitum, poteſt vtiliter locare
etiam inuito altero ſocio, concurrentibus infra-
ſcriptis conditionibus, videlicet quod domus,
vel fundus non patiatur commodam diuiſionem.
2. quod locetur perſonæ honeſtæ. 3. quod pre-
tium ſit competens. *latè Rip. in d. l. quominus,
num. 138. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi omnes velint
locare perſonis honeſtis, & concordare neque-
unt, Iudex interponet officium ſuum, in cuius
arbitrio erit, vel præferre eum, qui ex offerenti-
bus honeſtior erit, vel meliorem conditionem
fecerit, vel plus obtulerit, vel diuidere inter
partes tempus fruitionis. *ex trad. per Menoch.
d. caſ. 442. nu. 3. & ſeq. Gom. d. cap. 4. n. 14. tit.
de locat. & conduct. Farinac. d. q. 69. num. 10. &*
45 *ſeq.* ſi verò domus, aut fundus commodam pa-
tiatur diuiſionem, tunc ea diuidi debet, nec per
vnum ex ſocijs altero inuito locari poteſt, eti-
amſi ſolita ſit locari, & vtiliter locetur. *Menoch.
de Arbitr. Iud. caſ. 442. n. 2. & ſeq. Gom. d. cap. 4.
nu. 14. prout refert. Farinac. d. q. 69. n. 13. & ſeq.*
46 vbi etiam obſeruat, quod ſi vnus ex ſocijs velit
conducere partem alterius ſocij, omnibus alijs
conductoribus præferendus eſt. *vt ſenſit etiam
Ripa loco cit. num. 140.*
47 Notandum 3. quod in rebus ſolitis locari præ-
fertur qui vult locare, ei, qui vult retinere. *Rip.*
48 *in d. l. quominus, num. 138.* vbi dicit, quod ſi
molendinum ſit ſolitum locari, & pretium ſit
competens, cogitur alius conſentire locationi.
49 Notandum 4. quod ſi conſtet, domum fuiſſe
communem, & deinde diuiſam, cenſetur conſti-
tuta ſeruitus luminibus non officiendi. *Hond.
conſ. 80. num. 10. & 39. lib. 1. Rot. decis. 253. nu.
60. & 61. par. 7. recent.* vbi, quod non dicitur
fieri contra impoſitam ſeruitutem, nè luminibus
officiatur, quando videretur tanta pars cœli in
quacunque parte plani nobilis poſt eleuatio-
nem, quanta ante eleuationem conſpiciebatur.
*vide Cepoll. in tract. de ſeruit. vrban. præd. cap.
36. nu. 2.*

Notandum 5. quod ſi in loco communi opus fiat per tertium, tunc poteſt habere locum nunciatio noui operis; ſi verò opus fiat ibi per vnum ex ſocijs, non habet locum nunciatio ex hoc edicto, ſed recurritur ad actionem communi diuidundo, & ad officium Iudicis mercenarium illi actioni deſeruiens. *Alex. in l. in Prouinciali. §. ſi in loco. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi quod remedium extraordinarium ceſſat, quando habet locum remedium ordinarium.

SVMMARIVM.

50 *Poteſt quis venari in fundo alieno, niſi à Domino prohibitus fuerit.*
51 *An in fundo alieno ſit permiſſa piſcatio.*
52 *Quando Princeps poſſit venationem, & piſcationem interdicere.*
53 *An Barones, & alij ſuperiorem recognoſcentes poſſint piſcationes, & venationes prohibere.*

Quæſtio IV.

An quis poſſit venari, ſeu aucupari in fundo alieno.

50 RESp. affirmatiuè, dummodò damnum fundo non inferat. *§. feræ, vbi Ang. Inſt. de Rer. diuiſ. l. quoſdam. C. de Metall. lib. 11.*

Poteſt tamen Dominus: ſi præuiderit, iure prohibere, nè alius ingrediatur. *vt in d. §. feræ. verſ. planè &c.* ſed poſtquam Domino non prohibente eſt ingreſſus, non poteſt expelli. *vt not. Ang. in d. §. feræ. num. 7.*

Si verò poſt prohibitionem aliquid ceperit, non facit ſuum, *ſecundum gloſ. in d. §. feræ ver. ingrediatur*; cuius dictum procedit, quando fructus fundi conſiſtunt in venatione, aliàs ſecus. *gloſ. in l. Diuus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l. 3. ff. de Acq. rer. dom. Ang. ubi ſupra n. 3.*

51 An verò in fundo alieno ſit permiſſa piſcatio?
Reſp. negatiuè, ſi ibi Dominus piſcinam con-
ſtruxerit, & in ea piſces incluſerit; ſecus ſi fun-
dus inundatus eſſet à flumine, & ibi aqua fluens
ſecum piſces deferret, quia tunc poſſet quis ibi
piſcari, ſicut aucupari. *l. 3. §. item feras. ff. de
Acquir. poſſ. l. uſufructuarium. §. ſi in uiuarijs.
ff. de uſufr. & ſenſit Ang. in d. §. feræ. n. 4.*
52 Notandum tamen eſt, quod Princeps ex cauſa
publicæ vtilitatis, aliaſque iuſtas ob cauſas po-
teſt venationem, ac piſcationem interdicere eti-
am in locis priuatis. *§. ſi quis ruſticus. uerſ. ne-
mo. de Pac. tenen. Cepoll. de ſeruit. ruſt. præd.
rub. de Piſcation. num. 3. Boſſ. de Aq. & flumin.
num. 4. & 19. Balb. in tract. de Præſcript. 4. par.
5. par. princ. q. 6. nu. 4. Peregrin. de Iure fiſc. tit.
1. num. 20. & ſeq. lib. 1. Grammat. dec. 67. num. 9.
& ſeq. Roſentb. de feud. cap. 5. concluſ. 23. num.*
53 *3. litt. D. & concluſ. 24.* inferiores verò à Prin-
cipe, vt duces, comites, & Barones, alijque
Superiorem recognoſcentes non poſſunt ſubdi-
tis piſcationes, & venationes prohibere, niſi
ipſi ſoli piſcati, aut venati fuerint, & ſubditos
piſcari, aut venari volentes prohibuerint, ipſi-
que huic prohibitioni, licèt iniquæ acquieue-
rint, cum lapſu 30. annorum. *Gratian. diſcept.
for. cap. 564. nu. 52. & ſeq. uide quæ ſcripſimus in
tract. de Temp. legal. lib. 4. cap. 10. et lib. 2. cap.
105. nu. 10. et ſeq.*

SVMMARIVM.

54 *Ius prælationis non habet locum in fundo, uel domo donata.*
55 *Et an locum habeat in contractu facto, ut des.*
56 *Si ualet plus res, quæ datur pro re; quàm pecunia.*

nia, censetur facta permutatio, è contra verò censetur emptio.

57 *Si in eamdem æqualitatem concurrunt res, & pecunia, in dubio iudicandum est esse contractum emptionis, & venditionis.*

Quæstio V.

An in fundo, vel domo donata, vel permutata locum habeat ius prælationis.

54 Resp. negatiuè. *Guid. Pap. decis.* 47. vbi dicit, quod Dominus directus non potest capere rem donatam iure prælationis, & *dec.*
55 508. vbi dicit, quod cessat etiam ius prælationis in contractu facto, vt des, quando requiritur personæ industria. *ad not. per DD. in l. fin. C. de Iur. emphit. & in cap. potuit, de locat. Spec. in eod. tit. §. nunc aliqua. vers. centesimo septimo &c.*
56 Notandum tamen est, quod si principaliter emitur, licèt aliqua species detur, totum erit emptio. *l. tenetur. §. 1. ff. de Action. empt.* si verò principaliter permutatur, totum erit permutatio, licèt certa pecuniæ quantitas refundatur. *cap. ad quæstiones. 6. de rer. permut.* nam in dubio inspiciendum est, vtrum plus valeat: vt si valet plus res, quæ datur pro re, quàm pecunia, sit permutatio, è contra verò sit emptio. *arg. l. quicquid. §. cum partes. ff. de Acquir. rer. dom.* si verò in eamdem æqualitatem concurrunt res, & pecunia, in dubio iudicandum est, esse contractum emptionis, & venditionis. *Bart. in l. Aristo. nu. 2. ff. de Donat. Bald. in Proœm. feud. nu. 9. vers. pro intellectu horum &c.*

SVMMARIVM.

58 *Aedificium, quod fit in solo alieno, regulariter cedit solo: limitatur num. 59. & seq.*
59 *Quid si id fiat sciente, & non contradicente Domino.*
60 *Et quid si ædificium constructum fuerit in solo publico, nemine prohibente.*
61 *An Inquilino tollere liceat ostium, & alia quæ ædificio adiecit.*
62 *Quando alia coniectura, quàm donationis cadere potest, non præsumitur factum ædificium in solo alieno, animo donandi.*
63 *An & quando ædificanti in re aliena detur retentio.*
64 *Ædificium qualiter æstimari debeat.*
65 *Quando ædificia rustica dicantur melioramenta utilia.*
66 *Quando Dominus, cui restituitur fundus, excusetur à refectione expensarum, seu melioramentorum.*
67 *Ecclesia potest ædificari in alieno solo, soluto tamen pretio Domino soli.*
68 *Si testator mandauit, construi Ecclesiam in loco communi, socius tenetur partem suam uendere, & hæres redimere fauore religionis.*
69 *Rogatus restituere quicquid sibi de hæreditate superererit, tenetur reseruare quartam partem hæreditatis fideicommissario: limitatur num. seq.*
70 *Quid si hæres grauatus pro Ecclesia, uel alia pia causa expenderit.*
71 *Et quid si ex causa dotis, uel captiuorum redemptionis huiusmodi quarta diminuta fuerit.*
72 *Quando Dominus castri possit cogere subditos ad molendum in suo molendino.*
73 *Quando solum cedat ædificio.*
74 *Quid si clericus ex pecunijs Ecclesiæ ædificauerit in solo suo.*
75 *Beneficiatus non potest testari de bonis ex fructibus beneficii acquisitis, potest tamen, dum uiuit, de illis liberè disponere.*
76 *An emptum ex pecunijs Ecclesiæ efficiatur ipsius Ecclesiæ.*
Quid si empta res fuerit ex pecunia uxoris, militis, & minoris. ibid.
77 *Clericus, qui de reditibus sui beneficij fundum emit, sua uita durante eodem fundo frui debet, etiamsi beneficium dimittat.*
78 *Quid si in terra inculta sui beneficij uineam plantauit.*
79 *Ædificia sita in prædijs rusticis non habentur in consideratione per se, sed tantùm vti quid accessorium.*
80 *Ædificia huiusmodi præsumuntur æstimata vna cum fundo.*

Quæstio VI.

An & quando ædificium solo cedat.

58 Ædificium, quod fit in loco alieno, regulariter cedit solo. *§. cum in suo, vbi DD. Inst. de rer. diuis. l. adeò. §. ex aduerso. ff. de acquir. rer. domin.* vnde per Dominum soli vel tolli potest, vel vendicari, & euinci à possessore, solutis tamen mercedibus fabrorum, ac pretio materiæ, si fuit bona fide ædificatum, secus si scienter. *vt in d. §. ex aduerso. Bald. in l. si inferiorem. C. de rei vendic. Honded. cons. 84. nu. 37. & seq. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 50.*
59 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando quis ædificat in loco alieno id, quod sui natura non est ad tempus, sed perpetuò duraturum, sciente, & non contradicente, & sic tacitè permittente Domino: tunc enim ædificans redditur tutus. *Hond. loco cit. num. 55. Ruin. cons. 55. num. 3. lib. 4.* vbi dicit, quod in tali casu Dominus amittit possessionem soli, & ea acquiritur ædificanti.
60 Limitatur 2. quando ædificium construitur in loco publico, nemine prohibente; hoc enim casu non debet destrui, nè Vrbs deformetur ruinis, dummodò non fuerit constructum super via, sed imposito ędificanti solario, idest pensione pro solo publico, permittitur retentio. *l. 2. §. si quis nemine, ff. Nè quid in loc. publ. Crauett. cons. 204. nu. 18. lib. 2. & cons. 518. num. 6. lib. 3. Ruin. cons. 165. nu. 3. lib. 4.* idemque dicendum, vbi quis propria auctoritate ædificauerit super muris publicis Ciuitatis etiam existentibus super viam publicam, nemine prohibente, dummodò tale ædificium publico vsui non sit impedimento, nec præiudicet alicui iuri priuato. *arg. d. l. 2. §. si quis nemine, & trad. Corn. cons. 33. nu. 13. uol. 4. & cons. 90. nu. 8. lib. 2.*
61 Limitatur 3. in Inquilino ostium, vel quædam alia ædificio adijciente: huic enim competit ex con-

conductio actio, vt ei tollere liceat, sic tamen,
vt damni infecti caueat, nè in aliquo, dum au-
fert, deteriorem causam ædium faciat, sed vt pri-
stinam faciem ædibus reddat. *vt inquit textus in*
l. sed addes, §. si Inquilinus. ff. locat. Alex. in l.
Senatus. §. Marcellus. nu. 4. ff. de leg. 1. vbi di-
62 cit, quod si alia coniectura, quàm donationis
cadere potest, non præsumeretur factum ædifi-
cium in solo alieno animo donandi. *& in l. do-*
mos. nu. 6. ff. eod. tit. vbi, quod legatarius ædifi-
cando pendente conditione legati in re legata,
non præsumitur fecisse animo donandi.
63 Limitatur 4. quando ædificans habet aliquod
ius in re, qualis est emphiteuta, qui finita emphi-
phiteusi non culpa, sed casu, potest ædificium,
quod supposuit, tollere; eademque facultas
conceditur marito, & hæredi grauato ædifican-
tibus in fundo dotali, vel subiecto restitutioni:
quia non videntur ædificasse in tali casu animo
donandi. *l. domos. vbi DD. ff. de leg. 1. Bald. in*
d. l. si inferiorem. latè Ruin. cons. 165. nu. 2. 4. &
seq. vol. 4. vbi obseruat, quod licet in dictis casi-
bus detur facultas tollendi ædificium, non ta-
men conceditur ædificanti retentio ædificij in
Villa constructi, donec de expensis ædificij sa-
tisfiat. *l. Senatus. §. Marcellus. vbi DD. ff. de*
leg. 1.
Secus si ædificatum fuerit in Ciuitate: hoc
enim casu ædificium tolli non debet, nè ruinis
Ciuitas deformetur, vt supra diximus, sed da-
tur retentio, & repetitio expensæ. *l. in fundo.*
cum ibi not. per DD. ff. de rei vindic. Merlin. de-
cis. 546. nu. 8. & 9. Ruin. loco cit. nu. 5. & seq. vbi
64 etiam dicit, quod non debet æstimari ædificium
secundùm tempus, quo fuit constructum, nec
valor illius temporis debet attendi, quia ædifi-
cans tunc erat Dominus, & interim vsus est ædi-
ficio: sed debet æstimari habito respectu ad tem-
pus restitutionis, siue æstimatio decreuerit, siue
aucta fuerit. *Bart. Bald. & alij in l. domos. ff. de*
leg. 1. Merlin. decis. 546. & decis. 695. num. 7. &
dec. 705. nu. 10. subdens, quod ædificia rustica
65 non dicuntur melioramenta vtilia, nisi constet,
ea pro necessitate Colonorum, atque animalium
fuisse constructa, ità vt sine illis ager coli non
posset, sed à meliorante auferuntur rudera. *ex*
trad. per Castrens. cons. 270. nu. 4. lib. 2. Rol. cons.
28. num. 30. lib. 1. Peregrin. de fideicom. art. 50.
num. 7.
66 Quando verò Dominus excusetur à refectione
huiusmodi expensarum in prædijs rusticis à pos-
sessore factarum? vide textum. *in d. l. in fundo.*
ff. de rei vind. vbi, quod Dominus pauper excu-
satur, si tales sumptus non erat facturus, nec
fundum receptum venditurus: potest tamen
possessor in tali casu tollere sine læsione prioris
status ea, quæ impendit, vt supra, & sensit e-
tiam *Ruin. d. cons. 165. num. 6. vol. 4. Peregr. de*
fideicom. art. 50.
67 Limitatur 4. fauore Ecclesiæ, quæ potest ædi-
ficari in alieno solo, siue sit Ecclesia cathedralis,
vel parochialis, in quibus Sacramenta ministran-
tur, siue alia Ecclesia, aut monasterium viro-
rum, vel mulierum, soluto tamen pretio Do-
mino soli; tunc enim ædificium non cedit solo,
sed solum ædificio. *vt tradunt DD. communiter*
in l. si quis sepulchrum. ff. de Relig. & sumpt.
fun. Cepoll. in tract. de seruit. vrban. præd. cap.
82. Gram. decis. 75. per tot. Ricc. in Collect. dec.
2350. par. 6. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2.
alleg. 26. nu. 1. latè Genuens. in tract. de Eccles.
q. 343. vbi dicit, quod si Ecclesia constructa
fuerit in fundo alieno inuito Domino, non po-
test Dominus propria auctoritate illam destrue-
re, *& q. 333.* vbi etiam obseruat, quod cum hæ-
res grauatus habeat quartam trebellianicam su-
per bonis fideicommisso suppositis: poterit ædi-
ficare Ecclesiam in fundo restitutioni subiecto,
quia ratione dictæ quartæ habet partem dominij
illius, & per consequens talis fundus dicitur
communis hæredi, & fideicommissario, qui eue-
niente casu fideicommissi tenebitur recipere
pretium, non autem fundum. *ex trad. per Bald.*
in l. in communes in fin. C. de comm. seru. manu-
68 *miss.* vbi dicit, quod si testator mandauit, con-
strui Ecclesiam in loco communi, socius tenetur
partem suam vendere, & hæres redimere, fauo-
re religionis.
69 Item rogatus restituere quicquid sibi de hære-
ditate supererit, licèt teneatur eo casu reseruare
quartam partem hæreditatis fideicommissario.
iuxta tex. in auth. contra cum rogatus. C. Ad
70 *Trebell.* non tamen tenebitur illam reseruare,
si pro Ecclesia, vel alia pia causa expenderit.
arg. citati textus in d. auth. contra cum rogatus.
61 vbi, si quis fuerit rogatus ità restituere, non
71 tenetur quartam reseruare, si ex causa dotis,
seu propter nuptias donationis, seu captiuorum
redemptionis huiusmodi quarta diminuta fuerit.
Genuens. in d. tract. q. 336. & q. 248. vbi etiam
72 obseruat, quod Dominus Castri potest in præ-
iudicium aliorum habentium molendinum, vel
furnum, cogere subditos ad molendum in suo
molendino; & coquendùm panem similiter in
suo furno, vt ex tali lucro construi, vel reparari
possit Ecclesia, vel monasterium alicuius Reli-
gionis propter publicam vtilitatem. *vide Bald.*
cons. 410. vol. 5. Rip. in tract. de Pest. tit. de re-
med. ad curan. pest. num. 24. Cranett. de antiquit.
temp. par. 4. §. circa præmissa. nu. 4.
73 Illud quoque notandum est, quod si Principes
in solo suæ Iurisdictioni obnoxio ædificium ali-
quod construxerit, illudque destinauerit in alte-
rius vsum, censetur in eundem vsum translatum
nedum ædificiuum, sed etiam ipsum solum,
quod in hoc casu inuerso iuris ordine cedit ædi-
ficio. *Abb. cons. 62. num. 14. & 15. lib. 2. Rot. de-*
cis. 432. num. 15. & seq. par. 5. to. 2. recent.
74 Item ædificium non cedit solo, sed solum
ædificio, si clericus ex pecunijs Ecclesiæ ædifi-
cauerit in solo suo: quod est fauore Ecclesiæ, &
vt clerici temeritas, & auaritia puniatur; cleri-
cus enim ea, quæ acquisiuit de bonis Ecclesiæ,
debet deducto victu in Ecclesiæ vsus expendere,
& non in proprios vsus. *secundùm glos. in cap.*
Apostolicos. ver. construxisse. 12. q. 2. Specul. de
empt. et vend. §. tertio loco. vers. quid si clericus.
n. 18. Bald. in l. in tantum. ff. de rer. diuis. Abb.
in cap. cum esses. n. 21. de Testam. Genuens. in
tract. de Eccles. q. 249.
Sed in hoc casu verior videtur sententia alio-
rum asserentium, quod res sit communis pro ra-
ta: alioquin Ecclesia locupletaretur cum aliena
iactura, & fauor Ecclesiæ iniustitiam pareret.

ità

ità Io. Andr. in addit ad Specul. loco cit. d. nu. 18. litt. g. Tiraq. de Priuil. piæ cauſ. priuil. 121. Rip. in l. Senatusconsulto. n. 17. ff. In quib. cauſ. pign. vel hypoth. vbi dicit, quod ſi Prælatus, vel eius hæres velit restituere pecuniam Ecclesiæ, ædificium cederet ſolo. Io. Franc. de Poteſt. Proreg. in tit. de abundan. Ciuit. §. 4. nu. 13. vbi dicit, quod tantùm meliorationes ſunt Ecclesiæ. Vnde poſt mortem Beneficiati meliorationes huiuſmodi ad Ecclesiam pertinent, hoc eſt ad ſucceſſorem in beneficio, vel Capitulum, ſi ex capitulari menſa fructus percipiebat vt Canonicus. cap. 1. cum ſeq. de Pecul. Cleric. cap. cum in officijs. cap. ad hæc. cap. quia ad nos. cap. relatum 2. de Teſtam.

75 quod intellige, niſi de his Beneficiatus in vita diſpoſuerit; quamuis enim Beneficiatus teſtari nequeat de bonis ex fructibus beneficij acquiſitis, cum tempore mortis vſuario comparetur. ut in dictis iuribus. poteſt tamen, dum viuit, de illis liberè diſponere, quemadmodum de ipſis fructibus, quia in vita vſufructuario æquiparatur, vnde & eorum dominium acquirit, iuxta communiorem Doctorum ſententiam, communi etiam praxi, & conſuetudine approbatam. cap. cæterum. ubi DD. extr. de Donat. & ità docet S. Thom. Sot. Caiet. Couar. & alij, quos refert, & ſequitur Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. numer. 5. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 114. nu. 4. inde inferentes, Beneficiatum malè, ac vanè conſumentem fructus beneficij, non teneri ad reſtitutionem, licèt pecet etiam grauiter, quando exceſſus eſſet magnus. latè Rot. coram Greg. XV. deciſ. 401. per tot.

76 An verò emptum ex pecunia Ecclesiæ efficiatur ipſius Ecclesiæ? Reſp. affirmatiuè: hoc enim priuilegium competit vxori, militi, & minori, cui Ecclesia comparatur. l. ſi vt proponis. vbi gloſ. & DD. C. de rei vendic. l. 3. C. Arbitr. tutel. gloſ. & DD. in cap. inquirendum. de Pecul. Cleric. Bald. in l. ſi tutor. C. de Seru. pign. dat. Bart. in l. idemque. ff. Qui pot. in pign. hab. Neguſ. de Pignor. 4. mem. 2. par. num. 163. latè Genuenſ. in tract. de Eccleſ. q. 283. licèt in alijs ſecus ſit de iure communi. vt conſtat ex l. ſi ex ea. C. de rei vendic.

77 Notandum eſt 2. quod ſi Clericus de reditibus ſui beneficij aliquas poſſeſſiones emerit, ſua vita durante eiſdem poſſeſſionibus frui debet, neque ijs priuandus eſt, etiamſi beneficium dimittat, vel eo priuetur. cap. fin. vbi Innoc. &

78 alij. de Priuil. cleric. idemque dicendum eſt, ſi in terra inculta ſui beneficij vineam plantauerit, vel eamdem terram ad culturam reduxerit. Innoc. & Abb. in d. cap. fin. Genuenſ. q. 614.

79 Notandum 3. quod ædificia ſita in prædijs ruſticis non habentur in conſideratione per ſe, ſed tantùm vti quid acceſſorium. Ar. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 28. C. de Reſcin. vend. Card. Seraphin dec. 1377. n. 3. vbi dicit, quod licèt reddant prædium pretioſius, tamen non æſtimantur, prout æſtimantur prædia vrbana. Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. li. 9. tit. 2. nu. 10. Merlin. dec. 449. nu. 4. & ſeq. vbi dicit, quod ex hoc ipſo, quod ædificium eſt in prædio ruſtico, cedit eidem predio, & venit vti quid acceſſorium, ſiue conſtructum fuerit ad vſum coloni, ſiue ad vſum Domini; & ideò vendito fundo cenſetur etiam venditum ædificium in eo exiſtens. Vinc. de Franch. dec. 254. nu. 8. Ciriac. contr. 160. n. 57. 58. & 59. cum ſeq. tom. 1. & contr. 261. n. 27. & ſeq. & nu. 51. cum ſeq. tom. 2. vbi etiam dicit,

80 quod ædificia præſumuntur æſtimata vna cum fundo, licèt periti non fecerint de eis aliquam mentionem. Vrſell. concluſ. 62. nu. 97. vbi dicit, quod ædificium ruſticum non æſtimatur, niſi inter partes aliud fuerit conuentum.

SVMMARIVM.

1 *Quando bona diuiſa inter fratres præſumantur paterna, & quando propria; et nu. 2. et 5.*
2 *ſolutio in dubio præſumitur facta ex pecunijs ſoluentis.*
3 *Actor veniens iure fideicommiſſi, tenetur probare, quid in bonis teſtator reliquerit.*
4 *Pecuniæ exiſtentes penes vxorem hæredem inſtitutam à Marito, et per fideicommiſſum grauatam, non præſumuntur hæreditariæ.*
5 *Triennium cenſetur congruũ temporis ſpatium.*
6 *Si inter fratres res aliqua diuidatur tanquam communis, talis diuiſio non operatur tranſlationem dominij, ſi verè ad vnum ſolum pertinebat.*

CAP. XXIV.

Bona diuiſa inter fratres, an præſumantur propria, uel paterna.

1 IN hac quæſtione diſtinguendum eſt, aut enim bona fuerunt diuiſa ſtatim, vel paulò poſt mortem Patris, & tunc præſumuntur paterna, cum eo caſu ex breuitate temporis non poſſit colligi, quod illa bona ex propria induſtria, vel labore fuerint quæſita. latè Peregrin. de fideicommiſſ. art. 44. nu. 21. Merlin. dec. 406. nu. 3. in fin. niſi filij eſſent talis qualitatis, & induſtriæ, vt ex ea potuerint aliquid lucrari viuente Patre, tunc enim bona præſumerentur propria ipſorum filiorum, etiamſi bona paterna adminiſtraſſent, præſertim ſi ex patrimonio patris non potuiſſet facilè fieri huiuſmodi lucrum, attentis reditibus dicti patrimonij, numero filiorum, & alijs oneribus Patri incumbentibus. ut d. Ruin. conſ. 23. num. 37. lib. 5. Rol. conſ. 90. num. 8. uol. 2. Merlin. d. dec. 406. nu. 6. et 7. latè Menoch. lib. 3. præſumpt. 50. per tot. vbi etiam dicit, quod ſi filius ſeorſum habitet à Patre, & negotiatur, præſumitur ſua induſtria acquiſiuiſſe.

2 Aut diuiſio facta fuit poſt longum tempus ab obitu patris, & hoc caſu bona præſumuntur propria, non autem paterna; quia præſumptio eſt, quod bona ſint poſſidentis. l. ob maritorum, ubi gloſ. et DD. C. Nè ux. pro marit. Rot. deciſ. 704. num. 2. par. 3. Recent. Menoch. de præſumpt. 50. in fin. lib. 3. quemadmodum in dubio ſolutio cenſetur facta ex pecunijs ſoluentis. l. et magis. ff. de ſolut. l. cum pecuniam. ff. de Negot. geſt. notabilis enim diſtantia temporis per ſe inducit præſumptionem, quod bona potuerint acquiri ex bonis proprijs, nempe ob parſimoniam, donationem, & alio modo, nam ea conſequentia, quod habet filius paternum eſt non ſemper valet

Alex.

Alex. conf.104. n.1. lib.4. Alciat. conf.260. num.
3 *5. & seq. l.9.* vbi dicit, quod actor veniens iure fideicommissi tenetur probare, quid in bonis testator reliquerit. *Marescott. var. lib.1. cap.12. nu.15. Rot. apud Giouagnon. post conf.20. nu.34. lib.2. Peregrin. d. art.44. nu.21,* vbi etiam dicit,
4 quod pecuniæ existentes penes vxorem hæredem institutam à marito, & per fideicommissum grauatam, non præsumuntur hæreditariæ, nisi aliud probetur, quia mulier matrimonio soluto licitè sibi quærere potest. *Merlin. d. dec. 406. nu.5.*
5 Idem dicendum, quando concurrit industria filiorum in mercatura, vel alijs muneribus: tunc enim bona præsumuntur propria, etiamsi desit longa diuturnitas temporis. *Bald. in l. cum oportet. num.11. C. de bon. quæ liber. Peregr. loco cit. Surd. dec.339. n.19. Menoch. lib.3. præsumpt.50. nu.3. Rot. dec.226. num.5. & seq. & dec.258. nu.1. cum seq. par.5. tom.1. rec. Merlin. d. dec. 406. n.5.* vbi dicit, quod data industria personæ quodcunque congruum temporis spatium, prout videtur triennium, potest per se inducere præsumptionem acquisitionis.
6 Illud etiam notandum est, quod si inter fratres res aliqua diuidatur tamquam communis, talis diuisio non operatur translationem dominij, si verè ad vnum solum pertinebat, non autem ad omnes fratres diuidentes, *vt post Anchar. conf.291. nu.3. & 4. & alios dixit Rot. dec. 590. num.12. & 13. par.4. tom.3. Recent.*

SVMMARIVM.

1 *Loca deputata ad vsum publicum, ex quibus nullus percipitur reditus, præscribuntur spatio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
2 *Loca, quæ non sunt in vsu publico, sed in reditu, & patrimonio populi, præscribuntur spatio 40. annorum.*
3 *Explicatur textus in l. fin. C. de Sacros. Eccles. requirens præscriptionem centum annorum contra Communitatem, vel Remp.*
4 *Quando prohiberi possit nauigatio, & piscatio maris, & fluminis.*
5 *Per occupationem quis non consequitur dominium loci publici, sed tantum dominium eius, quod in illo loco construxit, accedente decreto Principis.*
6 *Possidens locum publicum, cogitur illum dimittere, nisi legitimum ostendat priuilegium.*
7 *Actor obtinere nequit super possessorio recuperandæ possessionis loci publici, vel regalium, etiamsi fuerit spoliatus, nisi probet titulum suæ possessionis, & ius petitorij.*
8 *An dominium probetur contra tertium ex solutione affictuum, vel ex testibus deponentibus aliquem disposuisse de re, prout faciunt veri Domini de rebus proprijs.*
9 *Non requiritur præscriptio, sed sufficit occupatio quoad aquam publicam non destinatam ad vsum publicum.*

CAP. XXV.

An, & quando loca iure gentium publica præscribi possint.

1 Dico 1. quod quando talia loca deputata sunt ad vsum publicum, ex quibus nullus percipitur reditus, vt platea, teatrum, aut via publica, tunc non præscribuntur præscriptione communi, sed requiritur præscriptio, cuius initij memoria non extat in contrarium; ratio est, quia loca deputata ad vsum publicum, non dicuntur esse in commercio, nec possunt transire in dominium priuati, per contractum, & ideò præscribi non possunt præscriptione communi. *l. vsum aquæ. vbi DD. C. de Aquaduct. lib.11. Aret. in §. flumina. nu.4. & 5. Inst. de rer. diuis.* vbi dicit, quod Veneti, & Ianuenses tanto tempore præscripserunt, gulphum eorum maris. *latè Bald. de Præscript. in 1. par. sexta, & ult. princ. num.4. & in 4. par.5. princip. qu.6. nu.5.* vbi dicit, quod in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat, regulariter non requiritur scientia, & patientia Principis. *vide Bart. in l. iniuriarum actio, §. fin. ff. de Iniur. Alex. consil.6. circa fin. vol.1. Ciriac. controu. 178. nu.7. & seq.*
2 Dico 2. quod quando loca huiusmodi non sunt in vsu publico, sed in reditu, & parrimonio populi, vt molendina communia, vel fundi, Ciuitatis, quæ propriè dicuntur bona Vniuersitatis, tunc præscribuntur præscriptione communi, videlicet spatio 40. annorum; ratio est, quia ea, quæ sunt in reditu populi, seu Ciuitatis, dicuntur esse in commercio, & vendi possunt, seruata tamen solemnitate. *l. fin. Cod. de vend. reb. Ciuit. lib.11. latè Balb. in d.1. par. sexta, & vltim. princip. nu.4. & in 3. par.5. princ. num.1. & seq.* vbi etiam dicit, quod textus *in l. fin. C. de Sacros. Eccles.* requirens præscriptionem centum
3 annorum contra Ciuitatem, vel Remp. procedit tantùm in illis quatuor casibus, videlicet in venditione, donatione, institutione, vel relicto factis Reip. *prout declarant gloss. & DD. ibidem.*
4 Dico 3. quod minus tempus requiritur ad acquirendum ius quoddam, vt de possessione huiusmodi locorum, quæ iure gentium publica sunt, non expellamur. *Bald. in d.4. par.5. princ. qu.6. num.10.* vbi dicit, quod vigore talis possessionis agere possumus contra turbantem, & prohibere, nè quis intret locum nobis inuitis; & ideò prohibere possumus ratione possessionis nauigationem, & piscationem maris, & fluminis, quæ aliàs nobis sunt communia de iure gentium.
5 Notandum tamen est, quod licèt per occupationem quis non consequatur dominium loci publici de iure gentium, consequitur tamen dominium eius, quod construxit, vel ædificauit in illo loco publico, puta in mari vel in littore maris, donec [illegible] dente decreto Principis. [illegible] *& in l. quamuis. ff.* [illegible] *quid in loc. publ.* [illegible] currente negli- [illegible] inam causam re- cidit

recidit, & publicus fit. *Balb. loco proximè cit. num. 8. & 11. Luc. de Penn. in l. 2. verſ. è contra eſt lex iſta. Cod. de fund. limitroph. lib. 11.* vbi di-
6 cit, quod cum iure communi à poſſeſſione loci publici quis veniat depellendus, cogendus eſt illum dimittere, niſi legitimum oſtendat priuilegium, cuius vigore valeat poſſidere. *Ciriac. contr. 178. num. 7. & ſeq.* vbi dicit, quod actor
7 obtinere nequit ſuper poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis loci publici, vel regalium, etiamſi fuerit ſpoliatus, niſi probet titulum ſuæ poſſeſſionis, & ius petitorij.

8 An verò dominium probetur contra tertium ex ſolutione affictuum, aut ex teſtibus deponentibus, aliquem diſpoſuiſſe de re, prout faciunt veri Domini de rebus proprijs? negat *Ciriac. loco cit. num. 57. & ſeq.* & ideò talis probatio non ſufficit ad obtinendum in petitorio. *vide Alex. conſ. 182. nu. 1. in fin. vol. 7. Maſcard. de Probat. concluſ. 542. & 544. Rolan. conſ. 46. nu. 17. vol. 3. & ea quæ ſcripſimus in tract. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 55. num. 33. & ſeq.*

9 Dico 4. quod non requiritur præſcriptio, ſed ſufficit occupatio quoad aquam publicam non deſtinatam ad vſum publicum, ſicut ſufficit in his, quæ cœlo, terra, marique capiuntur. *l. 1. in princ. ff. de Acquir. poſſ. Balb. vbi ſupra in 4. par. 5. princ. quæſt. 6. num. 6. verſ. ſed Paul. de Caſtr. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Identitas dicitur probata eo ipſo, quod conſtat, fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtea per deſcendentes illa poſſideantur in eodem loco, & num. ſeq.*
2 *Probatis extremitatibus media probata cenſentur.*
3 *In antiquis leuiores ſufficiunt probationes, & ſat eſt, ſi duo confines verificentur, licèt alij non adaptentur.*
4 *Bona cenſentur emphiteotica, ſi in loco emphiteuſis ab emphiteuta poſſideantur.*
5 *Si ex mutatione confinium non poteſt conſtare, quæ ſint res in inueſtitura comprehenſa, & canonis ſolutio facta ſit, omnia bona in eodem loco poſſeſſa per emphiteutam, præſumuntur emphiteotica.*
6 *Teſtes de auditu, vel de publica voce, & fama, in antiquis plenè probant.*
7 *Ille tenetur probare, & deſignare diſtinctè confines antiquos, cuius facto, & culpa confuſi, & mutati ſunt.*
8 *Identitas de facili præſumi debet.*
9 *Pluralitas rerum, perſonarum, & factorum non præſumitur.*

CAP. XXVI.

Identitas bonorum an ex loco probetur.

1 RESp. affirmatiuè: & ideò identitas ſatis dicitur probata eo ipſo, quod conſtat, fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtea ill[illegible] [illegible]deantur per deſcendentes in eo[dem] loc[o] [n]ouus titulus exhibeatur, quo non exhibito præſumitur poſſeſſio tranſlata, & continuata in ſucceſſores ex titulo teſtatoris. *Natt. conſ. 235. num. 17.* vbi etiam dicit, quod ſi
2 conſtet, primos, & vltimos in linea poſſediſſe, probatur etiam, medios poſſediſſe, quia probatis extremitatibus media probata cenſentur, *Peregrin. de fideicom. art. 44. nu. 22. Rot. deciſ. 470. num. 4. par. 3. recent.* vbi, quod ad probandum, fideicommiſſaria bona eſſe illa, in quibus fideicommiſſum factum fuit, ſufficit probare, quod aliàs fuerint in bonis fideicommittentis. *& in Viterbien. bonorum 23. Februarij 1604. coram Cardinali Pamphil. quam refert Gratian. diſcept. for. cap. 969. num. 16. Gregor. deciſ. 575. num. 9.* quod præcipuè procedit, quando conſtat de con-
3 tinuata ſucceſſione de vno in alium, vel quando verſamur in antiquis, in quibus leuiores ſufficiunt probationes, & ſat eſt, ſi duæ demonſtrationes, ſeu confines verificentur, licèt alia non adaptentur. *Rot. deciſ. 42. num. 2. & ſeq. par. 5.*
4 *tom. 1. recent.* ſicut in ſimili dicimus de Emphiteuta: bona enim cenſentur emphiteotica, ſi in loco emphiteuſis ab Emphiteuta poſſideantur, quia Dominus directus habet intentionem fundatam in omnibus bonis ab emphiteuta ibidem poſſeſſis, niſi emphiteuta exhibeat nouum titulum acquiſitionis factæ de bonis in eodem loco. *Ruin. conſ. 50. num. 13. & 14. lib. 1.* vbi ſubijcit,
5 quod ſi ex mutatione confinium non poteſt conſtare, quæ ſint res in inueſtitura comprehenſæ, & canonis ſolutio facta ſit, omnia bona in eodem loco poſſeſſa per emphiteutam præſumuntur emphiteotica. *Rot. deciſ. 69. num. 6. par. 5. tom. 1. recent. & apud Poſt. deciſ. 93. num. 4. & ſeq.* vbi,
6 quod teſtes de auditu, vel de publica voce, & fama, in antiquis plenè probant, maximè accedentibus adminiculis. *Beltram. ad Greg. d. deciſ.*
7 *575. num. 11.* vbi dicit, quod ille tenetur probare, & deſignare diſtinctè confines antiquos, cuius culpa, & facto confuſi, & mutati ſunt, *vide Peregrin. d. art. 44. per tot. & præſertim num. 44.*
8 vbi dicit, quod identitas de facili præſumi debet, quia pluralitas rerum, perſonarum, & fa-
9 ctorum non præſumitur, *vt tradunt DD. in cap. in præſentia. de Probat. & in l. in bello. §. facta. ff. de Captiu.*

SVMMARIVM.

1 *Paſcua, & Sylua de iure communi ſpectant ad Vniuerſitatem: declaratur num. 2.*
2 *An et quando Princeps habens iuriſdictionem territorij, præſumatur habere dominium rerum particularium exiſtentium in territorio.*
3 *Si omnes aliquid ſoluerunt pro rebus per eos poſſeſſis in recognitionem dominij, exceptis vno, vel duobus, Dominus habet intentionem fundatam etiam contra non ſoluantes.*
4 *Locum deſertum, et pro derelicto habitum quilibet auctoritate propria poteſt occupare, ſed Dominus deſerens intra biennium recuperare poteſt.*
5 *Interdicitur mutatio formæ, quando ius paſcendi in aliquo agro debetur iure ſeruitutis, ſeu ſi alio iure.*

CA[P.]

C A P. XXVII.

Ad quem spectent Sylua, & pascua existentia in territorio Castri, vel alterius loci.

39 RESP. quod de iure communi spectant ad Communitatem. *l. in tantum. §. Vniuersitatis. ff. de Rer. diuis. l. omnes 2. C. de oper. publ. Couar. pract. quæst. cap. 37. num. 1.* vbi dicit, quod pascua ita ad Vniuersitatem pertinent, & sub eiusdem Vniuersitatis dominio censentur, vt Dominus alicuius Ciuitatis, Villæ, vel Castri habens in his locis iurisdictionem ciuilem, vel etiã criminalem, nullum habeat ex hoc iure dominium in huiusmodi pascuis publicis illius territorij, intra quod iurisdictione vtitur, & vti potest. *latè Honded. cons. 84. n. 1. & seq. vol. 2. Rot. in Tusculana Syluarum 18. Maij 1616. coram Verospio, quæ apud Post. in tract. mandat. de manuten. est decis. 40.* vnde super pascuis, & Syluis ad ipsas Communitates de iure spectat edicta promulgare, cum in concernentibus bonorum suorum administrationem habeant facultatem statuendi. *l. 1. & l. ambitiosa. ff. de Decret. ab ord. facien. Bart. in l. omnes populi. nu. 26. vers. prædicta vera &c. ff. de Iust. & Iur. Buratt. dec. 312. num. 4.*

2 Notandum tamen est, quod Communitas solum potest habere fundatam intentionem super syluis, & pascuis, si non constat, quod alius possideat; sed si alius possidet, cessat præsumptio pro Communitate. *Abb. in cap. si diligenti. de Præscript. Soc. sen. cons. 127. nu. 5. lib. 1. Paleaz. de Maiorat. par. 4. q. 20. num. 20. Honded. d. cons. 84. nu. 24. Mascard. de Probat. conclus. 217. n. 16. & seq.*

3 Notandum 2. quod Princeps habens iurisdictionem territorij, non præsumitur habere dominium rerum particularium existentium in territorio; nisi habeat dominium territorij cum iurisdictione: hoc enim casu præsumitur habere dominium vniuersitatis agrorum existentium in territorio. *Hond. d. cons. 84. nu. 12. Rolan. cons. 46. num. 34. vol. 3.* vbi dicit, quod fundata est intentio habentis dominium totius territorij, vt etiam dicatur habere dominium rerum particularium. *Mascard. d. conclus. 217. nu. 21.* subdens,
4 quod si omnes aliquid soluerunt pro rebus per eos possessis in recognitionem dominij exceptis vno, vel duobus, aut tribus, Dominus habet fundatam intentionem etiam contra non soluentes.

5 Notandum 3. quod licet locum desertum, & pro derelicto habitum quilibet auctoritate propria possit occupare, siue occupans sit vicinus, siue non. *latè Peregrin. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 3. nu. 29.* tamen Dominus deserens intra biennium recuperare potest, restitutis cultori expensis, quo elapso non auditur. *l. si quis agros. vbi Bart. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Rip. in l. possessio. nu. 14. & seq. ff. de Acquir. poss.*

6 Notandum 4. quod Dominus fundi, super quo alius habet ius pascendi, potest in eo arbores, & vites plantare: quia solum interdicitur mutatio formæ, quando ius pascendi debetur iure seruitutis; secus si alio iure. *Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 9. nu. 40. & seq. Hond. consil. 84. nu. 30. & seq. vol. 2. vide quæ scripsimus in tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 110. nu. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando per destructionem molendini amittatur quasi possessio, & alter occupare possit locum, & aquam, & nu. 2. & seq.*
2 *Prætor non tuetur aliquem in quasi possessione ducendi aquam, nisi eum, qui illam duxit priori æstate.*
3 *Æstatis tempore aqua naturaliter fluit.*
4 *Æstas incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali.*
5 *Solitus aquæ cursus dicitur, qui fuit præcedente æstate.*
6 *Quid si ius molendini prouenerit ex priuilegio, seu concessione Principis.*
7 *Et quid si molendinum sit fabricatum in aqua.*
8 *Quando non reparanti molendinum, subueniatur per restitutionem in integrum.*
9 *Molendino destructo Dominus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit protestatus ante cœptum opus ab alio.*

C A P. XXVIII.

Quando ob destructionem molendini quis amittat quasi possessionem, & alter occupare possit locum, & aquam.

1 DOctores distinguunt inter molendinum terraneum, seu solo cohærens, & fabricatum in aqua; primo casu si quis desinat possidere per annum, & molendinum adeò sit dirutum, vt aqua primum suum cursum recuperauerit, tunc eiusdem aquæ cursum alius licitè poterit occupare, etiamsi antiquum molendinum non sit totaliter destructum. *Bart. communiter receptus in l. quominus. nu. 29. ff. de flumin. & in l. præscriptio. ff. de Vsucap. Ruin. cons. 88. num. 1. & seq. lib. 4.* vbi
2 dicit, quod Prætor non tuetur aliquem in quasi possessione ducendi aquam, nisi eum, qui illam duxit eo anno, vel priori æstate; ideò enim at-
3 tenditur æstas, quia tunc aqua naturaliter fluit. *l. 1. in princ. & §. deinde. & §. æstatem. ff. de Aq.*
4 *quotid. & æstiu.* vbi, quod æstas incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali: & ità senis mensibus æstas, atque hyems diuiditur. *vide Bald. in l. item lapilli. nu. 6. in 8. q. ff.*
5 *de rer. diuis.* vbi, quod solitus cursus dicitur, qui fuit præcedente æstate.

6 Prædicta autem conclusio procedit, quando ius competit vigore præoccupationis antiquioris: quia si ius antiqui molendini prouenerit ex priuilegio, & Principis concessione, tunc non vtendo, ac Domino non reparante per spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes hoc ius amittitur, & licitum est alteri occupare, seu obtinere aquam pro nouo molendino. *latè Ciriac. contr. 310. nu. 120. & seq.*

7 Secundo casu quando molendinum est fabricatum in aqua, requiritur totalis eius destructio; & ideò donec remanet aliqua ipsius molendini facies,

facies, seu paré, durat occupatio aquæ, & quasi
possessio, *vt post Ang. Cuman. Imol. & alios ob-*
seruat Ciriac. loco cit. num. 125. et seq. vide quæ
scripsimus in tr. de Temp. legal. lib. 2. cap. 81. nu.
13. et seq.
8 Obserua tamen, quod si quis iustam causam al-
legauerit, quare eo anno molendinum non repa-
rauerit, subuenitur ei per restitutionem in inte-
grum. *l. 1. §. si quis propter. ff. de Itin. act. priu.*
Bart. in d. l. quominus. nu. 31. ff. de flumin.
9 Obserua 2. quod molendino destructo Domi-
nus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit pro-
testatus ante cœptum opus ab alio. *Bart. in d. l.*
quominus. nu. 10. q. 5. Cepoll. in tract. de Seruit.
rust. præd. cap. 4. nu. 44. Viu. comm. opin. 511. Ci-
riac. d. contr. 310. nu. 139.

SVMMARIVM.

1 *Potest quis regulariter aquas in suo fundo na-*
scentes aliò diuertere: limitatur nu. 4. et seq.
2 *In quo differat flumen priuatum à flumine pu-*
blico.
3 *Riuus quando dicatur publicus.*
4 *Quid si aqua non nascitur in proprio fundo, sed*
aliundè fluit.
5 *Et quid si alius aquæ ducendæ ius ex pacto, seu*
conuentione, aut priuilegio habeat, vel eandem
aquam per tempus, cuius initij memoria non
extat, ad suum fundum duxerit.
6 *Et quid si aqua publico vsui seruiret.*
7 *Aquam descendentem in fundum inferiorem ex*
opere manufacto, non potest Dominus eiusdem
fundi diuertere: declaratur, et limitatur num.
seq.
8 *Qui patitur, opus fieri in loco, in quo potest pro-*
hibere, præsumitur pati iure seruitutis.
9 *Aqua aliò diuerti non potest ad æmulationem, vel*
in damnum vicini.

CAP. XXIX.

An, et quando possit quis aquas diuertere,
seu impedire.

1 POtest quis regulariter aquas in suo fundo na-
scentes aliò diuertere, cum quilibet rei suæ
sit moderator, & arbiter. *l. in re madata. C.*
mandat. DD. in l. fluminum. §. fin. ff. de damn.
inf. Bald. in l. item lapilli. nu. 4. vers. & est simi-
le, &c. ff. de rer. diuis. vbi dicit, quod potest quis
venas aquarum nascentium in suo fundo præci-
dere, & impedire, nè transeant in fundum vici-
ni; idemque dicendum est, si aqua fluit in flumine
proprio, seu priuato. *Bald. loco cit. nu. 2. & 4.*
2 vbi, quod proprium flumen est scilicet eatenus
quatenus in suo ingreditur, quod non semper
fluit, vt sunt gurgites, & quædam fossata, quæ
causam continuam non habent, & sepé arescunt,
vel pusillum aquæ in estatæ continent, ad distin-
ctionem fluminis publici, quod tunc dicitur,
quando semper fluit. *Rimin. cons. 624. nu. 2. & 3.*
3 vbi etiam obseruat, quod riuus etiam paruus di-
citur publicus, si semper fluit.
4 Limita 1. si aqua non nascitur in tuo fundo, sed
ad agruum tuum aliunde fluit, quia tunc auferre
non poteris. *secundùm Bald. loco cit. nu. 4. vers.*
sed si ad agruum tuum &c.
5 Limita 2. quando alius dictæ aquæ ducendæ
ius ex pacto, seu conuentione, aut priuilegio ha-
bet, vel eamdem aquam per tempus, cuius initij
memoria non extat, ad suum fundum duxerit.
Thesaur. decis. 245. n. 5. & 6. Cepoll. in tract. de
seruit. rust. præd. cap. 4. de seruit. aquæduct. n. 51.
& seq. Rot. decis. 425. nu. 9. & seq. par. 4. tom. 2.
recent. quicquid dicat Ciriac. contr. 310. n. 155. et
seq. Cancer. var. lib. 3. cap. 4. n. 240. et seq.
6 Limita 3. quando aqua publico vsui seruiret,
Rimin. sen. cons. 624. num. 5. et seq. lib. 4. quem re-
fert, et sequitur Tseaur. iun. ad decis. 245. The-
sen. litt. a.
7 Limita 4. vbi aqua descenderet in fundum in-
feriorem ex opere manufacta: tunc enim non
posset Dominus fundi aquam diuertere, quia in
tali casu videtur inducta seruitus. *Thesaur. d. de-*
cis. 245. nu. 4. latè Ciriac. d. contr. 310. nu. 4. et seq.
8 *et nu. 160.* vbi, quod hoc procedit, quando tale
opus est in loco eius, contra quem allegatur
seruitus: nam eo ipso quod patitur, opus huius-
modi fieri in loco, in quo potest prohibere, præ-
sumitur pati iure seruitutis; secus si existat tan-
tùm in loco Domini fundi allegantis seruitutem.
Cepoll. de seruit. rust. prædior. cap. 4. sub n. 58. Rot.
decis. 425. nu. 15. par. 4. tom. 2. recent.
9 Limita 5. si id fieret ad æmulationem, vel in
damnum vicini. *Cancer. var. lib. 3. cap. 4. num.*
250.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit thesaurus.*
2 *Domo vendita, in qua non antiquitus abscondi-*
ta fuit aliqua pecuniæ quantitas, non censetur
vendita ipsa pecunia.
3 *Thesaurus inuentus in fundo proprio, totus ac-*
quiritur Domino fundi: limitatur nu. 5.
4 *Quod disponitur in thesauro, censetur etiam dis-*
positum in statuis, et lapidibus absconditis in
agro.
5 *Quid si in inueniendo thesauro magica ars adhi-*
bita fuerit.
6 *Thesaurus in alieno loco, non data opera, sed for-*
tuito casu inuentus, pro dimidia ad inuentorem,
pro alia dimidia ad Dominum loci pertinet.
7 *Quid si data opera inuentus fuerit, et n. 9.*
An Domino liceat facultatem alteri concedere
quærendi thesauri in suo prædio. ibidem d. nu.
7. et nu. 13.
8 *Publici metallarij non possunt in fundo alieno*
thesaurum perquirere inuito Domino.
9 *An possit quis retinere thesaurum arte magica,*
aut alijs modis illicitis inuentum.
10 *Inueniens thesaurum, cuius partem ad fiscum*
pertinentem suppressit, qualiter puniatur.
11 *Emens prædium, in quo postea thesaurum inue-*
nit, an teneatur illum restituere venditori, et
nu. seq.
12 *An rescindatur venditio ex causa inuentionis the-*
sauri in fundo vendito.
13 *Dominus fundi potest famulos, et operarios pone-*
re, vt thesaurum perquirant.
14 *Venas metallorum etiam in agris alienis perqui-*
rere licet, volentibus Dominis.

CAP. XXVII.

Ad quem spectent Syluæ, & pascua existentia in territorio Castri, vel alterius loci.

39 Resp. quod de iure communi spectant ad Communitatem. *l. in tantum. §. Vniuersitatis. ff. de Rer. diuis. l. omnes 2. C. de oper. publ. Couar. pract. quæst. cap. 37. num. 1.* vbi dicit, quod pascua ita ad Vniuersitatem pertinent, & sub eiusdem Vniuersitatis dominio censentur, vt Dominus alicuius Ciuitatis, Villæ, vel Castri habens in his locis iurisdictionem ciuilem, vel etiã criminalem, nullum habeat ex hoc iure dominium in huiusmodi pascuis publicis illius territorij, intra quod iurisdictione vtitur, & vti potest. *latè Honded. cons. 84. n. 1. & seq. vol. 2. Rot. in Tusculana Syluarum 18. Maij 1616. coram Verospio, quæ apud Post. in tract. mandat. de manuten. est decis. 40.* vnde super pascuis, & Syluis ad ipsas Communitates de iure spectat edicta promulgare, cum in concernentibus bonorum suorum administrationem habeant facultatem statuendi. *l. 1. & l. ambitiosa. ff. de Decret. ab ord. facien. Bart. in l. omnes populi. nu. 26. vers. prædicta vera &c. ff. de Iust. & Iur. Buratt. dec. 312. num. 4.*

2 Notandum tamen est, quod Communitas solum potest habere fundatam intentionem super syluis, & pascuis, si non constat, quod alius possideat; sed si alius possidet, cessat præsumptio pro Communitate. *Abb. in cap. si diligenti. de Præscript. Soc. sen. cons. 127. nu. 5. lib. 1. Paleaz. de Maiorat. par. 4. q. 20. num. 20. Honded. d. cons. 84. nu. 24. Mascard. de Probat. conclus. 217. n. 16. & seq.*

3 Notandum 2. quod Princeps habens iurisdictionem territorij, non præsumitur habere dominium rerum particularium existentium in territorio; nisi habeat dominium territorij cum iurisdictione: hoc enim casu præsumitur habere dominium vniuersitatis agrorum existentium in territorio. *Hond. d. cons. 84. nu. 12. Rolan. cons. 46. num. 34. vol. 3.* vbi dicit, quod fundata est intentio habentis dominium totius territorij, vt etiam dicatur habere dominium rerum particularium. *Mascard. d. conclus. 217. nu. 21.* subdens,

4 quod si omnes aliquid soluerunt pro rebus per eos possessis in recognitionem dominij exceptis vno, vel duobus, aut tribus, Dominus habet fundatam intentionem etiam contra non soluentes.

5 Notandum 3. quod licet locum desertum, & pro derelicto habitum quilibet auctoritate propria possit occupare, siue occupans sit vicinus, siue non. *latè Peregrin. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 3. nu. 29.* tamen Dominus deserens intra biennium recuperare potest, restitutis cultori expensis, quo elapso non auditur. *l. qui agros. vbi Bart. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Rip. in l. possessio. nu. 14. & seq. ff. de Acquir. poss.*

6 Notandum 4. quod Dominus fundi, super quo alius habet ius pascendi, potest in eo arbores, & vites plantare: quia solum interdicitur mutatio formæ, quando ius pascendi debetur iure seruitutis; secus si alio iure. *Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 9. nu. 40. & seq. Hond. consil. 84. nu. 30. & seq. vol. 2. vide quæ scripsimus in tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 110. nu. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Quando per destructionem molendini amittatur quasi possessio, & alter occupare possit locum, & aquam, & nu. 2. & seq.*

2 *Prætor non tuetur aliquem in quasi possessione ducendi aquam, nisi eum, qui illam duxit priori æstate.*

3 *Æstatis tempore aqua naturaliter fluit.*

4 *Æstas incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali.*

5 *Solitus aquæ cursus dicitur, qui fuit præcedente æstate.*

6 *Quid si ius molendini prouenerit ex priuilegio, seu concessione Principis.*

7 *Et quid si molendinum sit fabricatum in aqua.*

8 *Quando non reparanti molendinum, subueniatur per restitutionem in integrum.*

9 *Molendino destructo Dominus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit protestatus ante cœptum opus ab alio.*

CAP. XXVIII.

Quando ob destructionem molendini quis amittat quasi possessionem, & alter occupare possit locum, & aquam.

1 Doctores distinguunt inter molendinum terraneum, seu solo cohærens, & fabricatum in aqua; primo casu si quis desinat possidere per annum, & molendinum adeò sit dirutum, vt aqua primum suum cursum recuperauerit, tunc eiusdem aquæ cursum alius licitè poterit occupare, etiamsi antiquum molendinum non sit totaliter destructum. *Bart. communiter receptus in l. quominus. nu. 29. ff. de flumin. & in l. præscriptio. ff. de Vsucap. Ruin. cons. 88. num. 1. & seq. lib. 4.* vbi

2 dicit, quod Prætor non tuetur aliquem in quasi possessione ducendi aquam, nisi eum, qui illam duxit eo anno, vel priori æstate; ideò enim at-

3 tenditur æstas, quia tunc aqua naturaliter fluit. *l. 1. in princ. & §. deinde. & §. æstatem. ff. de Aquotid. & æstiu.* vbi, quod æstas incipit ab æqui-

4 nóctio verno, & finitur æquinoctio autumnali: & ita senis mensibus æstas, atque hyems diuiditur. *vide Bald. in l. item lapilli. nu. 6. in 8. q. ff.*

5 *de rer. diuis.* vbi, quod solitus cursus dicitur, qui fuit præcedente æstate.

6 Prædicta autem conclusio procedit, quando ius competit vigore præoccupationis antiquioris: quia si ius antiqui molendini prouenerit ex priuilegio, & Principis concessione, tunc non vtendo, ac Domino non reparante per spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes hoc ius amittitur, & licitum est alteri occupare, seu obtinere aquam pro nouo molendino. *latè Ciriac. contr. 310. nu. 120. & seq.*

7 Secundo casu quando molendinum est fabricatum in aqua, requiritur totalis eius destructio; & ideò donec remanet aliqua ipsius molendini facies,

facies, seu pari, durat occupatio aquæ, & quasi possessio, *ut post Ang. Cuman. Imol. & alios observat Ciriac. loco cit. num. 125. et seq. vide quæ scripsimus in tr. de Temp. legal. lib. 2. cap. 81. nu. 13. et seq.*

8 Obserua tamen, quod si quis iustam causam allegauerit, quare eo anno molendinum non reparauerit, subuenitur ei per restitutionem in integrum. *l. 1. §. si quis propter. ff. de Itin. act. priu. Bart. in d. l. quominus. nu. 31. ff. de flumin.*

9 Obserua 2. quod molendino destructo Dominus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit protestatus ante cœptum opus ab alio. *Bart. in d. l. quominus. nu. 10. q. 5. Cepoll. in tract. de Seruit. rust. præd. cap. 4. nu. 44. Vin. comm. opin. 511. Ciriac. d. contr. 310. nu. 139.*

SVMMARIVM.

1 *Potest quis regulariter aquas in suo fundo nascentes aliò diuertere: limitatur nu. 4. et seq.*
2 *In quo differat flumen priuatum à flumine publico.*
3 *Riuus quando dicatur publicus.*
4 *Quid si aqua non nascitur in proprio fundo, sed aliundè fluit.*
5 *Et quid si alius aquæ ducendæ ius ex pacto, seu conuentione, aut priuilegio habeat, vel eandem aquam per tempus, cuius initij memoria non extat, ad suum fundum duxerit.*
6 *Et quid si aqua publico vsui seruiret.*
7 *Aquam descendentem in fundum inferiorem ex opere manufacto, non potest Dominus eiusdem fundi diuertere: declaratur, et limitatur num. seq.*
8 *Qui patitur, opus fieri in loco, in quo potest prohibere, præsumitur pati iure seruitutis.*
9 *Aqua aliò diuerti non potest ad æmulationem, vel in dammum vicini.*

CAP. XXIX.

An, et quando possit quis aquas diuertere, seu impedire.

1 Potest quis regulariter aquas in suo fundo nascentes aliò diuertere, cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mandat. DD. in l. fluminum. §. fin. ff. de damn. inf. Bald. in l. item lapilli. nu. 4. vers. & est simile, &c. ff. de rer. diuis.* vbi dicit, quod potest quis venas aquarum nascentium in suo fundo præcidere, & impedire, ne transeant in fundum vicini; idemque dicendum est, si aqua fluit in flumine proprio, seu priuato. *Bald. loco cit. nu. 2. & 4.*

2 vbi, quod proprium flumen est scilicet eatenus quatenus in suo ingreditur, quod non semper fluit, vt sunt gurgites, & quædam fossata, quæ causam continuam non habent, & sæpè arescunt, vel pusillum aquæ in estate continent, ad distinctionem fluminis publici, quod tunc dicitur, quando semper fluit. *Rimin. cons. 624. nu. 2. & 3.*

3 vbi etiam obseruat, quod riuus etiam paruus dicitur publicus, si semper fluit.

4 Limita 1. si aqua non nascitur in tuo fundo, sed ad agruum tuum aliunde fluit, quia tunc auferre non poteris. *secundùm Bald. loco cit. nu. 4. vers sed si ad agruum tuum &c.*

5 Limita 2. quando alius dictæ aquæ ducendæ ius ex pacto, seu conuentione, aut priuilegio habet, vel eamdem aquam per tempus, cuius initij memoria non extat, ad suum fundum duxerit. *Thesaur. decis. 245. n. 5. & 6. Cepoll. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 4. de seruit. aquæduct. n. 51. & seq. Rot. decis. 425. nu. 9. & seq. par. 4. tom. 2. recent. quicquid dicat Ciriac. contr. 310. n. 155. et seq. Cancer. var. lib. 3. cap. 4. n. 240. et seq.*

6 Limita 3. quando aqua publico vsui seruiret, *Rimin. sen. cons. 624. num. 5. et seq. lib. 4. quem refert, et sequitur Thesaur. iun. ad decis. 245. Thesau. litt. a.*

7 Limita 4. vbi aqua descenderet in fundum inferiorem ex opere manufacta; tunc enim non posset Dominus fundi aquam diuertere, quia in tali casu videtur inducta seruitus. *Thesaur. d. decis. 245. nu. 4. latè Ciriac. d. contr. 310. nu. 4. et seq.*

8 *et nn. 160.* vbi, quod hoc procedit, quando tale opus est in loco eius, contra quem allegatur seruitus: nam eo ipso quod patitur, opus huiusmodi fieri in loco, in quo potest prohibere, præsumitur pati iure seruitutis; secus si existat tantùm in loco Domini fundi allegantis seruitutem. *Cepoll. de seruit. rust. prædior. cap. 4. sub n. 58. Rot. decis. 425. nu. 15. par. 4. tom. 2. recent.*

9 Limita 5. si id fieret ad æmulationem, vel in damnum vicini. *Cancer. var. lib. 3. cap. 4. num. 250.*

SVMMARIVM.

1 *Quid sit thesaurus.*
2 *Domo vendita, in qua non antiquitus abscondita fuit aliqua pecunia quantitas, non censetur vendita ipsa pecunia.*
3 *Thesaurus inuentus in fundo proprio, totus acquiritur Domino fundi: limitatur nu. 5.*
4 *Quod disponitur in thesauro, censetur etiam dispositum in statuis, et lapidibus absconditis in agro.*
5 *Quid si in inueniendo thesauro magica ars adhibita fuerit.*
6 *Thesaurus in alieno loco, non data opera, sed fortuito casu inuentus, pro dimidia ad inuentorem, pro alia dimidia ad Dominum loci pertinet.*
7 *Quid si data opera inuentus fuerit, et n. 9.*
An Domino liceat facultatem alteri concedere quærendi thesauri in suo prædio. ibidem d. nu. 7. et nu. 13.
8 *Publici metallarij non possunt in fundo alieno thesaurum perquirere inuito Domino.*
9 *An possit quis retinere thesaurum arte magica, aut alijs modis illicitis inuentum.*
10 *Inueniens thesaurum, cuius partem ad fiscum pertinentem suppressit, qualiter puniatur.*
11 *Emens prædium, in quo postea thesaurum inuenit, an teneatur illum restituere venditori, et nu. seq.*
12 *An rescindatur venditio ex causa inuentionis thesauri in fundo vendito.*
13 *Dominus fundi potest famulos, et operarios ponere, vt thesaurum perquirant.*
14 *Venas metallorum etiam in agris alienis perquirere licet, volentibus Dominis.*

CAP. XXVII.

Ad quem spectent Sylua, & pascua existentia in territorio Castri, vel alterius loci.

39 RESp. quod de iure communi spectant ad Communitatem. *l. in tantum. §. Vniuersitatis. ff. de Rer. diuis. l. omnes 2. C. de oper. publ. Couar. pract. quaest. cap. 37. num. 1.* vbi dicit, quod pascua ità ad Vniuersitatem pertinent, & sub eiusdem Vniuersitatis dominio censentur, vt Dominus alicuius Ciuitatis, Villae, vel Castri habens in his locis iurisdictionem ciuilem, vel etiã criminalem, nullum habeat ex hoc iure dominium in huiusmodi pascuis publicis illius territorij, intra quod iurisdictione vtitur, & vti potest. *latè Honded. cons. 84. n. 1. & seq. vol. 2. Rot. in Tusculanâ Syluarum 18. Maij 1616. coram Verospio, quæ apud Post. in tract. mandat. de manuten. est decis. 40.* vnde super pascuis, & Syluis ad ipsas Communitates de iure spectat edicta promulgare, cum in concernentibus bonorum suorum administrationem habeant facultatem statuendi. *l. 1. & l. ambitiosa. ff. de Decret. ab ord. facien. Bart. in l. omnes populi. nu. 26. vers. prædicta vera & c. ff. de Iust. & Iur. Buratt. dec. 312. num. 4.*

2 Notandum tamen est, quod Communitas solum potest habere fundatam intentionem super syluis, & pascuis, si non constat, quod alius possideat; sed si alius possidet, cessat præsumptio pro Communitate. *Abb. in cap. si diligenti. de Præscript. Soc. sen. cons. 127. nu. 5. lib. 1. Paleaz. de Maiorat. par. 4. q. 20. num. 20. Honded. d. cons. 84. nu. 24. Mascard. de Probat. conclus. 217. n. 16. & seq.*

3 Notandum 2. quod Princeps habens iurisdictionem territorij, non præsumitur habere dominium rerum particularium existentium in territorio; nisi habeat dominium territorij cum iurisdictione: hoc enim casu præsumitur habere dominium vniuersitatis agrorum existentium in territorio. *Hond. d. cons. 84. nu. 12. Rolan. cons. 46. num. 34. vol. 3.* vbi dicit, quod fundata est intentio habentis dominium totius territorij, vt etiam dicatur habere dominium rerum particularium. *Mascard. d. conclus. 217. nu. 21.* subdens,

4 quod si omnes aliquid soluerunt pro rebus per eos possessis in recognitionem dominij exceptis vno, vel duobus, aut tribus, Dominus habet fundatam intentionem etiam contra non soluentes.

5 Notandum 3. quod licet locum desertum, & pro derelicto habitum quilibet auctoritate propria possit occupare, siue occupans sit vicinus, siue non. *latè Peregrin. de Iur. fisci lib. 4. tit. 3. nu. 29.* tamen Dominus deserens intra biennium recuperare potest, restitutis cultori expensis, quo elapso non auditur. *l. qui agros. vbi Bart. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Rip. in l. possessio. nu. 14. & seq. ff. de Acquir. poss.*

6 Notandum 4. quod Dominus fundi, super quo alius habet ius pascendi, potest in eo arbores, & vites plantare: quia solum interdicitur mutatio formæ, quando ius pascendi debetur iure seruitutis; secus si alio iure. *Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 9. nu. 40. & seq. Hond. consil. 84. nu. 30. & seq. vol. 2. vide quæ scripsimus in tract. de Temp. legal. lib. 2. cap. 110. nu. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Quando per destructionem molendini amittatur quasi possessio, & alter occupare possit locum, & aquam, & nu. 2. & seq.*
2 *Prætor non tuetur aliquem in quasi possessione ducendi aquam, nisi eum, qui illam duxit priori æstate.*
3 *Æstatis tempore aqua naturaliter fluit.*
4 *Æstas incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali.*
5 *Solitus aquæ cursus dicitur, qui fuit præcedente æstate.*
6 *Quid si ius molendini prouenerit ex priuilegio, seu concessione Principis.*
7 *Et quid si molendinum sit fabricatum in aqua.*
8 *Quando non reparanti molendinum, subueniatur per restitutionem in integrum.*
9 *Molendino destructo Dominus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit protestatus ante cœptum opus ab alio.*

CAP. XXVIII.

Quando ob destructionem molendini quis amittat quasi possessionem, & alter occupare possit locum, & aquam.

1 DOctores distinguunt inter molendinum terraneum, seu solo cohærens, & fabricatum in aqua; primo casu si quis desinat possidere per annum, & molendinum adeò sit dirutum, vt aqua primum suum cursum recuperauerit, tunc eiusdem aquæ cursum alius licitè poterit occupare, etiamsi antiquum molendinum non sit totaliter destructum. *Bart. communiter receptus in l. quominus. nu. 29. ff. de flumin. & in l. præscriptio. ff. de Vsucap. Ruin. cons. 88. num. 1. & seq. lib. 4.* vbi
2 dicit, quod Prætor non tuetur aliquem in quasi possessione ducendi aquam, nisi eum, qui illam duxit eo anno, vel priori æstate; ideò enim at-
3 tenditur æstas, quia tunc aqua naturaliter fluit. *l. 1. in princ. & §. deinde. & §. æstatem. ff. de Aq.*
4 *quotid. & æstiu.* vbi, quod æstas incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali: & ità senis mensibus æstas, atque hyems diuiditur. *vide Bald. in l. item lapilli. nu. 6. in 8. q. ff.*
5 *de rer. diuis.* vbi, quod solitus cursus dicitur, qui fuit præcedente æstate.

6 Prædicta autem conclusio procedit, quando ius competit vigore præoccupationis antiquioris: quia si ius antiqui molendini prouenerit ex priuilegio, & Principis concessione, tunc non vtendo, ac Domino non reparante per spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes hoc ius amittitur, & licitum est alteri occupare, seu obtinere aquam pro nouo molendino. *latè Cirius contr. 310. nu. 120. & seq.*

7 Secundo casu quando molendinum est fabricatum in aqua, requiritur totalis eius destructio; & ideò donec remanet aliqua ipsius molendini facies,

facies, seu parte, durat occupatio aquæ, & quasi
possessio, *ut post Ang. Cuman. Imol. & alios ob-
seruat Ciriac. loco cit. num. 125. et seq. vide qua
scripsimus in tr. de Temp. legal. lib. 2. cap. 81. nu.
13. et seq.*
8 Obserua tamen, quod si quis iustam causam al-
legauerit, quare eo anno molendinum non repa-
rauerit, subuenitur ei per restitutionem in inte-
grum. *l. 1. §. si quis propter. ff. de Itin. act. priu.
Bart. in d. l. quominus. nu. 31. ff. de flumin.*
9 Obserua 2. quod molendino destructo Domi-
nus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit pro-
testatus ante cœptum opus ab alio. *Bart. in d. l.
quominus. nu. 10. q. 5. Cepoll. in tract. de Seruit.
rust. præd. cap. 4. nu. 44. Viu. comm. opin. 511. Ci-
riac. d. contr. 310. nu. 139.*

SVMMARIVM.

1 *Potest quis regulariter aquas in suo fundo na-
scentes aliò diuertere: limitatur nu. 4. et seq.*
2 *In quo differat flumen priuatum à flumine pu-
blico.*
3 *Riuus quando dicatur publicus.*
4 *Quid si aqua non nascitur in proprio fundo, sed
aliundè fluit.*
5 *Et quid si alius aquæ ducendæ ius ex pacto, seu
conuentione, aut priuilegio habeat, vel eandem
aquam per tempus, cuius initij memoria non
extat, ad suum fundum duxerit.*
6 *Et quid si aqua publico vsui seruiret.*
7 *Aquam descendentem in fundum inferiorem ex
opere manufacto, non potest Dominus eiusdem
fundi diuertere: declaratur, et limitatur num.
seq.*
8 *Qui patitur, opus fieri in loco, in quo potest pro-
hibere, præsumitur pati iure seruitutis.*
9 *Aqua aliò diuerti non potest ad æmulationem, vel
in damnum vicini.*

CAP. XXIX.

An, et quando possit quis aquas diuertere, seu impedire.

1 POtest quis regulariter aquas in suo fundo na-
scentes aliò diuertere, cum quilibet rei suæ
sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C.
mandat. DD. in l. fluminum. §. fin. ff. de damn.
inf. Bald. in l. item lapilli. nu. 4. vers. & est simi-
le, &c. ff. de rer. diuis.* vbi dicit, quod potest quis
venas aquarum nascentium in suo fundo præci-
dere, & impedire, nè transeant in fundum vici-
ni; idemque dicendum est, si aqua fluit in flumine
proprio, seu priuato. *Bald. loco cit. nu. 2. & 4.*
2 vbi, quod proprium flumen est scilicet eatenus
quatenus in suo ingreditur, quod non semper
fluit, vt sunt gurgites, & quædam fossata, quæ
causam continuam non habent, & sepè arescunt,
vel pusillum aquæ in estate continent, ad distin-
ctionem fluminis publici, quod tunc dicitur,
quando semper fluit. *Rimin. cons. 624. nu. 2. & 3.*
3 vbi etiam obseruat, quod riuus etiam paruus di-
citur publicus, si semper fluit.
4 Limita 1. si aqua non nascitur in tuo fundo, sed
ad agruum tuum aliunde fluit, quia tunc aufere
non poteris. *secundùm Bald. loco cit. nu. 4. vers
sed si ad agruum tuum &c.*
5 Limita 2. quando alius dictæ aquæ ducendæ
ius ex pacto, seu conuentione, aut priuilegio ha-
bet, vel eamdem aquam per tempus, cuius initij
memoria non extat, ad suum fundum duxerit.
*Thesaur. decis. 245. n. 5. & 6. Cepoll. in tract. de
seruit. rust. præd. cap. 4. de seruit. aquæduct. n. 51.
& seq. Rot. decis. 425. nu. 9. & seq. par. 4. tom. 2.
recent. quicquid dicat Ciriac. contr. 310. n. 155. et
seq. Cancer. var. lib. 3. cap. 4. n. 240. et seq.*
6 Limita 3. quando aqua publico vsui seruiret,
*Rimin. sen. cons. 624. num. 5. et seq. lib. 4. quem re-
fert, et sequitur Thesaur. iun. ad decis. 245. The-
sau. litt. a.*
7 Limita 4. vbi aqua descenderet in fundum in-
feriorem ex opere manufacta; tunc enim non
posset Dominus fundi aquam diuertere, quia in
tali casu videtur inducta seruitus. *Thesaur. d. de-
cis. 245. nu. 4. latè Ciriac. d. contr. 310. nu. 4. et seq.*
8 *et nu. 160.* vbi, quod hoc procedit, quando tale
opus est in loco eius, contra quem allegatur
seruitus: nam eo ipso quod patitur, opus huius-
modi fieri in loco, in quo potest prohibere, præ-
sumitur pati iure seruitutis; secus si existat tan-
tùm in loco Domini fundi allegantis seruitutem.
*Cepoll. de seruit. rust. prædior. cap. 4. sub n. 58. Rot.
decis. 425. nu. 15. par. 4. tom. 2. recent.*
9 Limita 5. si id fieret ad æmulationem, vel in
damnum vicini. *Cancer. var. lib. 3. cap. 4. num.
250.*

SVMMARIVM.

1 *Quid sit thesaurus.*
2 *Domo vendita, in qua non antiquitus abscondi-
ta fuit aliqua pecuniæ quantitas, non censetur
vendita ipsa pecunia.*
3 *Thesaurus inuentus in fundo proprio, totus ac-
quiritur Domino fundi: limitatur nu. 5.*
4 *Quod disponitur in thesauro, censetur etiam dis-
positum in statuis, et lapidibus absconditis in
agro.*
5 *Quid si in inueniendo thesauro magica ars adhi-
bita fuerit.*
6 *Thesaurus in alieno loco, non data opera, sed for-
tuito casu inuentus, pro dimidia ad inuentorem,
pro alia dimidia ad Dominum loci pertinet.*
7 *Quid si data opera inuentus fuerit, et n. 9.
An Domino liceat facultatem alteri concedere
quærendi thesauri in suo prædio. ibidem d. nu.
7. et nu. 13.*
8 *Publici metallarij non possunt in fundo alieno
thesaurum perquirere inuito Domino.*
9 *An possit quis retinere thesaurum arte magica,
aut alijs modis illicitis inuentum.*
10 *Inueniens thesaurum, cuius partem ad fiscum
pertinentem suppressit, qualiter puniatur.*
11 *Emens prædium, in quo postea thesaurum inue-
nit, an teneatur illum restituere venditori, et
nu. seq.*
12 *An rescindatur venditio ex causa inuentionis the-
sauri in fundo vendito.*
13 *Dominus fundi potest famulos, et operarios pone-
re, vt thesaurum perquirant.*
14 *Venas metallorum etiam in agris alicuis perqui-
rere licet, volentibus Dominis.*

conductio actio, vt ei tollere liceat, sic tamen, vt damni infecti caueat, nè in aliquo, dum aufert, deteriorem causam ædium faciat, sed vt pristinam faciem ædibus reddat. *vt inquit textus in l. sed addes. §. si Inquilinus. ff. locat. Alex. in l. Senatus. §. Marcellus. nu.4. ff. de leg.1.* vbi di-
62 cit, quod si alia coniectura, quàm donationis cadere potest, non præsumeretur factum ædificium in solo alieno animo donandi. *& in l. domos. nu.6. ff. eod. tit.* vbi, quod legatarius ædificando pendente conditione legati in re legata, non præsumitur fecisse animo donandi.

63 Limitatur 4. quando ædificans habet aliquod ius in re, qualis est emphiteuta, qui finita emphiphiteusi non culpa, sed casu, potest ædificium, quod supposuit, tollere; eademque facultas conceditur marito, & hæredi grauato ædificantibus in fundo dotali, vel subiecto restitutioni: quia non videntur ædificasse in tali casu animo donandi. *l. domos. vbi DD. ff. de leg.1. Bald. in d. l. si inferiorem. latè Ruin. conf.165. nu.2.4. & seq. vol.4.* vbi obseruat, quod licèt in dictis casibus detur facultas tollendi ædificium, non tamen conceditur ædificanti retentio ædificij in Villa constructi, donec de expensis ædificij satisfiat. *l. Senatus. §. Marcellus. vbi DD. ff. de leg.1.*

Secus si ædificatum fuerit in Ciuitate: hoc enim casu ædificium tolli non debet, nè ruinis Ciuitas deformetur, vt supra diximus, sed datur retentio, & repetitio expensæ. *l. in fundo. cum ibi not. per DD. ff. de rei vindic. Merlin. decis.546. nu.8. & 9. Ruin. loco cit. nu.5. & seq.* vbi
64 etiam dicit, quod non debet æstimari ædificium secundùm tempus, quo fuit constructum, nec valor illius temporis debet attendi, quia ædificans tunc erat Dominus, & interim vsus est ædificio: sed debet æstimari habito respectu ad tempus restitutionis, siue æstimatio decreuerit, siue aucta fuerit. *Bart. Bald. & alij in l. domos. ff. de leg.1. Merlin. decis. 546. & decis. 695. num.7. & dec.705. nu.10.* subdens, quod ædificia rustica
65 non dicuntur melioramenta vtilia, nisi constet, ea pro necessitate Colonorum, atque animalium fuisse constructa, ità vt sine illis ager coli non posset, sed à meliorante auferuntur rudera. *ex trad. per Castrens. conf.270. nu.4. lib.2. Rol. conf. 28. num.30. lib.1. Peregrin. de fideicom. art. 50. num.7.*

66 Quando verò Dominus excusetur à refectione huiusmodi expensarum in prædijs rusticis à possessore factarum? vide textum. *in d. l. in fundo. ff. de rei vind.* vbi, quod Dominus pauper excusatur, si tales sumptus non erat facturus, nec fundum receptum venditurus: potest tamen possessor in tali casu tollere sine læsione prioris status ea, quæ impendit, vt supra, & sensit etiam *Ruin. d. conf.165. num.6. vol.4. Peregr. de fideicom. art.50.*

67 Limitatur 4. fauore Ecclesiæ, quæ potest ædificari in alieno solo, siue sit Ecclesia cathedralis, vel parochialis, in quibus Sacramenta ministrantur, siue alia Ecclesia, aut monasterium virorum, vel mulierum, soluto tamen pretio Domino soli; tunc enim ædificium non cedit solo, sed solum ædificio. *vt tradunt DD. communiter in l. si quis sepulchrum. ff. de Relig. & sumpt. fun. Cepoll. in tract. de seruit. vrban. præd. cap. 82. Gram. decis.75. per tot. Ricc. in Collect. dec. 2350. par.6. Barbos. de offic. & pot. Episc. par.2. alleg. 26. nu.1. latè Genuens. in tract. de Eccles. q. 343.* vbi dicit, quod si Ecclesia constructa fuerit in fundo alieno inuito Domino, non potest Dominus propria auctoritate illam destruere, *& q.333.* vbi etiam obseruat, quod cum hæres grauatus habeat quartam trebellianicam super bonis fideicommisso suppositis: poterit ædificare Ecclesiam in fundo restitutioni subiecto, quia ratione dictæ quartæ habet partem dominij illius, & per consequens talis fundus dicitur communis hæredi, & fidei commissario, qui eueniente casu fideicommissi tenebitur recipere pretium, non autem fundum. *ex trad. per Bald. in l. in communes in fin. C. de comm. seru. manu-*
68 *miss.* vbi dicit, quod si testator mandauit, construi Ecclesiam in loco communi, socius tenetur partem suam vendere, & hæres redimere, fauore religionis.

69 Item rogatus restituere quicquid sibi de hæreditate supererit, licèt teneatur eo casu reseruare quartam partem hæreditatis fideicommissario. *iuxta tex. in auth. contra cum rogatus. C. Ad*
70 *Trobell.* non tamen tenebitur illam reseruare, si pro Ecclesia, vel alia pia causa expenderit. *arg. citati textus in d. auth. contra cum rogatus. 61* vbi, si quis fuerit rogatus ità restituere, non
71 tenetur quartam reseruare, si ex causa dotis, seu propter nuptias donationis, seu captiuorum redemptionis huiusmodi quarta diminuta fuerit. *Genuens. in d. tract. q. 336. & q. 248.* vbi etiam
72 obseruat, quod Dominus Castri potest in præiudicium aliorum habentium molendinum, vel furnum, cogere subditos ad molendum in suo molendino, & coquendùm panem similiter in suo furno, vt ex tali lucro construi, vel reparari possit Ecclesia, vel monasterium alicuius Religionis propter publicam vtilitatem. *vide Bald. conf.410. vol.5. Rip. in tract. de Pest. tit. de remed. ad curan. pest. num.24. Crauett. de antiquit. temp. par.4. §. circa præmissa. nu.4.*

73 Illud quoque notandum est, quod si Princeps in solo suæ Iurisdictioni obnoxio ædificium aliquod construxerit, illudque destinauerit in alterius vsum, censetur in eundem vsum translatum nedum ædificium, sed etiam ipsum solum, quod in hoc casu inuerso iuris ordine cedit ædificio. *Abb. conf.62. num.14. & 15. lib.2. Rot. decis. 432. num.15. & seq. par.5. to.2. recent.*

74 Item ædificium non cedit solo, sed solum ædificio, si clericus ex pecunijs Ecclesiæ ædificauerit in solo suo: quod est fauore Ecclesiæ, & vt clerici temeritas, & auaritia puniatur; clericus enim ea, quæ acquisiuit de bonis Ecclesiæ, debet deducto victu in Ecclesiæ vsus expendere, & non in proprios vsus. *secundùm glos. in cap. Apostolicos. ver. construxisse. 12. q. 2. Specul. de empt. et vend. §. tertio loco. vers. quid si clericus. n.18. Bald. in l. in tantum. ff. de rer. diuis. Abb. in cap. cum esses. n.21. de Testam. Genuens. in tract. de Eccles. q. 249.*

Sed in hoc casu verior videtur sententia aliorum asserentium, quod res sit communis pro rata: alioquin Ecclesia locupletaretur cum aliena iactura, & fauor Ecclesiæ iniustitiam pareret. ità

ità Io. Andr. in addit ad Specul. loco cit. d. nu. 18. litt. g. Tiraq. de Priuil. pia cauſ. priuil. 121. Rip. in l. Senatuſconſulto. n. 17. ff. In quib. cauſ. pign. vel hypoth. vbi dicit, quod ſi Prælatus, vel eius hæres velit reſtituere pecuniam Eccleſiæ, ædificium cederet ſolo. Io. Franc. de Poteſt. Proreg. in tit. de abundan. Ciuit. §. 4. nu. 23. vbi dicit, quod tantùm meliorationes ſunt Eccleſiæ. Vnde poſt mortem Beneficiati meliorationes huiuſmodi ad Eccleſiam pertinent, hoc eſt ad ſucceſſorem in beneficio, vel Capitulum, ſi ex capitulari menſa fructus percipiebat vt Canonicus. cap. 1. cum ſeq. de Pecul. Cleric. cap. cum in officijs. cap. ad hac. cap. quia ad nos. cap. relatum 2. de Teſtam.

75 quod intellige, niſi de his Beneficiatus in vita diſpoſuerit; quamuis enim Beneficiatus teſtari nequeat de bonis ex fructibus beneficij acquiſitis, cum tempore mortis vſuario comparetur. ut in dictis iuribus. poteſt tamen, dum viuit, de illis liberè diſponere, quemadmodum de ipſis fructibus, quia in vita vſufructuario æquiparatur, vnde & eorum dominium acquirit, iuxta communiorem Doctorum ſententiam, communi etiam praxi, & conſuetudine approbatam. cap. caterum. ubi DD. extr. de Donat. & ità docet S. Thom. Sot. Caiet. Conar. & alij, quos refert, & ſequitur Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. numer. 5. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 114. nu. 4. inde inferentes, Beneficiatum malè, ac vanè conſumentem fructus beneficij, non teneri ad reſtitutionem, licèt peccet etiam grauiter, quando exceſſus eſſet magnus. latè Rot. coram Greg. XV. deciſ. 401. per tot.

76 An verò emptum ex pecunia Eccleſiæ efficiatur ipſius Eccleſiæ? Reſp. affirmatiuè: hoc enim priuilegium competit vxori, militi, & minori, cui Eccleſia comparatur. l. ſi ut proponis. vbi gloſ. & DD. C. de rei vendic. l. 3. C. Arbitr. tutel. gloſ. & DD. in cap. inquirendum. de Pecul. Cleric. Bald. in l. ſi tutor. C. de Seru. pign. dat. Bart. in l. idemque. ff. Qui pot. in pign. hab. Neguſ. de Pignor. 4. mem. 2. par. num. 163. latè Genuenſ. in tract. de Eccleſ. q. 283. licèt in alijs ſecus ſit de iure communi. vt conſtat ex l. ſi ex ea. C. de rei vendic.

77 Notandum eſt 2. quod ſi Clericus de redditibus ſui beneficij aliquas poſſeſſiones emerit, ſua vita durante eiſdem poſſeſſionibus frui debet, neque ijs priuandus eſt, etiamſi beneficium dimittat, vel eo priuetur. cap. fin. vbi Innoc. &

78 alij. de Priuil. cleric. idemque dicendum eſt, ſi in terra inculta ſui beneficij vineam plantauerit, vel eamdem terram ad culturam reduxerit. Innoc. & Abb. in d. cap. fin. Genuenſ. q. 614.

79 Notandum 3. quod ædificia ſita in prædijs ruſticis non habentur in conſideratione per ſe, ſed tantùm vti quid acceſſorium. Ar. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 28. C. de Reſcin. vend. Card. Seraphin dec. 1377. n. 3. vbi dicit, quod licèt reddant prædium pretioſius, tamen non æſtimantur; pcout æſtimantur prædia vrbana. Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. li. 9. tit. 2. nu. 10. Merlin. dec. 449. nu. 4. & ſeq. vbi dicit, quod ex hoc ipſo, quod ædificium eſt in prædio ruſtico, cedit eidem predio; & venit vti quid acceſſorium, ſiue conſtructum fuerit ad vſum coloni, ſiue ad vſum Domini; & ideò vendito fundo cenſetur etiam venditum ædificium in eo exiſtens. Vinc. de Franch. dec. 254. nu. 8. Ciriac. contr. 160. n. 57. 58. & 59. cum ſeq. tom. 1. & contr. 261. n. 27. & ſeq. & nu. 51. cum ſeq. tom. 2. vbi etiam dicit,

80 quod ædificia præſumuntur æſtimata vna cum fundo, licèt periti non fecerint de eis aliquam mentionem. Vrſill. concluſ. 62. nu. 97. vbi dicit, quod ædificium ruſticum non æſtimatur, niſi inter partes aliud fuerit conuentum.

SVMMARIVM.

1 Quando bona diuiſa inter fratres præſumantur paterna, & quando propria; et nu. 2. et 5.

2 ſolutio in dubio præſumitur facta ex pecunijs ſoluentis.

3 Actor veniens iure fideicommiſſi, tenetur probare, quid in bonis teſtator reliquerit.

4 Pecunia exiſtentes penes uxorem hæredem inſtitutam à Marito, et per fideicommiſſum grauatam, non præſumuntur hæreditariæ.

5 Triennium cenſetur congruũ temporis ſpatium.

6 Si inter fratres res aliqua diuidatur tanquam communis, talis diuiſio non operatur translationem dominij, ſi verè ad unum ſolum pertinebat.

CAP. XXIV.

Bona diuiſa inter fratres, an præſumantur propria, uel paterna.

1 IN hac quæſtione diſtinguendum eſt, aut enim bona fuerunt diuiſa ſtatim, vel paulò poſt mortem Patris, & tunc præſumuntur paterna, cum eo caſu ex breuitate temporis non poſſit colligi, quod illa bona ex propria induſtria, vel labore fuerint quæſita. latè Peregrin. de fideicommiſſ. art. 44. nu. 21. Merlin. dec. 406. nu. 3. in fin. niſi filij eſſent talis qualitatis, & induſtriæ, vt ex ea potuerint aliquid lucrari viuente Patre, tunc enim bona præſumerentur propria ipſorum filiorum, etiamſi bona paterna adminiſtraſſent, præſertim ſi ex patrimonio patris non potuiſſet facilè fieri huiuſmodi lucrum, attentis redditibus dicti patrimonij, numero filiorum, & alijs oneribus Patri incumbentibus. ut d. Ruin. conſ. 23. num. 37. lib. 5. Rol. conſ. 90. num. 8. vol. 2. Merlin. d. dec. 406. nu. 6. et 7. latè Menoch. lib. 3. præſumpt. 50. per tot. vbi etiam dicit, quod ſi filius ſeorſum habitet à Patre, & negotiatur, præſumitur ſua induſtria acquiſiuiſſe.

2 Aut diuiſio facta fuit poſt longum tempus ab obitu patris, & hoc caſu bona præſumuntur propria, non autem paterna, quia præſumptio eſt, quod bona ſint poſſidentis. l. ob maritorum, ubi gloſ. et DD. C. Ne ux. pro marit. Rot. deciſ. 704. num. 2. par. 3. Recent. Menoch. de præſumpt. 50. in fin. lib. 3. quemadmodum in dubio ſolutio cenſetur facta ex pecunijs ſoluentis. l. et magis. ff. de ſolut. l. cum pecuniam. ff. de Negot. geſt. notabilis enim diſtantia temporis per ſe induceit præſumptionem, quod bona potuerint acquiri ex bonis proprijs, nempe ob parſimoniam, donationem, & alio modo, nam ea conſequentia, quod habet filius paternum eſt non ſemper valet Alex.

Alex. consf.104. n.1. lib.4. Aleiat. consf.260, num.
3 *5. & seq. l.9.* vbi dicit, quod actor veniens iure fideicommissi tenetur probare, quid in bonis testator reliquerit. *Marescott. var. lib.1. cap.12. nu.15. Rot. apud Giouagnon. post consf.20. nu.34. lib.2. Peregrin. d. art.44. nu.21.* vbi etiam dicit,
4 quod pecuniæ existentes penes vxorem hæredem institutam à marito, & per fideicommissum grauatam, non præsumuntur hæreditariæ, nisi aliud probetur, quia mulier matrimonio soluto licitè sibi quærere potest. *Merlin. d. dec.406. nu.5.*

5 Idem dicendum, quando concurrit industria filiorum in mercatura, vel alijs muneribus: tunc enim bona præsumuntur propria, etiamsi desit longa diuturnitas temporis. *Bald. in l. cum oportet. num.11. C. de bon. quæ liber. Peregr. loco cit. Surd. dec.339. n.19. Menoch. lib.3. præsumpt.50. nu.3. Rot. dec.226. num.5. & seq. & dec.258. nu.1. eumseq. par.5. tom.1. rec. Merlin. d. dec.406. n.5.* vbi dicit, quod data industria personæ quodcunque congruum temporis spatium, prout videtur triennium, potest per se inducere præsumptionem acquisitionis.

6 Illud etiam notandum est, quod si inter fratres res aliqua diuidatur tamquam communis, talis diuisio non operatur translationem dominij, si verè ad vnum solum pertinebat, non autem ad omnes fratres diuidentees. *vt post Anchar. consf.291. nu.3. & 4. & alios dixit Rot. dec. 590. num.12. & 13. par.4. tom.3. Recent.*

SVMMARIVM.

1 *Loca deputata ad vsum publicum, ex quibus nullus percipitur reditus, præscribuntur spatio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

2 *Loca, quæ non sunt in vsu publico, sed in reditu, & patrimonio populi, præscribuntur spatio 40. annorum.*

3 *Explicatur textus in l. fin. C. de Sacros. Eccles. requirens præscriptionem centum annorum contra Communitatem, vel Remp.*

4 *Quando prohiberi possit nauigatio, & piscatio maris, & fluminis.*

5 *Per occupationem quis non consequitur dominium loci publici, sed tantùm dominium eius, quod in illo loco construxit, accedente decreto Principis.*

6 *Possidens locum publicum, cogitur illum dimittere, nisi legitimum ostendat priuilegium.*

7 *Actor obtinere nequit super possessorio recuperandæ possessionis loci publici, vel regalium, etiamsi fuerit spoliatus, nisi probe titulum suæ possessionis, & ius petitorij.*

8 *An dominium probetur contra tertium ex solutione affictuum, vel ex testibus deponentibus, aliquem disposuisse de re, prout faciunt veri Domini de rebus proprijs.*

9 *Non requiritur præscriptio, sed sufficit occupatio quoad aquam publicam non destinatam ad vsum publicum.*

CAP. XXV.

An, & quando loca iure gentium publica præscribi possint.

1 Dico 1. quod quando talia loca deputata sunt ad vsum publicum, ex quibus nullus percipitur reditus, vt platea, teatrum, aut via publica, tunc non præscribuntur præscriptione communi, sed requiritur præscriptio, cuius initij memoria non extat in contrarium: ratio est, quia loca deputata ad vsum publicum, non dicuntur esse in commercio, nec possunt transire in dominium priuati, per contractum, & ideò præscribi non possunt præscriptione communi. *l. vsum aquæ. vbi DD. C. de Aquaduct. lib.11. Aret. in §. flumina. nu.4. & 5. Inst. de rer. diuis.* vbi dicit, quod Veneti, & Ianuenses tanto tempore præscripserunt, gulphum eorum maris. *latè Bald. de Præscript. in 1. par. sextæ, & vlt. princ. num.4. & in 4. par.5. princip. qu.6. nu.5.* vbi dicit, quod in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat, regulariter non requiritur scientia, & patientia Principis. *vide Bart. in l. iniuriarum actio, §. fin. ff. de Iniur. Alex. consil.6. circa fin. vol.1. Ciriac. controu. 178. nu.7. & seq.*

2 Dico 2. quod quando loca huiusmodi non sunt in vsu publico, sed in reditu, & patrimonio populi, vt molendina communia, vel fundi, Ciuitatis, quæ propriè dicuntur bona Vniuersitatis, tunc præscribuntur præscriptione communi, videlicet spatio 40. annorum; ratio est, quia ea, quæ sunt in reditu populi, seu Ciuitatis, dicuntur esse in commercio, & vendi possunt, seruata tamen solemnitate. *l. fin. Cod. de vend. reb. Ciuit. lib.11. latè Balb. in d. 1. par. sexta, & vltim. princip. nu.4. & in 3. par.5. princ. num.1. & seq.* vbi etiam dicit, quod textus *in l. fin. C. de Sa-*
3 *cros. Eccles.* requirens præscriptionem centum annorum contra Ciuitatem, vel Remp. procedit tantùm in illis quatuor casibus, videlicet in venditione, donatione, institutione, vel relicto factis Reip. *prout declarant glos. & DD. ibidem.*

4 Dico 3. quod minus tempus requiritur ad acquirendum ius quoddam, vt de possessione huiusmodi locorum, quæ iure gentium publica sunt, non expellamur. *Bald. in d.4. par.5. princ. qu.6. num.10.* vbi dicit, quod vigore talis possessionis agere possumus contra turbantem, & prohibere, nè quis intret locum nobis inuitis; & ideò prohibere possumus ratione possessionis nauigationem, & piscationem maris, & fluminis, quæ aliàs nobis sunt communia de iure gentium.

5 Notandum tamen est, quod licèt per occupationem quis non consequatur dominium loci publici de iure gentium, consequitur tamen dominium eius, quod construxit, vel ædificauit in illo loco publico, puta in mari vel in littore maris, donec durat, accedente decreto Principis. *per tex. in l. quod in littore. & in l. quamuis. ff. de Acquir. rer. domin. l.2. ff. Nè quid in loc. publ.* vbi, quod diruto ædificio, & concurrente negligentia reficiendi, locus in pristinam causam recidit

recidit, & publicus fit. *Balb. loco proximè cit. num.8. & 11. Luc. de Penn. in l. 2. vers. è contra est lex ista. Cod. de fund. limitroph. lib. 11.* vbi di-
6 cit, quod cum iure communi à possessione loci publici quis veniat depellendus, cogendus est illum dimittere, nisi legitimum ostendat priuilegium, cuius vigore valeat possidere. *Ciriac. contr. 178. num. 7. & seq.* vbi dicit, quod actor
7 obtinere nequit super possessorio recuperandæ possessionis loci publici, vel regalium, etiamsi fuerit spoliatus, nisi probet titulum suæ possessionis, & ius petitorij.
8 An verò dominium probetur contra tertium ex solutione affictuum, aut ex testibus deponentibus, aliquem disposuisse de re, prout faciunt veri Domini de rebus proprijs? negat *Ciriac. loc. cit. num. 57. & seq.* & ideò talis probatio non sufficit ad obtinendum in petitorio, *vide Alex. cons. 182. nu. 1. in fin. vol. 7. Mascard. de Probat. conclus. 542. & 544. Rolan. cons. 46. nu. 17. vol. 3. & ea quæ scripsimus in tract. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 55. num. 33. & seq.*
9 Dico 4. quod non requiritur præscriptio, sed sufficit occupatio quoad aquam publicam non destinatam ad vsum publicum, sicut sufficit in his, quæ cœlo, terra, marique capiuntur. *l. 1. in princ. ff. de Acquir. poss. Balb. vbi supra in 4. par. 5. princ. quæst. 6. num. 6. vers. sed Paul. de Castr. &c.*

SVMMARIVM.

1 *Identitas dicitur probata eo ipso, quod constat, fideicommittentem possedisse bona in aliquo loco, si postea per descendentes illa possideantur in eodem loco, & num. seq.*
2 *Probatis extremitatibus media probata censentur.*
3 *In antiquis leuiores sufficiunt probationes, & sat est, si duo confines verificentur, licèt alij non adaptentur.*
4 *Bona censentur emphiteotica, si in loco emphiteusis ab emphiteuta possideantur.*
5 *Si ex mutatione confinium non potest constare, quæ sint res in inuestitura comprehensa, & canonis solutio facta sit, omnia bona in eadem loco possessa per emphiteutam, præsumuntur emphiteotica.*
6 *Testes de auditu, vel de publica voce, & fama, in antiquis plenè probant.*
7 *Ille tenetur probare, & designare distinctè confines antiquos, cuius facto, & culpa confusi, & mutati sunt.*
8 *Identitas de facili præsumi debet.*
9 *Pluralitas rerum, personarum, & factorum non præsumitur.*

CAP. XXVI.

Identitas bonorum an ex loco probetur.

1 RESp. affirmatiuè: & ideò identitas satis dicitur probata eo ipso, quod constat, fideicommittentem possedisse bona in aliquo loco, si postea illa possideantur per descendentes in eodem loco, nisi nouus titulus exhibeatur, quo non exhibito præsumitur possessio translata, & continuata in successores ex titulo testatoris. *Natt. cons. 235. num. 17.* vbi etiam dicit, quod si
2 constet, primos, & vltimos in linea possedisse, probatur etiam, medios possedisse, quia probatis extremitatibus media probata censentur. *Peregrin. de fideicom. art. 44. nu. 22. Rot. decis. 470. num. 4. par. 3. recent.* vbi, quod ad probandum, fideicommissaria bona esse illa, in quibus fideicommissum factum fuit, sufficit probare, quod aliàs fuerint in bonis fideicommittentis. *& in Viterbien. bonorum 23. Februarij 1604. coram Cardinali Pamphil. quam refert Gratian. discept. for. cap. 969. num. 16. Gregor. decis. 575. num. 9.* quod præcipuè procedit, quando constat de con-
3 tinuata successione de vno in alium, vel quando versamur in antiquis, in quibus leuiores sufficiunt probationes, & sat est, si duæ demonstrationes, seu confines verificentur, licèt alia non adaptentur. *Rot. decis. 42. num. 2. & seq. par. 5.*
4 *tom. 1. recent.* sicut in simili dicimus de Emphiteuta: bona enim censentur emphiteotica, si in loco emphiteusis ab Emphiteuta possideantur, quia Dominus directus habet intentionem fundatam in omnibus bonis ab emphiteuta ibidem possessis, nisi emphiteuta exhibeat nouum titulum acquisitionis factæ de bonis in eodem loco. *Ruin. cons. 50. num. 13. & 14. lib. 1.* vbi subijcit,
5 quod si ex mutatione confinium non potest constare, quæ sint res in inuestitura comprehensæ, & canonis solutio facta sit, omnia bona in eodem loco possessa per emphiteutam præsumuntur emphiteotica. *Rot. decis. 69. num. 6. par. 5. tom. 1. recent. & apud Post. decis. 93. num. 4. & seq.* vbi,
6 quod testes de auditu, vel de publica voce, & fama, in antiquis plenè probant, maximè accedentibus adminiculis. *Beltram. ad Greg. d. decis.*
7 *575. num. 11.* vbi dicit, quod ille tenetur probare, & designare distinctè confines antiquos, cuius culpa, & facto confusi, & mutati sunt, *vide Peregrin. d. art. 44. per tot. & præsertim num. 44.*
8 vbi dicit, quod identitas de facili præsumi debet, quia pluralitas rerum, personarum, & fa-
9 ctorum non præsumitur, *vt tradunt DD. in cap. in præsentia. de Probat. & in l. in bello. §. facta. ff. de Captiu.*

SVMMARIVM.

1 *Pascua, & Sylua de iure communi spectant ad Vniuersitatem, declaratur num. 2.*
2 *An et quando Princeps habens iurisdictionem territorij, præsumatur habere dominium rerum particularium existentium in territorio.*
3 *Si omnes aliquid soluerunt prærebus per eos possessis in recognitionem dominij, exceptis vno vel duobus, Dominus habet intentionem fundatam etiam contra non soluentes.*
4 *Locum desertum, et pro derelicto habitum quilibet auctoritate propria potest occupare, sed Dominus deferens intra biennium recuperare potest.*
5 *Interdicitur mutatio formæ, quando ius pascendi in aliquo agro debetur iure seruitutis, secus si alio iure.*

CAP.

facies, seu pars, durat occupatio aquæ, & quasi possessio, *vt post Ang. Cuman. Imol. & alios obseruat Ciriac. loco cit. num. 125. et seq. vide quæ scripsimus in tr. de Temp. legal. lib. 2. cap. 81. nu. 13. et seq.*

8 Obserua tamen, quod si quis iustam causam allegauerit, quare eo anno molendinum non reparauerit, subuenitur ei per restitutionem in integrum. *l. 1. §. si quis propter. ff. de Itin. act. priu. Bart. in d. l. quominus. nu. 31. ff. de flumin.*

9 Obserua 2. quod molendino destructo Dominus adhuc retinet ius suum, si de hoc fuerit protestatus ante cœptum opus ab alio. *Bart. in d. l. quominus. nu. 10. q. 5. Cepoll. in tract. de Seruit. rust. præd. cap. 4. nu. 44. Viu. comm. opin. 511. Ciriac. d. contr. 310. nu. 139.*

SVMMARIVM.

1 *Potest quis regulariter aquas in suo fundo nascentes aliò diuertere: limitatur nu. 4. et seq.*
2 *In quo differat flumen priuatum à flumine publico.*
3 *Riuus quando dicatur publicus.*
4 *Quid si aqua non nascitur in proprio fundo, sed aliundè fluit.*
5 *Et quid si alius aquæ ducendæ ius ex pacto, seu conuentione, aut priuilegio habeat, vel eandem aquam per tempus, cuius initij memoria non extat, ad suum fundum duxerit.*
6 *Et quid si aqua publico vsui seruiret.*
7 *Aquam descendentem in fundum inferiorem ex opere manufacto, non potest Dominus eiusdem fundi diuertere: declaratur, et limitatur num. seq.*
8 *Qui patitur, opus fieri in loco, in quo potest prohibere, præsumitur pati iure seruitutis.*
9 *Aqua aliò diuerti non potest ad æmulationem, vel in damnum vicini.*

CAP. XXIX.

An, et quando possit quis aquas diuertere, seu impedire.

1 Potest quis regulariter aquas in suo fundo nascentes aliò diuertere, cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter. *l. in re madata. C. mandat. DD. in l. fluminum. §. fin. ff. de damn. inf. Bald. in l. item lapilli. nu. 4. vers. & est simile, &c. ff. de rer. diuis.* vbi dicit, quod potest quis venas aquarum nascentium in suo fundo præcidere, & impedire, nè transeant in fundum vicini; idemque dicendum est, si aqua fluit in flumine proprio, seu priuato. *Bald. loco cit. nu. 2. & 4.*
2 vbi, quod proprium flumen est scilicet eatenus quatenus in suo ingreditur, quod non semper fluit, vt sunt gurgites, & quædam fossata, quæ causam continuam non habent, & sepè arescunt, vel pusillum aquæ in estatæ continent, ad distinctionem fluminis publici, quod tunc dicitur, quando semper fluit. *Rimin. cons. 624. nu. 2. & 3.*
3 vbi etiam obseruat, quod riuus etiam paruus dicitur publicus, si semper fluit.
4 Limita 1. si aqua non nascitur in tuo fundo, sed ad agruum tuum aliunde fluit, quia tunc auferre non poteris. *secundùm Bald. loco cit. nu. 4. vers. sed si ad agruum tuum &c.*
5 Limita 2. quando alius dictæ aquæ ducendæ ius ex pacto, seu conuentione, aut priuilegio habet, vel eamdem aquam per tempus, cuius initij memoria non extat, ad suum fundum duxerit. *Thesaur. decis. 245. n. 5. & 6. Cepoll. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 4. de seruit. aquaduct. n. 51. & seq. Rot. decis. 425. nu. 9. & seq. par. 4. tom. 2. recent. quicquid dicat Ciriac. contr. 310. n. 155. et seq. Cancer. var. lib. 3. cap. 4. n. 240. et seq.*
6 Limita 3. quando aqua publico vsui seruiret, *Rimin. sen. cons. 624. num. 5. et seq. lib. 4. quem refert, et sequitur Tseaur. iun. ad decis. 245. Thesau. litt. a.*
7 Limita 4. vbi aqua descenderet in fundum inferiorem ex opere manufacta: tunc enim non posset Dominus fundi aquam diuertere, quia in tali casu videtur inducta seruitus. *Thesaur. d. decis. 245. nu. 4. latè Ciriac. d. contr. 310. nu. 4. et seq.*
8 *et nu. 160.* vbi, quod hoc procedit, quando tale opus est in loco eius, contra quem allegatur seruitus: nam eo ipso quod patitur, opus huiusmodi fieri in loco, in quo potest prohibere, præsumitur pati iure seruitutis; secus si existat tantùm in loco Domini fundi allegantis seruitutem. *Cepoll. de seruit. rust. prædior. cap. 4. sub n. 58. Rot. decis. 425. nu. 15. par. 4. tom. 2. recent.*
9 Limita 5. si id fieret ad æmulationem, vel in damnum vicini. *Cancer. var. lib. 3. cap. 4. num. 250.*

SVMMARIVM.

1 *Quid sit thesaurus.*
2 *Domo vendita, in qua non antiquitus abscondita fuit aliqua pecuniæ quantitas, non censetur vendita ipsa pecunia.*
3 *Thesaurus inuentus in fundo proprio, totus acquiritur Domino fundi: limitatur nu. 5.*
4 *Quod disponitur in thesauro, censetur etiam dispositum in statuis, et lapidibus absconditis in agro.*
5 *Quid si in inueniendo thesauro magica ars adhibita fuerit.*
6 *Thesaurus in alieno loco, non data opera, sed fortuito casu inuentus, pro dimidia ad inuentorem, pro alia dimidia ad Dominum loci pertinet.*
7 *Quid si data opera inuentus fuerit, et n. 9. An Domino liceat facultatem alteri concedere quærendi thesauri in suo prædio. ibidem d. nu. 7. et nu. 13.*
8 *Publici metallarij non possunt in fundo alieno thesaurum perquirere inuito Domino.*
9 *An possit quis retinere thesaurum arte magica, aut alijs modis illicitis inuentum.*
10 *Inueniens thesaurum, cuius partem ad fiscum pertinentem suppressit, qualiter puniatur.*
11 *Emens prædium, in quo postea thesaurum inuenit, an teneatur illum restituere venditori, et nu. seq.*
12 *An rescindatur venditio ex causa inuentionis thesauri in fundo vendito.*
13 *Dominus fundi potest famulos, et operarios ponere, vt thesaurum perquirant.*
14 *Venas metallorum etiam in agris alienis perquirere licet, volentibus Dominis.*

15 *Cui debeatur thesaurus inuentus in locis sacris, & religiosis*
16 *Ad quem spectet thesaurus inuentus in re emphiteotica, vel feudali,*
17 *Quid si thesaurus inueniatur à Domino directi.*
18 *Ad quem spectet thesaurus inuentus à creditore in re pignorata, vel ab vsufructuario in fundo fructuario,*
19 *Ad quem spectet thesaurus à marito inuentus in fundo dotali, & nu.28,*
20 *Ad quem spectet thesaurus inuentus à colono, vel conductore in re locata.*
21 *De consuetudine ferè totius orbis thesaurus ad Reges, & fiscum pertinet: limitatur nu. seq.*
22 *Quid si thesaurus in fundo Ecclesiæ reperiatur.*
23 *Ad quem spectent venæ auri, argenti, & aliorum metallorum, & nu. seq,*
24 *An vsufructuarius possit lapidicinas, creta fodinas, æris, ferri, & aliorum metallorum fodinas incidere,*
25 *Venæ metallorum inuentæ in fundo emphiteotico, vel feudali, ad emphiteutam, vel feudatarium spectant cum onere tradendi decimam Principi,*
26 *Statuæ, & similia ad Emphiteutam spectant,*
27 *An Dominus directi possit effodere lapides, & arenas in fundo emphiteotico.*
28 *Ad quem spectent lapidicinæ, & metalla inuenta in fundo dotali,*

CAP. XXX.

De Thesauris, & Metallis,

1 IN hoc capite notabimus, quid in hac materia ius ciuile præscripserit: scio enim, quod ex Principum constitutionibus, & ex consuetudine Regionum variè, & aliter prouisum est.

Pro maiori verò intelligentia præmittendum est, quod thesaurus est vetus pecuniæ, seu aliorum pretiosorum mobilium depositio, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat; alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ sub terra condiderit, non censetur thesaurus: cuius etiam furtum fit, cum proprietas, & possessio eo casu sit eius, qui recondit. *l. nunquam. §. thesaurus, vbi glos. & DD. ff. de acquir. rer. domin.* vnde inuentor, vt thesaurum lucretur, conditiones in dicta descriptione positas, probare debet. *vt d. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 2. nu. 10.* nisi pecunia inuenta ex se ostenderet antiquitatem, quia tunc præsumeretur thesaurus. *vt d. Farinac. in Pract. crim. q. 104. num. 19. & seq.* subdens, quod domo vendita, in
2 qua non antiquitus abscondita fuit aliqua pecuniæ quantitas, non censetur vendita ipsa pecunia: ideò hæc spectat ad venditorem. *vide Valasc. de Iur. emphit. q. 15. nu. 8, Caualcan. dec. 15. n. 16. p. 2.* his præmissis.

3 Dico 1. quod thesaurus inuentus in fundo proprio sine casu, siue de industria, totus acquiritur Domino fundi. *l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. §. thesauros. instit. de rer. diuis. Afflict. dec. 321. num. 7. Farinac. d. q. 104. n. 3. & seq.* idemque dicen-
4 dum est de statuis, & lapidibus absconditis in agro: id enim, disponitur in thesauro, videtur etiam dispositum in huiusmodi statuis, & lapidibus. *Rota in Romana lapidum, & statuarum 14. Maij 1612. coram Manzanedo, quæ est decisio 359. ex collectis per eundem Farinac. & sensit etiam Gratian. discept. for. cap. 453. numer. 5. & seq.*

5 Limita si in inueniendo thesauro magica ars adhibita fuerit: quia tunc thesaurus vbique inuentus, etiam in proprio fundo, acquiritur fisco. *d. l. 1. vbi glos. in ver. arte. C. de Thesaur. & ibidem Azo. in sum. num. 2.*

6 Dico 2. quod thesaurus in alieno loco siue priuato, siue publico, siue Cæsaris, Fisci, aut Ciuitatis, non data opera, sed fortuito casu inuentus, pro dimidia ad inuentorem, pro alia dimidia ad priuatum, Fiscum, Ciuitatem, aut Cæsarem loci dominum pertinet. *d. §. Thesauros. vers. at si quis. Inst. de rer. diuis. d. l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. Villalob. comm. opin. litt. f. ver. thesaurus. nu. 112. & 113. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 2. de Thesaur. nu. 8. vers. communiter &c. quibus adde Valasc. d. q. 15. nu. 2.* vbi dicit, quod non est necesse, vt interueniat realis apprehensio thesauri, sed sufficit sola inuentio, modò inuentor acquirendi animum aliquo signo monstrauerit. *Gratian. discept. for. cap. 453. nu. 24.*

7 Dixi, *non data opera &c.* quia si data opera inuentus fuerit, etiam volente Domino, totus applicatur Domino loci; non enim fas est abditas opes etiam volentibus Dominis inquirere. *vt in d. l. 1. vers. in alienis. C. de Thesaur. Azo. ibidem num. 2. Villalob. loco cit. Valasc. d. q. 15. nu. 7.* vbi dicit, mirum esse, quod etiam ipsi Domino non liceat alteri facultatem concedere quærendi thesauri in suo predio, nec potuisse vnquam concludentem satis rationem inuenire, nisi quod lex voluit, saltem quoad non Dominos prædiorum, extinguere effrænatas cupiditates hominum, qui forsan illis temporibus toti erant in thesauris perquirendis; præterea inuentor in tali casu non tantùm priuatur thesauro, sed eo inuento extra ordinem Iudicis arbitrio punitur. *Farinac. d. q. 104. num. 3. & seq.* vbi subijcit, quod nec publici metallarij possunt in fundo alieno thesaurum perquirere inuito Domino.

9 Hoc tamen procedit in foro externo, non autem in foro conscientiæ: nam si thesaurus etiam data opera de consensu Domini fuerit quæsitus, totus cedet inuentori *vt d. Nau. in man. cap. 17. num. 172. & 175. vers. sexagesimo quarto &c.* vbi etiam resoluit, quod potest quis retinere thesaurum etiam arte magica, aut alijs diuinationibus, & modis illicitis inuentum, seu quæsitum, quousque condemnetur quia pœna est. *arg. glos. singul. in cap. fraternitas. 12. q. 2.* quamuis contrarium in hoc senserit *Valasc. de iur. emphit. d. q. 15. nu. 4. cuius opinionem veriorem existimat Farinac. d. q. 104. nu. 18,*

10 Notandum est autem, quod inueniens thesaurum, cuius partem ad fiscum pertinentem suppressit, totum cũ altero tanto cogitur fisco inferre. *l. non intelligitur. §. fin. ff. de Iur. fisc. vbi glos. in uer. totum,* declarat, quanta sit pœna per legem constituta: & pro hac causa inuentor torqueri poterit pro interesse fisci. *Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 2. nu. 9.*

11 Notandum 2. quod emens prædium sine vrbanum,

num, siuè rusticum, in quo postea thesaurum in-
uenit, nihil tenetur restituere venditori, etiamsi
sciens, in fundo thesaurum esse, emerit ab eo,
qui id ignorabat. *S. Tho. 2. 2. q.66. art.5. quem
refert. & sequitur Nau. in man. d. cap.17. n.175.
vers. sequitur tertiò &c.* huius conclusionis ra-
tio esse videtur, quia venditor, seu Dominus
nulla re sua fraudatus est: non enim thesaurus,
quem ignorabat, suus erat quoad dominium, vel
possessionem, cum thesaurus in nullius bonis sit.
d. l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acquir. rer. do-
12 *min.* vnde ex inuentione thesauri in fundo ven-
dito non rescinditur venditio. *Gabr. lib. 3. tit.
de empt. & vendit. concl. 1. nu.111.* quamuis con-
trarium teneant alij Doctores asserentes, eo ca-
su thesaurum pro dimidia spectare ad vendito-
rem; nam cum emptor ante contractum notitiam
habuerit thesauri, videtur eo tempore inuenisse,
quo fundus non erat suus, & considerato illo tem-
pore debetur Domino dimidia, quasi ex thesauro
reperto in penitus alieno fundo, *ità Franc. Cona
in Comment. iur. ciuil. lib. 3. cap. 4. num.4. quem
refert, & sequitur Valasc. d. q. 15. nu.6. vers. sed
quia &c. Farinac. d. q. 104. num.22. vers. addo
ad præmissa &c.*
13 Notandum 3. quod licèt Dominus fundi non
possit alteri concedere facultatem perquirendi
thesaurum in suo fundo, potest tamen ipse Do-
minus famulos, & operarios ponere, vt the-
saurum perquirant. *Farinac. d. q. 104. num.3.
& seq. Valasc. d. qu. 15. num.3. & 7.* venas verò
14 metallorum etiam in agris alienis perquirere
licet, volentibus Dominis. *per text. l. cuncti.
C. de metallar.*
15 Dico 3. quod secundùm ius ciuile thesaurus
casu inuentus in locis sacris, & religiosis, totus
inuentori cedit; si verò ex industria inuentus
fuerit, totus fisco applicatur. *vt ex d. §. thesau-
ros. Inst. de rer. diuis. & ex alijs iuribus probat
Peregrin. de Iur. fisc. lib.4. tit.2. nu.6. & 7.* vbi
etiam obseruat, quod per *d. §. thesauros*, cor-
rectus fuit textus *in l. 3. §. si in locis. ff. de Iur.
fisc.*

Verum, cùm huiusmodi iura ciuilia non ha-
beant locum in rebus Ecclesiæ ex defectu iurisdi-
ctionis. *vt tradunt omnes in cap. Ecclesia S. Ma-
riæ. de Constit.* & Ecclesia non debeat esse infe-
rioris conditionis, quàm priuatus, idem censeò
dicendum in Ecclesia, quod diximus supra in
priuato; vt scilicet thesaurus in fundo Ecclesiæ
inuentus ab eius Rectore, totus eidem Ecclesiæ
acquiratur; inuentus verò ab alio, diuidatur pro
medietate inter inuentorem, & Ecclesiam si casu
inuentus fuerit; si verò data opera, totus si-
militer Ecclesiæ cedat. *& ità sensit glos. in §.
fere. ver. simul atque. Inst. de rer. diuis. & alij
apud Caualcan. dec.15. nu.2. & seq. par.2.* vbi
etiam dicit, quod si Rector ipse thesaurum inue-
niat in loco publico, v. g. in Ecclesia, Cœmete-
rio, vel sepulchro, medietas spectaret ad fiscum
Ecclesiæ. *Villalob. commun. opin. in d. ver. The-
saurus nu.21. Azo. in Sum. C. de Thesaur. lib.10.
nu.2. in fin. Nauar. in man. cap.17. nu.175. Pere-
grin. de Iur. fisc. lib.4. tit.2. nu.7. in fin. Cepoll.
de seruit. urban. pred. cap.45. litt. A. in fin. Pa-
pien. in forma libell. in action. real. §. iure domi-
nij, uel quasi nu.6.*

16 Quæres, ad quem spectet thesaurus inuentus
in re emphiteotica, vel feudali? Resp. quod si
inueniatur ab ipso emphiteuta, vel Vasallo, to-
tus ad Emphiteutam, vel Vasalum spectat; non
autem ad Dominum directi, quia omnis vtilitas,
& commoditas fundi ad eum pertinet, qui habet
vtile dominium. *DD. in d. §. thesauros. Inst. de
rer. diuis. Rosenth. de feud. cap.5. conclus.93. nu.
1. & seq.* vbi dicit, quod dominium vtile quoad
vtilitates directo præfertur. *latè Rot. in Romana
lapidum, & statuarum 14. Maij 1615. coram
Manzanedo, quæ apud Farinac. cons. lib.2. est
dec.359. Gratian. discept. for. d. cap.453. num.1.
& seq. Genuens. d. q. 393.* vbi dicit, quod the-
saurus debetur possidenti maioratum, licet post
eius mortem maioratus in successorem transfer-
ri debeat. *latè Farinac. d. q. 104. nu.13.* vbi eti-
am obseruat, quod si extraneus inueniat thesau-
rum in fundo emphiteotico, vel feudali, debet
illum partiri cum Domino vtili, non autem cum
directo; quamuis contrarium sentiant Doctores,
quos refert, & sequitur *Valasc. de Iur. emphit. q.
75. num.1. vers. sunt tamen aliqui &c.* vbi dicit,
quod thesaurus inuentus in fundo emphiteotico,
vel feudali, ab emphiteuta, vel Vasallo, diuidi
debet cum Domino directi.
17. Si verò thesaurus inueniatur à Domino dire-
cti, totus etiam ipsi Domino acquiritur, exclu-
so emphiteuta. *vt probatur ex d. §. thesauros,
inst. de rer. diuis.* vbi, thesauros, quos quis in
loco suo reperit, Diuus Adrianus naturalem
æquitatem sequutus ei concessit, qui eos inuene-
rit. *vide glos. ibidem in ver. suo*, vbi dicit, quod
locus dicitur suus ad istum effectum, siue iure
directo, siue vtili. *Rot. d. dec.359. numer.4. Pa-
pien. in form. libell. in act. real. §. iure dominij,
vel quasi. nu.5. licèt contrarium teneat Nauarr.
d. cap.17. nu.173.*
18 Quæres 2. ad quem spectet thesaurus inuentus
à creditore in re pignorata, vel ab Vsufructuario
in fundo fructuario? Resp. quod medietas spe-
ctat ad fructuarium, vel creditorem altera me-
dietas ad Dominum fundi; quia cum nec credi-
tor, nec fructuarius sit Dominus fundi, de vtro-
que iudicatur, ac si in alieno fundo inuenisset.
*l. si is, qui. §. quod si seruus. & §. fin. ff. de Acquir.
rer. domin. glos. in d. § fin.* vbi id intelligit, si de-
bitor postea luat, non aliàs. *DD. in. d. §. thesau-
ros. Castill. de Vsufr. cap.37. n.20. & alij, quos re-
fert, & sequitur Caualcan. dec.15. nu.4. & 5.* vbi
subijcit, quod vsufructuarius det habere medie-
tatem thesauri inuenti ad vtendum, & fruendum
arbitrio boni viri, & finito vsufructu tenetur il-
lam medietatem restituere proprietario: quod ta-
men intelligendum est retenta alia medietate ad
ipsum tamquam inuentorem spectante. *vt decla-
rat Farinac. d. q. 104. nu.15.* idemque videtur
dicendum in Rectore Ecclesiæ inueniente thesau-
rum in fundo eiusdem Ecclesiæ, cum is vsufru-
ctuario comparetur, nec debeat esse deterioris
conditionis, quàm alij vsufructuarij. *vt tradunt
glos. & DD. in cap. præsenti, de offic. ordin. in 6. &
sensit Caualcan. d. decis.15. nu.5. & 6. Farinac.
loco cit. num.15. Nauar. in man. cap.17. nu.173.
& ità intelligenda sunt quæ diximus in tract. de
Regim. Eccles. lib.3. cap.9. nu.4.* quamuis contra-
rium teneat *Genuens. in tr. de Eccles. q. 393. &*

q. 544. vbi dicit, quod thesaurus eo casu ità acquiritur Ecclesiæ, vt nullo modo pertineat ad illius Rectorem, nisi quantum ad administrationem. *Peregrin. de iur. fisc. d. lib. 4. tit. 2. nu. 14.* vbi dicit, quod thesaurus inuentus in fundo fructuario, non ad fructuarium, sed ad proprietarium spectat, quia thesaurus non est in fructu fundi. *iuxta l. diuortio, §. si fundum. vbi DD. ff. solut. matrim.*

19 Quæres 3. ad quem spectet thesaurus à marito inuentus in fundo dotali? Resp. quod dimidia pars spectat ad maritum vti inuentorem, altera pars spectat ad vxorem; ità tamen, vt possit hanc etiam partem ad vxorem spectantem retinere du-durante matrimonio, licèt eo soluto teneatur restituere. *Bart. & al ij in l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrim. Nauar. d. cap. 17. nu. 173. Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 93. n. 5. & 6. Farinac. d. qu. 104. nu. 16.*

20 Quæres 4. ad quem spectet thesaurus inuentus à Colono, vel conductore in re locata? Resp. quod diuidi debet inter conductorem, & locatorem. *Nauarr. loco cit. num. 173. Grauett. tom. 2. consil. 209. nu. 1.*

21 Obserua tamen, quod quicquid sit de iure, hodie de consuetudine ferè totius orbis thesaurus ad Reges, & ad fiscum pertinet. *Couar. in reg. peccatum par. 3. §. 2. nu. 4. de reg. iur. in 6. quem*
22 *refert Farinac. d. q. 104. nu. 32.* quod intellige, quando reperitur in re priuati, non autem si inueniatur in fundo Ecclesiæ, quæ est exempta ab omni sæcularis Principis iurisdictione. *Ricc. in Collect. dec. par. 2. collect. 331. & alij communiter.*

23 Dico vltimo, quod venæ auri, argenti, & aliorum metallorum inuentæ à priuato in suo fundo, de iure ad ipsum spectant, excepta decima, quæ Principi debetur. *l. 1. 2. & 3. C. de metallar. li. 11. Boss. in tit. de metall. & argentifodin. nu. 3. 4. & 12. Afflict. dec. 321. num. 5. & seq.* vbi etiam dicit, quod in proprio prædio potest quis venas metalli, vel lapidicinas effodere, & locare sine priuilegio Principis. *& ibidem Vrsill. nu. 1. Peregr. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 2. nu. 11. Grauett. cons. 209. nu. 1. tom. 2. Farinac. q. 104. nu. 38. cum seq.*
24 vbi dicit, quod Vsufructuarius potest in fundo lapidicinas, cretæfodinas, æris, ferri, & aliorum metallorum fodinas incidere, dummodò non faciat conditionem fundi deteriorem. *iuxta textum in l. æquissimum. §. inde quæsitum est, & §. proinde. ff. de vsufr.*

Si verò reperiantur ab alio, tunc decima debetur fisco, decima Domino fundi, & residuum est metallarij. *l. cuncti, vbi DD. C. de metallar. lib. 11. Peregrin. loco cit. n. 11. Boss. d. tit. de metall. n. 3. Afflict. loco cit.*

Sed si inueniantur in locis publicis, tunc ad fiscum pertinent. *Boss. loco cit. nu. 14. Vrsill. ad Afflict. dec. 321. nu. 1. Peregrin. loco cit. nu. 12.* vbi subijcit, quod seruari debet pars inuentori, quemadmodum diximus in thesauro. *vide Farinac. d. q. 104. nu. 35. & seq.* vbi obseruat, quod prædicta conclusio hodie procedit in alijs metallorum venis, non autem in venis auri, & argenti, quia argentum, & aurum est de regalibus Principis.

25 Notandum est etiam, quod venæ metallorum inuentæ in fundo emphiteotico, vel feudali, non ad Dominium directum, sed ad emphiteutam, vel feudatarium spectant cum onere tradendi decimam Principi. *iuxta citatum tex. in l. cuncti. Boss. in d. tit. de metall. num. 11. Rot. d. dec. 359. post cons. Farinac. lib. 2.* vbi, quod statuæ,
26 & similia ad eundem emphiteutam spectant, excluso Domino directi. *Gratian. discept. for. d. cap. 453. n. 1. & seq.* vbi, quod non est permissum Domino Directi effodere lapides, & arenas in fundo emphiteotico. *Farinac. vbi supra n. 38.*

28 An verò lapidicinæ, & metalla inuenta in fundo dotali, spectent ad maritum, vel ad vxorem. *vide tex. in l. diuortio. §. si vir. & in l. si fundus, & ibi DD. ff. solut. matrim.*

SVMMARIVM.

1 *An Dominus prædij debentis seruitutem stillicidij, possit ibi ædificare.*
2 *Quantum spatij relinquere debeant construenti ædificia, vel plantans arbores.*
3 *Spacium duorum pedum à regione, seu muro vicini relinqui debet, non autem à loco, in quo stillicidium cadit.*
4 *Quando locus subiectus dicatur præscripsisse libertatem seruitutis iurisdictionalis aduersus locum dominantem.*
5 *Quid requiratur, vt Ordinarius præscribere possit libertatem aduersus seruitutem iurispatronatus.*
6 *Seruitus vrbana quando præscribatur.*
7 *Præsentantes non dicuntur in quasi possessione iurispatronatus, quando præsentarunt ignorantibus veris patronis.*
8 *Ad præscribendam libertatem seruitutis rusticæ non requiritur scientia, & patientia aduersarij, sed sufficit non vsus, siue negligentia non vtentis.*
9 *Quando locus medius non seruiens, impediat seruitutem acquiri, & quando non.*

CAP. XXXI.

De Seruitutibus.

1 QVæritur 1. an Dominus prædij debentis seruitutem stillicidij, possit in loco, in quo cadit stillicidium, ædificare altiùs extollendo? Resp. affirmatiuè, dummodò seruitutem stillicidij debitam non impediat relinquendo debitum spacium, vel eam recipiat. *l. seruitutes. §. si seruitus. vbi gloss. communiter recepta in verbi ædificare. iuncto §. fin. vbi Bart. ff. de seruit. vrban. præd.* nam quando domus inferior debet seruitutem stillicidij recipiendi, locus, in quo cadit, est ipsius, cuius est domus inferior, & ideò in loco, in quem cadit, licet Domino domus inferioris ædificare, eo modo, quo suprà diximus. *Socin. Sen. cons. 105. nu. 1. vers. confirmatur, & cons. 141. nu. 1. vers. confirmo hoc. lib. 1. Bursatt. cons. 111. nu. 15. lib. 1. & communem dicit Veronen. in tract. de Seruit. vrban. præd. cap. 28. de seruit. stillic. num. 7. circa princ.* licèt ipse à communi dissentiat. *Bellon. cons. 61. nu. 3. prout refert Honded. cons. 80. nu. 42. lib. 1.*

2 Quan-

2 Quantum verò spacij relinquere debeat con-
struens ædificium, vel plantans arbores? Resp.
id colligi ex textu *in l. fin. ff. fin. regun. ibi, si*
macerlam fixeris, pedem relinquito, si verò do-
mum, pedes duos, si sepulchrum, aut scrobem
foderis, quantum profunditatis habuerint, tan-
tum spatij relinquito; at verò oleam, aut ficum ab
alieno ad nouem pedes plantato: cæteras arbores
ad pedes quinque, vide Hond. d. consf. 80. nu. 43.
3 vbi dicit, quod spatium duorum pedum à regio-
ne vicini, & sic à muro relinqui debet, non au-
tem à loco, in quo stillicidium cadit.
4 Quæritur 2. quando Castrum, seu locus subie-
ctus dicatur præscripsisse libertatem seruitutis
iurisdictionalis aduersus Ciuitatem, seu locum
dominantem? Resp. quod huiusmodi libertas
non intelligitur præscripta ex longissimo tempo-
ris cursu, vt quia Ciuitas, seu locus dominans
talem iurisdictionem non exercuerit, per cen-
tum annos, sed requiritur, quod Castrum pro
libero se gesserit, & sic fecerit actum directè con-
trarium seruituti. *Bald. in l. hac autem. vers.*
vnde est. ff. de seruit. vrb. præd. quem alij commu-
niter sequuntur. Rot. decis. 109. n. 10. par. 2. Diuers.
5 vbi subijcit, quod Ordinarius non dicitur præ-
scribere libertatem aduersus seruitutem iurispa-
tronatus per solam negligentiam patronorum in
præsentando, sed requiritur factum eiusdem Or-
dinarij directè contrarium seruituti iurispatro-
natus, hoc est libera collatio, itá tamen, vt col-
latio huiusmodi fiat non ex gratia, vel necessita-
te, sed iure libertatis, & animo illam acquirendi,
& concurrat bona fides, tempus 10. vel 20. an-
norum, ac scientia, & patientia patronorum,
quia seruitus iurispatronatus similis est seruituti
6 vrbanæ, ad cuius prescriptionem prædictæ con-
ditiones requiruntur. *l. & si fortè. §. sciendum.*
vbi DD. ff. si seru. vind. Ægid. decis. 107. & 212.
Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. nu. 64. vers. &
7 *ideò Episcopus &c. de caus. poss. & prop.* vbi eti-
am dicit, quod nec presentantes dicuntur in
quasi possessione iurispatronatus, quando præ-
sentarunt ignorantibus veris patronis: quicquid
8 sit in seruitute rustica, ad cuius libertatem præ-
scribendam non requiritur scientia, & patientia
aduersarij, sed sufficit non vsus, siue negligen-
tia non vtentis. *d. decis. 109. nu. 15.*
9 Quæritur 3. an locus medius non seruiens, im-
pediat seruitutem acquiri? Resp. negatiuè, si
seruitus talis sit, quæ nihil exigat fieri in loco
medio, aliàs secus. *l. in tradendis. §. 1. ff. Com-*
mun. præd. l. loci corpus. §. fin. & l. seq. ff. si seru.
vind. l. si prius. §. fin. vbi Bart. ff. de Aqua plu.
arc. l. seruitutes 14. §. publico ff. de seruit. glos. &
DD. in l. prohibere. ff. Quod vi, aut clam &c.

SVMMARIVM.

1 *In quo loco censeatur esse actio.*
2 *Si mobilia sint in loco ad tempus, tunc concernunt*
personam, ipsamque sequuntur, non autem lo-
cum, vbi existunt.
3 *Actio, quæ datur ad quid mobile, computatur in-*
ter mobilia, & quæ datur ad immobile, nume-
ratur inter immobilia, & num. 20. limitatur
num. 4.
4 *Quid si actio daretur ad quantitatem in genere.*
An talis actio comprehendatur sub statuto exclu-
dente fœminas à successione bonorum. ibidem.
5 *Quando fit mentio de bonis existentibus in certo*
loco, tunc non veniunt iura, & actiones.
6 *Actio competens ad exigendas pecunias in certo*
loco, censetur esse de bonis in eodem loco sitis.
7 *Statutū excludens fœminas à successione bonorum*
propter masculos, comprehendit pecuniam, cu-
ius exactio est destinata in loco, vbi viget tale
statutum.
8 *In quo loco dicantur esse nomina debitorum.*
9 *Instrumenta, in quibus scripta sunt nomina debi-*
torum, non sunt tacitè obligata pro pensione
domus.
10 *Pecunia illata non est tacitè obligata pro pensione:*
declaratur, & limitatur nu. seq.
11 *Quid si illata fuerit ad conseruandum.*
12 *An, si quis legauerit, vel donauerit omnia, quæ*
habet in tali loco, veniant nomina debitorum,
vel actiones personales, quas ibi testator, vel
donator habebat.
Et an veniant pecunia in eo loco existentes. ibi-
dem.
13 *Si quis dixerit, dono tibi omnes res meas, non*
videtur donare nomina debitorum: limitatur
nu. 18.
14 *Pronomen meum, est pronomen possessiuum.*
15 *Iura personalia non possidentur.*
16 *Quid si dixerit, dono tibi res ad me pertinentes,*
vel omnia bona, quæ habeo.
17 *Appellatione bonorum mobilium, vel immobi-*
lium non veniunt nomina debitorum, & num.
seq.
18 *Nomina debitorum non concluduntur loco.*
19 *Adiectio localis restringit dispositionem ad ea, quæ*
sunt localia.
20 *Actio competens ad quid annuum, vel men-*
struum, inter immobilia computatur.
21 *Actio competens ad mobile, vel immobile, quanto*
tempore præscribatur.
22 *Nomina debitorum contracta cum extero, non di-*
cuntur bona extra territorium.
23 *Hæreditas est quid intellectuale, & loco circum-*
scribitur.

CAP. XXXII.

De actionibus, & nominibus debitorum.

1 DIco 1. quod de actione iudicatur, prout de
re, ad quam competit; vnde si competat
actio ad rem immobilem, vel mobilem perpetuò
in loco mansuram, ibi dicitur esse actio vbi res
est. *Bart. & alij in l. potest. ff. de Author. tut.*
latè Alex. consf. 31. num. 6. & consf. 16. numer. 4.
lib. 1. vbi dicit, quod actiones censentur esse de
territorio eius loci, in quo res huiusmodi exi-
stunt; vnde tales actiones confiscantur fisco illius
loci, vbi res sunt; si verò mobilia essent in loco
2 ad tempus, tunc concernunt personam, ipsam-
que sequuntur, non autem locum, vbi existunt.
l. ex facto. §. rerum autem. ff. de Hæred. instit.
Bald. in l. mercatores. C. de Commer. & mercat.
Hond. consf. 13. n. 18. li. 1. Gratian. discept. for. cap.
120. n. 87. Farinac. consf. 71. n. 2. Thesaur. quæstion.
forens. lib. 2. q. 5. num. 14. vbi dicit, quod in hoc

casu seruanda sunt statuta loci eius personæ, de
cuius successione contenditur. *Tiraq. de Retract.*
lignag. §. 1. glos. 6. nu. 3. latè Corn. cons. 14. nu. 6.
& 7. lib. 1. uide Clar. in Pract. crimin. §. fin. quæst.
78. uers. sed hic quæro &c. Peregrin. de Iur. fisc.
libr. 5. titul. 1. nu. 141.

3 Dico 2. quod si actio detur ad quid mobile,
computatur inter mobilia; si verò detur ad im-
mobile, intet immobilia computatur; vnde si iu-
ra, & actiones competerent Ecclesiæ vel minori
ad quid immobile, non possent sine solemnitati-
bus alienari. *Bald. in l. ea demum. in fin. C. de*
Collat. Alex. cons. 125. in fin. lib. 1. Corn. cons. 236.
nu. 14. lib. 4. Marescott. uar. lib. 1. cap. 9. num. 17.
4 verum si actio detur ad quantitatem in genere,
tunc non computatur inter mobilia, sed facit
tertiam speciem, ità vt neque comprehendatur
sub statuto excludente fœminas à successione bo-
norum, præsertim si statutum loquatur explicitè
de bonis in territorio sitis: nam quando fit men-
5 tio de bonis existentibus in certo loco, tunc non
veniunt iura, & actiones. *l. quæsitum. 76. ff. de le-*
gat. 3. l. Caius. ff. de leg. 2. & post Lap. & alios
tradit Marescott. uar. lib. 1. d. cap. 9. num. 16. &
seq. Alex. cons. 31. nu. 5. & seq. & cons. 16. lib. 1.
Card. Seraphin. decis. 352. vbi dicit, quod si suc-
cessio esset limitata ad certum locum, non veni-
rent actiones, licèt secus sit, quando non est li-
mitata. *Mantic. de Coniect. ultim. uolun. lib. 9.*
tit. 3. num. 13. vbi dicit, quod si quis legat om-
nia, quæ habet in tali loco, non intelligitur le-
gasse iura cohærentia personæ, quæ loco circum-
cumscribi non possunt.

6 Dico 3. quod si actio competeret ad exigendas
pecunias in certo loco, censentur esse de bonis in
eodem loco sitis. *Card. Seraphin. dec. 352. nu. 2.*
Marescott. uar. lib. 1. cap. 9. nu. 13. & seq. vbi di-
7 cit, quod statutum excludens fœminas à succes-
sione bonorum propter masculos, comprehendit
pecunias, quarum exactio destinata est in loco,
vbi viget tale statutum, licèt contractus fuerit
alibi celebratus.

8 Dico 4. quod nomina debitorum, licèt non
circumscribantur loco, tamen per effectum exa-
ctionis dicuntur esse in loco, & de loco, vbi de
iure, & de facto exigi possunt, aut debent. *l. si fi-*
deicommissum. 50. §. tractatum est. ff. de Iudic.
Alex. cons. 16. nu. 3. & seq. lib. 1. vbi dicit, quod
nomina debitorum censetur esse de bonis illius
loci, vbi est celebratus contractus vel collata so-
lutio. *Thesaur. quæst. for. lib. 2. q. 5. nu. 15. So-*
cin. cons. 101. uol. 1. Mandell. cons. 370. num. 20.
Tiraq. de Retract. lignag. §. 36. glos. 3. nu. 16. &
seq. Pinell. in rubr. C. de Bon. mater. 1. par. n. 12.
Marescott. uar. lib. 1. d. cap. 9. nu. 14. & 15. Ca-
ball. resol. crimin. centur. 3. cas. 268. num. 4. &
5. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 142. Ci-
riac. contr. 218. nu. 9. tom. 2. Corn. cons. 49. num.
10. & seq. lib. 3. Vinc. de Franch. decis. 93. nu. 7. &
seq. Carlenal. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 3. n.
146. vbi dicit, quod Iudex loci, in quo cen-
sentur esse ista incorporalia, petente eo, cui
ius fuerit, potest nomina debitorum sequestra-
re, & exigere.

9 Obserua tamen, quod instrumenta, in quibus
scripta sunt nomina debitorum, non sunt tacitè
obligata pro pensione domus, quia nomina de-
bitorum non clauduntur loco. *Ursill. ad Afflict.*
decis. 184. num. 3. Corn. cons. 49. nu. 10. lib. 3. Ca-
roc. de Locat. par. 5. q. 15. nu. 23. & 29. vbi quod,
10 neque pecunia illata est tacitè obligata pro pen-
sione, quia nec pecunia circumscribitur loco.
per textum in l. si fideicommissum. §. tractatum.
11 *ff. de Iudic.* quod quidem intelligendum est de
pecunia illata ad expendendum pro quotidianis
necessitatibus; secus si illata fuerit ad conser-
uandum, quod iudicis arbitrio relinquitur: hoc
enim casu esset tacitè obligata, sicut alia supel-
lectilia. *ex tradit. per Tiraq. de Retract. lignag.*
§. 1. glos. 7. num. 104. Boer. decis. 209.

12 Obserua 2. quod si quis legat omnia, quæ ha-
bet in tali loco, non veniunt nomina debito
rum, eadem ratione, quia non circumscribun-
tur loco. *Bald. in l. 1. ff. de Stat. hom. Alex.*
cons. 31. nu. 7. lib. 1. vbi dicit, quod si quis dona-
uerit quicquid habet in aliquo loco, actiones
personales, quas ibi Donator habebat, non ve-
niunt in donatione, quia locus, seu territorium
illas non circumscribit. *Corn. d. cons. 49. num.*
10. lib. 3. vbi dicit, quod si legantur vxori om-
nia, quæ sunt in domo viri, non veniunt nomi-
na debitorum contenta in instrumentis repertis
in domo. *Mantic. de coniect. ultim. uol. l. 9. tit.*
3. nu. 13. & tit. 2. num. 45. & seq. vbi etiam dicit,
quod si testator legauerit domum cum omnibus
rebus in ea existentibus, non censetur legasse
pecuniam, nisi præsidij causa, vel loco thesauri
esset reposita.

13 Obserua 3. quod si quis dixerit, dono tibi om-
nes res meas, non videtur donare nomina debi-
14 torum, quia hoc pronomen, meum, est, pro-
nomen possessiuum; iura verò personalia pro-
15 priè non possidentur. *Bald. in l. 1. ff. de stat.*
16 *hom.* secus si dixisset, dono tibi res ad me perti-
nentes, vel omnia bona, quæ habeo, quia tunc
nomina debitorum includerentur: verbum enim,
res, & verbum, pertinere, est generale, & ha-
bere dicimur ea, quæ creditò habemus. *l. 1. ff.*
si cert. pet. l. qui actionem. ff. de reg. Iur. l. rem
in bonis ff. de Acquir. rer. domin.

17 Obserua 4. quod appellatione bonorum mo-
bilium, vel immobilium non veniunt nomina
debitorum: hæc enim nec mobilia, nec immo-
bilia sunt, sed faciunt tertiam speciem; quia
mobilium, & immobilium appellatio cadit in
his, quæ certo loco concluduntur: immobi-
le enim dicitur, quod non potest à loco moue-
ri: mobile verò, quod secundùm suam natu-
18 ram aptum est moueri; nomina autem debito-
rum non concluduntur loco, & sic non possunt
dici mobilia, vel immobilia. *latè Abb. in cap.*
nulli. 5. num. 9. de reb. Eccles. non alien. Ruin.
cons. 167. num. 5. lib. 4. vbi dicit, quod nomen
debitoris non cohæret territorio domicilij de-
bitoris: idque præcipuè procederet, vbi sermo
esset de immobilibus, vel mobilibus in aliquo
loco existentibus, quia nomina debitorum non
circumscribuntur loco. *ut supra diximus. vide*
19 *Surd. dec. 241. num. 2.* vbi dicit, quod adiectio
localis restringit dispositionem ad ea tantùm,
quæ sunt localia.

20 Secus esset in actionibus, quæ dantur ad mo-
bilia, vel ad immobilia: istæ enim computantur
inter mobilia, vel immobilia, si ad mobilia,
vel

vel immobilia competunt. *Abb. loco cit. Vinc. de Franc. dec. 93. num. 7. Caball. resol. crimin. cas. 268. nu. 7. & seq.* vbi etiam dicit, quod actio competens ad quid annuum, vel menstruum, inter immobilia computatur. *Roman. cons. 509.*
21 *n. 16. & seq.* subdens, quod actio competens ad
rem mobilem, præscribitur triennio, prout ipsa res triennio vsucapitur, competens verò ad rem immobilem, præscribitur spatio x. vel xx. annorum, prout res ipsa præscribitur.

22 An verò nomina debitorum contracta cum extero, dicantur bona extra territorium? negatiuè respondet *Merlin. dec. 828. nu. 15. & 17.*

23 Notandum est etiam, quod hæreditas est quid intellectuale, & loco non circumscribitur *Ruin. cons. 48. nu. 2. & cons. 49. nu. 8. lib. 3.* vbi dicit, quod de ea iudicandum est prout de bonis, & rebus sub ea comprehensis. *Ciriac. contr. 218. nu. 9. tom. 2.* vbi etiam obseruat, quod defunctus habens bona in diuersis territorijs, repræsentat duplicem personam, & vti duplex homo consideratur, & ob id diuersimodè etiam iudicantur talia bona.

SVMMARIVM.

1 *Res, vel actio litigiosa alienari, seu cedi non potest.*
2 *Quando res efficiatur litigiosa.*
Quid si esset quæstio de vsufructu. ibidem.
3 *An ad hunc effectum requiratur litis contestatio, & nu. 14.*
4 *An res efficiatur litigiosa per actionem hypothecariam, vel quando super illius possessione est controuersia.*
5 *An, & quando sententia lata contra alienantem rem litigiosam, mandetur executione contra tertium emptorem.*
Quid si possessor esset Clericus. ibidem.
6 *An, & quando possessori competat retentio ratione melioramentorum.*
7 *Is, qui est particeps doli, non potest nullitatem allegare.*
An vendens rem litigiosam, de euictione teneatur. ibidem.
8 *Tam res, quam actio litigiosa ad pias causas alienari, & cedi potest.*
9 *Recensetur alij casus, in quibus res litigiosa alienari potest, & nu. 10.*
10 *An alienans rem ligtigiosam incurrat in aliquam pœnam, si eam non tradidit.*
11 *Lis super petitorio non facit fructus litigiosos.*
12 *Perempta instantia res non dicitur amplius litigiosa.*
13 *An requiratur litis contestatio, vt actio realis fiat litigiosa.*

CAP. XXXIII.

An res litigiosa alienari possit ad pias causas.

1 Præmittendum est, quod regulariter res, vel actio litigiosa cedi, aut alienari non potest, aliàs cessio, & alienatio ipso iure esset nulla, & innalida, & cedens, vel alienans incurreret in
2 pœnas contentas *in l. fin. C. de litigios.* res autem efficitur litigiosa, quando agitur actione reali ciuiliter intentata super dominio fundi directo, vel vtili, & non aliter. *auth. litigiosa. C. eod. tit. glos. in clem. cum lite. in ver. ad partem. Vt lit. pend.* vbi etiam *Zabarell. n. 1. Bald. in d. auth. litigiosa,* vbi dicit, quod res efficitur litigiosa, si est quæstio de vsufructu, quia vsusfructus est pars dominij. *Guid. Pap. dec. 337. n. 6. & decis. 479. num. 3. & dec. 488. num. 1. & seq. Natt. cons. 2. nu. 1. Cancer. var. par. 2. cap. 12. nu. 7. & 8. Hond. cons. 20. num. 30. & seq. lib. 1. Farinac. Fragmen. trimin. par. 2. in ver. litigiosa. nu. 276.*
3 *cum seq. & nu. 354. & seq.* vbi etiam obseruat, quod ad hunc effectum non requiritur litis contestatio, sed sufficit citatio facta coram Iudice comperente, per quam potuerit quis instrui, ad quid citatus sit. *vt sensit etiam Bald. loco cit.* vn-
4 de res non efficeretur litigiosa per actionem hypothecariam, nec quando super illius possessione est controuersia, quia tunc non agitur de dominio, nec ad dominium rei obtinendum, sed in effectu actio tendit ad debitam pecuniam consequendam. *glos. in l. lite pendente. C. de litigios. Bart. in l. 1. C. eod. tit. Lancell. de Attentat. par. 2. cap. 4. limit. 2. n. 33. Natt. de cons. 2. n. 2. Couar. pract. quæst. cap. 15. nu. 6. post med. Farinac. d. cons. 70. nu. 51.* vbi dicit, quod lis super possessorio rem litigiosam non facit, etiamsi primò intentatum fuerit peritorium, & postea suspensum.

5 Præmittendum 2. quod sententia lata contra alienantem rem litigiosam, mandatur executioni recta via absque alio processu contra eum, in quem facta fuit alienatio, non obstante appellatione, vbi res, vel actio litigiosa lite pendente alienatur, vel ceditur, possessio minimè transfertur. *Natt. cons. 350. nu. 4. Sylu. in ver. lis. nu. 7. Cancer. d. par. 2. cap. 12. nu. 14. 17. & seq.* vbi dicit, quod appellatio in tali casus non suspendit, sed tantùm deuoluit. *latè Farinac. in d. ver. litigiosa. n. 236. & 323. cum seq. Afflict. dec. 331. num. 1. et seq. et alij communiter:* quod quidem procedit concurrentibus infrascriptis conditionibus, quarum prima est, vt in actis constet de scientia vtriusque, venditoris scilicet, & emptoris, aliàs vitium litigiosi non operatur executionem contra tertium ementem. *Gait. de Cred. cap. 2. nu. 641. Capic. dec. 128. nu. 9. et 12. Cartar. dec. 55. nu. 13. Gratian. discept. for. cap. 502. nu. 22. et seq.* secunda conditio est, vt tertius emens sit subditus eidem Iudici; sententia enim lata à Iudice sæculari contra laicum, non posset executioni demandari contra Clericum, qui rem lite pendente emit. *Gait. d. cap. 2. n. 649. et seq. Vinc. de Franch. dec. 545. num. 4. et seq.* quicquid dicat *Vrsill. ad Afflict. dec. 331. num. 3. Boss. in tit. de pœn. nu. 42.* vnde praxis obseruat, vt prius cite-
6 tur possessor coram suo Iudice competente, & summatim audiatur, antequam contra eum executio fiat, nè tollatur defensio, præsertim quia posset eidem competere retentio, vel ratione melioramentorum, si rem litigiosam bona fide meliorem reddidit, vel ratione præscriptionis, si eam bona fide præscripserit. *uide Natt. d. cons. 350. num. 4. Cancer. d. cap. 12. nu. 21. Afflict. dec. 331. et alios DD. citatos.*

7 Præmittendum 3. quod huiusmodi nullitatem non

non potest allegare is, qui rem litigiosam scienter emit, nec vnus contra alium, quando vterque est particeps doli. *Bart. in l. fin. C. de litigios. Osasc. dec. 144. nu. 11. Farinac. in d. ver. litigiosa. n. 242. 336. & seq.* vbi dicit, quod vendens rem litigiosam, si de euictione promisit, euicta re tenetur. *vide DD. in l. 2. & fin. C. de litigios.* His præmissis.

8 Ad quæsitum resp. quod tam res, quàm actio litigiosa ad pias causas alienari, & cedi potest, quemadmodum alienari potest pro impensis funeris,
9 & ex causa dotis, donationis propter nuptias, transactionis, legati, aut fideicommissi. *l. fin. vbi glos. & DD. C. eod. tit. de litigios. Natt. cons. 401. nu. 1. & seq. & cons. 350. Bellame. decis. 749. Cancer. d. cap. 12. num. 15.* vbi etiam obseruat, quod res litigiosa potest alienari in alterum ex litigantibus.

10 Item res litigiosa alienari potest ex causa necessaria, vt pro solutione debiti, pro cibarijs familiæ, vel si esset tempore peritura. *l. fin. ff. de requir. reis. Bart. in l. interesse. ff. de Acquir. poss. Bald. in l. alienationis. ff. fam. ercisc. & in l. si oleum. ff. de Dol. Alex. in l. si constante. §. fin. nu. 2. ff. solut. matr. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 45. nu. 6. Cancer. d. cap. 12. nu. 50.* vnde cedi potest vicinis pro executione retractus iuris congrui, ac diuidi, si diuisio fiat ex causa necessaria. *Gait. de Cred. cap. 2. nu. 652. Farinac. in d. ver. litigiosa nu. 253. & seq. Lancell. de Attentat. 2. par. cap. 4. limit. 8. num. 2. & 12. Guid. Pap. dec. 337.* vbi, quod vendi etiam potest sub conditione, vt venditio locum non habeat, nisi tunc quando res non erit ampliùs litigiosa.

11 Obserua tamen, quod rem litigiosam alienans nullam incurrit pœnam, si rem non tradiderit. *vt decisum refert Farinac. in d. ver. litigiosa. nu. 274.*

12 Obserua 2. quod lis super petitorio non facit fructus litigiosos, & ideò vendi possunt. *Farinac. cons. 70. nu. 51.*

13 Obserua 3. quod res non esset amplius litigiosa, quando perempta esset instantia per sententiam Iudicis absoluentis reum, vel per renunciationem, aut lapsum temporis, cum cesset eo casu pendentia litis. *Osasc. decis. 144. num. 9. Natt. d. cons. 2. num. 2. Hond. d. cons. 20. num. 32. Vrsill. ad Afflict. dec. 331. num. 2. Boss. in tit. de Pœn. num. 42. Cancer. d. cap. 12. num. 24. et seq.*

14 Obserua 4. quod ipsa actio realis non efficitur litigiosa per solam citationem, sed requiritur litis contestatio: & ideò ante litis contestationem cedi potest. *secundùm Cyn. in d. auth. litigiosa. Natt. d. cons. 2. num. 3. Farinac. cons. 70. num. 51. Sylu. in ver. lis, uers. Quinto quæritur etc.* sed contrarium mihi verius videtur: sicut enim non requiritur litis contestatio, quando agitur de ipsa re, vt supra diximus, ità nec videtur necessaria, quando agitur de actione ad rem. *ut sensit Bart. in l. 1. digesti de litigio. et in l. 2. C. eod.*

SVMMARIVM.

1 *Quando res Domino pereat.*
2 *Commodatarius non tenetur de casu fortuito.*
3 *Locator non tenetur de casu fortuito, vel violentia.*
4 *Creditor non tenetur de pignore perdito sine eius culpa, vel vitio.*
5 *Procurator tenetur de dolo, & omni culpa, non tamen de casu fortituito.*
6 *Quando periculum depositi spectet ad deponentem, & quando ad Depositarium.*
7 *Si depositarius sit pauper, præsumitur consumpsisse pecunias in proprios vsus.*
8 *Qualiter probetur amissio rei, & nu. 11.*
9 *Furtum, & alij casus clandestini, & occulti probantur per coniecturas.*
10 *Quando per indicia probetur violentia.*
11 *Quid si casus contigit eo in loco, vbi res solita erat manere.*
12 *An, & quando super quantitatem rerum amissarum stari debeat iuramento conquærentis.*

CAP. XXXVI.

Quomodo probetur amissio rerum.

1 PRæmittendum est, quod in multis casibus, quãdo res alicuius casu fortuito apud alium perit, Domino perit, ità vt ille apud quem perijt, non teneatur ad vllam restitutionem, vt in commodato *est textus in l. 1. vbi DD. C. de*
2 *Commodat.* vbi Commodatarius de casu fortuito non tenetur; & in locato *est textus in l. 1. C. de Lo-*
3 *cat.* vbi locator horrei similiter non tenetur de casu fortuito, vel violentia; & in pignore *est textus in l. si creditor. 4. C. de Pignor. act.* vbi cre-
4 ditor, non tenetur de pignore perdito sine eius culpa, vel vitio; & in mandato *est textus in l. à*
5 *procuratore. C. mandat.* vbi procurator tenetur quidem de dolo, & omni culpa, non tamen de casu fortuito; & in deposito *est textus in l. 1. C.*
6 *depos.* vbi periculum depositi contingens casu, non dolo, vel lata culpa Depositarij, spectat ad deponentem: quod procedit, siue pecunia data fuerit ad numerum, siue obsignata. *l. certi conditio. §. fin. & l. quod si ab initio. ff. si cert. pet.* nisi Depositario expressè, vel tacitè data fuerit potestas vtendi pecunia deposita, eaque vsus fuerit; tunc enim dicitur mutuum, & transfertur dominium in Depositarium. *vt in dd. legibus. & trad. Bald. cons. 355. nu. 2. lib. 3. latè Gabr. commun. concl. lib. 3. tit. de reb. cred. conclus. 2. per tot.* vbi idem dicit, quando fuit actum, vt reddatur tantundem, vel quando pecunia fuit consumpta in vtilem ipsius recipientis. *Cancer. var. lib. 3. cap. 8. n. 64.* vbi dicit, quod in pecunijs, quæ in banchis deponuntur, cum de notoria consuetudine Bancherij dictis pecunijs vtantur, incontinenti dominium in Bancherios transit. *Ciriac.*
7 *contr. 342. nu. 23. lib. 3.* vbi etiam obseruat, quod si Depositarius esset pauper, præsumitur consumpsisse pecuniam in proprios vsus. *Farinac. de furt. q. 169. par. 2. nu. 43.*

8 Ad quæsitum resp. quod ad probandam amissionem rei, vt quis excusetur ab illius restitutione, duo requiruntur, videlicet quod per testes probetur casus fortuitus, puta depopulatio, incendium, vis hostium, naufragium &c. secundò quod res, quæ asseruntur deperditæ, fuerint in

illa

illa naui vel loco. *cap. fin. de iis, quæ vi, metu, siue casu fiunt. l. si quando. C. unde vi. Bart. in l. si quis ex argentariis. §. an nec hæredi. nu. 5. ff.*
9 *de Eden.* vbi dicit, quod furtum, & alij casus clandestini, & occulti probantur per coniecturas, vt quia ostium fuit ruptum, famulus aufugit &c. *Abb. in d. cap. fin. nu. 2.* vbi dicit, quod si indicia essent violenta, tunc per indicia posset probari violentia. *Marescott. var. lib. 2. cap. 10. nu.*
10 *3. & 5.* vbi id remittit Iudicis arbitrio, inspecta conditione personarum, & rei, de qua agitur. *Ciriac. contr. 442. num. 26. vers. licèt autem &c.* subdens, quod si casus contigit eo in loco, vbi res solita erat manere, & verisimiliter manebat, tunc non est nececessaria hæc probatio, sed qui diceret, seruatam fuisse in alio loco, teneretur probare, *ex trad. per Felic. de Societ. c. 25. nu. 26. Christofor. Mart. Medic. in decis. Senen. examin. 53. nu. 9.*

11 Quæres, an, & quando super quantitate rerum amissarum stari debeat iuramento conquerentis? Resp. quod statur iuramento conquerentis, quando concurrit difficultas probandi, & maleficium conuenti, vt si quis solus erat, quando fuit à latronibus expoliatus, *d. l. si quando. C. unde vi, & in d. cap. fin. de iis, quæ vi, metu siue casu fiunt,* vbi contra violentum, constito de violentia, damna, & interesse probantur per actoris iuramentum, Iudicis taxatione præmissa. *glos. in d. cap. fin. ver. per testes,* vbi dicit, quod interesse, quod surgit ex maleficio, probatur per iusiurandum; secus si surgit ex contractu, quia tunc per testes probandum est. *latè Abb. in eodem cap. fin. nu. 5.* vbi ex hoc infert, quod si ex statuto Villa teneatur ad reficienda damna passa per Viatorem ex causa furti in territorio commissi, tunc non statur iuramento ipsius Viatoris, cum Villa non commiserit maleficium, sed solum teneatur de maleficio alterius.

SVMMARIVM.

1 *Annuarum nundinarum concessio ad solum Principem spectat.*
2 *Mercatus fieri possunt etiam sine Principis licentia.*
3 *Quid si mercatus, aut nundinæ eisdem diebus fiant in duabus Ciuitatibus, vel Oppidis vicinis.*
4 *Quando mercatus, qui fieri solet in certo loco Ciuitatis, possit in alium locum transferri.*
5 *Quando Princeps possit priuilegium, quod concessit, reuocare.*
6 *De rebus emptis in nundinis non soluitur gabella, si extrahantur tempore nundinarum.*
7 *Quid si tempore nundinarum factus fuit contractus, & non traditio.*
8 *Et quid si nauim durantibus nundinis quis extraxerit, & deinde à vento agitata, reuersa fuerit in locum nundinarum.*
9 *An habeat locum priuilegium, quando ante nundinas fuit conuentum, & in nundinis traditum.*

CAP. XXXV.

Ad quem spectet nundinas concedere.

1 Annuarum quidem nundinarum concessio ad solum Pricipem spectat, vel ad alium, qui imperij iura obtinet, cum hoc sit specialiter de reseruatis supremæ potestatis. *l. 1. vbi DD. ff. de*
2 *Nundin.* mercatus verò, qui semel, vel bis fieri solent singulis hebdomadis in Ciuitate, vel Oppido, fieri possunt etiam sine Principis licentia, tum quia continent potius factum, idest, obseruantiam, quàm ius, cum careant priuilegijs, & alijs immunitatibus, quæ nundinis concedi solent, tum etiam quia videntur esse etiam de iure gentium, vt homines simul vno loco conueniant mercandi causa. *l. ex hoc iure. ff. de Iust. & iur. l. 1. §. conuentionis. ff. de Pact. Bald. in l. 1. nu. 1. C. de Nundin. Thesaur. dec. 264. num. 4.*

3 Obserua tamen, quod si mercatus, aut nundinæ huiusmodi fiant eodem, vel eisdem diebus in duabus Ciuitatibus, aut Oppidis vicinis ad decem milliaria, potest Princeps, vel Superior Magistratus ad instantiam Ciuitatis, vel loci, qui prior est tempore, alteri inhibere, quia alter alteri per concursum noceret. *arg. l. qui prior. ff. de Iudic. Thesaur. d. dec. 264. nu. 4. & 5.*

4 Obserua 2. quod potest Princeps mercatum, qui fieri solet in certo loco Ciuitatis, in alium locum pro publico beneficio transferre, si locus sit inhabilis, & alijs onerosus. *vide Luc. de Penn. in l. 1. col. 1. & 2. C. Nè rustican. ad ull. obseq. &c. lib. 11. Thesaur. vbi supra nu. 3.*

5 Obserua 3. quod potest Princeps nundinas auferre Ciuitati, vel Oppido, quamuis illas per longissimum tempus, & excedens hominum memoriam exercuerit: quia istud ius non est præscriptibile tamquam de regalibus. *latè Natt. consil. 511. & 512. lib. 3.* vbi dicit, quod quando Princeps concedit aliquid, vt Princeps illud ad libitum potest reuocare, etiamsi elapsum sit tantum temporis, cuius origo hominum memoriam excedat; licèt secus sit, si concedit vt priuatus, & per viam contractus, vel si concurreret propter huiusmodi concessionem datio, vel factum aliquod commensurabile ipsi priuilegio; quamuis contrarim sentiat *Thesaur. d. dec. 264. numer. 3.*

6 Obserua 4. quod de rebus emptis in nundinis non soluitur gabella, si extrahantur durantibus nundinis, seu tempore nundinarum, vel statim post, si interuenerit impedimentam. *ut d. Bald.*
7 *in l. 1. nu. 3. C. de Nundin.* vbi etiam obseruat, quod si tempore nundinarum factus fuit contractus, & non traditio, licèt talis traditio fiat post nundinas finitas, priuilegium tamen adhuc duraret. *arg. l. 3. §. scio. ff. de minor.* vbi, quod ini-
8 tium inspicitur. Idem dicendum, si quis nauim v. g. durantibus nundinis extraxerit, licet nauis à vento agitata, reuersa fuerit in locum nundinarum. *per tex. in l. Cæsar. ff. de Public. & Vecti.*

9 Si verò ante nundinas fuit conuentum, & in nundinis traditum, non habet locum priuilegium, nisi contractus fuerit celebratus intuitu nun-

nundinarum, vt in nundinis soluerentur. *Bald. loco cit. num. 3. vers. si verò &c.* vbi dicit, quod istud priuilegium conceditur ratione mercatus in loco, ità vt locus contractus sit de substantia istius priuilegij.

SVMMARIVM.

1 *An tutor datus in vno loco, sit etiam tutor in alio territorio, & nu. 2. & seq.*
2 *Quid si in alio territorio pupillus alium tutorem habeat.*
3 *Tutor in eo loco debet peti, in quo pupillus originem, vel domicilium habet, vel eius bona sunt sita.*
4 *Curator datus à Iudice vnius loci, non potest administrare in alio territorio.*
5 *Tutor datur personæ, curator bonis.*
6 *Tutor, vel Curator debet esse de iurisdictione Iudicis decernentis, aliàs non valet datio ipso iure: limitatur nu. seq.*
7 *Quid si tutor datus fuerit à Testatore.*
8 *Tutor legitimus admittitur, etiamsi esset alterius iurisdictionis.*
9 *Tutor datiuus cedit legitimo, & legitimus testamentario.*
10 *Quando dati sunt duo tutores in duobus locis, an alter tutor ingerere se possit in exactione ad alterum spectante.*
11 *In quo loco ratiocinia reddi debeant.*
12 *An, & quando Doctores excusentur à muneribus.*
An Doctores pro causa criminali capi personaliter possint. ibid.
13 *An Doctores excusentur à tutela.*
14 *An officium publicum obtinens, excusetur à tutela.*
15 *Quid si in Patria quis præbendam theologalem obtineat.*

CAP. XXXVI.

De Tutore, & Curatore.

1 QVæritur 1. an tutor datus in vno loco, sit etiam tutor in alio territorio, ibique administrare possit bona pupili? Resp. affirmatiuè. *l. quia persona. ff. de Testam. tutor.*

2 Limita 1. si in alio territorio pupillus alium tutorem habeat; possunt enim dari diuersi tutores à diuersis iudicibus respectu bonorum in diuersis territorijs existenitum, & tunc potestas vnius tutoris non extenditur ad bona eiusdem pupilli in alio territorio sita. *l. si tamen. ff. eod. tit. de Testam. tut. l. 1. vbi Bald. & Sal. C. vbi per tut.*
3 vbi, quod tutor datur in eo loco, in quo pupillus originem, vel domicilium habet, vel eius bona constituta sunt. *Bart. in l. pupillo. ff. de Tut. & Curat. & in l. quæro. ff. de solut. Alex. cons. 128. num. 4. lib. 1. Roman. cons. 39. num. 3. circa med. Corn. cons. 202. nu. 6. lib. 2. Borginin. de tut. & curat. nu. 281.*

4 Limita 4. in Curatore, qui si datus fuerit à Iudice vnius loci, non potest administrare in alio territorio: ratio differentiæ est, quia tutor datur personæ, curator, verò datur bonis. *Bart. &*
5 *Bald. locis cit.* vbi dicunt, quod si minor in loco non habet domicilium, neque originem, sed tantùm bona, potest Iudex illius loci dari curatorem illis bonis. *Rot. decis. 177. num. 27. & 29. par. 5. tom. 1. recent. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 60. latè Rolan. cons. 24. nu. 23. & seq. vol. 3.*

6 Obserua tamen, quod is, qui datus est tutor, vel curator, debet esse de iurisdictione Iudicis decernentis, alioqui non valeret datio ipso iure. *l. 1. vbi Bart. & l. ius dandi. ff. de Tut. & Curat. glos. in l. etiam. ff. de Tutel.* quod procedit
7 in tutore, vel Curatore dato à Iudice; secus si datus fuerit à testatore, quia tunc tenet datio. *Papien. in form. libell. quo agit. ad redd. ration. tut. §. eidem Iacobo &c. nu. 4.* idemque dicendum
8 est in tutore legitimo, qui scilicèt à lege constituitur, qualis est Auus, Auia, mater, pater, patruus, & coniunctus: isti enim possunt esse tutores, etiamsi essent alterius iurisdictionis. *latè*
9 *Borgnin. loco cit. n. 1. & seq.* vbi etiam dicit, quod tutor datiuus cedit legitimo, & legitimus testamentario.

10 Obserua 2. quod si inter duos tutores diuisa fit administratio bonorum pupilli existentium in diuersis territorijs, vt quia vni esset assignata administratio bonorum existentium Mutinæ, alteri administratio bonorum existentium Bononiæ, si debitor pupilli occasione rerum existentium Mutinæ, reperiatur, Bononiæ, poterit conueniri à tutore Ciuitatis Bononiæ. *vt d. cons. 101. vol. 1.*

11 Quæritur 2. in quo loco ratiocinia reddi debeant? Resp. quod ibi reddi debent, vbi gesta est administratio; ibi enim facilius, & pleniùs tam per testes, quàm per instrumenta, & alias legitimas probationes veritas inueniri potest. *l. 1. vbi Bald. C. vbi de ratiocin. &c. l. Prætor ait. §. is etiam. ff. de eden.*

Hæc tamen conclusio limitatur, si is qui petit, vt rationes in alio loco reddantur, paratus esset facere necessarias impensas pro habendis probationis ad effectum, vt de redditione rationum sibi in eodem loco responderetur. *Rota in Romana. seu Lugdunen. redditionis rationis 17. Martij 1589. coram Penia, in impressis dec. 23. nu. 2. & seq.* vbi, quod potest reus conueniri in loco domicilij ad rationes ibidem reddendas, dummodò libri, cæteraque actorum instrumenta transportentur impensis, & periculo ipsius agentis.

12 Quæritur 3. an, & quando Doctores excusentur à tutela, & alijs muneribus? Resp. 1. quod Medici, Grammatici, & professores aliarum litterarum, ac Doctore legum vna cum vxoribus, & filijs suis, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel ciuilibus, vel publicis immunes sunt. *l. medicos. Cod. de Profess. & Med. lib. 10.* vnde nec custodiam facere, nec hospites in Prouincijs recipere coguntur, nec pro criminali causa capi personaliter, aut detineri possunt, exceptis grauissimis delictis. *vt in d. l. Medicos, cum ibi not. per glos. & DD. Bart. ibid. nu. 2.* vbi dicit, quod familia non potest Doctores perquirere de armis.

Amplia 1. vt dicti textus dispositio non solum pro-

procedat in muneribus personalibus, sed etiam in patrimonialibus. *glos. in d. l. Medicos. ver. muneribus. vers. & è contra &c. Bart. ibidem n. 2.* vbi dicit, quod Doctoribus legum, & aliarum scientiarum non potest de iure imponi collecta. *Add. ad Guid. Pap. dec. 88. litt. C. & G.*

Amplia 2. vt non solum procedat in Doctoribus actu legentibus, sed etiam in alijs, dummodò isti etiam docti sint, cum appellatione Doctorum non veniant indocti. *Guid. Pap. d. dec. 88. num. 2. & ibi Add. litt. C.*

13 Resp. 2. quod à tutela non excusantur, nisi Medici in propria patria curent, & Doctores, alijque scientarum professores in patria doceant, vel saltem Romæ, quæ habetur, & est communis patria, siue doceant cum salario, siue sine. *l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de Excusat. tut.* quod etiam procedit in ijs, qui disciplinis valdè instructi sunt: nam isti immunes sunt à tutela, etiamsi in aliena patia doceant. *d. l. sed & reprobari. §. amplius. vers. valde tamen &c. & not. Bald. ibidem*: eodemque priuilegio gaudere debent qui in conscribendis libris operam nauant, quibus etiam permissum est, vt possint expellere artifices, & alios propè ob strepentes. *l. 2. §. iuris ciuilis. ff. de orig. iur. Gratian. discept. for. cap. 186. nu. 7. Aret. in §. item Diuus. Inst. de*
14 *Excus. tut.* vbi, quod etiam is, qui officium publicum obtinet, à tutela excusatur.

15 Ex his infertur, quod obtinens in patria præbendam theologalem, excusatur ab alijs muneribus capitularibus. *per d. tex. in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de Excus. tut.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta ab iniustè carcerato ad fauorem detinentis. nulla est ipso iure, & num. 2. & seq. limitatur num. 11. cum seq.*
2 *Iuramentum non obligat, quando contratus est ipso iure nullus.*
3 *Carcer est species tortura.*
4 *An prosit cautela, qua carceratus contrahens ponitur extra carceres cum custodia satellitum.*
5 *Iniusta carceratio probat metum cadentem in constantem virum.*
6 *An valeat fideiussio facta pro carcerato iniustè.*
7 *Gesta in carceribus adeò nulla sunt, vt non requiratur sententia reuocatoria, nec absolutio à iuramento.*
8 *Quid si post obligationem fuerit susceptus terminus ad soluendum, vel facta solutio.*
9 *Et quid si periculum carcerationis immineat.*
10 *An consuetudo loci seruanda sit, si ex ea inducatur, vt valeat contractus in fauorem iniustè carcerantis.*
11 *Valet contractus factus ab iniustè carcerato ad fauorem tertij, qui non carcerauit, dummodò contractus non tendat in commodum detinentis.*
12 *Item valet, si fiat ad fauorem Commentariensis pro expensis, & salario custodia.*
13 *Qualiter carcer in proposito intelligatur.*
14 *Quis dicatur carceratus iniustè.*
15 *Valida est obligatio, vbi contractus respicit vtilitatem ipsius carcerati.*
16 *Quid si carceratus iniustè contractum in carceribus initum, in loco tuto ratificauerit.*
17 *Obligatio facta ab eo, qui iustè carceratus fuit, valida est etiam etiam in fauorem detinentis: limitatum nu. 19. et seq.*
18 *Iuris executio nec iniuriam, nec metum incutit.*
19 *Quid si obligatio facta fuerit ad fauorem Iudicis, seu Officialis.*
20 *Pratores, et Prouinciarum Rectores non possunt contrahere in locis sibi commissis, nisi pro necessitate victus, et vestitus.*
21 *Contractus gesti inter subditum, et Principem, uel alium Officialem perpetuum, quando ualeant.*
22 *Quid si carceratio facta fuerit ad extorquendum alium contractum separatum, et à causa carcerationis non dependentem, in fauorem carcerantis.*
23 *Confessio facta à reo in causa criminali, ex solo carcere non potest dici nulla.*
24 *Carceratus potest facere testamentum etiam in fauorem detinentis, quando carceratio est iusta.*
25 *Officiali potest per ultimam uoluntatem relinqui, et legari.*
26 *An, et quando soluens pro carcerato, possit ab eodem repetere.*

CAP. XXXVII.

An, et quando ualida, uel inualida sit obligatio facta in carcerbus, uel alio loco pro carcere assignato.

1 Resp. quod promissio, & obligatio, confessio, & quilibet alius contractus ab iniustè carcerato factus ad fauorem carcerantis, seu detinentis, regulariter est ipso iure nullus, ità vt talis iniustè carceratus nec ciuiliter, nec naturaliter remaneat obligatus non obstante iuramen-
2 to: iuramentum enim non obligat, quando contractus est ipso iure nullus. *l. qui in carcerem, ubi Bart. et alij. ff. Quod met. caus.* ratio est quia carcer incutit iustum metum, & vbi non est liber-
3 tas corporis, ibi non præsumitur libertas mentis: tum etiam quia carcer est species torturæ: & ideò sufficit probare, aliquem fuisse detentum, licèt aliter non probetur tortura, ad hoc vt dicatur confessio facta metu tormentorum. *ut d. Mars. in Pract. crim. §. attingam. num. 22. et*
4 *seq.* vbi etiam obseruat, quod non prodest cautela, qua carceratus contrahens ponitur extra carceres cum custodia satellitum, & facta obligatione iterum ad carcerem reducitur; quia cum non sit in sua libertate, adhuc dicitur carceratus. *Alex. cons. 241. num. 10. uol. 6.* vbi quod hoc procedit, etiamsi contractus fieret in fauorem ipsius Principis, aut perpetui officialis. *Rot. dec. 26. num. 5. et seq. par. 6. Recent.* vbi, quod huiusmodi iniusta carceratio probat metum cadentem in constantem virum, ità vt nulla alia iustificatione opus sit. *Ruin. cons. 113. num. 3. uol. 5.* vbi dicit, quod metu carceris fit, dum quis adhuc est sub custodia, nec obstarent in tali casu illa verba: *non ui, aut metu, sed sponte etc. Clar.*

in Pract. crim. §. fin. q. 46. vers. plerumque &c. Natt. consil. 451. nu. 1. & seq. & nu. 15. & 25. lib. 2. Rol. cons. 2. nu. 47. & seq. & n. 82. cum seq. vol. 1. Menoch. de Arb. Iud. cas. 136. nu. 5. Alba cons. 77. Boer. dec. 100. nu. 14. Farinac. in Pract. crim. q. 35. num. 1. & seq. Cephal. cons. 118. nu. 32. vol.
6 *1. Afflict. dec. 149. nu. 2. & dec. 263.* vbi, quod nec valet fideiussio facta pro carcerato iniustè non obstante iuramento, etiamsi fideiussor vti principalis, principaliter, & insolidum se se obligauerit, nisi expressè dixerit, se velle teneri, etiamsi obligatio carcerati esset nulla. *latè Scanarol. de visit. carcerat. lib. 1. §. 5. cap. 3. sect.*
7 *2. nu. 1. & seq.* vbi dicit, quod gesta in carceribus adeò nulla sunt, vt non requiratur sententia reuocatoria, nec absolutio à iuramento.

8 Amplia prædictam conclusionem, etiamsi post huiusmodi obligationem fuerit suceptus terminus ad soluendum, vel etiam facta solutio, quia hęc censetur gesta per metum, nè videlicèt debitor capiatur, & executionis molestiam subeat; vnde & solutum repeti potest. *Natt. cons. 451. n. 16. Gratian. discept. for. cap. 501. nu. 1. & seq. & cap. 824. nu. 19. vers. nam etiam accipiens &c. Millin. dec. 293. nu. 5. Scanarol. ubi supra d. sect. 2. nu. 16. et 17. Farinac. d. q. 35. nu. 39.*

9 Amplia 2. vt nec valeat contractus factus à carcerando, si periculum carcerationis imminebat vel ob paratam executionem cameralis obligationis, vel ob relaxationem mandati: paria enim sunt esse carceratum, vel carcerationis periculum imminere. *Rot. dec. 731. num. 4. par. 3. rec. Scanarol. d. cap. 3. sect. 2. num. 28. et 29. et sect. 1. num. 9.*

10 Amplia 3. vt neque consuetudo loci in contrarium seruanda sit, si ex ea inducatur, vt valeat contractus factus in fauorem eius, qui iniustè carcerauit, vel qui vim, aut metum intulit, quia esset contra bonos mores. *Farinac. d. q. 35. n. 44. et 45. Scanarol. d. cap. 3. sect. 3. nu. 10. quicquid in contrarium sentiat Clar. in pract. crimin. qu. 46. vers. plerunque etc. Guaz. def. 6. nu. 15. ver. 9. limit.*

11 Limita 1. vt valeat contractus ab iniustè carcerato factus ad fauorem tertij, qui eum in carcerem non detrusit, nec fuit particeps carcerationis. *l. metum 9. §. sed licet. ff. Quod met. caus. glos. in d. l. qui in carcerem, & ibi Bart. & alij. ff. eod. Bald. in rubr. C. de Rescind. vendit. nu. 4. Alex. cons. 241. in fin. vol. 6. Mars. loco cit. nu. 23. Rol. cons. 57. nu. 38. uol. 3. Ruin. cons. 113. num. 7. uers. et istud etiam confirmatur etc. uol. 5. Natt. cons. 451. num. 5.* vbi, quod hoc procedit, quando contractus non tendit in commodum detinentis, sed illius tertij, vel quando carceratus non contraxit cum illo tertio ad instantiam carcerantis. *Farinac. d. q. 35. nu. 32. et seq. Scanarol. d. sect. 2. nu. 24. et 25. et sect. 3. num. 4.* sub-
12 dens, quod obligatio iniustè carcerati erit valida, si fiat ad fauorem Commentariensis pro expensis, & salario custodiæ. *Guid. Pap. decis. 448.* vbi dicit, quod de consuetudine custos in tali casu potest carceratum retinere, donec soluerit, aut concordauerit.

13 Carcer autem in proposito censetur non tantùm locus publicè ad id deputatatus, sed etiam quilibet locus, à quo quis liberè discedere nequit; vnde in carcere intelligitur esse qui est sub fida custodia, vel qui in domo propria de mandato Iudicis detinetur. *Natt. cons. 451. num. 16. Farinac. q. 35. num. 20. Rot. dec. 26. num. 40. & seq. par. 6. recentior. Scanarol. d. cap. 3. sect. 1. num. 9.*

14 Iniustè verò carceratus dicitur non solùm is, qui debitor non est, sed etiam, licèt debitor sit, non tamen ritè, ac iuris ordine seruato captus fuit vt quia de iure non potuit capi personaliter, & carcerati. *Afflict. dec. 149. post nu. 1. Rot. d. dec. 26. num. 7. & seq. par. 6. recent. Farinac. d. q. 35. num. 28. Scanarol. loco cit. sect. 1. num. 1. et seq.*

15 Limita 2. quando contractus respiceret vtilitatem ipsius carcerati, quia tunc obligatio valida est. *Bald. in Rubr. Cod. di Rescind. uend. nu. 4. Farinac. d. q. 35. nu. 35. et 40. Sacnarol. d. lib. 1. §. 5. cap. 3. sect. 3. num. 2. Rot. dec. 98. num. 8. par. 4. rec.*

16 Limita 3. si carceratus iniustè contractum in carceribus initum, in loco tuto cessante metu ratificauerit, quia tunc valet talis ratificatio. *latè Farinac. d. q. 35. nu. 38. et seq. Rol. cons. nu. 87. et seq. uol. 1. Natt. cons. 451. nu. 16. et 17.*

17 Limita 4. in obligatione facta ab eo, qui iustè carceratus fuit, hæc enim valida est etiam infauorem detinentis, quia iuris executio nec iniu-
18 riam, nec metum incutit. *Bart. in l. qui in carcerem. ff. Quod met. caus. Mars. d. §. attingam. nu. 22. Gratian. discept. for. cap. 479. nu. 30. Natt. cons. 451. nu. 1. Rol. cons. 57. nu. 38. uol. 3. Scanarol. d. cap. 3. sect. 4. num. 1. & seq. et sect. 2. nu. 27. Rot. d. dec. 26. nu. 1. et 8. par. 6. recen.* nisi obli-
19 gatio facta fuerit ad fauorem Iudicis, seu officialis cum iurisdictione ad tempus, hoc enim casu, etiamsi iusta esset carceratio, adhuc contractus esset ipso iure nullus, nec iuramento firmaretur ob duplicem metum, subiectionis scilicet, & carceris, per quem obligatio præsumitur extorta. *Natt. cons. 50. nu. 13. Peregr. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 7. nu. 12. & seq. Boss. in tit. de carcer. nu. 22. et 23. Rot. d. dec. 26. nu. 12. & seq. par. 6. recent.* ratio est, quia officialis prohibetur contrahere, & obligationes recipere à subditis, siue carcerati sint, siue etiam in plena libertate existant, quia semper lex suspicatur, quod officialis subditos metu inducat ad contrahendum. *l. un. C. de Contract. Iudic. l. qui officij. ff. de contrah. empt. l. si impressionem. C. de ijs, quae vi, metusue*
20 *caus. &c.* vbi Prætores, & Prouinciarum Rectores non possunt per se, vel alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus & vestitus. *l. quisquis C. si cert. pet. l. principali-*
21 *bus. ff. eod.* excepto Principe, seu Barone; & alijs officialibus perpetuis, quorum contractus gesti cum subditis valent, dummodò subditi in plena libertate sint constituti. *vt tradunt communiter Doctores in d. l. principalibus. Mantic. de Tacit. lib. 8. tit. 5. num. 9. Rot. d. dec. 26. nu. 8.*
22 *& seq.* vbi subijcit, quod licèt carceratio iusta fuerit, si tamen facta fuit ad extorquendum alium contractum separatum, & à causa carcerationis non dependentem in fauorem eius, qui carcerationem procurauit, talis contractus esset nullus.

23 Limita 5. in confessione facta à Reo in causa cri-

criminali: hæc enim ex solo carcere non potest dici nulla, *Farinac. d. qu. 35. num. 68.*

24 Limita 6. in testamento, vel alia vltima voluntate: tum quia in istis nulla est obligatio, tum etiam quia leges prohibitiuæ loquuntur de contractibus. *l. qui à latronibus. ff. de Testam. Bart. in d. l. qui in carcerem, vbi etiam Bald. in 1. lectur. ff. Quod met. caus.* vbi, quod carceratus potest facere testamentum etiam in fauorem detinentis, quando carceratio est iusta, secus si iniusta. *Boss. in tit. de carcer. post num. 22. vbi de communi testatur. Farinac. d. q. 35. num. 43. Peregr. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 7. n. 63.* vbi dicit, quod of-
25 ficiali, qualiscunque sit siue cum iurisdictione, siue non, potest per vltimam voluntatem reliqui, & legari.

26 An verò soluens pro carcerato, possit ab eodem repetere? vide *Afflict. decis. 149. num. 3. & 4.* vbi dicit, posse repetere, si coactè soluit. *Farinac. d. q. 35. nu. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo loci tollitur per contrariam consuetudinem, si fuit obseruata tanto tempore, quo prior inducta fuit.*
2 *Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus: declaratur nu. 3.*
3 *Vnicus actus contrarius probat, non extare consuetudinem.*
4 *Quanto tempore inducatur consuetudo contra Ecclesiam, vel contra ius canonicum.*
5 *An consuetudo induci possit contra ius sine Principis approbatione.*
An consuetudo à lege reprobata excuset delinquentem à pœna temporali. ibid.
6 *Consuetudo laicorum clericos non ligat.*
7 *An Doctoribus attestantibus de consuetudine, & obseruantia loci stari debeat.*

CAP. XXXVIII.

Quantum temporis requiratur, vt consuetudo loci tollatur per contrariam consuetudinem.

1 RESp. quod requiritur, vt consuetudo contraria fuerit obseruata tanto tempore, quo prior inducta fuit. *cap. fin. vbi DD. de consuet. Rot. in Senogallien. dotis 28. Nouembris 1607. coram Card. Pamphilio. Merlin. dec. 473. num. 15.* vbi dicit, quod contra consuetudinem inueteratam, & vltra spatium centum annorum legitimè præscriptam requiritur consuetudo eiusdem temporis.

2 Notandum tamen est, quod ex actibus difformibus, seu vario modo gestis non inducitur consuetudo, aut obseruantia: & ideò tunc recurrendum est ad ius commune. *Alex. cons. 5. num. 7. lib. 5. Crauet. cons. 96. num. 5.* vbi, quod nec inducitur consuetudo ex sententijs difformibus, quando vario modo fuit iudicatum. *Rot. decis. 72. num. 28. par. 2. Diuers. Greg. dec. 162.*
3 *num. 8.* vbi, quod vnicus actus contrarius probat, non extare consuetudinem; hoc tamen intelligendum est, quando actus difformes sunt inter se incompatibiles; secus si non essent incompatibiles, quia tunc eorum difformitas non impediret consuetudinem. *Dec. cons. 11. nu. 12. Rot. dec. 356. num. 4. par. 1. recent. Beltram. ad Greg. d. dec. 162. nu. 14.*

4 Notandum 2. quod quando consuetudo detrahit iuribus Ecclesiæ, vel Clericorum, vel etiam iuri Laicorum simul cum iure Ecclesiæ, etiamsi non sit contra ius, tamen ad illam inducendam requiritur tempus quadraginta annorum, quemadmodum in præscriptione. *Abb. in d. cap. fin. num. 10. ver. quod videtur limitandum. de Consuet. Alex. consil. 5. num. 9. Crauett. de Antiquit. temp. par. 4. num. 7. in fin. Merlin. dec. 554. num. 5. & seq.* vbi dicit, quod ad inducendam consuetudinem, vt emphiteusis Ecclesiæ ex pacto, & prouidentia, fiat hæreditaria, requiritur etiam spatium quadraginta annorum, quia hæc detraheret iuri Ecclesiæ, tum ex eo quod cogeretur magis habere vnum emphiteutam, quam alium, & inuita compelleretur præstare consensum alienationibus bonorum emphiteoticorum, cum in tali casu possent tamquam hæreditaria in quoscunque hæredes transferri; tum ex eo quia bona difficiliùs ad ipsam Ecclesiam reuerterentur, dum essent ad omnes transibilia, & fraudaretur Ecclesia laudemijs, caducitatibus, & deuolutionibus, quod etiam est notabile præiudicium. *vide Alciat. cons. 8. num. 16. lib. 6. Ruin. cons. 149. num. 11. lib. 1.*

5 Notandum 3. quod sicut statutum sine Principis auctoritate non subsistit, dum est contra ius, ità quoque corruit in tali casu consuetudo sine Principis approbatione. *Rot. dec. 677. numer. 55. & 56. par. 5. recent. Merlin. dec. 740. num. 16.*

Obserua tamen, quod consuetudo loci etiam iniusta, & inualida, & à lege, seu à Principe reprobata excusaret delinquentem à pœna temporali, non tamen à Diuina. *glos. in cap. denique, in ver. consuetudine, distinct. 4. Rom. consil. 466. numer. 1. Grammat. decis. 50. num. 3. & seq. Anchar. consil. 50. & 283. Paris. consil. 29. numer. 18. lib. 4. Gabriel. libr. 7. conclus. 8. num. 16. Natt. consil. 498. num. 25. in fin. & consil. 586. num. 10. lib. 3. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 400. post numer. 9. Rolan. cons. 75. num. 47. lib. 1. Farinac. in Pract. crimin. quæst. 95. num. 44.* vnde consuetudinē excusare à pœna priuati carceris dixit *Alexan. consil. 233. num. 13. lib. 6. Decian. tractat. criminal. tom. 2. lib. 7. cap. 10. num. 14. Farinac. dicta quæst. 95. num. 10. Ruin. cons. 143. num. 27. lib. 5. Plot. de in lit. iur. §. 2. num. 17. & §. 6. numer. 57. Menoch. d. cas. 400.* quod intellige quoad ea, quæ sunt prohibita à iure positiuo. *vt d. Abb. in cap. cum venerabilis. num. 5. de Consuet.* secus in prohibitis de iure Diuino, vel naturali. *cap. flagitia. 32. quæst. 7. & ibi glos. in uer. quasi omnes. cap. fin. vbi Canonistæ communiter, de Consuet. Gabr. d. libr. 7. conclus. 8. numer. 27. Gramm. dec. 50. numer. 5. Farinac. d. quæst. 95. numer. 32. & seq.* vbi dicit,

eit, quod in tali casu consuetudo sufficienter dicitur probata, si probatus fuerit cursus decem annorum à tempore primi actus de consensu populi, siue ipso sciente, & tolerante gesti.

6 Notandum 4. quod consuetudo laicorum Clericos non ligat, nisi introducta fuerit consensu tam laicorum, quàm Clericorum. *Bald. in cap. cum venissent. n.6. De eo qui mitt. in possess. Buratt. decis.3. num.8. Dian. resol. moral. par.6. tract.3. resolut.6.*

7 Notandum 5. quod Doctoribus attestantibus de consuetudine, & obseruantia standum est quoad ea loca, in quibus ipsi versati sunt, non autem quoad alia, quorum notitia in eis non præsumitur. *Rolan. cons.58. numer. 27. libr.4. latè Gratian. discept. for. cap.973. num.43.*



IOAN-



IOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGIÆ, AC I.V.D. VELITERNI



LIBER TERTIVS.
DE LOCO LEGALI.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens forum sortitur in loco delicti, originis, & domicilij.*
2 *Reus puniri potest etiam in loco litis contestatæ.*
3 *Iudex originis, & domicilij contra reum etiam absentem procedere potest.*
4 *In delictis attenditur locus, vbi delictum consummatum fuit.*
5 *Quid si dubium sit, in quo loco delictum commissum fuerit.*
6 *Habitans in confinibus duarum Ciuitatum, vel Prouinciarum, ab vtroque Iudice puniri potest.*
7 *Assassini, & publici latrones, ac uiarum grassatores ubique locorum puniri possunt, & numer. 14.*
8 *Non attenditur locus personæ offensæ, sed attenditur tantùm persona offendens.*
9 *Vagabundus potest ubique locorum puniri.*
10 *An Iudex loci, in quo reus per decem annos fuit conuersatus, possit contra eum procedere.*
11 *Banniti, qui habent in aliquo loco certam habitationem, seu domicilium, non dicuntur uagabundi.*
12 *Quando Banniti habeantur pro uagabundis.*
13 *Si deficiant aliqua requisita ad hoc ut quis dicatur contraxisse domicilium in aliquo loco, puniri potest tanquam uagabundus.*
14 *De qualitate Assassinij, seu latrocinij ad prædictum effectum debet constare aliunde, quàm ab ore ipsius delinquentis.*
15 *An requiratur declaratoria ad hoc, ut dicatur cõstare de qualitate assassinij, seu latrocinij.*
16 *Quando dicatur assassinium.*
17 *Iudex originis, uel domicilij potest cognoscere de delicto per subditum commisso in alieno territorio, & nu. 18. & seq.*
18 *Inquisitio succedit in locum accusationis.*
19 *Delicta non puniuntur principaliter propter offensam territorio factam, sed propter odium criminis.*
20 *Iudex originis, & domicilij potest procedere tantùm ad pœnam extraordinariam.*
21 *Quando reus remitti debeat ad Iudicem loci delicti.*
22 *Quid si reus sit in aliquo ex dictis locis carceratus, & in eo loco punitus, uel absolutus, & nu. 24. & seq.*
23 *Si reus in primo iudicio compareat, & suam purget contumaciam, potest impedire secundum, allegando prauentionem.*
24 *Reus ex hactenus deductis absolutus à Iudice loci originis, uel domicilij, potest à Iudice loci delicti carcerari.*
25 *Quando reus ab uno Iudice punitus, possit ab alio iterum puniri.*
26 *Si reus in loco delicti compareat, sed debitam condemnationem non soluat, potest condemnari per Iudicem originis, uel domicilij.*
27 *Reus in uno loco in contumaciam bannitus, & condemnatus, non potest in alio loco absolui.*
28 *Reus in contumaciam condemnatus, non potest alibi admitti ad faciendas suas defensiones, quàm in loco, ubi condemnatio sequuta est.*
29 *An reus, qui in uno territorio, seu loco domicilij, originis, uel delicti obtinuit gratiam à Principe illius loci, possit in alio loco puniri.*
30 *Reus contumax non potest opponere de pendentia litis, uel de prauentione alterius Iudicis.*

31 Reus,

31 *Reus, qui passus est, se condemnari in duobus locis, an possit cogi ad solvendam condemnationem in utroque loco.*
32 *An Iudex originis, vel domicilij possit suum subditum delinquentem in alieno territorio, punire secundum statuta loci originis, vel domicilij.*
33 *Reus in loco delicti, si sibi reperiatur, conueniri potest etiam ciuiliter.*
34 *Exemptus delinquens extra locum exemptum potest conueniri coram Ordinario eius Diœcesis, in qua deliquit.*
35 *Delinquens in loco, efficitur de foro illius loci.*
36 *Quid si delictum commissum sit in mari.*
37 *An Iudex loci commissi delicti possit priuare clericum delinquentem beneficio, quod possidet in alio territorio.*

CAP. I.

In quo loco delinquens sortiatur forum.

1 Doctores in hac materia plures congerunt conclusiones; nos præcipuas, & magis practicabiles adducemus.
Prima conclusio. Delinquens forum sortitur in loco delicti, originis; & domicilij. *l. ubi DD. C. Ubi de crim. ag. opor. cap. fin. de for. compet. Boer. decis. 270. nu. 2. et alij apud Ceual. in spec. commun. opin. q.*
2 *678. nu. 1. et seq.* vbi dicit, quod reus puniri potest etiam in loco litis contestatæ, *Clar. in Pract.*
3 *crim. q. 38.* vbi dicit, quod Iudex originis, & domicilij contra reum etiam absentem procedere potest. *Vincen. de Franc. decis. 37. num. 1. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 16. et 17. tom. 1.* vbi
4 obseruat, quod de iure communi confunduntur mandatum, tractatus &c. quia de iure communi delictum denominatur à fine, & sic à consummatione, & ideò attenditur locus delicti. *Boss. tit.*
5 *de for. compet. nu. 60.* vbi dicit, quod si est dubium, in quo loco delictum commissum fuerit, puta quia commissum sit in confinibus, vterque Iudex procedere potest. *Baiard. d. Clar. q. 39. nu. 7. et seq.* vbi, quod habitans in confinibus duarum Ciuitatum, vel Prouinciarum, ab vtroque Iudice similiter puniri potest. *Farinac. in Pract. crim. q. 7. in princ. et nu. 9. et 10.* subdens,
7 quod Assassini, & publici latrones, ac viarum grassatores, vbicunque locorum reperiantur, poterunt à Iudicibus puniri, etiamsi illi foro non sint subditi aliqua ratione delicti, originis, vel domicilij. *Caball. resol. crim. cas. 3. n. 6. et seq.*
8 vbi rectè aduertit, quod nō attenditur locus personæ offensæ, sed attenditur tantùm persona offendens, quæ est illa, quæ offendit principaliter locum, in quo delinquit, & etiam secundariò locum, suæ originis, & domicilij, & ideò Florentinus v. g. occidens Romæ Placentinum, non potest Placentiæ conueniri: immò nec valeret statutum, quod quicunque offenderit Placentinum in quacunque parte mundi, possit puniri Placentiæ, quia Ciuitas in tali casu statutum condere de eo, quod non pertinet ad suam iurisdictionem, *Ludouic. decis. Lucen. 16. num. 26. et seq. Vrsell. conclus. 12. nu. 13. Cancer. var. lib. 1.*
9 *c. 2. num. 71. et seq.* vbi dicit, quod vagabundus à quocunque Iudice loci, vbi ipse moram fecerit, vel per quem transierit, potest sine alicuius instantia puniri. *iuxta glos. communiter receptam in l. 1. C. vbi de crim. ag. opor.*
10 Addit *Abb. in cap. quod clericis. num. 5. de for. compet. Boss. d. tit. de for. comp. nu. 46. 72. et seq.* quod potest etiam procedere Iudex loci, in quo reus per decem annos fuerit conuersatus, licèt de hoc dubitet *Clar. q. 39. vers. quæro nunquid etc. Alex. cons. 166. nu. 2. uol. 7. Farinac. q. 7. nu. 2. Peguer. dec. 87. nu. 1. et seq.*
11 Obserua tamen, quod sicut Bannitus, qui habet in aliquo loco certam habitationem, seu domicilium, non dicitur vagabundus. *Clar. qui communem dicit. d. q. 39. vers. fui interrogatus*
12 *etc.* ità si sine certa habitatione per mundum vagaretur, vtique habendus esset pro vagabundo, prout & alij ità vagantes, ne propter bannum efficeretur in hoc melioris conditionis, quàm ceteri non banniti. *vide Ludouic. dec. Lu-*
13 *cen. 16. num. 43.* vbi dicit, quod si fortè deficiant aliqua requisita ad hoc vt quis dicatur contraxisse domicilium in aliquo loco, puniri posset tanquam vagabundus.
14 Obserua 2. quod de qualitate Assassinij, seu latrocinij ad prædictum effectum debet constare aliunde, quàm ab ore ipsius delinquentis, alioquin confessio tanquam sine indicijs extorta, nullius esset momenti. *Alex. cons. 166. uol. 7. Ciriac. contr. 180. nu. 21. et contr. 187. num. 21.* nec sufficeret, si solum fiat contra aliquem processus, & imputetur *Farinac. q. 7. n. 10. vers. uerum*
15 *hæc limitatio etc.* vbi, quod requiritur declaratoria ad hoc vt dicatur constare de qualitate Assassinij, seu latrocinij.
16 Notandum tamen est, quod assassinium dicitur, quando quis pretio, aut præmio conuento mandat interfici, vel interficit Christianum, secus si Iudæum, vel alium infidelem. *Alex. d. cons. 166. uol. 7. Corn. cons. 202. nu. 4. et cons. 249. nu. 1. uersus fin. uol. 1. latè Gabr. de malefic. lib. 7. concl. 1. nu. 6. Clar. in §. assassinium, in princ. ubi de communi. Ciriac. Contr. 105. nu. 31.* vbi etiam obseruat, quod quando communis est causa facientis, & dantis pecuniam, tunc non dicitur assassinium, *et contr. 399. num. 10. et seq.* vbi, quod assassinium non committitur nec per mandantem, nec per occidentem, præmio etiam interueniente, quando occidens erat pariter inimicus, vel passus fuerat iniuriam ab occiso; vnde si pater mandat filio, vt alium occidat, etiam proposito præmio, non dicitur committi assassinium, quia si pater erat inimicus, talis præsumitur etiam filius, vel saltem valde suspectus, ità vt occisus debuerit ab eo cauere. *vide Decian. tract. crim. lib. 9. nu. 18. Caball. resol. crim. cas. 289. nu. 2. Farinac. q. 123. nu. 150. & seq.*
17 Secunda conclusio. Iudex originis, vel domicilij potest cognoscere de delicto per subditum commisso in alieno territorio, sine præcedat querela, seu accusatio partis offensæ. *Bart. in l. cunctos populos. n. 47. vers. item quæro &c. C. de Sum. Trin. & fid. cathol. Bald. cons. 393. num. 2. & 3. lib. 1. & cons. 348. vers. secundo quia &c. lib. 5. Boer. decis. 270. sub num. 3. Clar. d. q. 39. vers.*

verf. sed quaro nunquid Iudex originis, vel domicilij etc. Farinac. d. qu. 7. num. 22. in quo conueniunt omnes veriusque iuris interpretes; fine Iudex ex officio procedat: nam cum possit procedere ad accusationem partis, sequitur, quod etiam per inquisitionem procedere possit, cum
18 inquisitio succedat in locum accusationis; interest enim Reip. & Iudici habere bonos subditos, & expurgare Prouinciam malis hominibus; ex quo capite potest Iudex procedere etiam per inquisitionem cum inquisitio principaliter fiat propter vtilitatem publicam *l. si quis in borgrmus. C. de Episc. et cleric.* & hec est magis communis opinio, magisque conducibilis ad conseruationem pacifici status Reip. *Bart. in d. l. cunctos populos. n. 47. Bald. d. cons. 393. nu. 3. Boss. in tit. de for. comp. n. 182. verf. vltimò in hac materia. etc. Abb. in cap. cum contingat. n. 7. de for. compet. Guid. Pap. decis. 205. num. 5. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 17. n. 21. Clar. d. q. 39. verf. sed quaro nunquid etc.* vbi dicit, quod hanc opinionem generalis consuetudo videtur approbasse: publicè enim interest, vt hi, qui origine, vel habitatione sunt subditi, rectè viuant; & vbi cunque delinquant pro suo etiam Iudice puniantur; alioquin magna daretur occasio delinquendi, quia quilibet scelestus ad delinquendum in alienas Prouincias properaret, si sciret, se in loco, vbi habitat, puniri posse. *Vivius de Franch. decis. 66. Thesaur. decis. 90. nu. 2. et 3.* vbi dicit, quod
19 delicta non puniuntur principaliter propter offensam territorio factam, sed propter odium criminis, & ne delicta remaneant impunita, cum iura, & pax publica violentur, quæ vbique vigent, & dominantur tam in loco originis, & domicilij, quàm in loco delicti. *Ludouic. decis. Lucen. 16. num. 25. et seq. Magon. decis. Lucen. 36. num. 1. et Vrsill. ad decis. 7. num. 5.* quamuis contrarium sentiant *Cruall. in spec. opin. commun. q. 678. num. 9. et seq. et alij apud Cirian. contr. 399. num.*
20 *13.* vbi asserunt, quod ciuis vel domicilium habens in loco, non potest puniri sine querela partis pro homicidio commisso in alieno territorio. *Farinac. in Pract. crim. quæst. 23. conf. limita 3.* vbi dicit, Iudicem originis, vel domicilij tantum demum posse procedere, si Iudex loci delicti fuerit negligens, secus si ipse contra delinquentem processerit. *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 2. num. 8. et seq.* vbi dicit, pro delicto commisso in vno Regno, & Principatu, non posse reum puniri in alio Regno sed securum, esse & liberum ab omni vexatione, & molestia, dum ibi degit, siue sit originarius, siue domiciliarius, siue vagabundus, vel profugus.

Tu verò non recedas à prima dicta sententia, quæ æquior est, & magis consulit bono publico,
21 Quare statim commisso delicto quilibet Iudex tam originis, quàm domicilij, & loci, vbi commissum fuit delictum, potest contra delinquentem procedere siue ad instantiam partis, siue etiam ex officio, seruatis tamen seruandis, & habitis legitimis inditijs; nec est locus remissioni, si ipsi Iudices procedentes sint sub diuersis Præsidibus Prouinciæ; sed si sint sub eodem Præside, solet semper reus remitti ad Iudicem loci delicti, si ipse remissionem petierit, & processerit statim post commissum delictum; & in contumaciam inquisitum damnauerit, nisi aliud ex causa ipsi Præsidi videatur; debentque dicti Iudices alter alterum adiuuare, & indicia, quæ habent, ad alium transmittere, vt melius iustitiæ locus esse possit; verum si reus sit in aliquo ex di-
22 ctis locis carceratus, solent alij Iudices supersedere, & si in eo loco fuerit punitus, vel absolutus, facta fide de huiusmodi punitione, vel absolutione, non potest amplius per alios iudices molestari, siue simus sub eodem Præside, vel Principe, siue in diuersis iurisdictionibus, & territorijs, dummodò fraus absit. *Clar. d. qu. 39. verf. sed quaro nunquid etc. et q. 38. verf. hoc tamen etc. Caball. resol. crim. 162. num. 36. et seq. Franch. decis. 37. nu. 2. et 3. et decis. 88. nu. 5. et 6. Thesaur. decis. 90. n. 7. Farinac. d. q. 7. n. 25. et 26.* alioquin sequeretur, quod bis de delicto quis quæri posset. *contra textum in d. l. licet. §. fin. vide Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 16. nu. 7. Baiard. ad*
23 *Clar. d. q. 39. nu. 3.* vbi, quod possunt alij Iudices bona publicare, si reus primam condemnationem soluerit. *Boss. de foro comp. nu. 96.* vbi dicit, quod si reus in primo iudicio compareat, & suam purget contumaciam, poterit impedire secundum, allegando præuentionem.
24 Et hoc quidem procedit, quando quis fuit absolutus tanquam innocens, vel quia probauerit negatiuam, vel mortuum fuisse ab altero occisum, vel quid simile, secus si fuerit absolutus ex hactenus deductis, quia tunc poterit Iudex loci, denuò molestare, & carcerare reum absolutum in loco originis, vel domicilij. *Farinac. d. q. 7. nu. 26. et quamuis etc.*
25 Item procedit, si delinquens conueniens, & debita pœna fuerit punitus, quia tunc pro eodem delicto amplius molestari, seu condemnari non posset, etiamsi omissa esset in primo iudicio aliqua qualitas, quæ aggrauaret delictum. *Bald. in l. et. si seuerior. num. 18. verf. unde dicit etc. C. ex quib. caus. infam. irrog. Boss. d. tit. de for. comp. n. 85. et 83. Clar. d. qu. 39. verf. sed quaro nunquid Iudex originis etc.* secus si pœna fuerit extraordinaria, & minor ea, qua imponi debuisset, tunc enim posset delinquens iterum molestari, & puniri per alios Iudices vsque ad supplementum conuenientis pœnæ. *Boss. vbi supra num. 88.* vbi hoc intelligit, quando minor illa pœna esset absurda, & repcobata à lege, vt si pro homicidio fuerit inflicta pœna pecuniaria, secus si conueniens, licèt esset minor. *Caball. d. cas. 162. num. 20. et seq.* vbi dicit, quod
26 etsi reus in loco delicti comparuerit, tamen si debitam condemnationem non soluit, potest molestari, & condemnari per Iudicem originis, vel domicilij, nè delicta remaneant impunita. *Farinac. d. q. 7. n. 26. verf. benè autem etc.*
27 Obserua tamen, quod si quis fuerit in vno loco, putà delicti, in contumaciam bannitus, & condemnatus, non potest in alio loco absolui, quàm in loco vbi condemnatus fuit. *iuxta constitutionem Pij IV. editam Kal. Iunij 1565.* qua
28 cauetur, vt rei in contumaciam condemnati, & banniti non alibi ad suas defensiones faciendas admitti possint, quàm in loco, vbi condemnatio sequuta est, vel in Curia generali Prouinciæ,

vbi delictum fuerit commissum; & quæcunque absolutiones in contrarium obtentæ, sint nullius roboris, vel momenti, ijsque non obstantibus contra ipsos absolutos ad executionem condemnationum factarum deueniri possit, & debeat, *prout refert Farinac. d. q. 7. num. 26. vers. item pariter &c.*

29 Obserua 2. quod si reus in vno territorio, seu loco domicilij, originis, vel delicti obtinuit gratiam à Principe illius loci, adhuc poterit in alio loco puniri, & molestari; quia etsi satisfactum sit quoad Principem illum, qui concessit gratiam, tamen non est satisfactum quoad alium Principem. *Boss. d. tit. de for. comp. nu. 85.* quod procedit, quando essent diuersi Domini, & Principes; secus si locus delicti, domicilij, & originis est subiectus eidem Principi: tunc enim gratia facta prodest delinquenti vbique locorum, etiamsi fuerit vbique condemnatus, *vt d. Farinac. d. q. 7. n. 26. in princ.*

30 Obserua 3. quod reus contumax non potest opponere de pendentia litis, vel de præuentione alterius Iudicis, etiamsi in loco delicti fuerit in contumaciam condemnatus; nam si dicto beneficio vti posset, in eius potestate esset eludere pœnam; in loco enim originis, vel domicilij non posset conueniri, quia processus esset cæptus in loco delicti; & in loco delicti posset non comparere, & sic pœnam eluderet. *Bart. in l. sepulchri violati. nu. 2. & seq. ff. de Sepul. viol. Clar. d. qu. 39. vers. sed quæro nunquid Iudex originis &c. Grammat. dec. 26. nu. 10. Boss. in tit. de for. comp. num. 82. vers. istam tamen præuentionem &c. & nu. 96. vers. sed licet pars contumax &c. & in tit. de Banni nullit. ad fin. num. 11.* vbi dicit, quod

31 si reus passus est se condemnari in duobus locis, poterit cogi ad soluendam condemnationem in vtroque loco, nisi in primo iudicio compareret, & suam contumaciam purgaret, vel primam condemnationem soluisset, *vt supra diximus, vide Bald. cons. 124. num. 1. vers. in contrarium facit &c. lib. 5. Alciat. resp. 3. lib. 3. Caball. cas. 162. n. 12. & seq.*

32 Obserua 4. quod Iudex originis, vel domicilij tenetur punire suum subditum delinquentem in alieno territorio, non secundùm statuta loci originis, vel domicilij, si simpliciter loquantur de delinquente, sed secundùm pœnam impositam à iure communi, vel secundùm statuta loci, in quo deliquit, quatenus possit haberi notitia statutorum loci delicti. *Bart. in d. l. cunctos populos sub n. 48. C. de Sum. Trin. & fid. cathol.* vbi dicit, quod statuta loci originis, vel domicilij, quæ respiciunt litis decisionem, non porriguntur ad ea, quæ extra territorium commissa sunt, nisi expressè disponant de eo, quod ciuis facit extra territorium. *Bald. cons. 124. nu. 1. vers. item considera &c. lib. 5. Clar. quæst. 85. vers. tertius est casus &c. vbi de communi. Corn. cons. 232. nu. 3. vers. et bene est etc. lib. 4. et alij apud Caball. d. cas. 162. nu. 31. et seq.*

33 Obserua 5. quod reus in loco delicti, si ibi reperiatur, conueniri potest etiam ciuiliter personali, reali, & etiam mixta actione. *cap. fin. de For. compet. cap. de illis. 6. quæst. qu. 3. cap. 1. de priuil.*

34 *in 6.* vbi, quod exemptus delinquens extra locum exemptum, potest conueniri coram Ordinario eius diœcesis, in qua deliquit, non obstante priuilegio exemptionis. *l. si cui. §. idem Imperator; et l. ult. ff. de Accusat. l. 1. et auth. qua in Prouinciæ, cum ibi not. C. ubi de crim. ag. opor. l. 1. ubi Salic. C. ubi Senator. uel clariss. Auth. ut null. Iudic. §. si uerò quis comprehensorum, ubi glos. in uer. comprehendere. Azo in Sum. C. ubi de crim. ag. opor. n. 1. Clar. q. 38. in princip. Boss. tit. de for. compet. num. 46.* vbi dicit, quod de-

35 linquens in loco, non efficitur quidem subditus, sed de foro illius loci quoad omnem effectum, & distringendi personam, & bona, si in loco delicti reperitur; & eodem modo, si non reperitur, facta citatione per litteras subsidiales, si Iudex, cui scribitur, paret. *Decian. tractat. crim. li. 4. cap. 17. nu. 1. et seq. et nu. 29.* vbi addit, quod

36 non tantùm potest Iudex in suo territorio punire delictum in eo commissum, sed etiam si fuerit commissum in mari adiacente territorio suo. *Gandin. de malefic. tit. Quom. de malefic. cognosc. per inquisit. nu. 2. Boer. dec. 270. nu. 2. Carleual. de Iudic. l. 1. tit. 1. disput. 2. qu. 7. sect. 1. nu. 716. & seq.*

37 Obserua 6. quod Iudex loci commissi delicti potest priuare clericum delinquentem beneficio, quod habet in alia Diœcesi sub diuerso Episcopo, si id in sententia expresserit. *cap. postulasti, vbi glos. & DD. de for. compet. Oldrad. cons. 17. nu. 3. Card. in clem. pastoralis. uers. denique. num. 10. in 2. qu. in fin. de Re iud. Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 134. nu. 4. uers. & aduerte, quod Iudex &c. Caball. resol. crim. cas. 25. num. 9. & 10.* vbi dicit, quod tunc Iudex loci beneficij exequitur sententiam Iudicis loci commissi delicti. *Iordan. Elucubr. diuers. lib. 8. tit. 1. de Constit. num. 79.*

SVMMARIVM.

1 Quando reus remitti debeat ad locum delicti, & quando non, & n. 2. cum seq.

3 Officialis à loco officij aufugiens, ubique puniri potest de delictis in officio commissis.

4 Iudex remittens semper debet cognoscere, an reus sit culpabilis.

5 In delictis publicis est facienda remissio ad Iudicem loci delicti, etiamsi offensus reum accusauerit apud Iudicem loci originis, uel domicilij.

6 Remissio non est facienda in leuioribus delictis, nec etiam in atrocibus, quando agitur ciuiliter de crimine.

7 In priuatis delictis non fit remissio.

8 An Iudex loci originis, uel domicilij, qui in captura præuenit, uel reum condemnauit, teneatur reum remittere ad Iudicem loci delicti.

9 Si Iudex loci delicti non petierit remissionem, Iudex loci originis, uel domicilij potest licitè cognoscere, & punire.

10 Curia Romana nunquam remittit delinquentem ad aliam Ciuitatem, seù Prouinciam.

11 An Iudex requisitus teneatur reum remittere, si nullam iurisdictionem in eum habeat.

12 Curia maior non remittit ad inferiorem.

13 Quando remissio deneganda sit.

14 Cuius expensis fieri debeat remissio.

15 Quid si in remissione magna essent facienda expensa.

Et

16 *Et quid si reus captus fuerit in loco alterius iurisdictionis.*
19 *Qua poena plectantur satellites capiens reum in alieno territorio.*
18 *Quando in causa haeresis fiat remissio.*

CAP. II.

An, & quando reus remitti debeat ad locum delicti.

1 QVando agitur de grauibus, & publicis criminibus, quibus principaliter offenditur Resp. & Iudicis, inter quos tractatur de remissione, subsunt vni, & eidem Principi, siue Regi, aut Reip. reus remittendus est ad Iudicem loci delicti, alioquin Iudex requisitus per Superiorem cogi potest, & condemnari ad poenam trium liberarum auri. *l. non dubium est. §. illud. ff. de Custod. reor. auth. qua in Prouincia. C. vbi de crim. ag. opor. §. si verò quis comprehensorum. Auth. vt null. Iud. coll. 9. auth. si verò. C. Ad l. Iul. de Adult. Canonista in cap. in Romana. §. contrahentes. de for. comp. in 6. Rol. conf. 60. n. 2. cum seq. & n. 23. vol. 2. Innoc. in cap. 1. de Raptor. Panorm. in cap. vlt. nu. 21. de for. comp. Guid. Pap.*
2 *dec. 202.* vbi dicit, quod in remissione rei facienda, vel impedienda haec sunt consideranda, videlicet quod constet, crimen, de quo agitur, fuisse commissum in territorio Iudicis requirenti. 2. quod reus non commiserit maius crimen in territorio Iudicis, vbi detinetur, quia tunc poena grauior absorberet minorem. 3. quod Iudex debitè requiratur. *Ceuall. quaest. 678. nu. 18. & 19. Farinac. in Pract. crimin. q. 7. num. 17.* subdens *num. 18.* quod officialis à loco officij aufugiens, vbique etiam puniri poterit de delictis in officio commissi. *latè Riec. in prax. Eccles. for. par. 2.*
4 *ref. 75. vsque ad 86.* vbi dicit, quod Iudex remittens semper debet cognoscere, an reus sit culpabilis. *Boer. decis. 29. num. 1. Couar. pract. cap. 11. nu. 7. Clar. in Pract. crim. §. fin. quaest. 38. versic. est autem &c. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 13. num. 7. & 8. & cap. 19. num. 1. & seq. latè Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quaest. 7.*
5 *sect. 2. per tot.* vbi etiam obseruat, quod in delictis publicis, etiamsi offensus reum accusauerit apud Iudicem loci originis, aut domicilij, adhuc est facienda remissio ad Iudicem loci delicti, quia non potest offensus praeiudicare Reip. offensae. *l. iurisgentium. 7. §. si paciscar. ff. de Pact.* quod quidem optima ratione inductum est, tum quia maximè expedit Reip. vt scelera publicè puniantur in eo loco, in quo commissa sunt, propter exemplum, tum etiam quia in loco, in quo quis deliquit, faciliùs innenitur delicti auctor, testesque comprobationis, quorum examen, si alibi fieret, delicta quotidie remanerent impunita. *l. vlt. ff. de Accusat. l. capitalium. §. famosos. ff. de Poen. §. haec consideranda. Auth. ut omn. obed. Iudic.*

6 Ex his infertur 1. quod non est facienda remissio in leuioribus delictis, nec etiam in atrocibus, si agitur de crimine ciuiliter, quia tunc cessaret ratio publici exempli. *Clar. in d. q. 38. vers. item scias &c. Panorm. in cap. fin. num. 15. de for. compet. Aufrer. ad Capell. Tolosan. dec. 319. Couar. pract. cap. 11. num. 7. vers. octauo &c. Duen. reg. 378. limit. 3. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 19. num. 5. Farinac. in Pract. crimin. qu. 7. num. 36. Carleual. d. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 2. num. 853.*

7 Infertur 2. quod in priuitatis delictis, qualia sunt furta, iniuriae, & alia huiusmodi, si principalis offensus accusauerit reum apud Iudicem domicilij, vel originis, vel aliàs competentem, reus remitti non debet, quia in priuatis delictis principalis offensa fit parti, seu priuatae personae, accessoriè verò, & secundò fit Reip. *latè Carleual. d. disp. 2. q. 7. sect. 2. num. 807. & seq.*

8 Infertur 3. quod Iudex originis, vel domicilij etiamsi in captura quocunque modo praeuenerit, vel etiam reum condemnauerit, tamen requisitus à Iudice loci delicti tenetur reum remittere, vt per eum fiat executio in eodem delicti loco. *d. l. capitalium. §. famosos. ff. de Poen. Boss. in tit. de for. comp. n. 48. Thesaur. decis. 90. Alciat. resp. 13. num. 2. lib. 7. Carleual. loco proximè cit.* quamuis alij in tali casu contrarium senserint. *quos uide apud Farinac. q. 7. nu. 24. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 19. n. 12. Grammat. dec. 26. num. 5. Couar. pract. cap. 11. num. 6. vers. sextò in hoc &c.* vbi, quod non tenetur Iudex originis, vel domicilij remittere, postquam condemnauit.

9 Infertur 4. quod si Iudex loci delicti non petierit remissionem, Iudex loci originis, vel domicilij poterit licitè cognoscere, & punire, cum non teneatur id agere ex officio. *Panorm. in d. cap. vlt. nu. 15. de for. comp. Guid. Pap. d. dec. 202.*
10 *Boer. dec. 29.* vbi etiam dicit, quod Curia Romana nunquam in aliquo casu remittit delinquentem aliam Ciuitatem, seu Prouinciam. *Ceuall. d. q. 678. nu. 18. & seq. Thesaur. de c. 90. nu. 7. Couar. pract. cap. 11. nu. 5. vers. quarto erit animaduertendum &c. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 19. nu. 1. Farinac. d. q. 1. nu. 38.*

11 Infertur 5. quod Iudex requisitus tenetur reum remittere, etiamsi nullam iurisdictionem in eum habeat ratione originis, vel domicilij, vel alio modo. *Couar. pract. d. cap. 11. nu. 6. Clar. d. qu. 38. vers. sed quid si Iudex &c.* vbi dicit, quod attendi debet solummodò iurisdictio Iudicis id petentis, non autem eius, à quo petitur remissio. *Mandell. conf. 208. nu. 15.* vbi dicit, quod Iudex in tali casu eo ipso quod requiritur à Iudice maiori, qui iurisdictionem habet in reum, censetur actum expedite vti delegatur. *Farinac. d. q.*
12 *7. nu. 33.* vbi obseruat, quod inter Iudices, qui sint sub eodem Principe, facienda est remissio, quando petitur à Iudice, qui sit in iurisdictione par, vel superior Iudice requisito; quia si Iudex requisitus superior iurisdictione sit, non remittit ad Iudicem inferiorem, etiamsi esset sub eodem Principe, sed ipse cognoscit de crimine, ex vulgato dicto, quod Curia maior non remittit ad inferiorem. *Carleual. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 2. nu. 819. & seq.* vbi contrarijs respondet.

13 Infertur 5. remissionem esse denegandam, vbi Iudices, inter quos de remissione agitur, subsunt diuersis imperijs, & Principibus. *Bald. in l. Praeses. 3. num. 4. ff. de offic. Praesid. Boer. dec. 29.*

nu.5. Aufrer. ad Capell. Tholos. dec.319. Decian. tract. crim. lib.4. cap.19. nu.10.Couar. pract. cap. 11. num.10. vbi dicit, hanc sententiam communi vsu, & praxi Christiani orbis esse receptam. *Carleual. loco cit. d. disp.2. q.7. sect.2. n.827. & 829. cum seq.* quod procedit, etiamsi diuersa regna, principatus sint sub vno Principe, quando coniunguntur æquè principaliter, ità vt vnumquodque regatur suis legibus, quemadmodum regebantur ante vnionem; tunc enim ex vno istorum regnorum ad alterum remissio fieri non debet, quia eo casu considerari debent ac si essent omninò separata, & persona Regis subit vicem duorum Regnorum; secus quando essent vnita accessoriè, ità vnum alteri accedat, & fiat vnum cum illo, illinsque, cui accedit, legibus regatur. *per tex. in l. tutorem. 22. ff. de His quib. ut indign. Bart. in l. si conuenerit. 18. §. si nuda. n. 1. & seq. ff. de Pignor. act. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos.5. §.7. nu.119. cum seq.*

14 Quæres, cuius expensis fieri debeat remissio? Resp. quod facienda est expensis accusatoris, si ille eam petierit, aut eo instante fuerit à Iudice loci delicti postulata, alioqui si ex officio petatur à Iudice requirente, ille qui remissionem petit, ex publico ærario expensas subministrabit. *Couar. pract. cap.11. nu.11. Vinc. de Franch. decis. 332. nu.4. Vrsill. ad Afflict. decis.71. nu.2. Menoch. de Arbitr. Iud. cas.228. nu.5. Carleual. de Iudic. d. lib.1. tit.1. disp.2. q.7. sect.2. num.863.*

15 *& seq.* vbi subijcit, quod si in remissione huiusmodi deberent fieri magnæ expensæ, vt quia remissio peteretur ad locum longè distantem, tunc remissioni non esset locus, præsertim si plus haberet dispendij translatio, quàm esset pœna præsenti reo infligenda. *per tex. in l. mediterranea. Cod. de Annon. & tribut. lib.10.*

16 Notandum est etiam, quod reus captus in loco alterius iurisdictionis, restituendus est Domino territorij, vbi captus fuit siue exequutores loci delicti insequuti eum fuerint à loco commissi delicti ad locum alterius Iudicis, siue eum ceperint in territorio eiusdem loci delicti, & captus de manibus exequutorum, seu satellitum aufugerit in alium locum alterius iurisdictionis & illi insequentes, eum ibi ceperint. *Bald. in l. fin. in 1. lectur. ff. de iurisd. omn. Iud. Boer. dec.29. num.8. Clar. in Pract. crim. qu. 96. vers. sed quid si bannitus &c. Farinac. q.7. nu.40. limit.9. Rolan. cons.60. num.16. Corn. cons.159. num.9. vol.2. Boss. tit. de captur. n.34.* vbi, quod captus in alio territorio debet statim dimitti, & pristinæ libertati restitui, cum talis captura sit nulla. *& tit. de fauor. defens. nu.7. Caball. resol. crim.*

17 *cas.291. per tot.* vbi etiam dicit, quod ipsi exequutores, qui in alieno territorio reum ceperunt, cum Dominum illius territorij offenderint, ibique forum ratione offensæ sortiantur, veluti carcerem priuatum committentes, & iurisdictionem, & merum imperium vsurpantes, pœna vltimi supplicij puniri possunt; quod quidem procederet quando alterius iurisdictionem vsurpant in arduis; secus in leuibus, quia tunc mitiori pœna puniuntur. *vide Cephal. consil.229. num.6. & seq. lib.2. Vermigliol. cons.276. num. 5. & seq.*

18 Notandum 2. quod licèt in causa hæresis sæpè soleat fieri reorum remissio ad Inquisitorem, in cuius iurisdictione delictum fuit commissum. *iuxta auth. ut nulli iudicum. §. si uerò quis comprehensorum, ubi Bart.* tamen aliquando ex iustis causis denegatur, vt si timeretur, nè reus in itinere interciperetur ab amicis, vel consanguineis: tunc enim melius est, vt reus peniatur in loco, vbi moratur, quàm vt remittatur ad locum commissi delicti. *Scacc. de Iudic. lib.1. cap.43. n. 4.* vbi etiam obseruat, quod licèt Inquisitor territorij, in quo reus delictum commisit, possit per proprium nuncium citare eundem reum, ipsumque capere in alieno territorio, cum in tali casu procedat vti delegatus Papæ. *cap. ut inquisitionis. de Haret. in 6. cap. multum. 3. q. 6. ità Dominus. dist.19.* solet tamen talis Inquisitor attenta praxi in casibus occurrentibus litteras requisitorias mittere ad Episcopus, & Inquisitores eorum locorum. *vide Dian. resol. mor. par.4. tract.9. resol.7.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex loci potest sua auctoritate ministros Curiæ constituere.*
2 *Iudex tam ordinarius, quàm delegatus Assessorem sibi adiungere potest.*
3 *Quando Iudex à litigantibus cogi possit, vt Assessorem assumat.*
4 *Assessor Iudicis iurisdictionem non habet, & ideò iudicare, ac sententiam ferre non potest.*
5 *Iudex deputare potest Notarium, Nuncium, ac promotorem fiscalem.*
An tales adstringi possint ad officium exercendum. ibid.

CAP. III.

An Iudex possit sua auctoritate Ministros curiæ constituere in loco suæ iurisdictionis.

1 RESp. affirmatiuè: quia iurisdictione concessa, vel data siue à lege, siue ab homine, ea duta censentur, sine quibus illa cōmodè exerceri nequit. *cap.1. & cap. præterea, de offic. deleg. Guid. Pap. dec.60. Rosenth. de feud. cap.12. conclus.5. nu.50. & alij communiter.* Vnde Iudex tàm ordinarius, quàm delegatus Assessorem sibi asciscere & adiungere potest. *l.1. & tot. tit. ff. de Offic. Assess. l. metum. 9. §. sed ex facto. ff. Quod met. caus. l.1. & l. liceat. 12. C. de Assess. cap. cum ab omni. 10. ubi Canonistæ. de uit. & honest. cleric. cap. statutum. §. Assessorem. ubi etiam DD. de Rescript. in 6. latè Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 253 Rosenth. loco cit. conclus.9. num.1. & seq.*

3 non tamen Iudex inuitus, à litigantibus, vt sibi Assessorem adiungat, compelli potest, nisi sit imperitus, seu scientia iuris non instructus: tunc enim altero litigantium, etiam solo petente, talis Iudex ad id cogi posset. *ut d. Rosent. d. concl.9. num.3. & seq. & ibidem litt. F. ubi alios allegat.*

4 Obserua tamen, quod iure ciuili Assessores Iudicium iurisdictionem non habent, ac propterea iudicare, ac sententiam proferre nequeunt, cum

cum eorum officium sit tantùm Iudicem instruere, & iuuare. *l.2.C.de Assess.glos. in l.1. uer. epistolis. ff. eod. tit. de Offic. Assess. Bart. in l. praecipimus. 22. §. quodsi à Duce. num.2. C. de Appell. Bald. in auth. ad hac. nu.2. C. de Iudic. Specul. in tit. de Assess. §.5. rubr. Assessoris officium, quod sit. Rosent. d. conclus. 9. num.6. & 8.*

5 Item Iudex deputare potest Notarium, siue Actuarium, ac Nuncium, & Promotorem fiscalem. *Bald. in cap. quoniam contra. nu.9. de Probat. Rosent d. cap.12. concl.9. nu.19. & seq.* vbi etiam dicit, quod tales astringi possunt ad officium exercendum, exceptis ijs, quorum dignitati non congrueret tali munere fungi.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus pro vna causa ciuili, potest pro alia causa ciuili, vel criminali detineri.*
2 *Carceratus pro debito fiscali, potest recommendari pro debito priuato, & è contra.*
3 *An carceratus pro causa criminali, possit detineri pro causa ciuili, & num.4. cum seq.*
4 *Post condemnationem criminalem non debet executio differri: limitatur nu.8.*
5 *Iudex criminalis dicitur maior Iudice ciuili.*
6 *Quid si aliquis non detineatur in carceribus, sed in alio loco sub fideiussione de non discedendo.*
7 *Relaxatus à carceribus, in quibus pro causa criminali detinebatur, non potest per spatium horae pro ciuili causa capi.*
8 *Quando differri possit executio condemnationis criminalis.*
9 *Carceratus pro causa criminali, potest arrestari pro debito fiscali.*
10 *Carceratus pro vna causa criminali, potest detineri pro alia criminali.*
11 *Quando carceratus ab vno Iudice, possit ab alio Iudice in eisdem carceribus arrestari.*
12 *Captus iniustè, vel nulliter pro vno debito, non potest pro alio debito arrestari, sed relaxandus est, & reponendus ad locum, vbi fuit captus: limitatur num.13. & seq.*
13 *Quid si verè constaret de debito.*
14 *Et quid in mandato suspicionis fuga.*
15 *Et quid in causis criminalibus.*
16 *An is, qui detinetur in carcere pro una causa criminali, validè citari possit pro alia.*
17 *Quando Iudex in causa criminali teneatur pro reo admittere procuratorem, & num.20.*
18 *An reus, cui assignata fuit domus pro tuto carcere, si inde aufugiat, & postea redeat, incidat in aliquam pœnam.*
19 *An pœna relegationis, & exilij censeatur pœna corporis afflictiua, & nu.21.*
20 *In Iudicijs, in quibus pœna non infligitur corporalis, procurator admittitur.*

CAP. IV.

An, & quando carceratus pro vna causa possit in eisdem carceribus detineri pro alia.

1 PRæmittendum est, quod carceratus pro vna causa ciuili, potest etiam pro alia causa
ciuili detineri, quatenus prima captura subsistit:
quemadmodum carceratus pro causa ciuili potest etia recommendari pro causa criminali.
Bart. in tract. de carcerib. nu.19. & 20. & in l. quoties. C. de Exactor. tributor. lib.10. vbi etiam
2 dicit, quod carceratus pro debito fiscali, potest
recomniendari pro debito priuato, & è contra.
Bald. cons.90. lib.5. Guid. Pap. dec.61. nu.3. Peregrin. de Iur. fisc. lib.6. tit.7. de Debitor. fiscal. nu.23. vers. item debitor. Caball. resol. crim. cas. 299. n.30. & seq. Coler. de Process. execut. par.1. cap.2. num.139.

3 Quæritur igitur, an carceratus pro causa criminali, possit detineri pro causa ciuili? negatiuè
respondet *Farinac. in Pract. crimin. q.27. nu. 155. vers. captus tamen pro delicto &c.* vbi dicit,
4 hanc esse veriorem, & receptiorem sententiam:
ratio est, tum quia post condemnationem crimi-
5 nalem non debet executio differri; tum quia Iu-
dex criminalis dicitur maior Iudice ciuili; &
ideò detentus à maiore tribunali, non potest retineri ab inferiore. *l. contra pupillum. ff. de re iud. latè Caball. d. cas.299. num.18. & seq.* quod
6 procedit etiam quoad eum, qui fuit detentus in
palatio, in Ciuitate, in Castro, vel in alio loco
determinato sub pœna, aut fideiussione de non
discedendo. *Peguer. dec.135. Vermigliol. cons.*
7 *351. numer.2.* vbi addit, quod relaxatus à car-
ceribus, in quibus pro causa criminali detine-
batur, non potest per spatium horæ pro ciuili causa capi, seu carcerari. *ex Constitut. Pauli V.*

8 Limita 1. quando habita modica dilatione in executione pœnæ corporalis potest consuli illi, qui petit pecuniam, præsertim si causa ciuilis esset tempore peritura. *Bart. cons.221. vers. quandoque una executio &c. vol.11. Clar. in pract. crim. §. fin. quaest.97. in princ. vers. ego verò dicerem &c.* vbi asserit, non esse denegandam breuem dilationem, puta bidui, vel tridui, quando appareret, illam non peti in fraudem differendæ, aut vitandæ executionis, nec subesset timor, quod condemnatus posset è carceribus euadere, aut alterius scandali. *Peguer. dec.69. num. 2.* quod magis, procederet, quando reus condemnatur in pœnam exilij, vel aliam leuiorem. *vide Cancer. var. par.2. cap.7. nu.138. Boss. in tit. de Captur. nu.91. vers. scias etiam &c.*

9 Limita 2. in debito fiscali, quia tunc carceratus etiam pro causa criminali poterit arrestari, nam fiscus in hoc est priuilegiatus, nec aliquis ordo requiritur, dummodò constet de credito. *Caball. d. cas.299. nu.32. Vermigliol. cons.351. n. 1. & 2. post Bald. cons.90. in fin. vol.5.*

10 Limita 3. quando agitur de alia causa criminali, nam carceratus pro vna causa criminali potest detineri pro alia criminali. *Bart. in tract. de Carcer. sub num.21. vers. sed si esset positus in carceribus &c. & cons.22. vers. si verò executio &c. lib.1. & in l.2. §. qui exhibendi. nu.4. vers. ulterius quaero &c. ff. de Custod. & exhib. reor.* vbi dicit, quod illa recommendatio præualebit, quæ fit propter grauius crimen; vnde executio prima differtur, si causa, super qua debet secundò cognosci, continet grauius delictum. *Clar. in pract. crim. §. fin. q.34. vers. de carcerato &c. Farinac. qu.7. nu.42. vers. limita 10. ad fin. & q.27. n.154.*

uers. limitando &c. Caball. d. cas. 299. num. 1. & seq.

11 Sed quæres, an carceratus ab vno Iudice, possit ab alio Iudice in eisdem carceribus arrestari? Resp. affirmatiuè, quando ambo Iudices sunt sub eodem Præside Prouinciæ, secus si sub diuersis dominijs. *vide Clar. & Farinac. locis supra citat.*

12 Quæres 2. an captus iniustè, vel nulliter pro vno debito, possit pro alio debito arrestari? Resp. negatiuè. *Bald. consil. 90. uol. 5.* vbi dicit, quod non potest quis vti adminiculo carceris, nisi cum sua causa, suisque vitijs, vnde oportet, quod primò relaxetur qui iniustè detinetur. *Borgnin. dec. 1. nu. 45.* vbi dicit, quod is, qui relaxatur, debet ità relaxari, vt non possit iterum capi saltem per spatium horæ. *ut supra diximus Thesaur. dec. 220. nu. 2. & 3.*

13 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando verè constaret de debito vel per confessionem carcerati, vel alio modo. *Crauett. cons. 46. nu. 7. & cons. 65. nu. 4. Cancer. uar. par. 2. cap. 10. num. 27. Rot. dec. 151. nu. 5. par. 2. Diuers.* vbi resoluit, quod si captura, & carceratio esset nulla etiam ex defectu citationis, in tali casu deberet substineri, nec esset locus relaxationi.

14 Limitatur 2. in mandato suspicionis fugæ, quando periculum est in mora; tunc enim receditur à regulis iuris communis, vt periculum euitetur. *latè Mascard. de Probat. conclus. 823. nu. 19. & seq.* vbi etiam obseruat, quod suspicionum causæ post capturam debent plenè probari, & iustificari, alioquin captura rèdderetur iniusta, & ideò tanquam facta contra iustitiam esset reuocanda. *Alex. cons. 19. lib. 3. Cancer. loco cit. d. cap. 10. nu. 26.*

15 Limitatur 3. in causis criminalibus, in quibus ad euitandos inanes circuitus captura confirmatur, vbi superuenirent probationes liquidæ, ità vt si captus non fuisset, capi posset, dummodò Iudex non vti priuatus, sed vt Iudex processerit, licèt in aliquo requisito ad capturam defecerit. *Cancer. uar. d. cap. 10. nu. 28. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 94. n. 1.* vbi id intelligit, quando notoriè, & plenè constaret, quod reus denuò esset carcerandus, aliàs esset liberè relaxandus.

16 Quæres 3. an is, qui detinetur in carcere pro vna causa criminali, valide citari possit pro alia? negat *Bart. in l. 2. num. 8. ff. de in ius uoc.* vbi dicit, quod citatio facta, seu exequuta contra carceratum, non valet ipso iure, si Iudex citans id sciat contrarium verò tenuit *Bald. in l. nemo carcerem. num. 6. C. de Exactor. tribut. lib. 10. cuius sententia uerior est per d. tex. in l. nemo carcerem. uers. si quis in obdurata &c.* quia talis carceratus potest comparere per procuratorem. *ut d. Mars. in pract. crim. §. attingam. nu. 20.* quod procedit; quando quis est carceratus in eodem loco. *Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 34. uers. de carcerato autem &c. post med.* vbi dicit, quod si est causa, propter quam ingeratur pœna corporalis, in tali casu non supersedetur in procedendo, sed reus solet recommendari in carceribus pro secundo delicto, & vno, eodemque tempore pro vtroque proceditur; si verò non ingeritur pœna corporalis, solet expectari, donec fuerit perfectus primus processus, si ipse id petat, non tamen relaxatur, nisi præstita fideiussione de iudicio sisti, & iudicato soluendo ex secunda causa.

Secus esset, quando reus reperitur carceratus in alio loco; in hoc enim casu expectandus est donec relaxetur; alioquin sententia lata contra reum esset nulla, dummodò talè impedimentum reus per suum procuratorem allegauerit, & terminum petierit ad illud probandum; ratio est, quia carcerati in vno loco, difficiliter possunt se in alio defendere. *Clar. loco cit. d. qu. 34. uers. de carcerato autem &c.* vbi dicit, quod etiamsi huiusmodi exceptio carcerationis opposita non fuerit, & ideò sequuta sit condemnatio in contumaciam, condemnatus, constito de ipsa carceratione, admittitur ad nouas defensiones. *latè Farinac. cons. 17. n. 28. et seq.* vbi dicit, quod talis carceratio, si fuerit affectata, reum nullo modo excusat, vt si citatus in loco delicti, se constituerit in loco domicilij, vel aliàs malitiosè se gesserit arbitrio Iudicis. *Boss. in tit. de for. compet. num. 99. Marsil. d. §. attingam. nu. 21.* vbi obseruat,
17 quod reus accusatus, & carceratus in vno loco, si accusatus, vel inquisitus fuerit in alio loco, potest, tunc, si velit, propter necessitatem imminentem comparere, seu respondere per procuratorem, ità ità vt teneatur Iudex in tali casu procuratorem pro reo admittere, vel supersedere in causa, donec reus è carcere relaxetur, vt supra, & sic possit comparere personaliter.

18 Quæres 4. an reus, ei assignata fuit domus, vel alius locus pro tuto carcere sub certa pœna, si inde aufugerit, & deinde statim reuertatur, incidat in prædictam pœnam? Resp. quod alij affirmant propter contemptum Iudicis, præsertim si iuramento se se obligauerit de nō discedēdo: quo fit, vt mora redeundo purgari non possit. *ità Vulpel. respons. 139. lib. 1. Clau. Bertaz. in addit. ad cons. Bartolomei patris 80. litt. A. uol. 1. Horat. Giouagnon. relat. inter consil. Farinac. cons. 228. nu. 27. et seq. lib. 3.* vbi subijcit, quod si pœna delicti sit corporalis, semper tota pœna pecuniaria exigitur: si verò sit pecuniaria, tunc nihil vltra eam exigi potest, promissione non obstante.

Alij verò negant, tum quia per reuersionem nihil deperit fisco & Iudici ex discessu, seu fuga carcerati: & ideò pœna in fideiussione conuenta exigi non potest: in prætorijs enim stipulationibus, quæ videlicet iussu Iudicis, seu Prætoris fiunt, pœna conuentionalis exigi non potest, non dato interesse fisci, nec attenditur interesse alterius causæ, sed tantum illius, quo qua fuit facta promissio; vnde nec pœna conuentionalis in stipulationibus conuentionalibus extraiudicialibus exigitur, nisi ad metam interesse: tum etiam quia fugere, seu discedere non dicitur is, qui statim redit. *Roman. cons. 193. Herculan. de Caut. de non offen. cap. 50. nu. 17.* vbi dicit, quod non tenetur pœna fracti carceris qui exiuit de carcere, si postea redijt, præsertim si iniustè detinebatur; quemadmodum nec dicitur fregisse cautionem qui ad Superiorem recurrit, quia in tali casu non habet animum aufugiendi. *Honded. cons. 94. n. 23. vol. 2. Osasc. decis. 70. num. 13. & seq. Rot. decis. 371. num. 3. par. 1. in nouiss. Ciriac. contr. for. 101. num. 26. Farinac. cons. 122. num. 29. & seq.* vbi dicit, quod in hoc casu nunquam vidit nec reum,

reum, nec eius fideiussores condemnari: & hæc quidem sententia vti mitior in praxi sequenda est.

Alij tamen mediam sequentes viam, asserunt, reum seu fideiussorem in tali casu non esse condemnandum ad integram pœnam in promissione contentam, attenta eius reuersione: sed de sua temeritate impunitum non esse dimittendum; & ideò mitiori pena plectendum putant arbitrio Iudicis. *ità Gram. cons. ciuil. 93. quem refert, & sequitur Farinac. in Pract. crim. q. 30. n. 23. & seq.* vbi etiam obseruat, quod pœna conuentionalis simpliciter adiecta etiam in prætorijs stipulationibus vltra id, quod interest, exigitur, nisi appareat, quod expressè adiecta sit ratione interesse. *ex trad. per Seraphin. de Priuil. iuram. priuil. 54. Bursat. cons. 53. nu. 38. 41. & 42. vol. 1.*

Addit *Farinac. d. cons. 122. nu. 31.* quod is etiam, qui extra domum sibi pro carcere assignatam captus fuit, non condemnatur ad integram pœnam, sed cum eo ad compositionem deuenitur, & pœna in tali casu minui solet pro medietate.

19 Quæres 5. an pœna relegationis, & exilij censeatur pœna corporis afflictiua? Resp. negatiuè, sed medio collocatur inter corporales, & pecuniarias. *vt inquit Cabal. resol. crim. cas. 146. nu. 16.* & ideò quando agitur de huiusmodi pœna, potest procurator interuenire pro reo, ex regula communiter recepta, quod in iudicijs, in quibus
20 pœna non infligitur corporalis, procurator admittitur. *latè Menoch. de Arb. Iud. q. 80. nu. 87. & seq. & communem dicit Farinac. q. 99. num. 67. & seq. Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 32. vers. Hinc est &c.* vbi, quod procurator potest interuenire, siue relegatio sit ad certum locum, puta in aliquam insulam, vel Ciuitatem, quam vulgò confinationem appellant, siue à certo loco, puta ab aliqua Prouincia, seu Territorio, quod vocamus exilium. *Cherubin. in Compen. Bullar. ad constit. 40. Pij V. schol. 2.*

21 Limita, quando quis deportatur in Insulam cum perpetuis vinculis, hæc enim pœna dicitur corporis afflictiua, *vt obseruat etiam Cherubin. loco cit.*

SVMMARIVM.

CAP. V.

A quo Iudice puniri debeat Reus, quando delictum committitur in diuersis locis.

1 IN hac quæstione duo casus sunt distinguendi, primus est cum delictum in vno loco inchoatur, in alio perficitur, tam respectu agentis, quàm respectu patientis, idest, illius, qui deliquit, & illius, in quem delinquitur: puta si quis in vno territorio vulneret, & fugientem insequutus in alio territorio occidat, vel si vno territorio capiat, & liget, ligatumque ducat in aliud territorium, & spolliet, vel si in vno loco rapiat puellam, in alio violenter cognoscat: & tunc delinquens potest puniri à Iudice vtriusque territorij, ità tamen vt sit locus prꝗuentioni, quia vtriusque Iudicis, Reipublicæ censetur facta iniuria. *l. eũ qui nocentem 18. §. si nupta. ff. de Iniur. l. 1. Vbi de crim. agi oport. Boss. in tit. de for. compet. num. 59. & 60. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 17. nu. 6. Clar. §. fin. q. 38. vers. præterea quæro &c. Farinac. q. 7. n. 45.* subdens, quod si actus inchoationis esset licitus, vel non punibilis, tunc Iudex loci perfecti delicti tantùm competens erit, & ità sentiunt etiam *alij apud Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 1. nu. 728. & seq.*

2 Secundus casus est, quando delictum in vno territorio inchoatur, in alio perficitur, non respectu vtriusque simul, sed respectu agentis tantùm, vel patientis tantùm: puta si quis in vno loco mandet, seu tractet, vt delictum fiat in alio loco, vel ratificat delictum in alio loco commissum: & tunc vterque Iudex est competens, videlicet Iudex loci, vbi mandatum factum est, & Iudex loci, vbi delictum ex mandato consummatum est; mandatum enim etiam seorsim consideratum, est punibile; nam is, qui in aliquo loco mandat, vt delictum fiat, re vera delinquit, & offendit Rempublicam illam, apud quàm degit; & ideò ibi imponenda est pœna condigna mandato, minor quidem effectu non sequuto, maior verò sequuto effectu; vnde solus Iudex loci, vbi factum est mandatum, erit competens, nec tenebitur remittere mandantem ad Iudicem loci, vbi delictum est consummatum: quemadmodum ad puniendum delictum consummatum ex mandato ortum, solus Iudex loci, vbi delictum est consummatum, censendus est competens cum Iudex loci, vbi mandatum est delictum, non possit punire eum, qui in loco suæ iurisdictioni supposito non deliquit, videlicet mandatarium. *d. l. vbi Bald. & Sal. C. Vbi de crim. ag. opor. Gandin. de Malef. rubr. Vbi puniatur delinquens. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 7. Farinac.*

qu.7. num.48. vers. verum ijs non obstantibus. Baiard. ad Clar. §. fin. q.38. num.11. & seq. Vincen. de Franch. dec.37. nu.5. & alij, quos refert, & sequitur Carleual. de Iudic. lib.1. tit.1. disp.2. q.7. sect.1. nu.733. & seq. quamuis contrarium teneat Panorm. in cap. vlt. nu.27. de for. comp. vbi dicit, quod mandans in vno loco, vt committatur delictum in alio territorio, sequuto effectu debet puniri, non vbi mandauit, sed vbi delictum subsequutum est, tum quia ibi destinatus est effectus delicti, tum etiam quia regulariter ex mandato solo quis non punitur, & hanc communem dicit Clar. lib.5. sentent. §. fin. qu.38. vers. item quæro &c. Duen. reg.378. ampliat. 3. Io. de Madijs relat. inter consil. crimin. Zilet. cons.160. nu. 3. lib.1. vbi dicit, hanc opinionem esse magis tutam maximè attenta consuetudine totius Italiæ, secundùm quam attenditur delictum, non animus quantum ad corporalem pœnam infligendam, & ità sensit etiam Io. Baptista Spada relat. inter consil. Farinac. cons.203. nu.1. & seq. vbi dicit, quod Baro fabricans falsam monetam in suo Castro, si mandet, illam expendi in statu Ecclesiastico, sequuto effectu fortitur forum in dicto statu Ecclesiastico ratione huius delicti, etiamsi Castrum, in quo moneta cudebatur, sit feudum imperiale: & ideò potest in statu Ecclesiastico citari, & condemnari, dummodò repertus fuerit in loco, vbi delictum fuit consummatum. per tex. in elem. pastoralis. vers. quod si punitio, de re iud. l. 1. & auth. qua in Prouincia. C. Vbi de crim. ag. opor. cap. fin. de for. comp. sed prior sententia iuri magis consona videtur, & ideò in praxi ab ea non est recedendum.

3 Quæres, à quo Iudice puniri debeat is, qui existens in vno territorio emissa sagitta, vel sclopo occidit aliquem in alieno territorio existentem? Resp. quod vterque Iudex tam loci, in quo emissa est sagitta, quàm loci, in quem est emissa, & in quo homicidium, vel vulnus infligitur, est competens ad puniendum talem delinquentem, seruata præuentionis prærogatiua. d. l.1. C. Vbi de crim. ag. opor. Panorm. in cap. vlt. nu.25. de for. compet. Carleual. loco cit. d. q.7. sect. 1. n.730. & seq. & communem dicit Clar. d. q. 38. vers. item pone &c. Decian. tract. crim. lib.4. cap. 17. num.9. & 10. Farinac. q.7. nu.46. vbi dicit, quod nè delicta remaneant impunita, delictum debet cuique territorio in solidum attribui.

4 Idem dicendum, quando in confinio duorum Regnorum, aut Ciuitatum aliquis delinquit: is enim potest similiter à Iudice vtriusque loci puniri, ità vt sit locus præuentioni, quia locus ille dicitur communis. Bart. in tract. de Iurisd. n.14. Panorm. loco cit. nu.26. Boss. vbi supra nu.60. Decian. n.16. Farinac. nu.51. Clar. d. qu.38. vers. præterea quæro &c.

5 Obserua tamen, quod in censuris, seu delictis sub censura prohibitis attenditur territorium, in quo delictum consummatur, non autem in quo inchoatur, quia ad censuram incurrendam actus completus requiritur, secundùm communem Doctorum sensum, & tradit Bonacin. de Censur. in commun. disp.1. q.1. pun.11. n.10. vbi dicit, quod si in aliquo loco lata esset per statutum, seu constitutionem particularem excommunicatio contra stupratores Virginum, stuprator non incurreret censuram trahendo Virginem extra territorium illius loci, & consummando cum ea copulam extra territorium.

6 Ex quo infertur 1. eum, qui dum existit in Ec-
clesia, iacit sagittam ad occidendum hominem
existentem extra Ecclesiam, non incurrere cen-
suram latam contra occidentem in Ecclesia: quia
delictum in tali casu inchoatur quidem in Eccle-
7 sia sed extra eam consumatur, & completur; è
contra verò censuram incurreret is, qui dum ex-
tra Ecclesia existit, sagittam iacit intra Eccle-
siam, ibique hominem existentem occidit: quia
homicidium completur in Ecclesia, licèt extra
eam inchoatum sit. vt post Suar. disp.5. sect.4. n.9.
& alios d. idem Bonacin. dicto pun. 11. n.11. & 12.
8 vbi subijcit, quod vulnerans lethaliter alium in
Ecclesia, incurrit censuram latam contra occi-
dentem in Ecclesiam, etiamsi vulneratus non mo-
riatur in Ecclesia, sed extra, quia delictum in ta-
li casu censetur commissum in Ecclesia: quemad-
9 modum vulnerans aliquem lethaliter in vno ter-
ritorio, in quo lata est censura contra homici-
das, ligatur censura, quamuis vulneratus mo-
riatur in alio territorio, vbi nulla contra homi-
cidas censura lata est, quia delictum quoad actum
externum censetur consummatum in eo territo-
rio, in quo lata est censura, & in eo reus conue-
niri potest, non autem in eo territorio, in quo
vulneratus moritur, cum vulnerans in eo terri-
torio non deliquerit. vt d. Bonacin. vbi supra
nu.12. Suar. loco cit. nu.10. Salas de legib. disp.
14. sect.5. nu.73.

10 Quærea, an censura lata ab Archiepiscopo extendatur ad Suffraganeos, & ad subditos suorum Suffraganeorum? Resp. negatiuè, quia Archiepiscopus non potest regulariter censuris ligare Suffraganeos, nec eorum subditos, nisi existant in territorio ipsius Archiepiscopi. Sayr. l.1. c.7. nu.3. & alij apud Bonacin. d. disp.1. q.1. pun.11. num.19.

SVMMARIVM.

1 In accusatione, & inquisitione inseri debet locus, & tempus, aliàs accusatio, & inquisitio est ipso iure nulla, & num.2. & seq. limitatur num.15. & seq.

2 Quid si delictum committatur in naui.

3 Locus, & tempus in accusatione, vel inquisitione deductum, probari debet, aliàs reus absoluitur.

4 Quando accusatio reddatur incerta.

5 Locus commissi delicti certificandus est saltem per duo confinia.

6 Quid si dictum fuerit, crimen fuisse commissum in domo Francisci existente in tali vicinia.

Non præsumitur pluralitas actum, sed præsumitur pluralitas rerum, nisi probetur identititas. ibidem.

7 Quid si pars non opponat de loco, & tempore.

8 Quando locus loci sit necessariò exprimendus.

9 Dies, & hora delicti necessariò inseri non debent, & num.30. & seq. limitatur ibidem d. num.9.

10 Quando dies commissi criminis exprimi debeat, et nu.30.

11 De-

11 *Debet exprimi locus, et tempus, etiam quando opponuntur crimina per uiam exceptionis.*
12 *Quid si ageretur ciuiliter aliqua actione, quæ infamat de iure, uel de facto, et nu. seq.*
13 *In libello, in quo intentatur interdictum unde ui, exprimi debet locus, et tempus spolij.*
14 *Quid si statuto caueatur, ut in causis criminalibus procedatur summarie, de plano, uel sine figura iudicij.*
Et quid si Notarius, uel alius falsitatem commiserit. ibidem.
15 *An, quando agitur de delictis, quæ committuntur in omittendo, debeat inseri locus.*
16 *Quid si locus sit publicè notorius.*
17 *Et quid si fiat generalis inquisitio.*
18 *Et quid si inquisitio fiat ad aliquem remouendum ab officio.*
19 *Expressio loci, et temporis necessaria non est, quando inquiritur de crimine læsæ maiestatis Diuinæ, uel humanæ.*
20 *Item non requiritur, quando agitur de delictis, quæ habent tractum successiuum.*
21 *Nec in interdicto turbatæ possessionis.*
22 *Nec quando agitur actione ciuili, quæ non infamat.*
23 *An de hoc possit opponi post sententiam.*
24 *Locus, et tempus probari debent, quando agitur de delicto iterabili, secus si de delicto non reiterabili.*
25 *Quid si ageretur de falsitate commissa per testem.*
26 *Et quid si reus fateatur quidem delictum, sed diuerso loco, et tempore, ab eo, quod fuit deductum in accusatione, uel inquisitione, et nu. seq.*
27 *Quando ex processu inordinato, et nullo sequi possit condemnatio.*
28 *Quando omissio probationis qualitatis in inquisitione deductæ operetur nullitatem inquisitionis, et quando non.*
29 *Varatio circa locum, et tempus, facit censeri diuersum factum, et diuersum delictum.*
30 *Si accusator in accusatione posuit diem commissi criminis, et non probauit, debet succumbere: limitatur nu. seq.*
31 *Quid si dies appositus fuerit, parte, seu inquisito hoc petente.*
32 *In libello contra mandantem, fieri delictum, debet describi locus, et tempus commissi maleficij, non autem locus, et tempus facti mandati: contrarium nu. 35.*
33 *Inspicitur locus, et tempus commissi delicti quoad pœnam delicti augendam, uel minuendam.*
34 *Quando opem ferre, uel consilium dare in furto noceat in foro externo.*
35 *Mandans, ex mandato delinquit, etiam delicto aliter non sequuto.*
36 *Quando insultus fit in uno loco, et sequitur uulnus in alio, attenditur locus uulneris.*
37 *Quid si statutum pro insultu imponeret pœnam pecuniariam, et pro uulnere aliam pœnam.*
38 *In libello inseri debet locus, ubi quis percutitur, non locus, ubi quis moritur.*
39 *Locus homicidij; et non locus in capta rixa inspicitur.*
40 *Si una qualitas in inquisitione exprimatur, et non probetur, sequi non potest condemnatio: declaratur, et limitatur nu. seq.*
41 *Quid operentur clausulæ, non se adstringens saluo iure, deducens, et super quibus omnibus etc.*
42 *In contractibus libellus non vitiatur ob non expressionem loci, et temporis, parte non opponente.*
43 *Ad quem spectet offensam remittere, seu pacem facere.*
44 *In accusatione quis præferatur.*
45 *An, et quando pendente causa ciuili, supersederi debeat in criminali.*

CAP. VI.

An in accusatione, et inquisitione inseri debeat locus certus.

1 RESP. affirmatiuè tam in delictis publicis,
quàm priuatis: quemadmodum inseri eti-
am debet tempus certum, videlicet annus, &
mensis, alioquin accusatio, & inquisitio esset ipso
iure nulla ex defectu formæ. *l. libellorum. vbi
DD. ff. de Accus. Bart. in l. 2. §. si publico. nu. 12.
ff. ad l. Iul. de Adult.* vbi dicit, quod in accusa-
tione, & inquisitione poni debet annus, mensis,
locus, & aliæ solemnitates, quæ ponuntur, in
*d. l. libellorum. Bald. cons. 353. n. 3. et cons. 428.
nu. 1. vol. 5. Ang. in §. ex maleficijs. num. 10. Inst.
de Action. Socin. iun. cons. 38. nu. 23. lib. 2. Corn.
cons. 273. nu. 7. vers. nam respectu facti etc. uol. 1.*
2 vbi dicit, quod si delictum committatur in naui,
exprimi debet locus ipsius nauis saltem expressis
pertinentijs circumstantibus, puta in mari Anco-
nitano, vel simili, nam in maris aqua dari non pos-
sunt confines, qui non sunt, quia in alto maris
aqua est communiter vniformis, & ideò non ha-
bilis ad demonstrandum aliter nisi per loca cir-
cumstantia, *et cons. 233. nu. 1. uol. 3.* vbi etiam
obseruat, quod cum libellus accusationis, vel
inquisitionis ob huiusmodi defectum sit nullus,
totus processus, & sententia vitiatur, & est nul-
la, cum sententia necessariam relationem ha-
beat ad libellum. *et cons. 260. n. 12. eod. uol. 3. et*
3 *cons. 192. n. 9. uol. 4.* vbi, quod locus, & tempus in
accusatione, vel inquisitione deductum probari
debet, aliàs reus absoluitur. *Farinac. in pract.
crim. q. 1. nu. 5. 12. et 29.* vbi dicit, quod si inqui-
sitio contineat locum, & tempus, si de dicto lo-
co, & tempore non probetur, sed de alio, non po-
test sequi condemnatio; sed reus absoluendus
est; quicquid dicat *Mich. de Acolt. relat. int. cons.
Zilet. cons. 53. nu. 16. lib. 2.* nisi enim exprimere-
4 tur locus, & tempus commissi criminis, procul-
dubio incerta redderetur accusatio, ità vt non
posset reus probando negatiuam coarctatam, se
aliquo modo defendere, neque, si opus esset, te-
stes, qui contra eum deponerent, de falso con-
uincere. *Bart. in l. Prætor edixit. ff. de Iniur.
Alex. in l. 1. nu. 30. ff. de Eden. Gail. Pract. obser-
uat. lib. 1. obseru. 64. nu. 9. et seq. Clar. in Pract.
crim. lib. 5. §. fin. q. 12. uers. dixi exprimendum
etc. Papien. in forma inquisitionis. §. cui cohæret
etc.* vbi dicit, quod locus delicti commissi certi-
ficandus est saltem per duo confinia. *Ruin. cons.*
5 *10. nu. 2. uol. 5.* vbi obseruat, quod si fuerit di-
ctum, crimen fuisse commissum in domo Franci-

sci

sci existente in tali vicinia, non redditur ex hoc locus certus, quia potest quis in vicinia habere plures domos: quamuis enim non præsumatur pluralitas actuum, præsumitur tamen pluralitas rerum, nisi probetur identitas. *ex trad. per Io. Andr. in cap. auditis. de Præscript.* vnde in tali casu inquisitio esset inepta eo quod peccaret in forma: & ideò processus non valeret, sed reus esset absoluendus ab obseruatione iudicij. *per tex. in d. l. libellorum. vers. quod si libelli vbi Bart. ff. de Accusat.*

7 Amplia, vt prædicta conclusio procedat, etiamsi pars non opponat. *vt tradunt DD. in l. edita. C. de Eden. & in specie Dec. nu. 34. Alex. nu. 13. & communem dicit Farinac. d. q. 1. num. 15. Clar. loco cit. quicquid dicat Papien. in form. libell. in act. hypothec. §. ex memoratis. nu. 9.*

8 Amplia 2. vt etiam locus loci sit necessariò exprimendus, quando delictum non esset æqualiter vbique punibile, quicquid sit; quando delictum est æqualiter punibile in vtroque loco. *Farinac. d. q. 1. nu. 12. Papien. in forma inquisitionis. §. in domo dicti Iacobi &c. post Bart. in l. non solum. §. sed vt probari possit. ff. de Nou. oper. nunc.* vbi dicit, quod quando factum non est punibile in qualibet parte loci, debet exprimi, & probari illa pars loci, in qua factum est punibile, aliàs sequi non potest condemnatio. *& in d. l. libellorum n. 3. & 12. ff. de Accusat.* vbi etiam obseruat,
9 quod licèt dies aut hora delicti necessariò inseri non debeat, sed tantum mensis, & annus, fallit tamen, si delictum esset solum punibile certa die, vel hora certi mensis quia tunc inseri debet etiam dies, vel hora, cum in tali casu qualitas temporis, & illius particularis diei sit fundamentum intentionis inquirentis, & ideò debet præcisè probari. *iuxta tex. in l. matrem, vbi Paul. de*
10 *Castr. C. de Probat.* idem dicendum, si reus id petat, quia fortè intendit ad sui defensionem probare, quod eo die erat in alio loco remoto à loco delicti, nisi id calumniosè petat, quod arbitrio Iudicis relinquitur. *Gail. loco supra cit. Farinac. d. q. 1. nu. 18. 19. & 22.* vbi etiam dicit, quod si Accusator, aut Iudex ignorant diem commissi delicti, tunc non tenetur illum exprimere, etiamsi reus illum exprimi petat. *latè Boss. in tit. de Inquisit. num. 92. vide quæ scripsimus in tract. de Tempor. legal. lib. 4. cap. 12.*

11 Amplia 3. vt debeat exprimi locus, & tempus, etiam quando opponuntur crimina per viam exceptionis. *Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de except. & in l. Prætor edixit. nu. 1. ff. de Iniur. & in l. viro, atque vxore. n. 6. ff. sol. matr. Bartolom. Socin. in d. l. 1. nu. 13. & 14. ff. de except.* quod procedit, quando quis opponit ad suam defensionem; secus si simpliciter ad repellendum. *Clar. loco cit. ver. adde quod hæc conclusio &c. Boer. decis. 321. nu. 2. & seq.*

12 Amplia 4. vt debeat inseri locus & tempus, si ageretur ciuiliter aliqua actione, quæ infamat de iure, vel de facto. *Bart. in l. inde Neratius. ff. ad l. Aquil. & in d. l. viro, atque vxore. nu. 6. ff. solut. matr. & in d. l. Prætor edixit. nu. 1. Clar. d. §. fin. qu. 12. vers. Adde, quod hæc conclusio &c.* quod intellige, quando pars opponit: tunc enim necesse est exprimere locum, & tempus; sed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiamsi locus, & tempus non exprimatur. *Bald. in cap. 1. n. 20. Quib. mod. feud. amitt. Vrsill. ad Afflict. dec. 150. num. 6. & seq. Ang. in §. ex maleficijs. n. 10. Inst. de Action. & alij communiter.*

13 Amplia 5. vt etiam in libello, in quo intentatur interdictum, vnde vi, exprimi debeat locus, & tempus spolij, sicut cum agitur criminaliter. *vt d. Bart. in d. l. 1. §. siue autem. nu. 2. ff. de vi, & vi arm. Maran. de ord. iudic. par. 4. dist. 7. nu. 27. fol. 69. à terg.*

14 Amplia 6. vt solemnitas *d. l. libellorum*, non censeatur sublata, etiamsi statuto caueatur, quod in causis criminalibus procedatur summariè, de plano vel sine figura iudicij; tunc enim censetur sublata tantùm solemnitas formalis, quæ non respicit probationes; & ideò eo casu posset porrigi tali qualis petitio propter dictas clausulas; non autem censetur sublata solemnitas substantialis, quæ respicit probationes, qualis est solemnitas *d. l. libellorum*, quæ est inducta in fauorem rei ad hoc vt possit faciliùs suas defensiones producere, coarctando negatiuam loco, & tempore. *vt supra diximus, & sensit etiam Roman. cons. 191. nu. 9. Maran. de ord. iudic. par. 4. dist. 1. nu. 75. & 76. quicquid dicat Boss. in tit. de Inquis. nu. 98. Farinac. d. qu. 1. nu. 17.*

Amplia 7. vt locus, & tempus apponi etiam debeat, quando agitur de falsitate commissa à Notorio, vel ab alio. *Farinac. in Pract. crim. q. 1. nu. 13.*

15 Limita principalem conclusionem, vt procedat tantùm in delictis, quæ committuntur aliquid faciendo; secus si committantur ommittendo. *vt d. Clar. q. 12. vers. est autem exprimendus &c.* quod intellige, si id, quod debeat fieri, non habebat locum determinatum; secus si debeat fieri in certo loco, vt si quis tenebatur facere custodiam, vel aliud agere in certo loco, & non fecit, hoc enim casu debet inseri locus. *vt declarat Bart. in d. l. libellorum, nu. 10.*

16 Limita 2. quando locus est publicè notorius, vt platea communis, vel palatium Potestatis, quia tunc non est cur per confines designetur: notoria enim alia demonstratione non indigent. *Bart. in d. libellorum. nu. 5. ff. de Accusat. Clar. vbi supra. vers. se pone &c. vbi de magis communi. Papien. loco cit. §. cui cohæret &c. Ruin. cons. 10. nu. 2. vol. 5.*

17 Limita 3. in generali inquisitione, quæ fit ad inuestigandum malefactorem, de quo Curia nullam habet notitiam; nam cum hæc fiat generaliter, & per eam non procedetur ad condemnationem, non requiritur necessario descriptio loci, & temporis. *Bald. cons. 428. nu. 1. & cons. 353. n. 3. vol. 5. Boss. in tit. de Inquis. nu. 100. Ang. in d. §. ex maleficijs. nu. 10. Inst. de Action. Farinac. in Pract. crim. d. q. 1. nu. 4. & 16.*

18 Limita 4. vt supradicta conclusio procedat, quando inquisitio fit ad aliquem puniendum; secus si fiat ad aliquem remouendum ab officio, quia neque in tali casu exiguntur dictæ solemnitates. *Bald. cons. 428. nu. 1.*

19 Limita 5. quando inquiritur de crimine læsæ maiestatis Diuinæ, vel humanæ: tunc enim non requiritur expressio loci, & temporis, nec aliqua solemnitas. *d. l. libellorum, secundùm Ang.*

in

in §. fin. in Auth. quo. opor. Epi. quem refert. & sequitur Maran. de Ord. iudic. par. 4. dist. 1. num. 8. in fin. & par. 6. tit. de inquisit. nu. 36. vbi exemplificat in hæresi, & blasphemia.

20 Limita 6. vt dicta conclusio procedat in delictis, quæ temporis momento committuntur, in quibus tempus, & locum apponi necesse est; secus in ijs, quæ habent tractum successiuum, & in quibus locus, & tempus est incertum, & indeterminatum. *Farinac. d. q. 1. num. 17. vers. limita tertiò &c.*

21 Limita 7. in interdicto turbatæ possessionis, quia inde non oritur infamia iuris, nec facti. *Boss. d. tit. de inquisit. n. 97. vide Bart. in l. Prætor edi-*

22 *xit. ff. de iniur.* vbi dicit, quod quando agitur actione ciuili, quæ non infamat, qualis est actio descendens ex quasi maleficio, tunc non cogitur quis exprimere locum, & tempus. *Ang. in §. cæterum. nu. 4. Inst. de leg. Aquil.* vbi, quod in formatione libelli *in l. Aquil.* non est necesse, quod inferatur locus, vel tempus damni dati, quia damnatus ex *l. Aquil.* non efficitur infamis. *Clar. in §. fin. qu. 12. vers. Adde, quod hæc conclusio &c.*

23 Limita 8. vt non possit de hoc opponi post sententiam, quia hæc exceptio vti dilatoria debet opponi, & probari ante sententiam. *ex trad. per Gandin. in tit. qual. fiat. accusat. nu. 5.*

24 Limita 9. quando delictum non est reiterabile, vt homicidium, quod impossibile est pluries committi in eamdem personam, quia tunc sequitur condemnatio, etiamsi non probetur locus, & tempus in inquisitione deductum: locus enim, & tempus probari debent in delicto iterabili, qualis est iniuria, furtum, adulterium, & simonia. *Ang. in l. denunciasse. §. quid tamem. nu. 4. ff. de Adult. Castr. in l. cum te. nu. 8. C. de Probat. & alij, quos refert, & sequitur Farinac. d. q. 1. nu. 31.*

25 Limita 10. in periurio commisso per testem: quo casu non tenetur quis exprimere locum, & tempus, secundùm *Farinac. loco cit. nu. 13.*

26 Limita 11. quando delictum probatur ex confessione rei: tunc enim etiamsi reus fateatur de diuerso loco, & tempore ab eo, quod fuit deductum in inquisitione, sequi adhuc debet condemnatio; quia vbi de delicto constat ex confessione rei, tunc sequitur condemnatio etiam ex processu inordinato, seu nullo. *Bart. in l. si confessus. ff. de Custod. reor. Ang. in d. l. denunciasse. §. quid tamen. num. 5. Mars. sing. 201. Clar. d. §. fin. q. 55. vers. posset etiam dicere &c. et vers. potest*

27 *etiam etc.* vbi id intelligit, dummodò alitèr constet de delicto: Iudex enim debet inquirere de veritate confessionis, quia aliquando delictum quidam confessi sunt, licèt reipsa non deliquerint. *Farinac. d. q. 1. num. 55. uers. limita 5. etc.*

28 Limita 12. vt tunc demum omissio probationis qualitatis in inquisitione deductæ operetur nullitatem inquisitionis, quando scilicet illa qualitas erat aggrauans, & alterans delictum, & talis, vt effectum condemnationis variasset, si probata fuisset; secus si non erat alteratiua, & aggrauatiua delicti, quia tunc eius omissio nihil nocet, *Clar. d. §. fin. q. 66. vers. sed quid si pro parte &c. latè Andr. Gail. de Pace publ. lib. 1. cap. 13. numer. 21. et seq. Farinac. d. q. 1. numer. 37.*

29 Notandum est etiam, quod variatio circa locum, & tempus, facit, vt censeatur diuersum factum, & diuersum delictum; & ideò si vnus locus, vel tempus exprimatur in accusatione, vel inquisitione, de alio fiat probatio, non potest sequi condemnatio, vt supra diximus. *vide Bart. in l. denunciasse. §. quid tamen. n. 3. ff. Ad l. Iul. de Adult. et in l. is qui reus. num. 9. ff. de*

30 *Publ. iudic.* vbi dicit, quod licèt in accusatione de necessitate non debeat poni dies commissi criminis, tamen si accusator posuit diem, & non probauit, debet succumbere; imputet enim sibi, quia se ad diem astrinxit. *Ruin. cons. 10. nu. 2. vers. si verò dicatur etc. vol. 5.* quod intellige,

31 quando dies fuit appositus parte non petente; secus si fuerit appositus instante inquisito. *vt d. Farinac. d. q. 1. nu. 30. vbi citat Boss. tit. de Inquisit. nu. 93. Bertran. cons. 16. et 117. lib. 6. Mascard. conclus. 28. nu. 4.*

32 Notandum 2. quod in libello contra mandantem, fieri delictum, debet describi locus, & tempus commissi maleficij, non autem locus, & tempus facti mandati. *secundùm Bart. in l. Prætor. 4. §. hoc autem edicto. ff. de vi bonor. rapt. et in l. non solum §. si mandato meo. nu. 10. et seq. ff.*

33 *de Iniur.* vbi etiam dicit, quod inspicitur locus, & tempus commissi delicti quoad pœnam delicti augendam, vel minuendam, ratio prædictæ conclusionis est, quia contra mandantem videtur oriri actio ex ipso delicto propter mandatum præcedens, non autem ex ipso mandato. *arg. l. si quis uxori. §. neque uerbo. ff. de furt.*

34 vbi quod opem ferre, vel consilium dare in furto tunc nocet in foro externo, cum sequuta est contrectatio; & ideò reuocatio superueniens impedit pœnam. *ut notatur in cap. cum quis, de sent. excommu. in 6.*

35 Ego tamen sentio, quod describi in tali casu debeat etiam locus, & tempus facti mandati, quia mandans ex mandato delinquit, etiam delicto aliter non sequuto. *Bellemer. decis. 542. tit. de Accusat. fol. 256. ubi cit. Io. Andr. in add. ad Spec. in tit. de Test. par. 1.* præsertim si mandatum per se reciperet consummationem, vt si ex statuto solum mandatum puniatur pœna vltimi supplicij. *Farinac. d. q. 1. nu. 14.* vbi dicit, quod tutius est apponere semper, & in omni casu locum, & tempus mandati, & consummati delicti ad hoc, vt saltem ex mandato sequi possit pœna iuris, quæ est extraordinaria. *Boss. in tit. de Inquis.*

36 *n. 94.* vbi etiam obseruat, quod quando insultus fit in vno loco, & sequitur vulnus in alio, attenditur locus vulneris, si ius commune inspiciamus, quia vulnus insultum confundit; & simili-

37 ter si statum inspiciamus, quando ius commune non confundit; secus si statum aliter disponeret, puta si pro insultu imponeret pœnam pecuniariam, & pro vulnere aliam pœnam siue pecuniariam, siue corporalem. *uide Bart. in d. l. libellorum. nu. 14. ff. de Accusat.* vbi dicit, quod si statuto caueatur, ut is, qui fecerit insultum contra aliquem, & sequuta fuerit percussio, puniatur pœna centum aureorum, tunc debet poni locus, & tempus percussionis, quia isto casu insultus punitur principaliter, sed aggrauatur propter percussionem.

38 Notandum 3. quod inseri debet in libello lo-
cus, vbi quis percutitur; non locus, vbi quis
moritur, quia ibi videtur interfectus, vbi est per-
cussus, *Bart. in d. l. libellorum. nu.6. ff. de Ac-
cus. & in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. ad l.*
39 *Iul. de Adult.* vbi etiam dicit, quod locus homi-
cidij, & non locus inceptæ rixæ inspicitur: id-
que inductum est fauore rei, nè de vtroque pu-
niatur.
40 Notandum 4. quod si aliqua qualitas exprima-
tur in inquisitione, & non probetur (puta sit in-
quisitio de vulnere cum cicatrice, probatur vul-
nus, sed non cicatrix) sequi non posset eo casu
condemnatio; & ideò reus esset absoluendus,
nisi pendente iudicio fiat detractio illius qualita-
tis. *l. in delictis. §. si detracta. ff. de Noxal.
Natt. cons.581. nu.2. uol.3. Tob. Nonius. cons.96.
nu.1. Rolan. cons.45. nu.17. & seq. lib.1. & com-
munem dicit Clar. in pract. crimin. §. fin. qu.66.
uers. sed quid si pro parte &c.* quod intellige vbi in
41 querela non fuerint appositæ clausculæ. *non se
adstringens, aut saluo iure, uel deducens, uel su-
per quibus omnibus &c.* secus si huiusmodi clau-
sulæ, vel altera earum adsint in querela, vel si in
causa procederetur sola facti veritate inspecta.
*latè Farinac. in Pract. crim. d. q.1. nu.32. & seq.
et præsertim n.39.* vbi cum hac restrictione intel-
ligit communem consuetudinem, cuius meminit
Clar. loco proximè cit.
42 Notandum 6. quod in contractibus libellus
non vitiatur, si in eo non fiat expressio loci, &
temporis, parte non opponente. *Papien. in
form. libell. in act. hypoth. §. ex memoratis.
num.9.*
43 Notandum 7. quod ius faciendæ pacis, seu re-
missionis transit ad hæredes occisi, seu offensi,
tam sanguinis, quàm bonorum. *Cancer. uar.
par.2. cap.11. num.67.* vnde si vnus sit hæres san-
guinis, & alter extraneus sit hæres bonorum, re-
quiritur, vt pax ab vtroque habeatur; aliàs si ab
vno ex eis tantùm pax obtinetur, alter posset pro
suo interesse accusationem prosequi. *latè Fari-
nac. q.13. & 14. Clar. in Pract. crim. q.58. uers.
uisum est ect.* vbi dicit, quod ad proximiores qui-
dem offensi spectat pacem facere, eo tamen ordi-
ne, vt qui præfertur in accusatione, pariter præ-
feratur in remissione facienda. *et q.15. uers. suc-
44 cessiuè quæro etc.* vbi dicit, quod inter eos, qui
prosequuntur suam, vel suorum iniuriam, pro-
ximior præfertur; si autem omnes sint in pari
gradu, omnes simul admittuntur. *uide quæ dixi-
mus in tr. de Temp. legal. lib.2. c.82. n.13.* vbi,
quod accusatio de adulterio hodie est tantù per-
missa marito, patri, fratri, patruo, & auunculo.
*per tex. in l. quamuis adulterij. C. Ad l. Iul. de
Adult.*
45 Notandum 8. quod si causa criminalis fuerit
mota post causam ciuilem, debet in criminali su-
persederi, donec ciuilis terminetur, quando ci-
uilis causa est præiudicialis criminali, puta si
causa ciuilis excludit ius aduersarij in criminali,
& sententia in ciuili lata parit, vel parere potest
exceptionem rei iudicatæ in criminali. *Rot. in
Romana de Stoch. 9. Martij 1598. coram Giptio,
quæ apud Farinac. post. 2. tom. consil. est decisio
124. idem Farinac. tom.2. q.100. nu.78. & seq. et
nu.128.* vbi dicit, quod in tali casu ratione præ-
iudicij, quod ex vna actione infertur in aliam,
impeditur cumulatio actionis ciuilis, & crimina-
lis. *Boss. tit. de for. compet. nu.121. & seq.*

SVMMARIVM.

3 *Quando fideiussor de repræsentando liberetur, & nu.2. et seq.*

2 *In quacunque promissione semper tacitè subintelligitur clausula, rebus sic stantibus.*

3 *Fideiussor non tenetur reum, qui mutauit statum, repræsentare: limitatur nu.5.*

Quando dicatur reus mutasse statum. ibid. d. n. 3. et seq.

4 *Fideiussio, qua pater tenetur pro filio, finitur, cum filius factus est sui iuris.*

5 *An fideiussor ab usu exceptionis iam præuisa repellatur.*

6 *Fideiussor, qui tenetur reum repræsentare ex una causa, non potest adstringi ad eum repræsentandum ex alia causa.*

7 *Fideiussio est stricti iuris, et nu.13.48. et 53.*

8 *Quid si promissio de repræsentando, indefinitè facta fuerit.*

9 *Fideiussor liberatur per mortem rei: limitatur nu.10. et seq.*

10 *Quid si reus culpa fideiussoris decesserit, uel si fideiussor fuerit in mora.*

11 *Fideiussor de soluendo iudicatum, etiam mortuo reo tenetur.*

12 *Fideiussor non liberatur per mortem rei, quando certa pœna est deducta in stipulationem, et obligatio purè, uel in diem est contracta.*

13 *Fideiussor liberatur, si reus bannitus, et condemnatus fuerit, vel de proximo condemnandus sit capitaliter pro nouo delicto post præstitam fideiussionem commisso.*

14 *Promissio de non offendendo, ad causam antiquam tantùm restringitur, ità vt si sequatur offensio ex noua causa, non dicatur contrauentum promissioni.*

15 *Quid si reo offeratur saluus conductus respectu noui delicti.*

16 *Ad liberationem fideiussoris sufficit qualibet noua causa superueniens, ex qua repræsentatio uel reddatur impossibilis, uel saltem difficilis. & num.19.*

17 *Quando Iudex inferior possit saluum conductum concedere, et nu.18. et 86.*

19 *Quid si reus fuerit simpliciter accusatus, uel denunciatus, aut inquisitus pro nouo delicto, et num. seq.*

20 *Et quid si Iudex fuerit in culpa, dando causam fugæ ipsius rei, et n.21. 22. et 33.*

23 *Fideiussor liberatur, quando reus obtenta à Iudice licentia discedendi è domo, seu Ciuitate sibi loco carceris assignata discessit, et postea non rediit.*

24 *Concessa huiusmdi licentia, statim expirat promissio fideiussoris: limitatur nu. seq.*

25 *Quid si promissioni de non discedendo de domo sine licentia, adiecta sit obligatio de se præsentando in casu licentiæ.*

26 *Reus qui discessit cum licentia etiam limitata ad certum tempus, non potest condemnari, si non redeat elapso tempore, nisi prius monitus, et interpellatus fuerit ad redeundum.*

27 *Quid*

84 *Sa-*

84 *Satisdatio necessaria præstari similiter potest extra locum iudicij.*
85 *Quæ sit satisdatio necessaria.*
86 *Saluus conductus concessus alicui ad effectum eundi ad aliquem locum, intelligitur datus etiam pro redeundo ex dicto loco.*
87 *Quid si is, qui saluum conductum obtinuit, captus fuit terra iurisdictionem concedentis.*

CAP. VII.

De fideiussore, qui se obligauit reum repræsentare.

1 QVæritur primò, quando fideiussor de repræsentando liberetur? Resp. quod liberatur, vbi ante moram aliquid superuenit de nouo, quod fideiussorem ab huiusmodi obli-
2 gatione, seu promissione verisimiliter diuertisset, quia in quacunque promissione etiam iurata, & in forma cameræ, semper tacitè sub intelligitur clausula. *rebus sic stantibus. cap. cum inter P. extr. de Renunc. cap. quemadmodum & cap. clericus. de iureiur. l. vlt. ff. Ad. municip. l. si decesserit. in fin. & l. vlt. ff. Qui satisd. cog. Cephal. cons. 187. num. 1. & seq. Honded. cons. 11. num. 49. lib. 1.* vbi, quod superneniente noua causa, licitum est ab ea recedere. *Farinac. in Pract. crimin. qu. 34. nu. 36. 42. & seq. Gozadin. cons. 27. nu. 1. Gratian. discept. foren. cap. 708. n. 3. & alij communiter.*
3 Hinc fideiussor ab huiusmodi onere eximetur, si reus, qui repræsentandus est, mutauit statum, vt si de laico effectus sit clericus, *Cephal. d. cons.*
4 *187. nu. 8.* vbi etiam dicit, quod fideiussio, qua pater tenetur pro filio, finitur, cum filius factus est sui iuris. *Boss. de Carcerat. fideiuss. &c. num. 42. & seq. Farinac. d. q. 34. nu. 38. Vermigl. cons. crim. 306. num. 2. & cons. 323.* vbi, quod dicitur reus mutasse statum, si fuerit bannitus, vel condemnatus ad mortem, vel ad triremes, vel deportatus, aut relegatus, vel in exilium pulsus. *Honded. d. cons. 111. num. 12. & 38.* quod procedit, quando pro alijs delictis reus fuit condemnatus, secus si pro delicto pro quo fuit fideiussum. *vt latius infra dicemus.*
5 Obserua tamen, quod si reo iniunctum fuerat exilium ante fideiussorem, & nihilominus fideiussor sciens eum repræsentare promisit, exceptio exilij antecedentis nihil proderit ad euitandam pœnam: quia remanet in tali casu eadem causa, quæ fideiussionis tempore fuerat, status rei non mutatur, & nulla superuenit repræsentandi difficultas, & ideò ab vsu exceptionis iam præuisæ fideiussor meritò repellitur. *l. si quis domum. §. 1. ff. locat. Vermigl. cons. 444. nu. 2. Farinac. d. q. 34. num. 79.*
6 Secundò fideiussor, qui tenetur reum repræsentare ex vna causa, non potest adstringi, si Iudex illum intendit habere ex alia causa, vel ex
7 alio delicto: fideiussio enim, cum sit stricti iuris, non extenditur ad causas extraneas. *l. 2. in fin. ff. de fideiuss. Herculan. de Caution. de non offend. cap. 23. nu. 20. Rolan. cons. 58. nu. 10. lib. 1. Thob. Non. cons. 103. nu. 1. & seq. Roman. consil. 210. Hond. cons. 111. num. 17. & 64. lib. 1.* vbi
8 dicit, quod fideiussio ad causam, pro qua reus detinebatur, restringitur, nec ad aliam causam extrinsecam, & incognitam refertur, licèt indefinitè promissio facta fuerit. *Farinac. cons. 59. num. 3. & in Pract. in crim. d. qu. 34. num. 31. & seq. & præcipuè nu. 63. & 68.*
9 Fideiussor liberatur, mortuo reo: tum quia sicut morte rei crimen extinguitur, ità etiam fideiussoris obligatio, quæ est accessoria, finitur: tum etiam quia sistere reum, est factum cohærens personæ: consequenter extincta persona extinguitur & ipsum factum. *d. l. si decesserit. ff. Qui satisd. cog. l. sancimus. C. de fideiuss. latè Rolan. d. cons. 58. nu. 6. & 7. lib. 1.*
10 Limita 1. quando reus culpa fideiussoris decessit, aut si fideiussor fuit in mora. *l. si eum. §. homo vbi glos. in ver. periit. ff. si quis caution. latè Farinac. d. q. 34. nu. 34. & seq. Card. Mantic. de Tacit. lib. 16. tit. 10. n. 5. Vermigliol. cons. 323. num. 5.*
11 Limita 2. in fideiussore de soluendo iudicatum: hic enim etiam mortuo reo tenetur, cum mors rei non impediat, quin fideiussor soluere possit id, quod promisit, quando consistit in quantitate; quod procedit, etiamsi fideiussor copulatiuè promiserit, & in iudicio sistere, & iudicatum soluere, quia per mortem rei liberatur ab illa parte promissionis de iudicio sisti, non tamen ab altera parte de soluendo iudicatum. *l. si verò pro condemnato. ff. Qui satisd. cog. Boss. de Carcerat. fideiuss. etc. nu. 51. Farinac. d. q. 34. nu. 37. Thesaur. dec. 202. num. 12. Aretin. cons. 87. Rolan. cons. 58. num. 13. lib. 1.*
12 Limita 3. vt prædicta conclusio procedat, quando fideiussor ad certam pœnam se non adstrinxit, sed simpliciter promisit sistere: tunc enim eo defuncto intelligitur liberatus. *iuxta textum in d. l. si decesserit;* secus si certa pœna sit deducta in stipulatione, & obligatio purè, vel in diem sit contracta. *l. ad diem. ff. de verbor. oblig. Rolan. d. consil. 58. num. 7. lib. 1. Card. Mantic. de Tacit. d. lib. 16. tit. 20. num. 6.* vbi dicit, quod huiusmodi obligatio transiret etiam ad fideiussoris hæredes.
13 Quartò fideiussor liberatur, vbi reus fuit bannitus, & condemnatus, vel de proximo condemnandus esset capitaliter pro nouo delicto post præstitam fideiussionem comisso, siue reus fuerit condemnatus, vel condemnandus sit ab eodem Iudice, coram quo fuit præstita fideiussio, siue ab alio: ratio est, tum quia reus ità condemnatus, vel condemnandus præsentari non potest, & ideò ratio impossibilitatis, seu difficultatis fideiussorem excusat: tum etiam quia cum fideiussor promiserit repræsentare reum tempore, quo de vno tantùm delicto erat imputans, ad illàm tantùm causam promissio de repræsentando refertur, etiamsi fideiussor promiserit repræsentare toties quoties &c. *l. sed et si quis, vbi Bart. ff. quis caution. Gandin. de malefic. tit. de aliquib. quæstion. var. nu. 19. Boss. ubi supra nu. 41. Honded. cons. 111. nu. 19. et seq. lib. 1.* vbi dicit, quod fideiussio respectu causæ, pro qua fuit præstita, strictissimè interpretatur, vt minus obliget, quàm fierit possit. *et nu. 31. et 32.* vnde promissio tantùm restringitur, & si sequitur offensio ex noua causa, promissioni contrauentum minimè dicitur.

tur. *Cephal. consil.187. num.4. & seq. lib.2. Card.*
Mantic. loco cit. num. 14. & seq. Clar. in Pract.
crim. §. fin. qu.46. vers. quaero pone &c. vbi de
communi. Farinac. d. q.34. nu.39. & seq. & num.
15 *70. cum seq.* quod procedit etiamsi reo offeratur
saluus conductus respectu noui delicti: hoc enim
non obstante fideiussor excusatur, cum non te-
neatur quis credere litteris salui conductus,
quando agitur de periculo capitali. *Grat. d. cap.*
708. nu.5. & seq. Vermigliol. cons.306. num.2. &
16 *seq. cons.323. nu.2.* vbi dicit, quod ad liberatio-
nem fideiussoris sufficit quælibet noua causa su-
perueniens, ex qua repræsentatio vel reddatur
impossibilis, vel saltem difficilis.

17 An verò Iudex inferior possit saluum condu-
ctum concedere? negant *Honded. d. cons. 111.*
nu.61. & seq. lib.1. Afflict. dec.4. in fin. asseren-
tes, quod saluus conductus à solo Principe con-
cedi potest: contrarium tamen tenuit. *Clar. d.*
§. fin. qu.32. vers. sed hic quaeraes etc. vbi dicit,
quod etiam inferior saluum conductum de iure
potest concedere, dummodò iusta, vel rationabi-
lis causa concurrat. *vide Menoch. de Arbitr. Iud.*
q.81. num4. et cas.336. nu.27. Farinac. in Pract.
18 *crim. q.29. nu.88.* vbi, quod etiam inferior ex
causa saluum conductum concedit, quando ban-
num ab eodem Iudice inferiore, vel eius Ante-
cessore processit. *Vermigliol. d. cons.444. n.6. et*
seq. vbi dicit, quod si Princeps mandauit Iudi-
ci, vt ad vlteriora procedat, potest talis Iudex
saluum conductum concedere, quatenus ille pro
processu ad vlteriora necessarius sit. *Boss. in tit.*
de citat. num.35. et seq. vbi, quod bannitus, cui
saluus conductus conceditur, debet esse cautus,
vt illum publicari faciat, & poni in loco, in quo
de eius banno publicè constat, sub eo banno of-
fendatur.

19 Amplia supradictam conclusionem, vt proce-
dat, etiamsi reus fuerit simpliciter accusatus, vel
denunciatus ex nouo delicto, etiam non capita-
li, licèt nondum fuerit condemnatus, & timens,
ne in carcerem conijciatur, fugam arripuerit.
l.2. §. fin. ff. de Custod. reor. glos. in l. sed etsi
quis, in ver. vti non possit, in princ. ff. si quis cau-
tion. Cephal. d. cons.187. num.7. Thob. Non. cons.
103. nu.3. Honded. cons.111. nu.45. lib.1. Fari-
nac. cons. 59. num. 31. lib. 1. et d. qu.34. num.56.
quod intellige, quando reus est accusatus coram
eodem Iudice, à quo puniri potest, secus si fuit
accusatus coram alio Iudice diuersi territorij,
seu diuersæ iurisdictionis. *d. l. sed et si quis. §. il-*
lud. ff. si quis caution.

20 Idem dicendum est, si fuerit tantùm per Cu-
riam inquisitus de nouo delicto; & multò magis,
si vltra inquisitionem deuentum fuerit ad aliquam
citationem contra reum, puta ad respondendum
inquisitioni, vel si reus positus fuerit in banno,
etiamsi nondum fuerit condemnatus; quia tunc
fideiussor videtur impeditus facto Iudicis, qui
licèt iustè procedat ex nouo rei delicto, culpa
tamen non caret, eo quod fideiussorem debito
tempore non requisiuerit. *Boss. tit. de Carcerat.*
fideiuss. nu.41. & 51. & alij apud Farinac. d. q.
34. nu.57. seq. Vermigliol. cons.313. nu.5. & seq.
vbi dicit, quod excusatur fideiussor, quotiescun-
que Iudex fuerit in culpa, dando causam fugæ
ipsius rei, vt si fecerit inuentarium eius bono-
rum, quod delicti titulus non exigebat. Vnde
21 inoleuit praxis, vt antequam reus pro alio deli-
cto citetur, aut ponatur in banno, fideiussor re-
quiratur, & constituatur in mora: & si reum non
repræsentet, condemnetur in pœnam in fideius-
sione contentam, & deinde procedatur contra
reum ex primo, & secundo delicto. *Gandin. de*
malefic. tit. de mult. quaestion. nu.33. Honded. d.
cons.111. n.13. lib.1. Clar. in pract. crim. d. §. fin.
22 *q.46. uers. quero pone &c.* vbi addit, quod fide-
iussor etiam excusatur, quando eo irrequisito
Iudex ex primo delicto reum citauit, & in con-
tumaciam banniuit: deinde post bannum vocauit
fideiussorem, vt reum sisteret: quia tunc fideius-
sor videtur etiam ex facto Iudicis impeditus, nè
illum consignet, cum tempore debito monitus
non fuerit, vt reum consignaret, contraria ta-
men sententia in hoc casu verior videtur, quia
potuit fideiussor id præmeditari. *Farinac. d. q.34.*
nu.83. & seq. & num.170. vbi dicit, quod fideius-
sor non liberatur, quando reus fugam arripuit
ex eo quod fuerit citatus; seu etiam condemna-
tus, & bannitus à Iudice pro eodem delicto,
& ita sensit etiam Vermigliol. cons.323. num.2.
& seq.

23 Hinc etiam excusatur fideiussor, si reus obten-
ta à Iudice licentia discedendi è domo, seu Ciui-
tate sibi loco carceris assignata, discessit, & po-
stea non redijt, siue discesserit cum licentia in
scriptis obtenta, siue voce tantùm: licentia enim
à Superiore voce tantùm, seu etiam nutu conces-
sa, sufficit, nè alioquin quis decipiatur sub fide
publica. *contra textum in l.1. ff. de Constit. pe-*
cun. l. conuentionum. ff. de Pact. ratio prædictæ
conclusionis est, tum quia tunc etiam facto Iudi-
cis impeditur, quominus reum repræsentet; tum
etiam quia non præsumitur fideiussor voluisse se
vlterius obligare, nisi vsque ad tempus datæ li-
centiæ, & obligatus ad vnum tempus, non cen-
setur ad aliud tempus obligatus. *l. Lucius. 3. §.*
Paulus. et ibi Bart. ff. de Admin. tutor. Farinac.
cons.59. nu.20. lib.1. et cons.228. nu.3. et seq. lib.
3. Vermigliol. cons.315. nu.6. et cons.312. nu.5. et
24 *seq.* vbi etiam obseruant, quod statim concessa
huiusmodi licentia siue in scriptis, siue voce tan-
tùm, aut nutu, vel clausis oculis, expirat pro-
missio fideiussoris, ità vt tali licentia postea re-
uocari non possit in ipsius rei, & fideiussoris præ-
iudicium. Vnde ad tollenda huiusmodi dubia,
25 datur cautela, vt promissioni de non discen-
dendo de domo sine licentia, adijciatur obliga-
tio de se præsentando in casu licentiæ, vel tem-
pore licentiæ requiratur nouus fideiussor pro di-
cto casu. *Gabr. cons. 170. lib.2. Farinac. d. cons.*
228. n.14.

26 Obserua tamen, quod si reus discesserit cum
licentia etiam limitata ad certum tempus, non
poterit condemnari, si non redeat elapso tempo-
re, nisi prius monitus, & interpellatus fuerit ad
redeundum. *iuxta glos. communiter receptam in*
cap. quoniam frequenter. §. porrò, ner. canoni-
bus, Vt lit. non contest. et d. etiam Farinac. d. cons.
228. nu.4. ubi citat Gabr. cons.173. lib.2.

27 Obserua 2. quod si quis promiserit, reum ex
vno loco non discessurum sub certa pœna, eua-
nesceret similiter promissio, si Iudex eum in
alium locum conijecerit, indeque reus discesse-
rit.

rit. *Gram. conf.66. nu.64. quem refert, & sequitur Farinac. d. conf.228. nu.15. lib.3. & d. q.34. nu.92. Vermigliol. conf.311. num.2. & seq.* vbi,
28 quod fideiussor liberatur, quando reus carceratus in carcere publico tuto, ac securo, ad quem fideiussor in obligatione se restrinxit, de mandato Iudicis positus fuit in alium carcerem minus tutum, & inde aufugit, quamuis contrarium sentiat *Baiard. ad Clar. q.46. num.68. & seq.*
29 Amplia 2. principalem conclusionem, vt etiam procedat, si reus commiserit nouum delictum siue capitale, siue non capitale, etiamsi nondum fuerit accusatus, vel inquisitus: quia tunc etiam fideiussor eximitur ab obligatione reum præsentandi, præsertim si huiusmodi delictum esset notorium. *Thob. Non. d. conf.103. nu.3. Farinac. d. q.34. num.54. & seq. & conf.59. num.31. & seq. lib.1. Vermigliol. conf.308. num.16. & 17.*
30 5. Fideiussor excusatur, quando reus à Curia captus fuit pro eadem causa: quia non refert, qualiter quid fiat, dummodo fiat. *l. cum seruus.*
31 *ff. de Verbor. obligat.* vnde liberatur debitor, si solutio facta fuerit ipso inuito. *l. soluendo. ff. de negot. gest. l. solutionem. ff. de solut.* quod
32 procedit, etiamsi reus è carceribus deinde aufugerit, quia fideiussor non tenetur eum amplius repræsentare, licet promiserit repræsentare toties quoties &c. *Bald. in l. qui crimen. num.25.*
33 *C. qui accus. non poss. Thob. Non. conf.103. num.8. Card. Mantic. de Tacit. lib.16. tit.20. nu.9. Vermigliol. conf.311. nu.6. latè Afflict. decis. 130. & ibi Vrsill. per tot.* ratio est, tum quia, cum Curia ceperit à se ipsa reum, videtur recessisse à fideiussoria cautione: tum etiam quia per fugam nouum dicitur commissum delictum, ex quo repræsentandi iterum difficultas oritur facto curiæ, vel custodis, quod fideiussori nocere non debet. *Caball. resol. crimin. cas.47. num.1. & seq. Vermigliol. conf.315. nu.4. Franc. Marc. decis.797.*
34 *nu.4. par.1.* vbi addit, quod si reus captus fuit ex alia causa, licet in tali casu fideiussor non liberetur, tamen si protestaretur coram iudice, quod haberet illum pro præsentato, ad aliud non tenetur, si ille postea aufugerit. *Boss. in d. tit. de Carcerat. fideiuss. nu.39. Honded. conf.111. n.33. & 34. lib.1. Herculan. d. cap.23. nu.19. Farinac. d. q.34. nu.45. & seq. latè Peguer. decis.47. per*
35 *tot.* vbi dicit, quod obligatus ad aliquem repræsentandum etiam cum clausula toties quoties &c. non tenetur nisi semel, ad tollendam infinitatem. *vt colligitur ex text. in l. qui bis. ff. de Verbor. obligat. & in l. qui bona. §. vlt. ff. de dam. infect. quicquid in contrarium senserint Rolan. conf.58. nu.4. lib.1. Franc. Marc. decis.797. nu.5. Boer. decis.131. n.19. & seq. & alij apud Mantic. de Tacit. lib.16. tit.20. n.8. & seq.*
36 6. Liberatur fideiussor, quando fuit lata sententia: nam vsque ad sententiam, & non vltra durat fideiussio de iudicio sisti; videtur enim data huiusmodi fideiussio respectu litis, vel iudicij; & ideo cum per sententiam sit finita lis, & iudicium, cessat etiam fideiussio. *l. græce. §. & post litem, vbi glos. in ver. exercitationis. ff. de fideiuss. glos. in l. si quis reum. in ver. non exhibuerit, vbi etiam Bart. nu.2. ff. de Custodi. reor.*
Bald. in l. qui crimen. nu.11. & seq. C. Qui accusar. non poss. Luc. de Penn. in l. si quis decurio. col.4. vers. Amplius fideiussor &c. C. de Decurion. lib.10. Thob. Non. conf.103. num.4. Franc. Marc. decis.797. nu.6. par.1. Farinac. conf.57. nu.23. & d. q.34. nu.123. vbi dicit, quod pro-
37 missio fideiussoris de iudicio sisti, respicit instantiam, & sic ea perempta finitur, secus esset, si constaret, quod talis fideiussio data fuerit pro
38 securitate Curiæ: quia tunc duraret etiam post sententiam, sicut fideiussio de soluendo iudicatum. *Honded. d. conf.111. num.37. lib.1.* vbi
39 dicit, quod sequuta sententia condemnatoria fideiussor tenetur eo casu reum præsentare. *Farinac. d. q.34. num.103. & seq. Franc. Marc. decis.357. nu.3. & 4. par.1. Card. Mantic. d. lib.16. tit.20. n.16. Boss. in tit. de Carcerat. fideiuss. nu.*
40 *34.* vbi dicit, quod si quis fideiuberet post condemnationem, & non videtur fideiubere de præsentando, sed de soluendo; & ideo per casum superuenientem in personam condemnati fideiussor in tali casu non eximitur. *Thesaur. decis.202. nu.4. & alij communiter.*
41 Obserua tamen, quod si reus diffinitiuè fuerit absolutus à prætenso delicto, pro quo fuit fideiussum, fideiussor statim liberatur, cum in tali casu finita sit causa, pro qua sistendus erat reus. *Cremens. sing.11. Thob. Non. conf.103. nu.4. & alij apud Honded. d. conf.111. n.35. & seq. Mantic. de Tacit. d. lib.16. tit.20. nu.10.*
42 Obserua 2. quod perempta instantia resoluitur etiam fideiussio de iudicatum soluendo. *l.2. vbi Bart. ff. Iudicat. solu.* nisi instantia esset pe-
43 rempta per desertionem appellationis, quia tunc fideiussio duraret. *Thesaur. d. decis. 202. nu.12.*
44 An verò lata prima sententia in fauorem debitoris, liberetur fideiussor de iudicatum soluendo? affirmat *Gabr. de fideiussor. concl.4. num.10.* contrarium tamen sensit *Vinc. de Franch. decis.*
45 *320. nu.7.* vbi dicit, quod fideiussor tenetur, quando Iudex appellationis postea reum condemnauit: nisi proprio nomine expressus esset Iudex, & ad eum proprio nomine habita fuerit consideratio in satisdando; tunc enim si sententiam tulerit in fauorem eius, pro quo fideiussor accessit, mutato iudice per appellationem expirat fideiussio; quia fideiussor in tali casu videtur satisdedisse de soluendo, si, & quatenus ita à d. Iudice fuerit iudicatum; & ideo eius consensus non est ad alium casum extendendus; secus esset si dictus Iudex condemnauit reum, pro quo satisdatum est; & deinde per viam appellationis causa ad alium Iudicem deuenerit: quia tunc duraret fideiussio: censetur enim idem iudicium, cum discutiendum sit tantum eo casu, an sit benè, vel malè iudicatum. *Bellemer. dec.353. Vinc. de Franch. decis.320. Thesaur. loco cit. num.14. et seq.*
46 7. Excusatur, fideiussor, qui certo tempore aliquem repræsentare promisit, si per iudicem monitus, seu citatus non fuerit ad repræsentandum: promissio enim illa de præsentando videtur habere hanc conditionem, scilicet si, & quando fideiussor iussus fuerit præsentare, quia tunc incipit currere tempus, & non ante, cum censeatur huiusmodi tempus collatum in volun-

tatem

tatem Iudicis. *Boss. d. tit. de Carcerat. fideiuss. nu.61. Roman. cons.137. nu.1. vers. praeterea &c. Rolan. cons.58. nu.14. lib.1. Vrsill. ad Afflict. decis. 234. num.1. Card. Mantic. d. lib.16. tit.20. num. 11. & 13. Osasc. decis.49. num.2.* nisi fideiussor
47 promiserit reum repraesentare etiam irrequisitus, quia tunc nulla requireretur monitio. *vt d. Farinac. d. qu.34. numer. 125. & seq. & numer. 134.*
48 8. Fideiussor datus in vno loco, non tenetur repraesentare in alio, quia promissio illa intelligitur in loco ipsius Iudicis, & non alibi, cum virtus obligationis fideiussoriae sit stricti iuris. *l. blanditus. C. de fideius. latè Rolan. cons.58. nu. 15. & seq. lib.1.* vbi etiam dicit, quod ille, qui
49 promisit, dare fideiussorem, intelligitur promisisse dare in Ciuitate, in qua promisit, & de hominibus illius Ciuitatis. *Boer. decis.99. nu.*
50 4. vbi dicit, quod si Titius vendiderit in Ciuitate Bononiae domum Caio, & inter eos actum fuerit, vt venditor teneatur pretium conuertere in emptionem praediorum, non potest venditor cōpelli ad emenda prędia in alieno territorio, quàm Bononiensi. *Farinac. d. q.34. nu.161. latè Vermigliol. cons.323. nu.2. & seq. & cons.312. nu.12. &*
51 *seq.* vbi dicit, quod fideiussio non patitur aliquam extensionem de loco ad locum, neque de
52 re ad rem, & in dubio semper est capienda in-
53 terpretatio, nè fideiussores teneatur. *ex trad. per Caball. resul. crim. cas.59. num.4. Gabr. cons. 181. nu.27. lib.1. & cons.173. n.23. lib.2. Giurb. cons.35. nu.29. Rot. deci.70. nu.3. par.1. Recent. Farinac. d. q.34. nu.182. Thesaur. decis.202. nu.*
54 13. vbi, quod fideiussio praestita in causa ciuili, non extenditur ad causam criminalem.
55 An verò cautio data coram Iudice inquirente de maleficio, duret, si ipsemet Iudex desistat ab inquisitione, & procedat per accusationem? affirmat. *Gabr. tit. de fideiuss. conclus.4. numer.13.*
56 9. Liberatur fideiussor finito officio illius Iudicis, coram quo fuit fideiussum, ità vt ab alio Iudice successore cogi non possit ad repraesentandum. *l. non à Iudice. §.1. ff. de Iudic. l. cum apud. ff. iudicat. solu. l. fin. de Pœn. Roman. cons.210. n. 1. Rolan. cons.58. nu.11. & seq. lib.1.* vbi, quod
57 fideiussio coram vno Iudice praestita, vel propter vnam causam, non trahitur coram alio, vel propter aliam causam, etiamsi firmata fuerit iuramento, quia iuramentum perpetuat quidem actio-
58 nem contra principalem promittentem, non autem contra fideiussorem. *Gabr. lib.3. tit. de fideiuss. conclus.4. nu.9. Farinac. d. q.34. num.172. Thesaur. dec. 202. num.13. Vermigliol. cons.312. num.11.*
59 Hoc tamen procedit in fideiussione data coram Iudice delegato, vel etiam coram Ordinario, dommodò in fideiussione fuerit expressum nomen Iudicis. *vt in simili diximus supra nu.45.* secus si fideiussio recepta fuerit non coram delegato, sed coram Ordinario sub nomine dignitatis: tunc enim fideiussio per mutationem Iudicis non expirat. *Roman. d. cons.210. nu.2.* vbi di-
60 cit, quod si in satisdatione est adiectum tam nomen proprium, quàm officij, tunc debet in iudicio inspici, quod nomen praecedat. *Rol. d. cons. 58. num.13. Gabr. d. tit. de fideiuss. conclus.4. num.8. Bellemer. decis.353. Farinac. d. q.34. nu.*
61 175. & seq. vbi obseruat, quod vt fideiussio dicatur concepta coram Iudice sub nomine dignitatis, non sufficit, pœnam esse stipulatam, & applicatam Camerae Principis, sed debet stipulari de mandato ipsius Principis.
62 10. Excusatur fideiussor, quando fideiussit pro reo, qui fuerat iniustè, seu indebitè captus, & sine sui culpa, tum quia cessat in tali casu fisci interesse cum reus sit in statu absolutionis. *Ant. var. lib.3. res.29. & alij apud Vermigliol. cons. 308. n.5. & seq. Boss. de Carcerat. fideiuss. nu.48.*
63 tum etiam quia contractus factus ad vtilitatem carcerantis cum iniustè carcerato non valet: carcer enim inducit iustum metum, & ideò promissio facta in carcere nullius est momenti, licèt valeat in commodum, & vtilitatem carcerati. *l. qui in carcerem, vbi Bart. & alij. ff. de eo quod met.*
64 *caus.* vnde si non valet contractus principalis, nec etiam valet contractus accessorius. *Afflict.*
65 *decis.149. per tot.* vbi etiam dicit, quod si fideiussor sine fraude soluit, repeteret eo casu solutum à principali, qui per talem fideiussoriam cautioné fuit liberatus, etiāsi ipso inuito facta fuerit talis solutio. *latè Vrsill. ibid. Capel. Tholos. dec.39.*
66 11. Excusatur fideiussor, si omnem diligentiam adhibuerit, vt principalem praesentaret, nec potuit id efficere. *l. si vebenda. §. idem iuris. ff. Ad l. Rhod. de iact. Feder. de Sen. cons.122. Dec. in l. fin. §. Labeo. n.9. & seq. ff. si cer. pet. & alij apud Cephal. cons.164. num.25. & seq. lib.2. vbi dicit, hanc esse communem, & in practica seruari, etiamsi promissioni accesserit iuramentum. Mantic. de Tacit. lib.16. tit.20. n.16. latè Afflict. decis.295.*
67 *et ibidem Vrsill.* vbi dicit, quod quando quis promisit factum, & sine culpa sua implere non potuit, excusatur à pœna, licèt contrarium sentiat *Farinac. cons.59. nu.40.* vbi dicit, quod fideiussor tenetur non obstante quacunque diligentia adhibita; sed prima sententia aequior est, & ideò ab ea non est recedendum.
68 12. Liberatur fideiussor, vbi fiscus accepit possessionem bonorum confiscatorum ipsius rei, quem fideiussor repraesentare promiserat, quia tunc confusa est actio, nec possunt fideiussori cedi actiones contra principalem, & ipse soluens repeteret ab eodem fisco. *l. in fraudem. §. si principalis, et ibi glos. ff. de Iur. fisc. l. hares à debitore. §. quod si stipul tor, et l. Vranius. ff. de fideiuss. Boss. in tit. de Carcerat. fideiuss. nu.43. Honded. cons.111. num.40. Farinac. d. qu.34. n.183.* quod procedit, etiamsi bona ad fiscum delata, non sint soluendo. *secundùm Cuma. quem refert Card. Mantic. d. lib.16. tit.20. num.27.* vbi tamen subdit, quod fideiussor in tali casu non liberatur in totum, licèt possit opponere exceptionem excussionis.
69 13. Fideiussor excusatur, quando contra reum noua non superuenerunt indicia, praesertim si
70 reus esset de iure absoluendus: nam relaxatus sub cautione de se repraesentando, causa cognita, censetur dimissus tanquam innocens, vel saltem censetur absolutus ab obseruatione iudicij, & consequenter non est iterum in carceres coniiciendus, nisi superuenientibus alijs inditijs. *iuxta communem praxim. Boss. in tit. de senten. nu.60. et 61. et in tit. de plurib. violen. num.114. et seq.*

& seq. Crauett. cons.321. nu.4. vers. non omitto
&c. vbi etiam dicit, quod absolutus in iudicio
inquisitionis, non potest amplius molestari per
viam accusationis; quia sæpius de eodem delicto
regulariter quæri non debet. Thob. Non. cons.
103. nu.5. latè Farinac. cons.59. num.1. & seq. &
n.35. cum seq. & in Pract. crim. q.37. nu.29. cum
seq. & nu.194. & seq. vbi subdit, quod licèt indi-
72 cia sint iudici arbitraria, tamen Iudex non po-
test noua inducere, & formare ex propria ceruice,
sed ea debent esse iuri conformia, & à Docto-
ribus approbata,
73 Limita, si aliqua iusta causa concurrat, vt si
Iudex in promptu habeat noua inditia, & testes,
sed dubitat, nè reus aufugiat, vel eosdem testes
subornet; tunc enim cogi potest fideiussor ad
reum repræsentandum nondum nouis inditijs in
actis deductis; immò, si ità expediat, potest iudex,
etiam non citaro fideiussore, ipsum reum in car-
cerem conijcere, vt post Clar. q.46. vers. pariter
etiam &c. obseruat Farinac. cons.59. nu.29. & q.
4. nu.25. vers. limita præcedentem ampliationem
&c. & qu.33. nu.68. subdens, quod Iudex, qui
sine causa id fecerit, non solum parti ad damna,
& interesse tenetur, sed etiam punitur,
74 14. Liberatur fideiussor, quando dantur alius
fideiussor per viam renouationis, seu loco primi,
Menoch. præsumpt.134. nu.14. et seq. lib.3. Surd.
cons.298. nu.2. et 44. lib.2. Gabr. cons.170. nu.1.
et seq. non tamen censeretur liberatus per sim-
plicem dationem alterius fideiussoris. Vermi-
gliol. cons.315. n.6. vers. nullus autem etc. Card.
Mantic. de Tacit. d. lib.16. tit.20. n.20,
75 Quæres, an possit fideiussor ad effugiendam
condemnationem pœnæ, suspicere defensionem
rei, qui aufugit, & probare illius innocentiam,
eiusque exceptionibus vti? Resp. quod aut agi-
tur de crimine, pro quo imponenda est pœna cor-
poralis, & tunc id non permittitur; aut impo-
nenda esset pœna pecuniaria, & tunc potest fide-
iussor suscipere defensionem rei, quia in tali casu
non requiritur rei præsentia, & ideò per procu-
torem admittitur. l. si eum. ff. si quis caution. l. san-
cimus. vers. sed siquidem post statutum etc. C. de
fideiuss. Gandin. de malefic. in tit. de mult. quæ-
stion. etc. n.33. in fin. Caball. resol. crimin. cas.190.
in fin. Farinac. d. q.34. num.26. et seq. et cons.228.
nu.26. et seq.
76 Notandum est autem, quod in stipulationibus
iudicialibus, seu Prætorijs semper attenditur,
quæ sit pœna delicti, nam si pœna sit corporalis,
tota pœna pecuniaria in promissione, seu fideius-
sione contenta, in casu fugæ exigi potest, quia
nulla est pecuniaria quantumuis magna, quæ
æquet pœnam corporalem etiam minimam; si ve-
rò pœna delicti sit pecuniaria, non excedens v.g.
centum aureos, tunc nihil vltra eam neque con-
tra reum, neque contra fideiussorem exigi po-
test, etiamsi promissio, seu fideiussio maiorem
contineat pœnam; ratio est, quia in huiusmodi
stipulationibus, quæ iussu Iudicis, seu Prætoris
fiunt, non attenditur, quid sit conuentum, sed
quanti verè intersit: in his enim seruatur æquitas,
quæ non permittit, vt quicquam vltra interesse
exigatur. l.2. in fin. vbi Bart. ff. si quis in ius uo-
cat. non ierit etc. vbi si non interest actoris, Prætor
pœnam remittit. Farinac. d. cons.228. n.26. et seq.
Osasc. dec.70. n.7. et seq. Vermigl. cons.312. n.10.
Caball. resol. crimin. cas.190. n.9. Card. Mantic.
de Tacit. lib.16. tit.20. nu.17. et 18. vbi etiam di-
77 cit, quod si fideiussor statim reum non præsen-
tauerit, sed paulo post, seu intra modicum tem-
pus, non tenetur ad pœnam, quia si nihil intersit,
mora purgari potest, per tex. in l. et si post tres. ff.
si quis caution. Rot. dec.371. n.3. p.1. in nouiss. pro-
ut refert Farinac. d. cons.228. nu.32. vbi, quod
78 pœna conuentionalis non exigitur nisi ad me-
tam interesse, quicquid dicat Anchar. cons.148.
Osasc. ubi supra, nu.12. Menoch. de Arb. Iud. cas.
260. nu.27. et seq. et alij.
79 Notandum 2. quod in criminalibus non admit-
titur reus ad dandum fideiussorem extra locum
iudicij; sed in loco iudicij eum præstare debet,
qui sit ciuis, vel forensis ibidem bona possidens,
vel saltem in Pouincia, dummodò locus sit sub iu-
risdictone eiusdem Iudicis, ità vt non reddatur
difficilis exactio. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff.
Qui satisd. cog. Alex. cons.57. n.6. lib.3. Farinac.
cons.165. nu.30. 35. 61. et 83. cum seq. vbi etiam
80 dicit, quod si fideiussor non est idoneus, tene-
tur Notarios in subsidium, excusso tamen prius
principali. uide Gabr. lib.3. tit. de fideiussor. con-
clus.1. nu.64. Thesaur. decis.40. nu.3. vbi, quod
81 discussio fieri non debet, quando bona sunt in
loco remoto, seu extra territorium.
81 Obserua tamen, quod Notarius, qui recepit
fideiussorem minus idoneum, non tenetur,
quando principalis est diues. Farinac. d. cons.
165. nu.23.
83 Obserua 2. quod fideiussor præstari quidem
debet in loco iudicij, quando agitur de repræ-
sentando; secus quando præstatur in executio-
nem sententiæ diffinitiuæ: hoc enim casu suffi-
cit, vt præstetur extra locum iudicij, saltem sub
eodem Præside, quia agitur tunc de soluendo pe-
nam. Farinac. d. cons.165. nu.35.
84 Obserua 3. quod quando agitur de satisdatione
necessaria, sufficit etiam extra locum iudicij sa-
tisdare. Aret. cons.87. n.2. quem refert, et sequi-
tur Farinac. d. consil.165. nu.60. vbi, quod satis-
85 datio necessaria censetur, quæ à carcerato pro
sua liberatione exigitur.
86 Notandum 3. quod saluus conductus conces-
sus alicui ad effectum eundi, vel veniendi ad ali-
quem locum, intelligitur datus etiam pro rede-
undo ex dicto loco, quia non dicitur securè ve-
nire qui securè non potest recedere. Farinac. in
Pract. crim. q.29. num.53. et cons.131. num.3. et
seq. vbi dicit, quod concesso saluo conductu cen-
setur etiam concessa licentia, seu facultas securè
transeundi per tertitotium interiacens.
87 An verò saluus conductus seruandus sit, quan-
do is, qui eum obtinuit, captus fuit extra iurisdi-
ctionem concedentis? Resp. negatiuè, nisi fortè
superior, saluum conductum habere vires extra
suam iurisdictionem, dixisset, quia tunc seruari
debet, etiamsi dari non debuisset, nè quis sub fi-
de publica decipiatur. uide Farinac. d. qu.29.
per tot.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia, & condemnatio facta iu vno territorio non facit fidem in alio territorio diuerſo: limitatur nu. 5. & 14.*
2 *Ficta confeſſio reſultans ex contumacia, et banno, praiudicat ſolum iu eo loco, et iudieio, vbi ipſum bannum exequi prætenditnr, et vbi contumacia contracta eſt, non autem alibi.*
3 *An ſententia Iudicis loci delicti faciat indicium contra condemuatum, et n. 3. 4. et 5.*
6 *An ſententia condemnatoria in vuo territorio lata, exequi poſſit per Iudicem alterius territorij, ſi requiſitus fuerit ab eo Iudiee, qui ſententiam tulit, et nn. 7. et ſeq.*
7 *Quid ſi delictum eſſet merè Eccleſiaſticum.*
8 *Et quid ſi Iudex reqniſitus, eſſet Superior.*
9 *An Iudex requiſitus poſſit procedere ad executionem ſententiæ, non examinando iuſtitiam.*
10 *Quid ſi ſententia contra reum lata fuerit, non de iure communi, ſed de iure municipali illius loci.*
11 *Contumax qnando condemnari poſſit, et n. 12.*
13 *Senteutia ſi non poteſt iu totum ſubſtineri, pro parte etiam corruit.*
Quando vnus Iudex poſſit exequi ſententiam alterius, & nu. ſeq.
Bannitus ab vno loco, cenſetur bannitus ab omnibns alijs locis Sedi Apoſtolicæ ſubiectis.

CAP. VIII.

An, & quando ſenteutia condemnatoria lata per Iudicem vnius territorij executioni demandari poſſit per Iudicem alterius territorij.

1 VT hæc quæſtio faciliùs intelligstur, aliquæ præmittendæ ſunt concluſiones.

Prima concluſio eſt, quando territoria ſunt diuerſa, ſeparata, & diſtincta, ſententia condemnatoria lata contra delinquentem in loco commiſſi delicti in contumaciam, non eſt in loco originis, vel domicilij ipſius delinquentis exequenda ex ſola inſtantia partis offenſæ, ſiue territoria ſint ſub diuerſis Principibus, ſiue ſint ſub vno, & eodem Principe, ſub diuerſo tamen Præſide Ptouinciæ; ratio eſt, quia talis ſententia, & condemnatio facta in vno territorio non facit fidem iu alio territorio diuerſo, nec probat contra condemnatum, quod commiſerit delictum. *ità Bart. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. n. 1. ff. de re iud. Boſſ. in tit. de for. cōpet. nu. 86. verſ. ſed an Iudex domicilij poſſit exeqni &c. Clar. in Pract. crimin. §. fin. q. 54. verſ. ſed pone &c. & latiùs qu. 96. verſ. item quæro nunquid Iudex vnius territorij etc.* vbi ex hoc infert, quod officialis in Ducatu Mediolani non poteſt exequi ſententiam latam per officiales iu Regno Neapolis, quia licèt ambo illa territoria ſint ſub eodem Rege Hiſpaniarum, tamen habentur tamquam dominia ſeparata. *Farinac. q. 11. limit.* 10. *n. 61.* vbi
2 etiam dicit, quod ficta confeſſio reſultans ex contumacia, & banno, præiudicat ſolùm in eo loco, & indicio, vbi ipſum baunum exequi prætenditur, & vbi contumacia contracta eſt, non autem alibi. *Caball. reſol. crimin. caſ. 161. nu. 1. et ſeq.*

3 Obſerua tamen, quod talis ſenrentia loci delicti facit indicium contra condemnatum, ità vt
4 etiam aliter nou conſtito de delicto poſſit contra eum procedi per Iudicem originis, vel domici-
5 lij, licèt non ſufficiat ad torturam. *Clar. d. q. 54. verſ. ſed poue etc. Farinac. d. q. 11. ſuu nu. 75.*
6 Secunda concluſio. ſententia condemnatoria in vno territorio lata, exequi poteſt per Iudicem alterius territorij diuerſi, & ſeparati, ad petitionem, & litteras illius Iudicis, qui ſententiam tulit. *Boſſ. d. tit. de for. comp. num. 86. Alex. in d. l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. nu. 5. Farinac. d. q. 11. limit. 10. nu. 61. Caball. d. caſ. 161. n. 8. et 9. Clar. in pract. crim. q. 96. verſ. item quæro etc. vbi de communi.*
7 Notandum tamen eſt, quod talis ſententia non ſolet exequi per Iudicem alterius territorij, niſi prius cognouetit, quod ritè, & retè lata fuerit à Iudice competente, legitimis præcedentibus inditijs, & ſecundùm iuſtitiam; & ideò videudus eſt proceſſus, vt cognoſci poſſit de validitate, & iuſtitia condemnationis, niſi delictum eſſet merè eccleſiaſticum, de quo Iudex ſæcularis nou poteſt cognoſcere, quale eſt crimen heresis. *Bald. in auth. Clericus quoque. n. 11. C. de Epiſc. & Cleric. Clar. d. quæſt. 54. in fin. Abb. iu cap. 1. de off. ordin. Cagnol. in l. cum quadam puella. uum. 33. verſ. qninto colligitur. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Card. Seraphin. dec. 723. nu. 13. Guid.*
8 *Pap. dec. 574. ſub nu. 1.* vbi ſubdit quod ſi Index requiſitus, eſſet ſuperior, poteſt etiam ſententiam reuocare. *Couar. lib. 1. var. cap. 1. nu. 10. verſ. ſed etſi iudex ordinarius &c. Boſs. in d. tit. de for. compet. uum. 87. Farinac. d. qu. 11. nn. 61. ad fin. verſ. limita rurſus præcedentem ſublimitationem &c. Vermigliol. conſ. 415. num. 1. et ſeq.*
9 poteſt tamen Iudex requiſitus, ſi vult, procedere ad executionem ſeutentiæ, uon examinando iuſtitiam, niſi fortè ſciret, illam eſſe iniuſtam; & ità exequendo nullum grauamen partibus affert; uulla enim lege cautum eſt, ex qua cogi poſſit ad cognoſcendum de iuſtitia ſententiæ Iudicis requirentis: quinimmò Doctores, qui aſſerunt, executorem poſſe examiuare nullitates, & iuſtitiã talis ſententię arbitrio executoris eam cognitionem remittunt. *arg. textus in d. l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. ibi. ſi hoc viſum fuerit. ff. de re Ind. vide Boſs. loco ſup. cit.*
10 Notandum 2. quod in tali caſu requiritur, vt ſententia lata fuerit de iure commuui Romanorum: non enim ſufficeret, quod talis condemnatio facta fuerit de iure municipali tantùm illius loci, quia Index exequendo ſuam, uon alterius inriſdictionem ſequi debet, & ſui tantùm, non alterius territorij ſtatuta attendere. *Bald. in l. vn. iu fin. C. de Confeſſ. Alex. iu d. §. ſententiam Romæ, ſub nu. 6. Boſs. tit. de ſeuten. ſub nu. 115.* niſi in loco Iudicis exequentis vigeret idem ſtatutum, in quo fundata eſt ſeutentia Iudicis, qui eam protulit, quia tunc executio facienda eſſet, prout ſi iure commmuni Romanorum atteuto ſeutentia lata fuiſſet. *vt d. Boſs. loco cit. Caball. d. caſ. 161. nu. 12. et ſeq.*
11 Notandum 3. quod contumax de iure condemnari non poteſt, niſi præcedant plenæ proba-

tiones de delicto, *ut latè probat Farinac. d. q. 11. nu. 16.* subdens, quod in Vrbe, & in statu Ecclesiastico ad id sufficiunt legitima inditia ad inquirendum, non quidem ea, quæ regulariter satis essent ad assumendas Informationes de delicto,
12 sed debent esse valdè propinqua, & immediata, grauia, & vrgentia arbitrio Iudicis. *vide Menoch. lib. 1. præsumpt. 88. n. 1. & seq.*
13 Notandum 4. quod cum de iure sententia reputetur indiuidua, ideò si in totum sustineri, pro parte etiam corruit, *l. si non sortem. §. si centum, & ibi Bart. & alij. ff. de Condict. indeb. Capic. dec. 51. num. 1. & seq. Rot. dec. 205. par. 2. Diuers. Vermigliol. cons. 415. nu. 6.*
14 Notandum 5. quod in statu Ecclesiastico semper, & indistinctè vnus Iudex potest exequi sententias capitales alterius, siue simus in vna, vel diuersis Ciuitatibus, ac Prouincijs, & sic simus sub eodem, vel diuerso Præside, quia sufficit, loca esse subiecta Sedi Apostolicæ, iuxta Constitutiones Iulij II. Leonis X. Clementis VII. Pij IV. & Pij V. contra homicidas, Bannitos, Contumaces, & alios facinorosos editas,
15 quibus cauetur, vt Banniti ab vno loco, censeantur etiam banniti ab omnibus alijs locis mediatè, vel immediatè subiectis S. R. E. ibidemque capi, carcerari, & plecti debeant. *vt post Vulpell. cons. 59. nu. 16. lib. 1. Cartar. in tract. de Execut. senten. cap. 1. n. 237. & seq. obseruat Farinac. d. q. 11. nu. 61. vers. sublimita hanc decimam &c. Caball. d. cas. 161. num. 3. quibus adde Boss. in tit. de for. compet. sub nu. 86.* vbi dicit, quod si duo Iudices essent sub eodem Præside, tunc vnus potest exequi sententiam alterius absque aliqua requisitione.

SVMMARIVM.

1 *Quando delegatus Papa, vel Principis delinquens puniatur ab Ordinario loci, & quando à delegante, & nu. 2.*
2 *Quando à sententia delegati appelletur ad delegantem.*

CAP. IX.

An delegatus Papa, vel Principis delinquens puniri possit ab Ordinario loci, in quo deliquit.

1 RESp. affirmatiuè, si delinquat extra terminos causæ delegatæ, præsertim si iam finita fuerit delegatio: quia licèt in procedendo sit maior Ordinario. *l. etsi Prator, ubi Bart. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. cap. studuisti, de offic. legat,* tamen si delinquat, Ordinario subijcitur, & ab eo punitur, quia tunc non conuenitur vt delegatus, sed vt priuatus. *Auth. ut Iudi. sine quoq. suffrag. &c. §. uolumus, ubi etiam Bart. & ità sensit etiam Bald. in auth. qua in Prouincia. n. 10. Cod. ubi de crim. ag. opor. Capel. Tholos. dec. 423. & ibidem Aufrer. in addit.* vbi dicit, quod Præses Prouinciæ permittere non debet, vt delegati à Principe aliter vtantur sua potestate, quàm in suis litteris continetur: & si formam earum excedant, potest eis resistere. *latè Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 17. nu. 26. uers. undecimò extende. tom. 1.* subdens, quod si delegatus circa ipsam causam delegatam delinqueret, vt si pecunia fuisset corruptus, vel per fraudem, & sordes pronunciasset, tunc non posset puniri ab Ordinario, sed à delegante, quia circa materiam, & concernentia dictam causam delegatus maior est quocunque Ordinario, & in omnibus est subditus quoad illam causam delegan-
2 ti, & ab eo ad delegantem appellatur. *Barbat. in addit. ad Bald. loco cit. in apostil. in uer. ultimò, sub litt. A. Caball. resol. crim. cas. 53. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Qua pœna puniatur aleatorum receptator, & n. 2. 3. 4. & 7.*
3 *Collusores inter se percutientes occasione ludi, an possint se accusare.*
4 *Frequentia ludi iudicatur non ex uno actu ludendi continuato una die sola, sed ex diuersis temporibus.*
5 *Actio ciuilis an denegatur aleatorum receptatori.*
6 *Quando res subtracta in pauperum usus erogari debeat.*

CAP. X.

Qua pœna puniatur aleatorum receptator.

1 VArijs quidem pœnis aleatorum receptator in iure punitur; nam si tenens ludum, vetbetetur, ex tali iniuria nulla actio oritur, nec punitur iniurians, aut damnum illi inferens, siue eo tempore è domo eius aliquid subtrahens. *l. 1. ff. de Alea lusu, & aleator.* & vltra pecuniariter arbitrio Iudicis punitur. *Bonifat. de Vitalin. in tit. de ludo azard. nu. 15.*
2 Obserua tamen, quod vt prædictæ pœnæ locum habeant, requiritur, vt publicè is locus aleatoribus pateat. 2. quod id non semel, sed pluries, & pluries obseruatum sit: nam si semel incidenter id euenisset, non posset quis dici aleatorum receptator; quemadmodum nec aleator dicitur is, qui semel tantùm luserit, sed ex frequentia, idemque dicendum est de mercatore, meretrice, & similibus. 3. quod retineat domi ludũ lucri, & emolumenti causa, non autem causa recreationis. 4. vt damnũ, seu furtum, & iniuria illata retinenti ludum in domo sua, prouenerit occasione ludi; secus si alia occasione. 5. quod damnum, & iniuria facta fuerit tempore ludi, & in illo loco: secus si alio tempore, vel in alio loco. 6. quod scienter domi suæ ludum retineat. 7. qod damnum fuerit illatum in re ipsius, qui domi ludum retinet, secus si in re alterius;
3 vnde iniuria, seu furtum commissum etiam inter collusores punitur. *glos. & DD. in d. l. 1. ff. de Alea lus. & aleator. Farinac. in Pract. crim. qu. 109. nu. 151. & seq. Azo. in sum. C. de Relig. & sumpt. fun. &c. num. 28. Bonifac. de Vitalin. loco cit. nu. 7. 10. & 12. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 399. num. 18. et seq. & cas. 400. nu. 16. cum seq.*
4 Notandum tamen est, quod non denegatur accu-

accusatio aleatorum receptatori, quando iniuria, vel damnum esset graue; quemadmodum etiam collusores se se percutientes occasione ludi possunt accusare, quando offensio est grauis. *vt d. Farinac. & alij DD. citati.*

Notandum 2. quod frequentia ludi non iudicatur ex vno actu ludendi continuato vna die sola, etiamsi varijs ludis, & cum varijs, & diuersis personis quis luserit: sed ex diuersis temporibus, ità vt constet, eum consueuisse in vno ludo vitam agere. *Bart. in l. inficiando. §. infant. n. 5. ff. de furt. Menoch. d. cas. 399. num. 21.*

5 Notandum 3. quod tali receptatori pœnalis, seu criminalis actio tantùm denegatur, non autem actio ciuilis. *vt d. l. 1. §. quod autem. ff. de Alea lus. & aleator. Menoch. d. cas. 399. num. 23.*

6 *Sylu. in ver. ludus. n. 9.* vbi dicit, quod subtrahens in conscientia rem subtractam retinere non potest; non tamen receptatori restituere tenetur, quia lex eum priuat in pœnam, & ideò in pauperum vsus res subtracta erogari debet. *arg. cap. cum tu, de Vsur.*

7 Notandum 4. quod is, qui grauiter offendit eum, qui domum, & aleas ad ludendum paratas habet, puniri quidem debet, vt supra, non tamen pœna ordinaria, seu arbitraria, quia tunc offendens pro excessu punitur. *Caccialup. in tract. de Ludo. nu. 70. quem refert, & sequitur Menoch. d. cas. 400. nu. 17. & sensit etiam Farinac. d. q. 109. nu. 168.*

S V M M A R I V M.

1 *Notarius condemnatus in vno loco, an possit alibi officium notariatus exercere.*

2 *Qua pœna puniatur faciens instrumenta, si nunquam fuerit notarius, vel si fuerit officio priuatus.*

C A P. XI.

An Notarius condemnatus in vno loco, possit in alijs locis instrumenta conficere.

1 RESp. quod Notarius condemnatus in vno loco, si efficiatur infamis, vel amittat ea, quæ sunt iuris ciuilis, & sic statum, & bona, non potest in alijs locis instrumenta conficere, quia tunc desinit esse Notarius. *Bald. in l. quod ait Prætor, in addit. circa fin. ff. de His, qui not. infam. Afflict. dec. 6. nu. 4. Caball. resol. crim. cas. 66. nu. 1. & seq.* vnde Notarius ex adulterio deportatus, vel condemnatus ob crimen læsæ maiestatis, vel rebellionis, non potest in alia Prouincia notariatum exercere, quia in tali casu amittit omnia, quæ sunt iuris ciuilis. *l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. l. quisquis. C. Ad l. Iul. maiest. l. e. §. fin. ibi, deportatos. ff. de Bon. poss. con. tab.*

2 Notandum est etiam, quod faciens instrumenta tamquam Tabellio, cum non sit, nec antea fuerit, punitur pœna mortis; si verò semel fuit, & postea priuatus, non punitur pœna mortis, sed alia mitiori Iudicis arbitrio, quia in tali casu iuuatur primordio veritatis. *Boss. in tit. de fals. nu. 131. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 320. num. 9 latè Marsil. sing. 35.*

S V M M A R I V M.

1 *Quando forenses in alieno territorio delinquentes, puniantur secundùm pœnas statutorum illius loci, & quando excusentur, & n. 5. & seq.*

2 *Delinquens efficitur de iurisdictione loci, vbi delinquit.*

3 *Delictum, quod de nouo inducitur per statutum, non trahitur ad actum perpetratum extra territorium.*

4 *Excommunicatio, vel alia censura, non ligat probabiliter ignorantes.*

5 *Pœna statutaria infligens pœnā mortis, an procedat contra forensē delinquentem in loco statuti.*

6 *Statutum prohibens, nè vendantur carnes, vel pisces infecti, ligat forensem etiam ignorantem tale statutum.*

7 *An statutum prohibens, nè extrahatur frumentum, comprehendat forensem ingnorantem.*

8 *Merces aliunde delata in aliquem locum, possunt exportari extra illius territorium non obstante Edicto Curiæ.*

9 *Quid si forensis in genere sciat, adesse statutum prohibitiuum.*

10 *Et quid si forensis tantam moram traxerit in loco, vt verisimiliter prohibitionem sciuerit, vel scire debuerit, vel si actus communiter sit prohibitus in alijs locis.*

11 *An pœna temperanda sit in casu supina, vel crassa ignorantia, vel quando dubitatur de scientia, vel ignorantia.*

12 *Quando ex coniecturis, & præsumptionibus etiam violentis iudicatur in criminalibus, Iudex debet temperare sententiam, & minorare condemnationem.*

13 *Exteri transeuntes per aliena territoria, si arma deferant, excusantur à pœnis impositis per statuta locorum, & nu. 16.*

14 *Itinerantes, & nauigantes possunt arma impunè deferre secundum ius commune, & nu. 16.*

15 *Retinens domi arma probibita, de consuetudine non punitur.*

16 *Clericis transeuntibus per loca periculosa, licitum est arma deferre pro sui defensione.*

17 *Iudex originis, vel domicilij delinquentem in alieno territorio tenetur punire secundùm statuta loci delicti, si de eis notitia haberi potest, sin minus secundum ius commune.*

18 *An, & quando statuta, quæ respiciunt litis decisionem porrigantur ad ea, quæ extra territorium comittuntur.*

C A P. XII.

An forenses delinquentes in alieno territori, puniri possint secundùm pœnas statutorum eiusdem loci.

1 RESp. quod aut delinquunt in his, quæ sunt delicta de iure naturali, gentium, vel ciuili, & tunc puniuntur secundùm pęnas statutorum loci, vbi delinquunt, nec excusantur ignorantia dictorum statutorum, cum faciant actum

etiam cessantibus statutis prohibitum; ratio est,
2 quia ratione loci, in quo delictum committunt,
efficiuntur de illa iursdictione. *cap. vt animarum. §. statuto, vbi DD. de Constit. in 6.* aut delinquunt
in his, quæ de iure communi non sunt delicta,
sed tantùm secundùm statuta loci commissi delicti, & eo casu non puniuntur secundùm dicta
statuta, sed ab eorum pœna excusantur, nisi
tantam ibi traxerint moram, vt verisimiliter potuerint scire. *Bart. communiter receptus in l. cunctos populos. n. 20. 45. & seq. C. de Sum. Trin. latè Coru. cons. 32. num. 3. & seq. lib. 4.* vbi di-
3 cit, quod statutum, per quod de nouo inducitur
delictum, non trahitur ad actum perpetratum
extra territorium. *Gandin. in tract. de malefic. tit. de Pœn. reor. nu. 16. & in tit. de reb. non portan. contra deuet. nu. 7. Boss. in tit. de Pæn. num. 18. & seq. Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 85. vers. secundus est casus &c. Vincen. de Franch. decis.*
4 *521.* subdens, quod pœna spiritualis, qualis est
excommunicatio, non ligat probabiliter ignorantes etiam in actu iure communi prohibito, &
damnato. *& ità senserunt alij apud Caball. resol. crimin. cas. 129. nu. 2. & 9. & 13. cum seq.*

5 Ex quo infertur 1. quod statutum imponens
pœnam mortis pro primo furto contra ius commune, comprehendit forensem, etiamsi ignorantiam habeat dicti statuti, cum faciat actum
alioquin de iure communi prohibitum *secundum Vinc. de Franch. d. decis. 521. Gandin. d. tit. de Pœn. reor. & alios apud Caball. d. cas. 129. nu. 3. & seq.* quorum sententia mihi admodum dura videtur; & ideò, vbi agitur de pœna mortis, arbitror eam esse commutandam in aliam mitiorem. *ad not. per DD. in l. sanctio legum. ff. de Pœn.*

6 Infertur 2. quod statutum prohibens, nè vendantur carnes, vel pisces infecti, vel alia humano
generi nocina, ligat etiam forensem ignorantem
tale statutum, cum id ius naturale, & commune prohibeat. *l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. Praef. Vrb. & tradunt DD. apud Caball. d. cas. 129. nu. 13. & seq.*

7 Infertur 3. quod statutum prohibens sub certa
pœna, nè extrahantur à territorio frumentum,
vinum, oleum, animalia, vel aliæ res, non comprehendit forensem extrahentem, statutariæ prohibitionis ignarum, nisi scientia statuti probetur. *Gandin. d. tit. de Pœn. reor. sub num. 16. & d. tit. de reb. non portan. contra deuet sub n. 7.* vnde data ignorantia huiusmodi prohibitionis non
amittuntur res, nec animalia, quibus res ipsæ extrahuntur. *Caball. loco cit. n. 5. & seq.*

8 Obserua tamen, quod merces aliunde delatæ
in aliquem locum possunt exportari extra illius
territorium, licèt aliæ similes de illo territorio
exportari non possint propter bannum, vel edictum Curiæ. *Caball. loco cit. nu. 23.*

9 Obserua 2. quod ad incurrendam pœnam statuti satis est; vt forensis in genere sciat, adesse
statutum prohibitiuum, licèt nesciat qualitatem
pœnæ à statuto impositæ. *Couar. in cap. alma mater. §. 10. nu. 8. & seq. quem refert et sequitur Caball. d. cas. 126. nu. 9.*

10 Obserua 3. quod si forensis tantam moram traxerit in loco, vt verisimiliter prohibitionem sciuerit, vel scire debuerit, vel actus communiter
est prohibitus in alijs locis, vt est extractio frumenti, quæ per totam Italiam est prohibita, contrauenendo tenetur ad pœnam statuti: tum quia
ignorantia crassa, & supina quoad obligandum,
scientiæ comparatur, tum etiam quia sciens contraueniendo delinquit, & ratione delicti efficitur
de foro loci. *Bart. in d. l. cunctos populos, sub n. 20. Gandin. locis cit. Boss. d. tit. de Pœn. num. 20. Clar. q. 82. in septimo statuto circa blada. vers. quæro nunquid talia statuta etc. et q. 85. vers. sed quid si delictum etc.*

11 Obserua 4. quod in casu supinæ, vel crassæ ignorantiæ, & quando dubitatur de scientia, vel ignorantia, pœna temperanda est. *ex not. per Bart. in d. l. cunctos populos. sub n. 20. Clar. d. q. 85. vers. sed quid si delictum etc.* vbi dicit, quod in tali casu standum est Iudicis arbitrio, qui inspecta facti, & personarum qualitate pro sua religione
decernet, an forensis plectendus sit pœna statuti,
vel in totum excusandus, vel saltem pœna ex aliqua parte temperanda. *Caball. d. cas. 129. num.*
12 *17. et seq.* vbi etiam obseruat, quando ex coniecturis, & præsumptionibus etiam violentis iudicatur in criminalibus, Iudex debet temperare
sententiam, & minorare condemnationem, quæ
alioquin imponeretur. *ex trad. per DD. in l. 1. ff. si cert. pet vbi præcipuè Dec. in 2. lectur. nu. 60. et seq. Cepoll. cons. crim. 27.*

13 Obserua 5. quod exteri transeuntes per aliena
territoria, si arma deferant, excusantur à pœnis
impositis per statuta locorum contra deferentes
14 arma, quia itinerantes, & nauigantes possunt
arma impunè deferre secundùm ius commune.
vt constat ex l. 1. ff. Ad l. Iul. de vi publ. et obseruat. Clar. q. 82. ad sextum statutum circa delationem armorum. vers. item quæro nunquid etc. et
15 *vers. sequen.* vbi etiam dicit, quod retinens domi arma prohibita, de consuetudine non punitur. *Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 3. de Probib. vsu armor. num. 34. uers. limitatur 2.*
16 vbi addit, quod etiam clericis transeuntibus
per loca periculosa licitum est arma deferre pro
sui defensione. *Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 394. n. 58. et seq.* vbi dicit, quod viatores etiam
per Vrbes transeuntes, vel etiam in illas se conferentes habitandi causa, vel dum ostium propriæ domus exeunt peregrinationis gratia, arma ferre possunt, libera, non autem ligata. *ut obseruat etiam Caball. d. cas. 129. numer. 20. et seq.*

Hoc tamen intelligendum est de ensibus: nam
pugiones, & archibusios, cum per totam Italiam
prohibiti sint, non liceret exteris per transitum
deferre absque priuilegio. *uide Caball. loco cit. nu. 22.*

17 Obserua 6. quod Iudex originis, vel domicilij
tenetur punire delinquentem in alieno territorio, non secundùm statuta loci originis, vel domicilij, si simpliciter loquantur de delinquente,
sed secundùm statuta loci delicti, si de eis notitia
haberi potest; sin minus secundùm pœnas à iure
communi inflictas. *Bart. in d. l. cunctos populos,*
18 *sub nu. 48.* vbi dicit, quod statuta, quæ respiciunt litis decisionem, non porriguntur ad ea,
quæ extra territorium commissa sunt, nisi expressè disponant de eo, quod Ciuis facit etiam extra territorium. *Bald. cons. 124. nu. 1. uers. item considera &c. libr. 5. latè Clar. in Pract. crim. q. 85.*

q.85. uers. tertius est casus &c. ubi de communi Corn. cons.232. nu.3. uers. & hinc est &c. lib.4. et alij apud Caball. cas.162. nu.31. et seq.

S V M M A R I V M.

1 *Committens delictum in loco exempto, an, et quando possit ab Episcopo puniri, et numer. 5. et 6.*
2 *Exemptum esse, et nullius iurisdictionis esse, differunt.*
3 *Iudex laicus potest punire reum, qui in Ecclesia deliquit.*
4 *Subditi Episcopi, qui intra Religiosorum Monasteria delinquunt, possunt ab eodem Episcopo puniri.*
7 *Quando Regulares delinquentes extra Monasterium puniri possint ab Episcopo.*
8 *Quando Regularis dicatur degere extra monasterium, et quando non.*

CAP. XIII.

An is, qui commisit delictum in loco exempto possit ab Episcopo puniri.

1 RESP. quod aut locus huiusmodi est intra eiusdem Episcopi diœcesim, & tunc delinquens potest ab Episcopo puniri *cap. cum Episcopus, de offic. ordin. in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos.43. nu.187. Ricc. in Prax. par.4. res.108. latè Rot. dec.207. nu.2. et seq. par.2. Diuers.* vbi, quod exemptum esse, & nullius iurisdictionis esse, differunt; quia locus nullius iurisdictionis nec est in Diœcesi, nec de Diœcesi; locus verò exemptus, licet non sit de Diœcesi, adhuc tamen est in Diœcesi; & hoc discrimen constituit Concilium Tridentinum *sess. 21. de ref. cap.8. et sess. 24. cap.9.* vbi loca exempta per Episcopum, in cuius diœcesi sunt, vti Apostolicæ Sedis delegatum; præcipit visitari; quæ verò nullius iurisdictionis sunt, per viciniorem.

3 Eadem ratione iudex etiam sæcularis punire potest reum, qui in Ecclesia deliquit: quia licèt locus sit sacer, & exemptus à Iurisdictione Principis sæcularis, non tamen desinit esse de territorio ipsius Principis, *Coccin. dec. 346. num. 8. Sperell. decis.51. num.28. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.102. nu.75. par.3. Clar. in Pract. crim. §. fin. q.38. nu.18.*

4 Ex quo infertur, quod subditi Episcopi, qui intra monasteria Religiosorum delinquunt, possunt ab eodem Episcopo puniri: hæc enim monasteria exempta non sunt, nisi præcisè quantum ad Religiosorum personas. *ità Corneio in 3. par. tract.5. de Cens. in gen. disp.6. dub.2. Nald. in sum. ver. exemptio. num.5. Hurtad. de Cens. in comm. diff.8. nu.33. Dian. res. mor. par.5. tract. 9. de Excom. res.66. diximus supra lib.1. cap.4. n.26. & seq. quicquid in contrarium sentiat Marcell. Vulp. in Prax. for. Eccles. cap.1. num.32. & alij.*

5 Aut talis locus situs est in loco exempto, & tunc is, qui in eo loco delinquit, non potest ab Episcopo puniri. *Barbos. de offic. & pot. Episc. par.3. alleg. 102. nu.75.* nisi talis exemptus delin-
6 queret in diœcesi Episcopi, seu in loco non exempto, quia tunc posset ab Episcopo puniri. *cap. 1. §. fin. de Priuil. in 6. Bart. in l. beneficium. nu.5. ff. de Constit. Princip. Rol. cons.24. per tot. vol.2. Couar. pract. quæst. cap.11. num.5. Capic. dec.59. in fin. Card. Seraphin. decis. 1058. nu.6. Ricc. in Prax. par.4. resolut.107.*

7 Notandum est etiam, quod licèt Regulares extra monasterium degentes, ab Ordinario, si delinquant, puniri possint, tamen si intra clausuram viuant, & extra eam delinquant, à suis Superioribus puniendi sunt, ità vt non possit Episcopus huiusmodi Regulares delinquentes in suis carceribus detinere, sed statim remittendi sunt, etiamsi Superior nullam faciat instantiam. *vt constat ex Concilio Tridentino sess.25. de Regular. cap.14. & sess.6. de ref. cap.3. & resoluit Sac. Congregatio, teste Ciarlin. contr.50. num.2. et 10. lib. 1.* vbi, quod in tali casu potest Episcopus capere informationem super delicto huiusmodi Regularium, illamque transmittere, vel offerre eorum Superioribus cum præfinitione termini ad docendum de punitione.

8 Dicitur verò Regularis degere extra monasterium, qui moram trahit in aliquo loco, vbi non viget regularis obseruantia, etiamsi maneat in domo deputata ad erectionem monasterij. *iuxta decretum Sac. Congregationis, quod referunt Piasec. in Prax. Episc. par.2. cap.3. num.42. Ciarlin. d. contr.50. num.6. et seq. Barbos. de offic. et pot. Episc. par.3. allegat. 105. num.16.* subdens *num. 17.* quod si Regularis maneat de licentia Superioris sub regulari obseruantia in aliquo membro, vel grancia sui monasterij pro Religionis seruitio, si delinquat non ab Ordinario, sed à suo Superiore puniri debet. *secundùm formam Concilij d. sess.25. de Regular. cap.14.* quia cum Superior illi licentiam dare possit. *vt ex eodem Concilio d. sess. 25. cap.4.* & dicta loca sint membra, & dependentia à suis monasterijs, censentur eodem iure, & gaudent priuilegijs suorũ monasteriorum, *cap. recolentes §. cæterum, de Stat. Monach.* eadem ratione qui cum licentia Superioris ad tempus morantur extra monasterium ex causa prædicationis, vel confessionis, vel eleemosinæ quærendæ, non dicuntur degere extra monasterium; & ideò si interim delinquant, non puniuntur ab Ordinario. *vt post Roder. qq. can. et reg. tom.2. qu.2. art.8. vers. animaduertendum etc. obseruat Ciarlin. d. controu. 50. ante nu.4.*

S V M M A R I V M.

1 *Sacerdos sollicitans pœnitentem in confessione, qualiter puniatur.*
2 *An in dubio præsumatur, Confessarium protulisse verba animo prouocandi ad libidinem.*
3 *An pœnitens teneatur denunciare Confessarium, qui ad alia peccata non venerea sollicitauit.*
4 *An pœnitens teneatur denunciare eum, qui dum sollicitauit, non erat Sacerdos.*
5 *An pœnitens teneatur denunciare Confessarium, qui iamse emendauit.*
6 *An pœnitens teneatur denunciare Confessarium, si eidem sollicitanti consensum prabuit.*
7 *An pœnitens teneatur denunciare Confessarium,*

qui cum eodem pœnitente inhonestos sermones, siue tractatus habuit.

8 *An Confessarius à fœmina sollicitatus, teneatur eam denunciare.*

9 *An Ordinarij locorum possint procedere contra Regulares sollicitantes.*

10 *An crimen sollicitationis probetur testibus singularibus.*

Fractio sigilli confessionis qualiter probetur. ibidem.

11 *An Inquisitores cogere debeant sollicitantem ad abiurandum.*

12 *An pœnites absolui possit à peccatis, antequam denunciet.*

CAP. XIV.

De Confessore sollicitante mulieres ad turpia.

1 SAcerdos etiam regularis, cuiuscunque ordinis ille sit, sollicitans siue verbis expressis, siue tacitis mulierem in confessione, suspectus est de hæresi, & ideò potest inquiri ab Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem, qui illum culpabilem repertum condigna pœna punire debent pro criminum qualitate, & circumstantijs, videlicet suspensione ab executione ordinis, priuatione beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & passiuæ, si regularis fuerit, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, alijsque pœnis etiam grauioribus vsque ad degradationem inclusiuè, si pro delicti enormitate tales pœnas meruerit. *ex constitutionibus Pij IV. incip. Cum sicut, sub die 16. Aprilis 1561. Gregorij XV. incip. Vniuersi Dominici gregis. 30. Augusti 1622.* vbi prædictas pœnas extendit ad sollicitantem etiam masculos ad actus turpes. *vide Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 40. nu. 41. & seq. Quaran. in ver. confessor. vers. ampliatur &c. Cherubin. in compend. Bullar. ad constit. 31. Pij IV. schol. 1. & 2.* vbi quod easdem pœnas incurrit Confessor delinquens extra actum confessionis, si actus sit proximus, ex identitate rationis. *Bonacin. in tract. de oner. & obligat. denuncian. &c. disp. 6. pun. 3. nu. 6.* vbi dicit, quod pœnitens tenetur denunciare Confessarium ad inhonestos actus sollicitantem, siue Confessarius tentauerit prouocare, seu allicere pœnitentem ad peccandum secum, siue cum tertia persona: siue tentauerit in actu confessionis, siue ante, siue post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis, siue confessio, vel absolutio secuta fuerit, siue non: immò etiam extra occasionem confessionis, si Confessarius sollicitauerit in confessionario, seu in loco, vbi confessiones audiuntur, seu electo ad confessiones audiendas. *vt constat ex d. constit. Greg. XV. ibi, qui personas, quæcunque illæ sint &c.*

2 Sed quæres, an in dubio præsumatur, confessarium protulisse verba tacita animo prouocandi ad libidinem, vt si pœnitentem laudauerit à venustate, pulchritudine, morum elegantia, & his similibus? negant nonnulli DD. quorum sententiam probabiliorem dicit *Bonacin. loco cit. d. pun. 3. nu. 5.* sed alij contrarium sentiunt, quia fortissima præsumptio desumitur à communiter accidentibus: communiter autem accidit, vt fœminæ, & adolescentes his verbis alliciantur, prouocentur, & subuertantur. *ità Rodericus à Chuna in tract. de Confessar. sollicit. q. 7. num. 15. & seq. Sanctarell. in tract. de Hæres. cap. 44. num. 9.* quæ quidem sententia corroboratur *ex cap. perniciosum. 18. q. 2. & cap. Clericus. dist. 81.* vbi sola confabulatio cum fœmina in deteriorem partem accipi solet.

3 Quæres 2. an pœnitens teneatur vi prædictarum constitutionum denunciare Confessarium, qui ad alia peccata non venerea sollicitauit, vel prouocare tentauit? Resp. negatiuè, tum quia Summi Pontifices loquuntur de sollicitantibus ad inhonesta; nomine autē inhonestorum per antonomasiam, & ex communi loquendi vsu intelliguntur peccata venerea: tum etiam quia in delictis non est facienda extensio. *cap. in pœnis, de reg. iur. in 6. l. interpretatione. ff. de Pœn. Roder. à Chuna q. 8. n. 6. & seq. Sanctarell. cap. 46. nu. 1. & alij apud Bonacin. d. disp. 6. pun. 3. nu. 7. vers. limitatur tamen &c. & n. 13. quicquid in contrarium asserat Pen. in Direct. Inquis. 2. p. comm. 8. vers. ille quoque &c.*

4 Quæres 3. an pœnitens teneatur denunciare laicum, vel clericum sollicitantem, qui tunc temporis non erat sacerdos, licèt finxerit, se esse talem? Resp. negatiuè, quia prædictæ constitutiones loquuntur de sacerdotibus sollicitantibus. *vt post Sanctarell. cap. 46. nu. 9. docet Bonacin. d. pun. 3. nu. 8. Dian. resol. mor. par. 1. tr. 4. resol. 15.*

5 Quæres 4. an pœnitens teneatur denunciare Confessarium, qui iam se emendauit? negat *Roder. à Chun. q. 3. num. 15. & seq.* quia obligatio edictorum præcipientium, aliquem denunciari, cessare videtur posita emendatione delinquentis, sicut cessante causa cessat effectus; causa autem denunciandi hæc videtur esse, vt Confessarius emendetur, & non amplius sacramento confessionis abutatur; vnde secundùm hanc sententiam pœnitens ab hoc onere eximitur, si Confessarium post sollicitationem statim pœniteat, vel si elapsum iam sit triennium, quo temporis spatio præsumitur emendatio, & multo magis si talis confessarius ob aliorum delationem iam conuictus, vel confessus abiurauit. *vide Seraph. de Freitas in addit. ad Roderic. à Chun. d. q. 3. num. 32. & seq. Mascar. conclus. 600. nu. 14. Farinac. in Prax. q. 13. nu. 16.*

Sed alij contrariam sententiam rectiùs tenent, quia denunciatio, & inquisitio contra huiusmodi delinquentes iudicialiter fieri debet, nec solum instituta fuit ad emendationem delinquentis, sed etiam in pœnam, vt tam ipse, quàm cæteri metu pœnæ ab huiusmodi crimine retrahantur; vnde nec tenetur pœnitens correctionem fraternam præmittere, sed statim denunciare debet. *Henriq. lib. 6. cap. 24. num. 10. Bonacin. d. disput. 6. pun. 3. num. 9. & 15.* vbi subdit, quod pœnitens tenetur adhuc confessarium denunciare, etiamsi talis confessarius confessus, vel conuictus de prouocatione alterius pœnitentis, abiurauerit, quia talis confessarius non censetur sufficienter punitus, cum grauiores pœnas pro pluribus delictis,

lictis, quàm pro vno rependere debeat. *ex trad. per Roias de Hartt. 2. par. assert. 49. & seq. vide quæ scripsimus in tract. de Regim. Eccles. li. 6. cap. 6.*

6 Quæres 5. an pœnitens teneatur denunciare confessarium, quando eidem sollicitanti consensum præbuit, seu peccatum cum ipso perpetrauit: negat *Roderic. à Chuna qu. 19.* prædictæ enim constitutiones non videntur obligare in casu, quo imminet graue damnum, & incommodum vitæ, honoris, & famæ, præsertim quia nullus obligari potest ad detegendam suam turpitudinem. *cap. si quis aliquando, de Pœnit. dist. 1.*

Sed alij contrarium substinent, quorum opinio congruentioribus fulcitur rationibus: pœnitens enim non obligatur ad detegendam propriam turpitudinem, sed tantùm ad manifestandum confessarium, qui sollicitauit; vnde non tenetur, dicere, se consensum confessario sollicitanti præbuisse, vel cum ipso peccasse, sed hoc reticere potest; nec debent Inquisitores, aut Episcopi pœnitentes interrogare, an ipsi consenserint, & quatenus ità interrogentur, non tenentur respondere, immò possunt negare, se consensisse, addita tamen in mente aliqua restrictione, vt teneantur dicere; præterea pœnitens, qui volens, aut imprudens crimen patratum cum confessario manifestauit, non ob id puniendus est quia denunciatio, non præcipitur, vt pœnitens puniatur, sed Confessarius, qui pœnitentem sollicitauit: *ità Sanctarell. in tract. de Hæres. cap. 44. n. 12. & alij apud Bonacin. d. pun. 3. nu. 10. & seq.* vbi obseruat, quod præcepta etiam humana aliquando obligant cum graui incommodo, dum ità postulat bonum communitatis, vel religionis vt in casu nostro. *Lezan. in Sum. qq. reg. to. 1. cap. 19. nu. 34.*

7 Quæres 6. an pœnitens teneatur denunciare confessarium, qui pœnitentem non sollicitauit, seu prouocauit ad turpia, sed cum eo inhonestos sermones habuit? Resp. affirmatiuè; *vt constat ex Constit. Greg. XV. ibi, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, & obseruat etiam Bonacin. loco cit. d. pun. 3. num. 11. & 19.*

8 Quæres 7. an Confessarius à fœmina in confessione sollicitatus teneatur fœminam Sancto Inquisitionis Officio deferre? Resp. negatiuè, quia prædictæ Constitutiones editæ sunt ad comprimendam confessariorum audaciam, & de confessarijs sollicitantibus, non autem de fœminis sollicitantibus confessarios loquuntur; vnde nec pœnitens tenetur denunciare confessarium, quem ipse pœnitens sollicitauit, & ad peccatum aliquod venereum induxit. *Roderic. à Chun. q. 9. n. 3. & q. 11. num. 4. vbi etiam Seraphin. de Freitas nu. 24. Sanctarell. cap. 46. num. 2. & 4.* quod quidem procedit, quando fœmina turpem suum amorem confessario significauit animo ipsú prouocandi, & confessarius occasionem inde arripuit turpem aliquem actum cum ea exercendi; secus si hoc aperiat confessario animo confitendi, seu se accusandi de prauo illo affectu, & confessarius occasionem inde assumat explendæ libidinis, hoc enim casu confessarius dicitur sollicitare pœnitentem, & ideò est denunciandus. *vt rectè sensit Bonacin. d. pun. 3. nu. 17.*

9 Quæres 8. an loci ordinarius possit procedere in huiusmodi crimine sollicitationis etiam contra Regulares, & exemptos? Resp. affirmatiuè. *ex Constit. Greg. XV. ibi, & præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorum ordinarios &c. vide Bonacin. d. pun. 3. numer. 23.*

10 Quæres 9. an delictum huiusmodi probetur testibus singularibus? Resp. affirmatiuè, concurrentibus tamen præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis; vnde plenè probatur per plures fœminas, quæ singulæ seorsim affirment, se à confessario fuisse in confessione sollicitatas; quemadmodum fractio sigilli confessionis per testes etiam singulares plenè probatur, & ità expressè decernitur *in d. Constitut. Greg. XV. ibi, dantes etiam facultatem &c. vide Suar. de Pœnit. disp. 33. sect. 8. num. 3. Henriq. lib. 6. c. 19. nu. 10. Roderic. à Chun. qu. 21. num. 10. Bonacin. d. pun. 3. num. 25. & 26.* vbi subdit, quod tale delictum minimè probatur testimonio duarum tantùm fœminarum.

11 Quæres 10. an Inquisitores cogere debeant confessarium sollicitantem ad abiurandum? Resp. affirmatiuè, quia confessarius sollicitans est suspectus de hæresi, vt supra diximus; suspectus autem de hæresi cogi debet ad abiurandum. *Sanctarell. cap. 44. num. 3. Roderic. à Chun. qu. 24. n. 12. Menoch. de Arbitr. cent. 4. casu 372. Bonacin. loco cit. num. 28.*

12 Quæres 11. an pœnitens absolui possit à peccatis, antequam denunciet? negat *Auila de Censur. par. 2. cap. 7. dub. 7.* Alij tamen asserunt, pœnitentem esse absoluendum, si firmiter promittat, se denunciaturum, & adsit causa, propter quam prudenti confessario videatur, denunciationem esse differendam, vt si necessitas communionis vrgeret, & persona sit timoratæ conscientiæ &c. *vide Zanard. in Director. Theol. par. 2. præcep. 2. cap. 11. in fin. Eman. Rodriq. in sum. tom. 2. cap. 34. num. 6. Peirin. in Priuil. Minim. tom. 1. constitut. 4. Greg. XV. §. 9. num. 24. Sanctarell. d. tract. de Hæres. cap. 9. dub. vlt. nu. 16. in fin.* vbi, quod sufficit propositum denunciandi, etiamsi denunciandus esset hæreticus. *Sanc. in select. disp. 11. num. 62. Portell. in addit. ad dubia regul. in ver. sollicitare fœminas nu. 24. Ortiz. in sum. cap. 24. num. 11. Dian. par. 1. resol. mor. tr. 4. resol. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Fur puniri potest in eo tantùm loco, in quo rem furatus fuit, non autem alibi, etiamsi reperiatur cum re furtiua, & num. 2. et 5. limitatur num. 7. et 20.*

2 *Fur potest vbique capi, sed remittendus est ad locum furti, et num. 6. 8. et 12.*

3 *An res furtiua possit ab ipso fure intra Ecclesiam auferri per vim, vt Domino restituatur, et num. 6.*

4 *An fur, in Ecclesia furtum committens gaudeat Ecclesiæ immunitate.*

5 *Et an possit carcerari, & puniri à Iudice Ecclesiastico. ibidem.*

6 *Quilibet Iudex contra furem procedere potest quoad*

quoad restitutionem rei furto ablata.

7 *Vagabundus vbique locorum potest tam criminaliter, quàm ciuiliter conueniri.*

8 *An, & quando Iudex loci originis, uel domicilij teneatur remittere reum, seu delinquentem ad Iudicem loci delicti, & nu. 12.*

9 *Vagabundus quis dicatur, & nu. seq.*

10 *Bannitus an, & quando dicatur vagabundus.*

11 *Debitor pecuniæ fugitiuus potest pro debito coram quocunque Iudice conueniri.*

12 *Hæreticus vbique puniri potest.*

An fiat in tali crimine remissio, ibidem, & num. 19.

Iudex originis, vel domicilij an possit punire subditum, qui extra territorium deliquit, ibidem nu. 12.

13 *Quid si reus à loco delicti fugerit in eum locum, à quo remissio fieri non potest, vel in eo domicilium, aut originem non habet, & num. seq.*

14 *Et quid si deliquerit in vna Ciuitate ex confœderatis, & aufugerit in aliam confœderatam.*

15 *An in casu, in quo remissio delinquentis conceditur, stari debeat processui Iudicis remittentis.*

16 *An ex confessione à Reo facta coram Iudice remittente, possit reus condemnari.*

17 *Et an sufficiens sit ad torquendum.*

18 *An Iudex requisitus possit reum remittere sine iussu Principis.*

19 *Quando in crimine hæresis fiat remissio.*

20 *Fur, qui cum re furtiua reperitur in Vrbe, ibi puniri potest, & nu. seq.*

21 *Roma communis est patria, ibique puniri possunt omnes etiamsi extra territorium Ecclesiæ deliquerint.*

22 *Curia Romana non tenetur delinquentem remittere.*

23 *An fur, qui duo furta extra territorium commisit, & vnum in territorio, puniri possit pœna statuti infligentis pœnam mortis pro tertio furto, vel pro tribus furtis, & nu. 24. & seq.*

24 *Famosus fur dicitur, quia tria furta commisit.*

25 *An, & quando fur de iure puniri debeat pœna mortis.*

26 *Quid si reus de primo, ac secundo furto fuerit absolutus à Iudice.*

27 *Et quid si plura furta commissa fuerint una die, uel nocte in uno loco, uel in pluribus.*

28 *Item quid si fur confessus fuerit, se plura furta commisisse eodem in loco diuersis temporibus.*

29 *An possit Iudex primi, uel secundi furti procedere ad pœnam mortis contra furem.*

30 *An, & quando fur capi possit in alieno territorio.*

31 *Bannitus existens extra territorium bannientis, si per uim ductus sit in territorium Iudicis, qui eum banniuit, an possit puniri.*

32 *In quo loco restitutio rei alienæ fieri debeat.*

33 *Furti tenetur qui in uia aliquid inuenit: limitatur nu. 24. & seq.*

34 *Quid si inueniens rem acceperit animo restituendi Domino.*

Talis animus qualiter probetur, ibidem.

35 *Et quid si inuenerit res, quæ non fuerunt in bonis alicuius.*

36 *Item quid si acceipiat rem, quæ pro derelicta habebatur.*

Quando res censeatur habita pro derelicta, ibidem.

37 *Quid si rem inuenerit in loco priuato.*

38 *Quando delictum dicatur notorium.*

39 *An actor possit post criminalem actionem intentare etiam ciuilem, & nu. seq.*

Et an possit simul utramque intentare, ibidem num. 39.

40 *Quando actio criminalis dicatur præiudicialis ciuili.*

CAP. XV.

De Furtis.

1 QVæritur 1. an fur puniri possit in quocunque loco, in quo apprehenditur cum re furtiua? Resp. non posse furem puniri vbicunque inuentus fuerit cum re furtiua, sed tantùm in loco, in quo rem furatus est: *ità Iul. Clar. in Pract. crim. lib. 5. senten. §. fin. qu. 38. uers. tu scis quod furtum &c. Decian. tract. crim.*
2 *lib. 4. cap. 17. nu. 15.* potest tamen vbique capi, sed remittendus est ad locum furti: *Couar. lib. 2. uar. cap. 20. n. 15. uers. uigesimo octauo &c. & in*
3 *practic. cap. 11. nu. 9.* vbi etiam dicit, quod res furtiua potest ab ipso fure etiam intra Ecclesiam per vim auferri, vt Domino restituatur, nè Ecclesia occupantem rem alienam tutari videatur. *Farinac. in Pract. crim. q. 7. n. 7. Ceuall. in spec. pract. lib. 1. q. 318. & alij passim.* ratio est, quia sicut ex assidua rei furtiuæ contrectatione non nascitur noua actio furti, sed tantùm ex prima, ità nec noua accusatio. *l. ei, qui, 9. ubi DD. ff. de furt. uide Ciarlin. lib. 1. cap. 19. nu. 34. & seq.*
4 vbi subijcit, quod si fur in Ecclesia furtum commiserit, non erit extrahendus ab Ecclesia, vt curiæ sæculari tradatur, sed carcerandus erit, & puniendus à Iudice Ecclesiastico, cuius iurisdictionem ostendit.

5 Contrarium tamen tenuit *Bart. in l. si dominium, 48. num. 2. ff. de furt.* vbi dicit, quod si fur in aliquo loco res subtraxerit, & postea in alium locum transtulerit, potest in illo loco, ad quem talia furta transtulit, capi, & puniri, dummodò saltem per diem ibi steterit: & hanc quidem sententiam vti communem multi sequuti sunt tam veteres, quàm recentiores, eamque communiter in praxi seruari dicit *Boer. decis. 13. nu. 47. Capic. decis. 104. Boss. in tit. de furt. nu. 18.* vbi dicit, quod potest puniri saltem crimine stellionatus tāquam celans rem alienam. *Viui. comm. opin. 420. nu. 6. & seq. Baiard. ad Clar. in §. furtum, nu. 53. Peguer. decis. 28. Vrsell. conclus. 12. nu. 13. Caball. cas. 163. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. qu. 7. sect. 1. nu. 720. & seq.* vbi dicit, quod etiamsi ex furto continuato noua actio non nascatur, vna tamen actio potest coram diuersis Iudicibus proponi, & sub diuersis Iudicibus agitari tam ciuiliter, quàm criminaliter.

Sed hæc ratio procederet, quando alioquin Iudex esset competens, qualis est Iudex loci delicti, originis, litis contestatæ, domicilij, vel

vbi

vbi reus conuerfatur. *ut tradunt DD. in cap. ult. de for. compet. Cauall. commun. con. commun. q.678. n.2. Decian. tract. crim. lib.4. c.17. per tot. Gail pract. obseru. lib.2. obseru.36. n.12. & seq. Gãdin. de Malefic. in rub. Quomod. de malefic. cogn. per inquisit. nu.2. & seq. Boer. dec.270. nu.2.* vnde non quilibet Iudex in casu propofito effet competens; & ideò non eſt recedendum à ſententia, quæ verior, & æquior eſt, & hodie magis communis.

6 Quare in facti contingentia res furtiua poterit à fure auferri, vt Domino reſtituatur, & ipſe fur è loco, vbi captus fuerit, eijci debet ſub aliqua pęna. *ut d. Clar. loco cit. uerſ. fin. Vermigliol. conſ.271.* vbi dicit, quod quilibet Iudex in tali caſu procedere poteſt quoad reſtitutionem rerum, vel æſtimationis. *Farinac. d. q.7. num.7. uerſ. ſed quid erit &c.* vbi, quod ſi Iudex eius loci fuerit de remiſſione talis delinquentis requiſitus, eam denegare non debet, de quo mox dicemus.

7 Limita præcedentem concluſionem, in vagabundo: hic enim vbique locorum puniri poteſt de delicto vbicunque commiſſo, quemadmodum etiam poteſt vbicunque ciuiliter conueniri. *l. 1. ubi gloſ. & DD. C. Vbi de crim. agi opor.* ūde illud, vbi te innenero, ibi te iudicabo. *Decian. tr. crim. lib.4. cap.3. n.4. to.1. Peguer. deciſ.3. n.10. Ludouic. deciſ. Lucen.16. n.18. & ſeq. Couar. pract. qu. c.11. nu.7. Duen. reg.378. nu.4. in fin. Farinac. d.*

8 *q.7. num.13. & ſeq.* vbi etiam obſeruat, quod de conſuetudine generali Iudex loci originis, ſeu domicilij non tenetur remittere delinquentem ad Iudicem loci delicti, quando imperia ſunt diſtincta, ſeu quod idem eſt, quando Iudex requirens, & requiſitus ſunt ſub diuerſis Principibus, præſertim ſi vnus alterum in Superiorem non recognoſcit, licèt poſſit remittere, ſi velit. *Couar. d. cap.11. n.10.* vbi dicit, quod apud Italos conſuetudine inductum eſt, vt remiſſio non fiat etiam in locis, quæ Imperatori ſubſunt. *Caball. reſol. crim. caſ.162. nu.10.* vbi, quod non fit remiſſio, etiamſi Iudices ſint ſub vno tantùm Principe, ſub diuerſis tamen Præſidibus diuerſarum, & ſeparatarum Prouinciarum, ſecus ſi Iudices ſint ſub eodem Principe, & eodem Præſide Prouinciæ, quia tunc ſemper ad locum, ſeu forum delicti reus remitti debet. *Auth. Vt nulli Iudic. §. ſi uerò. Vinc. de Franch. deciſ.37. nu.1. Guid. Pap. deciſ.202. nu.1. & ſeq. Cepoll. conſ. crim.58. num.23. Boſſ. in tit. de for. comp. num.70. Gram. deciſ.26. nu.9. Caball. loco cit. num.11. Farinac. ubi ſupra, & alij communiter.*

9 Obſerua tamen, quod vagabundus dicitur qui per mundum vagatur, nec certum habet domicilium, vbi habitet; ad hunc enim effectum non conſideratur domicilium originis, quia eo non attento adhuc dicitur vagabundus, dummodò non habeat certum domicilium habitationis. *Peguer. deciſ.3. nu.9. latè Farinac. d. q.7. nu.15.* vbi

10 etiam dicit, quod ex ſolo banno non efficitur quis vagabundus; hoc tamen procedit, quando domicilium ſibi elegit in aliquo loco, nec per orbem vagatur; ſecus ſi bannitus vagetur per orbem modò hùc, modò illuc, pedes non figendo, & domicilium ſibi non eligendo: tunc enim vagabu reputatur. *ex trad. per Cepoll. d. conſ.58. nu.25. uerſ. nec obſtat &c. Clar. in Pract. crim. §. fin. qu.39. uerſ. fui interrogatus &c. uide Couar. pract. quaſt. d. cap.11. num.10. uerſ. attamen eſt animaduertendum etc. Carleual. de Iudic. libr.1. tit.1. diſp.2. qu.1. num.46. et q.7. ſect.2. nu.838.*

11 vbi addit, quod debitor pecuniæ fugitiuus poteſt pro debito coram quocunque Iudice conueniri. *per tex. in l. ait Prator.10. §. ſi debitorem ff. Quæ in fraud. credit.*

12 Obſerua 2. quod ſi Iudices ſint ſub eodem Principe, plures, vt fiat remiſſio, requiruntur conditiones; quarum prima eſt, vt remiſſio petatur à Iudice loci delicti. 2. vt delicta ſint grauia, & criminaliter intentata: nam in leuibus non fit remiſſio, ſicut nec in grauibus ciuiliter intentatis. 3. vt conſtet ſaltem ſummariè, delictum fuiſſe commiſſum in territorio Iudicis requirentis: quod conſtare poterit ex ipſiuſmet Iudicis requirentis informatione, ſeu litteris requiſitorijs. 4. vt Iudex requirens ſit in iuriſdictione par, vel Superior Iudice requiſito: quia Curia maior non remittit ad inferiorem. 5. vt Iudex requirens prouideat de expenſis neceſſarijs ad remiſſionem faciendam, alioquin Iudex requiſitus remittere non tenetur. 6. vt reus non ſit accuſatus de hæreſi, quia tunc vbique poteſt puniri, quo caſu regulariter non fit remiſſio: præſumitur enim in eadem hæreſi vbique animo prauo perſeuerare, & ſic vbique delinquere. 7. vt Iudex requiſitus non præuenerit in cognitione eiuſdem delicti; poteſt enim Iudex domicilij, vel originis punire ſubditum, qui extra territorium deliquit, ſi in loco originis, vel domicilij reperiatur, non ſolum quando ad punitionem criminis agitur per accuſationem, in quo omnes ferè conueniunt, ſed etiam quando agitur per inquiſitionem, ſeu ex officio. *Bart. in l. ſi cui.7. §. cum ſacrilegium. nu.6. ff. de Accuſat. Panorm. in cap. ult. num.38. de for. comp. & hanc eſſe communem, & in praxi receptam dicit Boſſ. in tit. de for. compet. nu.182. Clar. §. fin. q.39. in princip. Guid. Pap. deciſ.202. nu.1. & ſeq.* vbi ſubdit, quod ſi reus commiſerit aliud crimen in territorio Iudicis requiſiti, non remittitur, niſi poſtquam fuerit de dicto crimine punitus.

Obſerua 3. quod Iudex originis, vel domicilij procedere poteſt contra reum, non ſolum quando reperitur in loco originis, vel domicilij, ſed etiam ſi ſit abſens; adhuc enim poterit Iudex originis, vel domicilij illum citare, & ſi contumax ſit, condemnare: nam regula illa, quod reus conueniri poſſit in loco originis, ſi ibi inueniatur, procedit tantùm in cauſis ciuilibus, non verò in delictis. *Clar. loco proximè cit. Caball. reſol. crimin. caſ.114. nu.10. Couar. pract. quaſt. cap.11. num.6. & ſeq. Decian. tract. crim. lib.4. cap.16. num.1. Ludouic. dec. Lucen.16. nu.26. & ſeq. Theſaur. quaſt. for. lib.4. q.55.* ſubdens, quod Iudex originis, vel domicilij poteſt quidem procedere, quando Iudex delicti non proceſſit, nè delicta remaneant impunita; ſed quando Iudex delicti proceſſit, tunc non erit vlteriori inquiſitioni locus, dummodò condigna pęna reus punitus fuerit. *Cauall. commun. contr. commun. q.678. nu.11. Cancer. var. par.2. cap.2. nu.70. & ſeq.* vbi, quod nec præuentio habet locum, quando aliquis in loco domicilij, ſine originis

ginis non fuit condignè punitus, quia eo casu poterit puniri in loco delicti. *Caball. resol. crimin. cas. 162. num. 1. & seq.* vbi obseruat, quod non obstante sententia etiam capitali lata in contumaciam in loco delicti, Iudex originis, seu domicilij procedere potest contra delinquentem, & eum punire, quia contumax non potest opponere de pendentia litis, vel de præuentione alterius Iudicis, nisi contumaciam purgauerit, comparendo coram eodem Iudice, & condemnationem soluerit; tunc enim amplius molestari non posset, etiamsi in primo iudicio omissa fuerit aliqua qualitas, quæ aggrauaret delictum, cum de eodem delicto sæpius quæri non debeat; secus si condemnationem non soluerit, vel non soluerit competentem, seu delicto condignam: quia tunc posset delinquens iterum molestari, & puniri per Iudicem domicilij, vel originis vsque ad supplementum conuenientis, & debitæ pœnæ. *Farinac. in Pract. crim. q. 1. nu. 10. & q. 7. n. 19. & seq.*

Obserua 3. quod si quis fuerit in vno loco, puta delicti, in contumaciam bannitus, & condemnatus, non potest in alio loco absolui, quàm in eodem loco, vbi condemnatus reperitur. *ex constitutione Pij IV. edit. 12. Kal. Iunij* 1565. qua cauetur, quod rei in contumaciam condemnati, & banniti, non alibi ad suas defensiones faciendas admitti possint, quàm in loco vbi condemnationis sententia lata fuit, vel in Curia generali Prouinciæ, vbi delictum fuerit commissum, ità vt quæcunque absolutiones in contrarium obtentę, sint nullius roboris vel momenti. *Farinac. loco cit. Caball. cas. 162. num. 26. & seq.* vbi dicit, quod lata absolutoria in loco delicti, non potest Iudex originis, vel domicilij absolutum molestare, nisi fraus, & collusio interuenerit, quo casu absolutoria Iudicis vnius loci non pareret exceptionem rei iudicatæ in alio. *Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 7. sect. 1. num. 139. & seq.*

Obserua 4. quod Iudex originis, vel domicilij non semper tenetur inquirere de delictis extra territorium commissis, sed id eius arbitrio remittitur attentis circumstantijs locorum, personarum, & delictorum: posset enim inquirere contra ciuem improbum, & corruptis moribus perditum, qui adhuc paratus sit, & promptus ad alia perpetranda crimina; secus si modestè, ac sine aliorum offensione viuat, præsertim si extra territorium casu potius, aut prouocatus, quàm sponte, aut præmeditato animo deliquerit. *ex trad. per Bald. in l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. Rolan. cons. 19. num. 23. & 24. uol. 2. Carleual. loco cit.*

13 Obserua 5. quod si reus à loco delicti fugerit in eum locum, à quo remissio fieri non potest, quia diuersi principatus sit, nec in eo domicilium, aut originem habeat, potest Iudex eius loci in delictis atrocibus petente offenso punire dictum delinquentem. *secundùm Couar. pract. quæst. cap. 11. numer. 10. uers. sed & si quis &c. Cancer. uar. resol. par. 2. cap. 2. numer. 71. post med. Thesaur. quæst. foren. lib. 4. q. 55. num. 6. uersus fin. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 29. num. 12.* vbi,

14 quod si quis delinquat in vna Ciuitate ex confæderatis, & aufugiat in aliam confæderatam, poterit ibi capi, & puniri, licèt illi non sit subditus nec ratione domicilij, nec ratione originis. *Ludouic. dec. Rotæ Lucen. 16. nu. 26. et seq.* contraria tamen sententia videtur verior; quia de iure non potest reus puniri in alio loco, quàm delicti, originis, vel domicilij; & ideò nec in Ciuitate confæderata puniri potest, si ad eam confugerit, alioquin iuris regulæ destruentur; tenetur tamen quilibet Iudex reum remittere ad locum delicti, siue sit Iudex originis, vel domicilij, siue alius, qui careat iurisdictione in delinquentem, concurrentibus prędictis requisitis. *et ità sensit Farinac. d. qu. 7. num. 6. & 30. cum seq. Vinc. de Franch. dec. 37. num. 1. et seq. et decis. 88. num. 5.*

15 Obserua 6. quod in casu, in quo remissio delinquentis conceditur, stari non debet processui Iudicis remittentis, vtpote à non competente Iudice fabricato, sed nouus debet fabricari per Iudicem, qui requisiuit. *Guid. Pap. dec. 202. nu.*

16 *6. et decis. 419. nu. 1.* vbi etiam dicit, quod ex confessione à Reo facta coram Iudice remittente, non potest reus condemnari, cum talis confessio tanquam facta coram Iudice non competente, nulla sit. *Farinac. d. 7. nu. 43.*

17 An verò talis confessio sufficiens sit ad torquendum? affirmat *Farinac. loco proximè cit.* quod tamen intelligendum est, si talis confessio spontè facta fuerit; secus si vi, vel metu tormentorum. *ut d. Clar. d. §. fin. q. 21. uers. hanc tamen etc. et q. 36. uers. ultimò quæro etc.*

18 Obserua 7. quod vbi remissio petitur à Iudice, qui sit sub eodem Principe, potest Iudex requisitus à se ipso, Principe etiam inconsulto, remissionem concedere; secus si remissio petatur à Iudice diuersi Principatus: tunc enim non potest Iudex remittere, nisi Principe ità iubente. *ut obseruat Farinac. d. q. 7. nu. 32.*

19 Obserua 8. quod etiam in crimine hæresis aliquando fit remissio, si hæc petatur à Iudice illius loci, in quo hæreticus per actum exteriorem huiusmodi crimen contraxit, seu commisit. *ut d. Couar. d. cap. 11. nu. 12.* secus quando hæreticus ità palam, aut publicè, vtrobique deliquit, quia tunc remissio non est facienda. *ut subdit Couar. ibidem.*

20 Limita 2. principalem conclusionem, vt non procedat, si fur cum re furtiua reperiatur in Vrbe Roma, quia eo casu ibi puniri potest: Roma

21 enim communis est patria, & ideò in ea omnes, vbicunque, & quomodocunque deliquerint, puniuntur, etiamsi delicta extra territorium Ecclesiæ commissa fuerint; cum hac tamen distinctione, quod delinquentes intra territorium Ecclesiæ, pœna etiam ordinaria plectuntur: delinquentes verò extra Ecclesiæ territorium, pena tantùm extraordinaria arbitrio Iudicis puniri possunt. *l. Roma. ff. Ad municip. Couar. pract. quæst. d. cap. 11. num. 9. uers. undecimo etc.* vbi

22 etiam dicit, quod Curia Romana non tenetur delinquentem remittere. *Boer. decis. 29. num. 7.* vbi refert, sic de facto fuisse Regi Angliæ petenti remissionem denegatam, & eos, qui consenserunt in capiendo, & extrahendo quemdam Lombardum de curia Romana tempore Benedicti Papæ VI. capitis pęna fuisse damnatos. *Boss. in tit. de for. compet. nu. 75. Clar. d. §. fin. q. 38. uers. scias*

etiam

etiam etc: Thesaur. quaest. for. lib. 4. q. 55. num. 7.
latè Farinac. d. q. 7. nu. 12.
23 Quæritur 2. aliquis commisit duo furta extra
territorium, & vnum in territorio, in quo sta-
tutum viget, vt fur pro tertio furto pœna mortis
plectatur, an illa duo fuo furta commissa extra
territorium, computanda sit in dicto numero?
Resp. quod diligenter inspicienda sunt verba
statuti: nam si statutum dicit. *puniatur fur pœna
mortis pro tribus furtis*, & tunc fur non potest
dicta pœna puniri, quia non dicitur commi-
sisse tria furta, cum duo fuerint extra territo
rium commissa; aut statutum dicit. *puniatur fur
pœna mortis pro tertio furto*, & hoc casu, cum
statutum puniat tertium furtum, & vltimum
commissum in territorio sit proculdubio ter-
tium, fur dicta pœna statutaria puniri debet,
constito tamen, quod alia duo extra territorium
commiserit, & quod illa grauia fuerint, non au-
tem leuia. *vt rectè distinguit Clar. in Pract. crim.
§. furtum vers. sed quaero &c.* vbi dicit, quod tex-
tus *in cap. 1. §. si quis quinque solidos, de Pac. te-
nen.* disponens, vt pro furto quinque solidorum
quis suspendatur, de consuetudine non seruatur.
& vers. sed pone, stat statutum &c. vbi etiam
obseruat, quod si statutum diceret, quod famo-
sus, vel publicus fur certa mortis pœna punia-
tur, vtique illa furta extra territorium commissa,
aggrauarent, ità vt pro tertio commisso in terri-
torio esset puniendus dicta pœna statutaria: quia
ex interpretatione facta à consuetudine ille dici-
24 tur famosus fur, qui tria furta commisit; neque
in hoc sit vlla distinctio, an consuetudo furandi
sit in vno territorio tantùm, vel in pluribus, siue
an priora furta fuerint dignè punita, vel non.
vide Bald. cons. 348. vol. 5. Couar. var. resol. lib.
25 *2. cap. 9. num. 7.* vbi dicit, quod quamuis fur
de iure puniri non debeat pœna mortis, famoso
latrone excepto, qui scilicet grassatoris crimen
exercet, vel qui furari consueuerit. *l. capita-
lium. §. famosos. ff. de Pœn.* tamen non ex hoc
Iudici vetitum est, ob criminis qualitatem ex eo
quod ratione loci, temporis, aut quantitatis fur-
tum sit extraordinarium, & maximè graue, pœ-
nam augere, & ad exemplum furem istum vlti-
mo supplicio afficere. *iuxta textum in §. item
lex Iulia peculatus. inst. de public. iudic. l. aut
pacta, iuncto §. nonnunquam. ff. de Pœn. Aret. in
§. ex maleficiis. nu. 5. & seq. Inst. de Action. Gan-
din. in tit. de furib. & latron. nu. 2. & seq. Al-
ciat. in cap. cum non ab homine. nu. 35. & seq. de
Iudic.*
26 Obserua tamen, quod si quis fuerit inquisitus
de tribus furtis, & de primo, ac secundo fuerit
absolutus à Iudice, illa duo prima non debent
computari, vt aggrauent vltimum. *Baiard. ad
Clar. d. §. furtum. num. 63.*
27 Obserua 2. quod si plura furta vna die, vel no-
cte commissa fuerint in vno loco, vel in pluribus,
censetur vnum furtum, *secundùm Boer. dec. 219.
Menoch. de Arb. Iud. cas. 295. num. 10.* vbi, quod
furta censentur tria, si diuersis, interpolatisque
temporibus commissa fuerint. *Baiard. loco cit.*
28 *nu. 66. & seq.* vbi dicit, quod si fur confessus
fuerit, se plura furta commisisse eodem in loco
diuersis temporibus, confessio huiusmodi debet
interpretari pro fure in mitiorem partem, scili-
cet quod commiserit diuersis temporibus conti-
nuatis; & ideò erit vnum furtum tantùm, & non
plura: nisi dixerit, cum temporis interuallo.
*ex trad. per Bald. in auth. sed nouo iure. n. 6. vers.
item quid si confitetur, Cod. de Seru. fug.*
29 Obserua 3. quod Iudex tertij furti poterit qui-
dem furem punire pœna mortis, si alia duo priùs
extra territorium cómiserit. *vt supra diximus*, nõ
autem Iudex primi, vel secundi furti, etiamsi alia
alibi idem fur commiserit, quia furta sequẽtia nõ
aggrauant præcedentia sed præcedẽtia aggrauant
sequentia, præsertim si de alibi commissis pœna
soluta fuisset. *Bald. cons. 348. vol. 5. Bertaz. cõs. 39.
n. 21. vol. 1. Gomes. in tit. de delict. c. 5. n. 9. Baiard.
in d. §. furtum n. 50. & seq.* vbi etiã obseruat, quod
si reus confiteatur alia duo furta alibi commissa,
Iudex loci, vbi tertium furtum commissum est, de-
bet mittere litteras requisitorias ad alia loca, vbi
priora delicta commissa fuerunt, ad effectum ve
ea verificentur, alioquin deuenire non posset ad
condemnationem.
30 Quæritur 2. an fur, qui in delicti territorio ar-
ripuit fugam, & insequtus à familia, siue à satel-
litibus, in alienum territorium confugit, possit
ibi capi? Resp. negatiuè, & si captus fuerit, de-
bet à Iudice statim dimitti, seu relaxari. *Bald. in
cap. cum olim nu. 5. de dol. & contum. Corn. cons.
59. nu. 9. & seq. lib. 2. Boss. qui de communi testa-
tur, in tit. de captur. nu. 34. Boer. decis. 29. nu. 8.*
vbi dicit, quod in alieno territorio captura non
conceditur, & si fiat, datur repetitio. *Rolan.
cons. 60. num. 9. et seq. lib. 2.* vbi dicit, quod Ban-
31 nitus existens extra territorium bannientis, si
per vim ductus sit in territorium Iudicis, qui
eum banniuit, non debet puniri, sed pristinæ li-
bertati est relaxandus. *Clar. in tract. crim. §. fin.
qu. 96. uers. sed quid si bannitus etc.* vbi declarat,
hoc procedere, quando ità per vim capitur, &
ducitur à priuatis; secus si captus fuerit de man-
dato Iudicis illius territorij, & ab eodem Iudice
remissus fuerit ad Iudicem bannientem, quia
tunc poterit puniri. *Farinac. qui hanc commu-
nem, et magis receptam dicit, in pract. crim. d. q.
7. nu. 40. et 41.*
32 Quæritur 3. in quo loco restitutio rei alienæ
fieri debeat? Resp. quod si obligatio restitutio-
nis insurgat ex contractu, vel quasi contractu ce-
lebrato in aliquo certo loco, restitutio in eodem
loco, in quo res accepta fuit, fieri debet, nisi
aliter in contractu caueatur: & quidem expensis
debitoris, si in ipsius vtilitatem contractus cele-
bratus fuit, sin minus expensis creditoris. *Bona-
cin. de restit. disp. 1. q. 5. pun. vn. num. 10. et alij
apud Mancin. in pract. visit. infirm. pract. 6. de
restit. dub. 24. vers. Dico tertio etc.* vbi etiam di-
cit, quod si quis alteri in via pecuniam, equum
&c. mutuaret, intelligeretur, implicitè initum
pactum, vt in propria mutuantis domo fiat resti-
tutio.

Resp. 2. quod si obligatio restituendi nascatur
ex re bona fide accepta, restitutio facienda est
expensis ipsius Domini in loco, vbi cognoscitur
esse aliena. *Rebell. p. 1. lib. 2. q. 17. sect. 2. num. 4.
Filiuc. tract. 32. c. 4. quaes. 8. nu. 111. Reginald.
lib. 10. nu. 194. vers. quartum est etc. et alij apud
Mancin. d. dub. 24. vers. Dico secundò etc. Bona-
cin. loco cit. nu. 10.*

Resp.

Resp. 3. quod si obligatio restituendi nascatur ex iniusta acceptione, res est restituenda in loco, in quo verus Dominus domicilium habet, expensis debitoris. *Bonacin. d. disp. 1. q. 5. pun. vn. num. 10. Mancin. loco cit. d. pract. 6. dub. 24. uers. Dico 2. &c.*

33 Quæritur 4. an inueniens aliquid in via furti teneatur? Resp. affirmatiuè, siue sciat Dominum rei, siue ignoret. *l. falsus creditor. §. qui alienum. ff. de furt.*

34 Hæc tamen conclusio limitatur 1. quando inueniens rem acceperit animo restituendi Domino, quandocunque apparuerit; de tali autem animo constabit, si inueniens ità palam declarauit, & protestatus fuit, vel libellum, seu bannimentum publicari curauit, *d. §. qui alienum. vers. proinde videamus, & ibi Bart. nu. 4. & seq. Boss. in tit. de furt. num. 50. ad fin. Menoch. lib. 5. præsumpt. 30. nu. 9. & seq.*

35 Limitatur 2. in inueniente res, quæ non fuerunt in bonis alicuius, prout sunt lapilli, gemmæ, & cætera, quæ inueniuntur in littore maris: hæc enim fiunt primi occupantis. *§. item lapilli, vbi DD. commun. Inst. de rer. diuis. Bald. in l. 1. nu. 2. vers. tertiò quæritur, ff. eod. tit. Menoch. d. præsumpt. 30. nu. 2. & 3.*

36 Limitatur 3. in accipiente rem, quæ pro derelicta habebatur. *d. l. falsus creditor. §. qui alienum vers. quod si Dominus &c. vbi Bart. nu. 2. & seq. Sylu. in verb. inuentum. n. 3.* vbi dicit, quod res censetur habita pro derelicta, si Dominus tacet, non perquirens per se, vel per alios. *Menoch. loco cit. nu. 15.* vbi dicit, quod in tali casu inuentor ita rem sibi acquirit, vt alteri, eam restituere non teneatur.

37 Obserua tamen, quod si quis rem inuenerit in loco priuato, furtum adhuc committeret, quia in tali casu non præsumitur derelicta, sed esse illius, in cuius loco inuenta fuit. *Bald. in d. l. 1. num. 2. uers. tertiò quæritur. ff. de diuis. rer. & qual. Farinac. in Pract. crim. q. 167. n. 69.*

38 Quæritur 5. an delictum commissum in via publica, & coram multitudine personarum, dicatur notorium? Resp. negatiuè. *Card. Seraph. decis. 376. nu. 1. & 2. par. 1. Farinac. cons. 205. n. 33. et seq.* vbi, quod delictum non dicitur notorium, nisi parratum fuerit coram maiori parte populi. *ad text. in cap. de manifesta. 2. q. 1.*

Addit *Farinac. loco cit. nu. 34.* quod delictum non censetur notorium, nisi prius fuerit super eo cognitum, & per Iudicem declaratum reo citato. *uide Mascard. de Probat. conclus. 1101. nu. 10. et seq.*

39 Quæritur 6. an Dominus rei possit post criminalem actionem intentare actionem ciuilem contra furem pro restitutione rei furto ablatæ? Resp. quod potest vtramque actionem, ciuilem scilicet & criminalem intentare, non tamen simul, sed successiuè, ità vt vna terminata, aliam intentare possit. *l. 2. §. hoc edicto. ff. de ui bonor. rapt. l. interdum 4. ff. de Publ. iud. l. un. C. Quan. ciuil. act. crim. præiud. l. damus licentiam 23. ff. Ad l. Corn. de fals. l. 1. C. ad l. Flau. de plagiar. Bart. in d. l. interdum, et ibid. Alberic. nu. 2. et 3. Ang. nu. 1. Clar. §. fin. q. 2. Farinac. q. 100. nu. 157. et seq.* quod procedit, siue reus fuerit absolutus, siue condemnatus, quia in tali casu causa criminalis non dicitur præiudicialis ciuili, ità vt sententia in criminali pariat rem iudicatam, quæ obstet ciuili. *ut latè probat Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 6. nu. 1. 2. 3. et 44.* vt enim

40 causa criminalis dicatur præiudicialis ciuili, tria requiruntur, videlicet vt actio criminalis sit exclusiua iuris agentis ciuiliter, ità vt criminali finita amplius procedi non possit in ciuili, vt si quis agat ex testamento, vel instrumento donationis, contra verò Aduersarius accuset actorem de falsitate testamenti, vel instrumenti donationis. 2. quod vtraque actio, criminalis videlicet, & ciuilis coram eodem Iudice proponatur. 3. quod causa criminalis principaliter intentetur: nam si actore potente hæreditatem ex testamento, vel rem donatam ex instrumento donationis, reus opponeret per modum exceptionis falsitatem instrumenti, eo casu non suspenditur causa ciuilis, sed Iudex eodem tempore vtramque quæstionem sua sententia dirimit. *iuxta tex. in l. cum ciuili. 3. C. de ord. iud. Farinac. d. q. 100. num. 86. Carleual. loco cit. d. disp. 6. nu. 4. & seq.* vbi etiam obseruat, quod si è contra causa ciuilis esset præiudicialis criminali, Iudex supersedere debet in causa criminali, & ciuilem cognoscere etiamsi hæc intentata fuerit post criminalem. *ex trad. per gloss. in l. vlt. C. de ord. iud. Crauett. cons. 280. n. 2. vers. & adeò &c. Nat. cons. 138. nu. 3. 26. & 37. lib. 1. Farinac. d. q. 100. n. 61. & seq. Gratian. discept. for. cap. 394. n. 25. & seq.*

Actio verò criminalis furti non est talis, vt actionem ciuilem ex eodem furto prouenientem absorbeat, & silere faciat, & totum illius ius collat, & excludat: quinimmò eam præseruat. *vt tradunt DD. citati.*

SVMMARIVM.

1 *Animus deliberatus præsumitur ex frequentatione loci, vbi commissum fuit delictum, & quando id procedat.*

2 *Pœna contra duellantes inflicta quando incurrantur, & quando non.*

Quando dicatur aliquid fieri calore iracundiæ. ibidem.

3 *Quando cambium ratione loci sit illicitum.*

CAP. XVI.

Quando ex loco præsumatur animus deliberatus, & præmeditatus.

1 RESp. quod talis animus præsumitur ex frequentatione loci, vbi fuit commissum delictum, quia huiusmodi frequentatio ostendit animum paratum ad delinquendum. *Boss. de Homicid. nu. 63. Mascard. de Probat. conclus. 98. nu. 13. & seq.* quod intellige, quando nulla præcessit rixa, seu ira: vel si dubium est, an præcesserit, nec ne: tunc enim locus præsumptionem facit contra delinquentem, quod præmeditatè deliquerit; secus si rixa, vel ira præcesserit: eo enim casu locus coniecturam non facit præmeditati animi, immò præsumitur, quod tam acer fuerit dolor, & tam ardens ira, vt hunc impulerit

rit ad ſumendam uindictam quouis in loco, *vt declarat Menoch. de Arb. Ind. caſ. 361. nu. 38. et 44. quem ſequitur Maſcard. loco cit. n. 14.*

2 Idem dicendum in duello: nam ſi duo calore iracundiæ ſe ſe ad dimicandum in certo loco inuitent, & ad eundem locum incontinenti accedant, non incurrerent in excommunicationem, & alias pœnas contrà duellantes inflictas *in conſtit. 78. Greg. XIII. incip. Ad tollendum deteſtabilem duellorum vſum etc. et in conſtit. 2. Clementis VIII. incip. Illius vices etc. vide Bald. in cap. 1. n. 16. de Pac. tenen. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. par. 2. reſ. 170. Megal. uar. reſ. to. 2. reſ. 141. nu. 3. Cherubin. ad d. conſtit. 2. Clementis VIII. ſchol. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 11. num. 10. et ſeq.* vbi obſeruat quod tunc dicitur propriè fieri calore iracundiæ, quando non deuenitur ad aliquem intermedium, in quo verſatur ſatis arbitrium Iudicis. *Bonacin. de Cenſur. in part. diſp. 2. qu. 3. pun. 48. nu. 5. et ſeq. et nu. 5.* vbi etiam obſeruat, quod in prædictas pœnas non incidunt, qui ſe prouocant ad duellum etiam animo deliberato, ſi locus, aut tempus ſtatutum non fuerit. Vnde pœnæ prædictæ locum habent, quando ante congreſſum præceſſit præmeditatio, ac deliberatio, ac etiam tractatus, ſeu pactio de duellando cum aſſignatione loci, & temporis, etiamſi duellum fuerit in loco priuato, & non tuto commiſſũ ſine patrinis, ſocijſque, ac ſine prouocatorijs litteris, & cartellis, etiamſi duellantes duellum, ſeu pugnam non perfecerint, ſi per ipſos non ſteterit, quominus duellum, ſeu pugna perfecta fuerit. *ut in dictis conſtitutionibus, et declarat Farinac. conſ. 9. n. 34. et ſeq. lib. 1. et alij recentiores communiter.*

3 Addit *Bonacin. tractat. de contract. diſput. 3. qu. 5. pun. un. num. 1. et ſeq.* quod cambium ratione loci aliquando eſt illicitum, vt ſi Cãpſor pecuniam tradit Campſario ſoluendam, ſiue reddendam cum intereſſe cambij in eodem loco, in quo contrahitur, confictis litteris ad locum diſtantem, ad quem reuera litteræ non mittuntur: vel ſi mittuntur, nihil operantur ac ſi non mitterentur, eo quod Campſor ſciat, Campſarium non habere pecuniam actu, aut poteſtate in eo loco, ad quem litteræ mittuntur; hoc enim dicitur cambium ſiccum quia non eſt verum cambium, ſed fictum, & ſimulatum, & in effectu eſt mutuum cum lucro, *vide Nau. in man. cap. 17. num. 300. Scacc. de Com. mer. §. 1. per tot. & præcipue qu. 5. nu. 3. et 10. et q. 7. par. 3. limit. 4. num. 1. et 3. et limit. 7. nu. 1. et ſeq. et limit. 11. n. 1. cum ſeq.* vnde intereſſe cambij in tali caſu nec debetur, nec tuta conſcientia exigi poteſt, etiamſi Campſor, qui pecuniam dedit, fuerit, in bona fide, ſecluſo tamen lucro ceſſante, & damno emergente: quia ex parte Campſarij non adeſt vera promiſſio, & ex parte Campſoris non adeſt commutatio pecuniæ in vno loco pro pecunia in alio. *ut rectè docent Salon. q. 4. de Camb. art. 2. contr. 7. nu. 3. Salas tract. de Camb. dub. 15. num. 2. et alij, quos refert, & ſequitur Bonacin. d. q. 5. pun. vn. nu. 24. quidquid in contrarium aſſerant Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 404. num. 7. Leſſ. lib. 2. cap. 23. dub. 7. nu. 69. Dian. reſol. moral. par. 1. tract. 8. de Contract. reſol. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Quid requiratur ad incurrendas pœnas priuati carceris, & nu. 2. et ſeq.*

2 *Non punitur pœna priuati carceris is, qui aliquem poſuit in aliquo carcere, à quo de facili potuiſſet fugere.*

3 *Quando ob priuatum carcerem lædatur propriè maieſtas Principis.*

4 *In hoc inſpici debet animus et non factum.*

5 *Qui aliquem volentem detinet in carcere, non tenetur pœna huius criminis, ſed arbitrio Iudicis punitur, et ſeq.*

6 *An valeat pactum, vt liceat creditori detinere debitorem, donec ſoluat.*

7 *Ex momentanea, ſeu modica incluſione, aut detentione non incurritur crimen priuati carceris: limitatur nu. 12.*

An in tali caſu detinens accuſari poſſit, ibidem, num. 7.

8 *Qui ex iuſta, et rationabili cauſa aliquem detinet, excuſatur à prædictis pœnis.*

9 *Qui ius capiendi tantùm habent, poſſunt impunè aliquem detinere ſpatio 20. horarum, non vltra, aliàs carcerem priuatum committerent.*

10 *Enumerantur perſonæ ius capiendi habentes.*

Ius capiendi de conſuetudine conceditur tam in grauibus, quàm in leuibus delictis, ibidem.

11 *Officiales deſtinati ad capiendum malefactores, an incurrant pœnas priuati carceris, ſi captum Iudici non præſentauerint.*

12 *Quando momentanea incluſio probet actum conſummatum.*

13 *In Regno Neapolis, quando captura eſt licita, poteſt captus detineri per duos dies.*

14 *Illis, qui ius habent capiendi, & retinendi non eſt tempus detentionis præfinitum: declaratur num. 18.*

15 *Quinam ius habeant capiendi, & retinendi, & nu. 16. 19. & 21.*

16 *An valeat promiſſio mariti de non corrigendo vxorem.*

17 *An S. R. E. Cardinales poſſint habere priuatum carcerem ad puniendum domeſticos, & familiares ſuos.*

18 *Pater, Dominus, vel maritus &c. ſi excedant in corrigendo filium, ſeruum, vel vxorem reſpectiuè, puniuntur arbitrio Iudicis.*

19 *Conſanguineis licitum eſt furioſos ſibi coniunctos detinere, ligare, & carcere continere.*

20 *Quid ſi aliquis detineatur, vel includatur, ne in ſua poteſtate poſitus in aliquod malum, uel periculum incidat.*

21 *Frater, patruus, uel auunculus in Vrbe, & eius diſtrictu detinere poſſunt fratrem, uel nepotem reſpectiuè, & alios familiares ad effectum corrigendi ex ſtatuto eiuſdem Vrbis.*

22 *Is, qui alium detinet non animo publicam iuriſdictionem uſurpandi, ſed ob aliam cauſam, non committit priuati carceris crimen.*

23 *Quid ſi detineret mulierem ad explendam libidinem.*

24 *Et quid ſi alium detineret, uel caperet animo eum occidendi, uel uulnerandi.*

25 *Exercens priuatum carcerẽ, de conſuetudine non pu-*

punitur pœna mortis, sed alia mitiori, & ut plurimum pecuniaria.

36 *Quid si creditor suum debitorem detinuerit.*

37 *Qua pœna plectatur Iudex, qui scit, committi priuatum carcerem, & tolerat.*

28 *Consuetudo excusat à pœna priuati carceris.*

29 *Iudex incompetens, si detineat in carcere non subditum, non committit priuatum carcerem.*

30 *Ad euitandam condemnationem ità vt pro delicto quis puniri non possit, sufficit aliquid probare, ex quo appareat, illud ex aliqua causa potuisse licitè fieri.*

31 *Vbicunque aliquid est prohibitum certo, vel limitato loco, vel tempore debet constare de illo loco, vel tempore, aliàs reus absoluitur.*

CAP. XVII.

De priuato carcere, seu quando eius pœna locum habeat.

1 AD incurrendas pœnas priuati carceris duo concurrere debent; primum, vt quis alium inuitum per notabile tempus absque iusta causa ità detineat, aut includat, vt recedere non possit, siue illum detineat in Ciuitate cum custodia, siue in domo, aut in via, vel in alio quocunque loco, siue cum vinculis, siue sine. *Plo. consil. 73. num. 9. int. consil. crimin. diuers. vol. 2. quem refert, & sequitur Baiard. ad Clar. in Pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 68. num. 89. 90. 92. & 94.* vbi

2 dicit, quod non punitur pœna priuati carceris is, qui aliquem posuit in aliquo carcere, à quo de facili potuisset fugere. *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 10. nu. 15. & 19.* vbi, quod lex de priuatis carceribus punit detinentem, & impedientem, libertatem hominis liberi.

3 Secundùm, vt quis aliquem detineat tamquam habens publicam iurisdictionem vel animo eam vsurpandi; tunc enim propriè læditur maiestas Principis contra formam textus. *in l. 1. C. de Priuat. carcer. Bart. in l. verum est, 40. nu. 1.*

4 *& 5. ff. de furt.* vbi dicit, quod in hoc inspici debet animus, & non factum. *Bald. in d. l. 1. num. 1. vers. & hic si vsurpet merum imperium &c. Baiard. ad Clar. d. q. 68. num. 99. Luc. de Penn. in l. 1. col. 2. propè fin. vers. primo casu &c. C. de Cohort. lib. 12.* vbi dicit, quod in his terminis loquitur textus *in d. l. 1. C. de Priuat. carcer. Decian. d. lib. 7. cap. 10. nu. 15. & 17.*

5 Dixi, *inuitum*, quia si quis aliquem volentem detineret in carcere, non teneretur pœna huius criminis. *l. 3. §. si quis volentem. ff. de liber. hom. exhib. Decian. d. lib. 7. cap. 10. num. 8. & 12. quicquid in contrarium sentiat Baiard. ad Clar. d. quæst. 68. num. 89.*

6 Obserua tamen, quod licèt detinens aliquem volentem immunis sit à pœna priuati carceris, puniri tamen debet alia pœna arbitrio Iudicis, quia illicitè eo casu detineret. *Auth. vt nulli Iud. §. quia verò, Decian. d. lib. 7. cap. 10. num. 15.* vbi dicit, quod non valeret pactum etiam iuramento firmatum, vt liceat creditori detinere debitorem, donec soluat: tum quia id est contra bonos mores, *ut d. Bart. in l. alia causa. §. eleganter, nu. 6. & 7. ff. solut. matr.* tum etiam quia detinere in carcere, est species iurisdictionis, quæ pactis priuatorum dari non potest. *l. priuatorum. C. de Iurisd. omn. Iud. & tradunt DD. in l. imperium. eod. tit.*

7 Dixi, *per notabile tempus*, quia ex momentanea, seu modica inclusione, aut detentione, puta per vnam vel duas horas non incurritur crimen priuati carceris: requiritur enim, vt quis tanto tempore detineatur, vt detentus possit dici priuatus propria libertate. *secundùm veriorem sententiam, quam sequuntur Bald. in d. l. 1. nu. 1. Plot. relat. int. consil. crimin. Zilet. tom. 1. cons. 108. nu. 65. & alij, quos refert, & sequitur Baiard. d. qu. 68. nu. 93. & 94.* subdens, quod detentor, quia illicitè violentiam adhibet, accusari poterit. *l. Iul. de ui publ. & priuat. quicquid in contrarium sentiant Clar. d. q. 68. vers. priuatum &c. Boer. dec. 275. num. 4. Boss. in tit. de Carcer. num. 26.*

8 Dixi, *absque iusta causa*, quia concurrente iusta, & rationabili causa sic detinens excusatur. *secundùm communem DD. sententiam.*

9 Iustam verò causam censentur habere tam ij, qui de iure habent ius capiendi tantùm, quàm etiam si habeant simul ius capiendi, & retinendi, quorum tamen non idem ius est, sed valde diuersum, vt mox dicemus; nam qui ius capiendi tantùm habent, possunt impunè aliquem detinere spatio duntaxat 20. horarum, captumque Iudici post huiusmodi tempus præsentare debent. *Bart. in l. capite quinto. num. 3. ff. Ad l. Iul. de Adult. Boer. dec. 275. num. 4. Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. fin. qu. 68. vers. priuatum carcerem &c. Decian. tract. crim. d. lib. 7. cap. 10. nu. 1. vers. neque obstat &c.* nam si vltra 20. horas captum detinerent, carcerem priuatum commiterent. *d. l. capite quinto, vbi Bart. ff. de Adult. Luc. de Penn. in l. 1. col. 3. post med. vers. secundo casu &c. C. de Cohort. lib. 12.* vbi dicit, quod parui refert, ab ipso principio vsurpare velle quod solitus est maiestatis, & imperij, vel ex post facto. *vide Baiard. ad Clar. d. q. 68. nu. 91.*

10 Tales sunt qui furem, vel adulterum capiunt, *Bald. in d. l. 1. nu. 5. vers. priuatum carcerem &c. Baiard. loco cit. num. 96. & 104.* vbi etiam dicit, quod potest quis clericum adulterantem, vel turpiter agentem cum vxore, filia, vel sorore, vel similibus per 20. horas absque metu excommunicationis retinere. *Boer. d. dec. 275. num. 4.* vbi dicit, quod is, qui statuto permittente potest impunè occidere bannitum, potest illum à fortiori detinere per dictum spatium 20. horarum. *Luc. de Penn. in d. l. 1. collat. 2. in med. vers. tales enim &c.* vbi exemplificat in capiente debitorem fugientem, & secum pecuniam ferentem. *Specul. in tit. de accusation. §. 1. nu. 4. vers. hoc tamen &c.* idque locum habet etiam in falsificante monetam, agrorum depopulatore, latrone publico, Virginis raptore, & desertore militiæ. *Decian. d. lib. 7. cap. 10. num. 4. et seq. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 78. num. 8.* vbi dicit, quod ius capiendi de consuetudine conceditur indistinctè tam in grauibus, quàm in leuibus delictis. *contra Iodoc. in pract. crim. cap. 15. n. 4. ubi id solum concedit in delictis capitalibus.*

11 Item Officiales destinati ad capiendum malefactores possunt eos apud se retinere spatio 20. ho-

horarum, non vltra, licèt possint ex causa eos alijs tradere custodiendos. *Paris. de Syndicat. in §. Official. destinat. fol. 28. Baiard. d. q. 68. num. 91.* non tamen incurrerent pœnas priuati carceris, si captum Iudici non præsentauerint, sed propria auctoritate liberauerint, dummodò eum vltra 20. horas non detinuerint. *l. capite quinto. vers. sed semel remissus &c. vbi glos. & DD. ff. Ad l. Iul. de Adult. Luc. de Penn. in d. l. 1. collat. 2. post med. uers. quid autem si Baro &c. Cod. de Cohortal. lib. 12. Decian. d. lib. 7. cap. 10. n. 12. vers. concederem tamen &c. Baiard. d. qu. 68. num. 93. & seq. Paris. de Put. loco cit. in fin.* vbi dicit, quod tales officiales aliquem capientes iniustè, possunt ipsum impunè liberare. *per tex. in l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furt.*

12 Obserua tamen, quod etiam momentanea inclusio probaret actum consummatum, quando quis habens facultatem capiendi, captum includit, non animo præsentandi Iudici, sed detinendi etiam vltra 20. horas, si de eo animo constaret. *secundùm Decian. d. lib. 7. cap. 10. num. 2. in fin.*

13 Obserua 2. quod in Regno Neapolis, quando captura est licita, potest captus detineri per duos dies absque pœna priuati carceris. *vt d. Afflict. in const. Duram, nu. 10. in fin. quem refert Baiard. loco cit. nu. 100.*

14 Illis verò, qui ius habent capiendi, & retinendi, non est tempus detentionis præfinitum; tales
15 sunt Dominus respectu serui, pater respectu filij, vel nepotis, & maritus respectu vxoris. *Rol. à Vall. cons. 27. num. 13. & seq. vol. 3.* vbi eti-
16 am dicit, quod non valeret promissio mariti de non corrigendo vxorem, quia id esset contra bonos mores, & præberet materiam delinquendi. *latè Boer. dec. 275. per tot.* vbi idem dicit in Abbate incarcerante Monachum, & in Magistro corrigente discipulum. *Baiard. d. q. 68. nu. 95. et seq.* vbi addit, quod pater potest detinere filium, etiamsi esset Clericus. *Luc. de Penn. in d. l. 1. col. 2. vers. de iure communi. C. de Cohort. lib. 12.* vbi dicit, quod isti tandiù poterunt detineri, donec corrigantur. *Clar. d. qu. 68. vers. priuatum carcerem etc.* vbi etiam obseruat, quod dispositio *d. l. 1. Cod. de Priuat. carcer.* non habet locum in S. R. E. Cardinalibus, qui propter eminentiam dignitatis possunt habere priuatum carcerem ad puniendum domesticos, & familiares suos, & ita vsum obtinuisse testatur *Manfred. in tract. de Cardin. c. 8. in 19. priuileg. uide Scanarol. de visit. carcerat. lib. 1. cap. 2. nu. 20.*

18 Hoc tamen cum discretione intelligendum est, dummodò sæuitia non interueniat; non enim licet Patri sæuire in filium, vel Domino in seruum, & sic de alijs, sed moderata correctio est eis tantùm permissa; ideò si excederent in corrigendo, puniendi sunt arbitrio Iudicis. *l. 2. §. fin. ff. de His qui sunt sui etc. Clar. q. 56. vers. potest etiam etc. et d. qu. 68. vers. priuatum carcerem etc. vbi etiam Baiard. num. 88. Rolan. consil. 27. num. 16. uol. 3. Boer. d. decis. 275.*

19 Consanguineis quoque licitum est detinere furiosos sibi coniunctos, eosque ligare, & carcere continere, donec ad sanam mentem redierint. *l. congruit. §. furiosi, ubi Bald. ff. de offic. Præsid. Boer. decis. 275. nu. 3.* idemque dicendum est de

20 alijs, qui aliquem detinent, vel includunt, nè in sua libertate positus in aliquod malum, vel periculum incidat. *arg. d. §. furiosi.*

21 Sub hoc numero in Vrbe, & eius districtu comprehenditur etiam frater, patruus, vel auunculus, qui detinent fratrem, vel nepotem respectiuè, & alios familiares ad effectum eos corrigendi. *ut ex statuto eiusdem Vrbis lib. 2. cap. 86. et ibi Galganet.*

22 Dixi denique. *tamquam habens publicam iurisdictionem, uel animo eam usurpandi*: quia si non eo animo, sed ob aliam causam alium quis detineret, crimen priuati carceris non committeret. *Bart. et Bald. locis cit. Decian. d. lib. 7. cap. 10. nu. 11. et 17. Baiard. d. q. 68. num. 99.* vbi ab
23 huiusmodi pœna eum excusant, qui detineret mulierem ad explendam libidinem. *Farinac. cons. 74. nu. 3. 4. et 11.* & apud nos clarè disponit statutum Vrbis *lib. 2. cap. 56. ibi, animo carcerandi, uel in eum priuatum carcerem committendi etc. uide Scanarol. de Visit. carcerat. lib. 1. cap. 2. numer. 21.*

24 Idem dicendum, quando quis illum detinet, vel capit animo eum occidendi, vel vulnerandi: tunc enim teneretur tantùm de vulnerato, vel de occiso, si id immediatè exequatur. *arg. l. illud. §. fin. ff. Ad l. Aquil.* secus si ex interuallo occidat, vel vulneret, quia eo casu vtrumque crimen committit, & de vtroque tenetur. *d. §. fin. ubi Bart. l. 2. ff. ff. de Priuat. delict. Boer. d. decis. 275. nu. 4. Baiard. d. q. 68. nu. 98.*

25 Exercens verò priuatum carcerem secundùm ius commune punitur pœna capitis. *d. l. 1. C. de Priuat. carcer.* verum de consuetudine non imponitur pœna mortis, sed alia mitior, & vt plurimum pecuniaria. *Clar. d. qu. 68. uers. priuatum carcerem etc. Boer. d. decis. 275. Farinac. q. 27. nu. 35. Vermigliol. cons. crim. 388. num. 25. et 26.*

26 Item creditor, qui suum debitorem præsumpserit retinere, à debito cadit, & tantundem tenetur dare debitori. *Auth. Vt null. Iudic. §. quia uerò. Baiard. loco cit. num. 103.* nisi in actu fugæ eum detinuerit; creditor enim in tali casu suum debitorem impunè potest capere, & detinere, vt supra diximus, & sensit etiam *Scanarol. de Visit. carcerat. lib. 1. cap. 2. nu. 22.*

Item detentus in carcere priuato, si aliquid agit cum ipso detentore, potest postmodum allegare metum, & instare pro actus rescissione. *Capell. Tholosan. dec. 399.*

27 Eademque pœna arbitraria puniendum Iudicem arbitror, qui scit, committi priuatum carcerem, & tolerat, nè seuerius agatur cum Iudice, qui eo casu delinquit tantùm in omittendo, quàm cum reo, qui committendo delinquit, licèt de iure communi Iudex in tali casu reus læsæ maiestatis fiat. *ut d. Bart. in d. l. 1. C. de Priuat. carcer. Ghirlan. in tract. de Relaxat. carcerat. q. 1. nu. 16. Gig. de Crimin. læs. maiest. in rub. Qualiter, et à quibus etc. q. 35. num. 2. quos refert Baiard. d. q. 68. n. 102.*

28 Notandum tamen est, quod consuetudo excusat à pœna huius delicti. *ut post Petr. de Anchar. Alex. et Ias. tradit Decian. d. cap. 10. num. 14.*

29 Notandum 2. quod Iudex incompetens, detinens in carcere non subditum, non ideò committeret

teret priuatum carcerem, quia Iudex habet iurisdictionem saltem habitu, & in eum potest prorogari iurisdictio, *vt d. Detian. loco cit. numer. 17.*

59 Notandum 3. quod ad euitandam condemnationem irà vt pro delicto quis puniri non possit, sufficit aliquod probare, ex quo appareat, illud ex aliqua causa potuisse licitè fieri, licèt punctualiter non probetur, quod factum fuerit iure licito: *Bart. in l. non solum, §. sed vt probari, num. 3. ff. de Nou. oper. nunc. Dec. in cap. in præsentia. n. 52. de Probat. Rimin. cons. 44. post. nu. 4. Boss. in tit. de Conuict. nu. 60. Clar. in d. §. fin. q. 56. vers. vlt. & q. 60. vers. & generaliter &c.* vbi etiam dicit, quod vbicunque aliquid est prohibitum certo, vel limitato loco, vel tempore, debet constare de illo loco, vel tempore, aliòquin reus absoluendus est. *Villalob. commun. opin. litt. c. nu. 23. Bosr. decis. 168. nu. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Referuntur pœna contenta in l. si quis in tantam, C. Vnde vi, contra inuadentem possessionem rei alienæ, vel suæ ab altero possessæ.*

2 *Nemo propria auctoritate sibi ius dicere potest.*

3 *De consuetudine totius Christiani orbis dispositio d. l. si quis in tantam, non seruatur.*

4 *Inuadens rem suam ab altero possessam, vel alienam, non condemnatur ad aliquid in vtilitatem partis, præter restitutionem possessionis.*

5 *Fur in crimine furti non condemnatur in pœnam dupli, vel quadrupli parti applicandam, sed tantùm ad rei restitutionem, & ad pœnam criminalem.*

6 *Qua pœna plectatur inuadens rem suam ab alio possessam, vel alienam.*

7 *Quid si rem suam vacantem, & à nemine possessam quis propria auctoritate occupauerit.*

8 *Et quid si clam ingressus fuerit possessionem, nemine in ea reperto.*

9 *Et quid si deiectus ex sua possessione, incontinenti deiiciat illum, à quo deiectus fuit.*

10 *Constitutio 75. Sixti V. contra eos, qui conuocant homines armatos pro recuperanda sua possessione, quando procedat.*

11 *Quando dicatur quis deiicere incontinenti.*

12 *Hodie seruatur constitutio Pauli V. vbi Sixti V. prohibitio declaratur.*

13 *Ingrediens propria auctoritate possessionem alterius ex præcedente pacto, nullam incurrit pœnam.*

14 *Debitor qui dat licentiam creditori, ingrediendi fundum propria auctoritate, si intra terminum non soluerit, censetur constituisse hypothecam in illo fundo.*

15 *Creditor censetur recessisse à iure ingrediendi fundum propria auctoritate, si adijt Iudicem, vdicumque contra debitorem intentauit.*

16 *Quid si creditor petat à Iudice sibi dari manum militarem, vt ipsum associet ad capiendam possessionem.*

17 *Et quid si debitor factis resisteret, nè creditor possessionem capiat.*

18 *Quando violentia non puniatur, & nu. 41.*

19 *Post interuersam possessionem, pactum capiendi illam propria auctoritate, nihil operatur.*

20 *An ius ingrediendi propria auctoritate possessionem, cessat possit.*

21 *Debito non liquidato pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, non habet executionem: limitatur nu. 24.*

Liquidatio debiti quomodo sit facienda, ibidem d. nu. 21.

22 *Quid si creditori data fuerit facultas ingrediendi in possessionem propria auctoritate in casu contrauentionis.*

23 *Quando vxor vigore pacti executiui possit propria auctoritate ingredi possessionem.*

24 *Quando liceat ingredi possessionem, & eam retinere ante liquidationem.*

25 *Captura facta pro credito non liquido, non retractatur, si in continenti creditum liquidetur.*

26 *Pactum ingrediendi possessionem rei pignoratæ, vel hypothecatæ non potest exerceri contra singularem successorem, & tertium possessorem: limitatur nu. 27. & seq.*

27 *Quid si alienatio facta fuit lite pendente, vel si debitor promisit rem non vendere.*

28 *Et quid si in instrumento adesset clausula constituti.*

29 *Et quid si pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, appositum fit in traditione rei suæ.*

30 *Hæres potest propria auctoritate res hæreditarias apprehendere: limitatur nu. seq.*

31 *Fideicommissarius siue vniuersalis, siue particularis hæreditatem non potest capere propria auctoritate, sed de manu hæredis, aliàs iure suo priuatur, & nullam acquirit possessionem: limitatur n. seq.*

32 *Quando fideicommissarius possit capere propria auctoritate.*

33 *An, & quando Vsufructuarius possit vsumfructum capere propria auctoritate.*

An Vxor relicta vsufructuaria, possit propria auctoritate vsumfructum capere, ibidem.

34 *Legatarius non potest propria auctoritate capere legatum, sed tantùm de manu hæredis, aliàs priuatur iure suo, & nu. 36. limitatur nu. 37.*

35 *An fructus percepti, ante aditionem hæreditatis, spectent ad legatarium, vel fideicommissarium.*

36 *An prædictam pœnam incurrat legatarius, qui non occupauit propria auctoritate totum legatum, sed illius partem.*

37 *In quibus casibus legatarius propria auctoritate potest capere legatum, & nu. 40.*

38 *Donatarius causa mortis potest occupare propria auctoritate rem donatam post mortem donatis.*

39 *Si hæres resisteret, non liceret legatario etiam in casibus à iure permissis, possessionem rei legatæ capere per vim.*

40 *An legatarius occupans propria auctoritate rem legatam in casibus permissis resistente hærede, incidat in pœnam.*



CAP.

CAP. XVIII.

Qua pœna plectatur occupans, seu inuadens possessionem rei alienæ, vel sua ab altero possessa.

1 RESp. quod de Iure communi is, qui propria
auctoritate rei suæ ab altero possessæ pos-
sessionem inuadit, possessori illam restituere te-
netur, & eiusdem rei dominium amittit; si verò
alienæ rei possessionem inuadit non solum posses-
sionem vna cum fructibus perceptis restituit, sed
ipsius rei æstimationem soluere compellitur. *l.*
si quis in tantam, vbi Bald. Sal. & alij. C. Vnde
vi. Gabr. lib. 5. tit. Aquiren. vel amitt. poss. con-
clus. 1. nu. 1. Socin. iun. cons. 18. num. 11. lib. 2. &
2 *alij communiter*; nemo enim propria auctoritate
sibi ius dicere potest. *l. extat. ff. de eo quod met.*
caus. l. 1. C. Nè quis in sua caus. iud. &c.
3 Verum de consuetudine totius Christiani or-
bis dispositio. *d. l. si quis in tantam*, non serua-
4 tur: inuadens enim rem suam ab altero posses-
sam, vel alienam, arbitraria pœna punitur iux-
ta facti, & personarum qualitatem: non tamen
condemnatur ad aliquid in vtilitatem partis, præ-
ter restitutionem possessionis; quemadmodū nec
5 fur in crimine furti condemnatur in pœnam du-
pli, vel quadrupli parti applicandam, sed tantùm
ad restitutionem rei furto ablatæ, & ad pœnam
criminalem. *Spec. in tit. de restit. spoliat. §. 1. vers.*
item quidam. nu. 9. Farinac. in Pract. crim. q. 175.
6 *nu. 144.* vbi dicit, quod poterit hoc casu impo-
ni pœna *l. Iulia, de Vi publ.* si vis, publica illata
fuit. *vel l. Iulia, de Vi priuat.* si illata fuit vis pri-
uata. *Couar. var. lib. 3. cap. 16. n. 7. vers. secundus*
7 *casus &c.* vbi ab huiusmodi pœnis eum excusat,
qui propria auctoritate occupauit rem suam va-
cantem, & à nemine possessam, modò eam esse
suam statim probauerit; item à prędictis pœnis
8 excusatur qui clam ingressus fuit possessionem,
nemine in ea reperto, etiamsi habuisset animum
vim inferendi, & expellendi, si inuenisset, dum-
modò violentia in effectu non interuenerit. *vt*
post Cyn. & Alberic. in d. l. si quis in tantam, sen-
sit Farinac. d. q. 175. nu. 60. Boss. in tit. de plurib.
viol. nu. 6. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 20. nu. 2.
9 vbi, quod nec prædictis pœnis ligatur qui ab ali-
quo deiectus, ex sua possessione, incontinenti
deijcit illum, à quo deiectus fuit. *Menoch. de re-*
tin. poss. remed. 3. num. 252. & seq. & de Adipisc.
possess. remed. 6. num. 6. vbi dicit, quod incon-
tinenti suam possessionem recuperare licitum est
etiam armata manu; neque in tali casu locum ha-
bent pœnæ constitutionis 75. Sixti V. contra
eos, qui conuocant homines armatos pro recupe-
randa sua possessione. *de qua in nou. Bullar.* hæc
enim constitutio, cum violentiam præsuppo-
nat, intelligenda, est, si id fiat ex interuallo,
non autem si incontinenti: nam qui incontinenti
suam possessionem recuperat, nullam vim inferre
videtur. *Lancell. de Attentat. par. 2. cap. 4. limit.*
1. nu. 31. & seq. vbi quod licitum etiam est suam
possessionem defendere, & tueri, etiam conuo-
catis hominibus armatis, antequam ab ea quis
eijciatur. *Farinac. q. 135. nu. 174. & 177. & d.*
q. 175. num. 80. 83. & seq. vbi obseruat, quod præ-
dicta constitutio Sixti V. non excludit simpliciter,
& generaliter defensionem suæ possessionis cum
hominibus armatis, sed tantùm loquitur quando
quis prius possessionem aliqua de facto occupa-
uit, seu recuperauit, & deinde eam cum homini-
bus armatis tuetur, ac defendit; tutius tamen
erit, si is, qui dubitat, nè in sua possessione mo-
lestetur, imploret præceptum seu monitorum à
Iudice contra turbantes, seu turbare tentantes,
ab eo familiam obtineat *vt d. Plot. de in lit. iur.*
§. 3. num. 23.
11 Dicitur verò quis deijcere incontinenti non
solum quando statim ac deiectus est à sua posses-
sione, illam recuperat, & deijcit eum, a quo de-
iectus fuit, sed etiam si quis id egerit post plures
dies, menses, & etiam annos, quamprimum po-
teri, Iudicis arbitrio, iuxta personarum, & rei,
de qua deiectus fuit, qualitatem. *secundùm Boss.*
in tit. de Plurib. violen. nu. 7. Lancell. Attentat.
par. 2. cap. 4. limit. 1. nu. 26. & seq. Farinac. d. q.
175. nu. 83.
12 Verum his non obstantibus hodiè seruanda est
constitutio Pauli V. qui declarauit, prohibitio-
nem Sixti V. supra citatam, in casu retinendæ
possessionis, & quibuscunque alijs casibus locum
habere, excepta tantummodo causa defensionis
necessaria ad vim vi repellen. cum moderamine
inculpatæ tutelæ, prout dictam Pauli V. de-
clarationem refert. *Flauius Cherubinus in*
Compen. Bullar. post d. constit. 75. Sixti fol.
133.
13 Notandum est autem, quod propria auctorita-
te ingrediens possessionem rei alienæ ex præce-
dente pacto, & conuentione, nullam incurrit
pœnam, quia tunc vim facere non videtur. *l. pe-*
nult. C. de Pignor. act. l. 3. vbi Bald. C. de Pignor.
præsertim si vltra pactum executiuum in instru-
mento adesset clausula constituti, vel precarij;
quo casu, cum iam possessio sit translata in credi-
torem, parum operatur pactum ingrediendi pro-
pria auctoritate. *Farinac. d. q. 175. num. 174. &*
seq. & num. 195. & 198. vbi etiam dicit, quod
14 ex eo solum, quod debitor dat licentiam credi-
tori, ingrediendi fundum propria auctoritate,
si intra terminum non soluerit, censetur consti-
tuta hypotheca in illo fundo.
15 Obserua tamen, quod si creditor adijt Iudi-
cem, iudiciumque contra debitorem intentauit,
censetur recessisse à iure ingrediendi fundum
propria auctoritate, nisi aliter protestatus fue-
rit. *Bald. in l. adem, num. 13. C. Locat. Ruin.*
cons. 57. num. 3. lib. 3. Farinac. d. q. 175. nu. 199.
16 *& seq. num. 218.* vnde inoleuit praxis, vt credi-
tor producto instrumento, in quo adest pactum
ingrediendi propria auctoritate, petat à Iudice,
sibi dari manum militarem, vt ipsum associet ad
capiendam possessionem, nè deueniatur ad ar-
ma; Iudex verò summariè cognito per instrumen-
tum, quod facit rem notoriam, de debito liqui-
do, concedit Curiam ad effectum præsumitur, e-
tiam parte non citata. *Neguss. de Pignor. par. 4. n.*
24. & seq. Menoch. de Adipisc. possess. remed. n. 10.
Farinac. d. q. 175. n. 224. & 26. cum seq. vsque
17 *ad nu. 239.* vbi subijcit, quod quamuis vigore
pacti de capiendo possessionem propria aucto-
S 2 rita-

ritate, non liceat creditori propria auctoritate illam capere debitore factis resistente, etiamsi vltra pactum prædictum adesset in instrumēto clausula constituti, vel precarij, tamen sic possessionem apprehendens non incideret in pœnam, cum
18 non spoliandi animo, sed ius suum defendendi vim intulisse videatur, quo casu violentia non punitur: censetur enim creditor propulsasse contrariam vim sibi à possessore resistente factam, quod pariter videtur permissum. *ex l. vt vim. ff. de Iust. & Iur. l. 4. ff. Ad l. Aquil.*

19 Obserua 2. quod post interuersam possessionem, pactum capiendi propria auctoritate possessionem, nihil operatur, etiamsi eum pacto prædicto adesset etiam clausula constituti. *glos. in l. 2. ver. repellere, C. de Iur. Emphit. Bald. in l. 3. C. de Pignor. Farinac. d. q. 175. n. 201. & 203.*

20 Obserua 3. quod huiusmodi ius ingrediendi propria auctoritate possessionē cedi potest, dummodò cedatur etiam actio personalis, ad cuius executionem venit illud ius. *Ruin. cons. 192. nu. 2. lib. 1. Gabr. de Acquir. vel amitt. poss. conclus. 8. nu. 30.* vbi dicit, quod istud ius transit etiam in singularem successorem, si nominatim cessum fuerit. *latè Farinac. d. q. 175. nu. 193. & seq.*

21 Obserua 4. quod debito non liquidato, pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, non meretur executionem. *Bart. in l. 3. in 2. lectur. nu. 14. & 15. C. de Pignor.* vbi dicit, quod
22 liquidatio debiti isto casu est facienda solemniter parte citata, ac dato libello: quemadmodum si in casu contrauentionis data fuerit facultas ingrediendi in possessionem propria auctoritate, non poterit creditor capere possessionem, nisi verificata contrauentione coram Iudice. *Bald. in l. si causam. C. de execut. rei iud. Negus. de Pignor. par. 4. nu. 22. vers. Duodecima conclusio &c. Paris. cons. 102. num. 19. lib. 3. Rolan. cons. 20. num. 13.*
23 *lib. 1.* vbi quod vxor vigore pacti executiui non potest propria auctoritate ingredi possessionem nisi liquidato instrumento, videlicet quod euenerit casus dotis restituendę per mortem viri. *Menoch. de Adipisc. possess. remed. 5. nu. 57. et seq.*

24 Limita, vbi expressè inter partes conuentum fuit, quod liceat ingredi possessionem, & eam retinere ante liquidationem, & declarationem, vel si pacto ingrediendi propria auctoritate, adiecta fuit clausula constituti, seu precarij, vel si fuit dictum, quod debitor possit ingredi absque requisitione debitoris, & absque licentia Iudicis, quia tunc censetur data licentia ingrediendi ante liquidationem. *Bart. in l. 3. nu. 15. in 2. lectur. C. de Pignor. Neguſ. d. par. 4. nu. 22. in duodecima conclusione. vers. nisi in pacto etc. Gabr. d. tit. de Acquir. vel amitt. possess. conclus. 8. num. 17.*
25 *Ruin. cons. 152. nu. 9. lib. 4.* vbi etiam dicit, quod captura facta pro credito non liquido, non retractatur, si incontinenti creditum liquidetur. *vide Farinac. d. q. 175. nu. 205. et seq.*

26 Obserua 5. quod pactum ingrediendi possessionem rei pignoratæ, vel hypothecatæ non potest exerceri contra singularē successorem, & tertium possessorem, quia tale pactum videtur personale, & non reale. *secundùm glos. communiter receptam in l. 3. ver. non videtur. C. de Pignor.*

27 Limitatur tamen hæc conclusio, quando alienatio facta fuit lite pendente: tunc enim pactum executiuum transit etiam contra singularem successorem. *Bart. in l. 3. in 2. lect. nu. 33. vers. aut habet causam ab eo etc. et num. 24. C. de Pignor.* quod etiam procedit, quando debitor promisit, rem non vendere: nam eo casu venditio facta non valet, & contra successorem transit ius executiuum, sicut in re litigiosa. *Neguſ. de Pignor. par. 4. nu. 21. in fin.*

28 Limitatur 2. quando in instrumento adesset clausula constituti: tunc enim pactum executiuum potest exequi contra tertium possessorem. *Bart. in d. l. 3. nu. 25. Neguſ. d. par. 4. num. 21. in fin. et nu. 20. in 8. conclusione. Gabr. d. tit. de Acquir. vel amitt. poss. conclus. 8. nu. 17. et 18. Farinac. d. q. 175. nu. 275. et 282.*

29 Limitatur 3. quando pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, est appositum in traditione rei suæ, quia tunc exerceri potest etiam contra tertium possessorem. *Gabr. vbi supra d. conclus. 8. nu. 22. Farinac. loco cit. num. 280.*

30 Obserua 6. quod licèt hæres possit propria auctoritate res hæreditarias apprehendere. *l. qui habeat, ff. de manum testam.* tamen fideicom-
31 missarius siue vniuersalis, siue particularis hæreditatem non pottest capere propria auctoritate, sed de manu hæredis: cum enim hæres dilectus possideat, consequenter ab eius manu accipienda est hæreditas. *l. cohæredi. §. cum filio. ff. de Vulg. et pup. l. restituta, ff. Ad Trebell. Rol. cons. 78. num. 14. et seq. lib. 3. Osasc. dec. 34. num. 22. et seq.* & ideò si fideicommissarius aliquas res fideicommisso subiectas surripuerit, & propria auctoritate occupauerit, in surreptis, & occupatis iure suo priuatur. *l. Paulus respondit. 48. ff. ad Trebellian. l. non est dubium, vbi glos. et Doctores Cod. de legat. Osasc. d. dec. 34. num. 23.* vbi dicit, quod fideicommissarius etiam particularis possessionem vacantem propria auctoritate ingrediens, nullam acquirit possessionem;
32 quod tamen procedit in fideicommissario primo, eo videlicet, qui est institutus post hæredem primum grauatum immediatè; secus in alio fideicommissario instituto post alterum præcedentem fideicommissarium; nam iste secundus fideicommissarius potest capere propria auctoritate. *Cephal. cons. 39. num. 5. et seq. lib. 1. quem refert, et sequitur Farinac. d. q. 175. num. 293. et seq.*

Limita in infrscriptis casibus, in quibus fideicommissarius etiam primus, propria auctoritate hæreditatem capiens, non priuatur iure suo, videlicet quando hæreditas non fuit adita per hæredem, vel si adita, non tamen fuit per eundem hæredem apprehensa possessio: tenetur tamen possessionem hæredi restituere, vt possit detrahere falcidiam, vel trebellianicam.

2. Potest propria auctoritate hæreditatem capere, si data illi fuit hæc licentia à testatore vel expresse, vel tacitè, vt si dixerit, quod bona sua liberè in illum deueniant, vel si prohibuit, nè vis aliqua, aut molestia eidem inferatur in rebus per fideicommissum relictis.

3. Quando fideicommissarius relictus est etiam executor testamenti: tunc enim poterit etiam res fideicommisso subiectas propria auctoritate apprehendere.

4. Quan-

4. Quando fuit directè substitutus, *de quo vide Bald. cons.234. lib.3. Rip. in l. Centurio. nu. 52. ff. de vulg. & pup. Rol. cons.78. nu.16. & seq. lib.3. Boer. dec.156. nu.17. Paris. cons.54. nu.30. cum seq. lib.3.*

33 Obserua 7. quod nec Vsufructuarius potest vsumfructum capere propria auctoritate, sed de manu hæredis. *Gazad. cons.21. nu.17. Gabr. lib. 5. tit. de vsufr. conclus.1. nu.4. Rolan. cons.74. n. 16. libr.2.* exceptis quibusdam casibus, videlicet quando testator vsufructuario concessit licentiam capiendi vsumfructum propria auctoritate siue expresse, siue tacitè, vt supra, puta si vsumfructum reliquerit liberè, & pleno iure, vel sine contradictione, aut cum clausula, omni meliori modo, vel si prohibuit, nè Vsufructuarius in vsufructu molestetur. *vt tradunt DD. in l. quoties. C. de hæred. instit. Gozad. d. cons.21. nu.17. & cons.91. nu.9. Gabr. lib.5. tit. de vsufr. conclus.1. nu.5. & 7. Rol. cons.42. nu.17. & seq. lib.1. Alex. cons.214. nu.4. lib.6.*

5. Quando Vsufructuarius fuit relictus à testatore executor testamenti, vt supra diximus de fideicommissario. *Gabr. loco cit. nu.6. Farinac. d. q.175. nu.313.*

6. Quando Vsufructuarius sua auctoritate vsumfructum accipit non clam, sed palam. *Roman. cōs.312. n.1. Menoch. de Adipisc. poss. remed. 1. nu.77. Farinac. loco cit. nu.315.*

7. Quando hæres est institutus post mortem Vsufructuarij. *Rolan. d. cons.74. num.16. lib.2.* vbi loquitur de Vsufructuario omnium bonorum.

8. Vxor relicta Domina, & vsufructuaria, filijs hæredibus institutis, potest etiam propria auctoritate alimenta percipere. *Gozad. cons.95. nu.11. Rol. cons.74. nu.20. & seq. lib.2. Viu. opin. 1054. nu.5. Farinac. d. q.175. nu.306. & 308.* quod procedit, quando vxor vsufructuaria relicta, non habet, nisi alimenta; secus quando reuera habet vsumfructum, vt in casu, in quo est institutus extraneus: quia tunc non poterit propria auctoritate vsumfructum capere, sed illum de manu heredis accipere debet. *ex trad. per Anchar. Regiens. qu.1. nu.36. par.2.*

9. Quando relictus est fructus annuus certi fundi, & hæres negligens est in eo colendo: hoc enim casu poterit vsufructuarius eiusdem fundi possessionem propria auctoritate apprehendere. *Franc. Marc. decis.824. num.1.* vbi dicit, quod Vsufructuarius potest colere fundum propria auctoritate, dummodò protestetur, se id facere causa iuris sui conseruandi. *Farinac. d. qu.175. nu.316.*

34 Obserua 8. quod nec legatarius potest propria auctoritate legatum capere, sed tantùm de manu hæredis, alioquin priuatur iure suo. *l. eam quam C. de fideicom. l. non est dubium, vbi Alex. C. de legat. glos. communiter recepta in cap. Raynaldus. ver. petendo extr. de Testam. Gabr. in tit. de Acquir. vel amitt. poss. conclus.1. n.55. Rol. cons. 78. nu.20. lib.3. Cephal. cons.49. nu.7. & seq. lib.*

35 *1.* vbi etiam obseruat, quod priusquam hæreditas adeatur, fructus non pertinent ad legatarium, vel fideicommissarium. *latè Farinac. d. qu.175. num.317. & seq. & num.348.* subdens, quod si legatarius non occupauit totum legatum, sed illius partem, non amittit nisi partem.

37 Verum in plerisque casibus legatarius etiam excusatur, quando non clam, vel ex dolo legatum occupauit, sed palam. 2. quando apprehendit possessionem rei legatæ vacantis, seu, quando hæreditas est vacans. 3. quando à testatore fuit hæc licentia concessa, vt legatum caperet propria auctoritate, prout censetur concessa, si legatum fuerit, ei liberè relictum, vel si testator iusserit, nè legatarius in re legata vexetur, siue molestetur. 4. quando ad id consensus hæredis accederet etiam tacitus, & etiam post captam possessionem, vt si hæres sciens per longum tempus tacuit, nullamque controuersiam contra legatarium excitauit. 5. si legatarius relictus fuit executor testamenti. 6. quando hæres non posset detrahere falcidiam. 7. quando res legata sine vitio, & non contra voluntatem testatoris tempore ipsius mortis reperitur penes legatarium. 8. quando testator cōstituit se precario nomine legatarij rem legatam tenere. 9. quando legatum factum fuit causæ, vel personæ priuilegiatæ. *vide Bart. in l. 1. §. si quis ex mortis. nu.1. ff. Quor. legat. Bald. in l. non est dubium. C. de legat. Menoch. de Adipisc. poss. remed. 2. num.57. Dilect. de Art. testan. rub. de legat. cautel. 12. Gabr. tit. de vsufr. conclus.1. num.8. Couar. var. lib.3. cap.16. num.7. vers. his præterea etc. Rol. cons.78. nu.20. lib.3. Farinac. d. q.175. num.317. et seq. et nu.353.* vbi addit,

38 quod Donatarius causa mortis potest occupare propria auctoritate rem donatam, post mortem donantis. *per tex in l.1. §. si quis ex mortis. ff. Quor. legat.*

39 Sed hæc intellige, vt procedant, quando hæres non resistit: si enim resisteret, non liceret legatario in supradictis casibus possessionem capere per vim, *Rip. in l. Centurio. num.52. vers. nisi salues. ff. de vulg. et pup.* subdens, quod in prædictis casibus violentia non punitur, quia

40 censetur legatarius vim intulisse non animo spoliandi, sed ius suum defendendi. *vt in simili diximus supra, vide Clar. in §. testamentum. qu. 68. vers. sed quid &c. Farinac. d. q.175. nu.354. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Ad probandam alicuius infamiam, vel bonam famam in genere sufficiunt testes singulares, & quando probent. n.2.*

2 *Quando quis repellatur à testimonio in causa criminali, & admittatur in ciuili.*

3 *Duo testes sufficiunt ad infamiam probandam, dummodò contestes sint in ipsa infamia irrogata.*

4 *Testes, vt probent bonam, vel malam famam, debent nominare autores, à quibus ipsi audiuerint.*

5 *Testis nihil probat, si deponat, se audiuisse à maiore parte populi, sed non recordatur de nomine alicuius.*

6 *Testes quid deponere debeant, vt probent bonam, vel malam famam: & nu.8. & 11.*
Prælatus ex dictis paucorum ad inquirendum moueri non debet. ibidem n.6.

7 *Informatio extraiudicialis super mala fama,*

non facit reo praiudicium iudiciale.
8 *Testes non probant alicuius bonam, vel malam famam, nisi deponant de loco, in quo fama viget.*
9 *Testis super infamia, vel bona fama deponens, etiam non interrogatus debet reddere sufficientem rationem dicti sui, aliàs non probat.*
10 *Quando testes probent consuetudinem.*
11 *Infamia quomodo probetur, & nu. 12.*
12 *Infamia non probatur ex voce populi, de qua non est curandum.*
13 *Testis deponens super bona fama, si reddendo rationem dixerit, id scio, quia sum vicinus, probat bonam famam, secus si deponat super infamia.*
14 *In criminalibus fama an, & quando sit sufficiens inditium; & nu. 15. & 16.*

CAP. XIX.

De Inditijs, & tortura.

Quæstio I.

Quando testes probent alicuius bonam, vel malam famam.

1 IN multis conformis est probatio bonæ famæ,
& infamiæ; nam ad probandam alicuius in-
famiam, vel bonam famam in genere sufficiunt
testes singulares. *Bald. in l. ea quidem. nu. 64. C.*
2 *de Accusat.* vbi dicit, quod si vnus dicit, talem
diffamari de adulterio, alter de lenonicino, ex
hoc resultat in genere, quod in specie est malæ
famæ, & ideò in criminali repellitur à testimonio,
non autem in ciuili. *Gabr. de Testib. conclus. 2.*
num. 38. & seq. vbi etiam dicit, quod testes sin-
gulares non probant famam, nisi sint contestes
in tempore, loco, & personis. *Mascard. de Pro-*
bat. concl. 236. nu. 1. & seq. & concl. 749. nu. 24. &
seq. & concl. 895. num. 1. & seq. vbi dicit, duos
3 testes sufficere ad infamiam probandam, dum-
modò contestes sint in ipsa infamia irrogata.
4 2. Testes probare volentes, aliquem esse bo-
næ, vel malæ famæ, debent nominare authores,
à quibus ipsi audiuerint, alioquin sciri non posset,
an tales authores sint honesti, vel maleuoli. *Spe-*
cul. in tit. de Inquis. §. viso igitur. num. 8. Alex.
5 *cons. 150. nu. 18. lib. 1.* vbi dicit quod testis nihil
probat, si deponeret, se audiuisse à maiore parte
populi, sed non recordatur de nomine alicuius,
à quo audiuerit. *Farinac. in Pract. crim. q. 47.*
nu. 314.
6 3. Testes super bona, vel mala fama depo-
nentes debent dicere, quod ità audiuerunt à ma-
iori parte populi, vel viciniæ illius loci. *glos. in*
cap. inquisitionis. §. quæsiuisti, in ver. dicta pau-
corum, de Accusat. vbi, quod Prælatus ex dictis
paucorum ad inquirendum moueri non debet.
Bart. in l. 3. §. eiusdem quoque. nu. 2. vbi etiam
Bald. ff. de testib. Mascard. de Probat. d. conclus.
895. num. 12. vnde bona, vel mala fama alicuius
non probaretur per testes dicentes, ità audiuis-
se ab omnibus eum cognoscentibus, vel à maiori
parte hominum habentium de eo notitiam: quia
tales cognoscentes possunt esse minor pars ho-
minum, qui de iure necessarij sunt ad talem pro-
bationem. *Bald. cons. 406. num. 3. lib. 1. Crauett.*
cons. 41. num. 5. Mascard. de Probat. concl. 749.
num. 10.
7 4. De bona, vel mala fama alicuius potest
Iudex se extraiudicialiter informare, etiam iu-
ris ordine non seruato. *vt post Innoc. Marsil.*
& alios obseruat Farin. d. q. 47. n. 319. vbi tamen
subdit, quod talis extraiudicialis informario non
facit reo præiudicium iudiciale ad effectum illum
torquendi, vel puniendi.
8 5. Testes non probant alicuius bonam, vel
malam famam, nisi deponant de loco, in quo
fama viget, & sic debent deponere de loco origi-
nis, domicilij, vel delicti. *Bart. in l. de mino-*
re. §. plurimum. numer. 10. ff. de Question.
Bald. in l. 3. d. §. eiusdem quoque. ff. de te-
stib. Gandin. in rub. Vnde aut quo loco possit fa-
ma procedere. num. 1. Natt. con. 473. num. 16.
vers. item prædicti &c. Farinac. vbi supra nu-
mer. 320.
9 6. Testis super infamia, vel bona fama depo-
nens, etiam non interrogatus debet reddere
sufficientem rationem dicti sui, aliàs probatio
dicitur incerta, & obscura tamquam generalis.
Gandin. in tit. Quomod. de malefic. cognosc. per in-
quisit. nu. 11. Crauett. cons. 134. nu. 6. vbi etiam
10 dicit, quod consuetudo non probatur per testes
dicentes, de consuetudine ita esse, vel ità obser-
uari, nisi deponant de actibus, & de tempore,
ex quibus consuetudo inducitur. *Alex. ad Bart.*
in d. l. de minore. §. plurimum, post num. 19. litt.
D. & cons. 25. nu. 7. lib. 4. Natt. cons. 96. num. 10.
& cons. 362. nu. 11. Osasc. dec. 79. nu. 53. Mascard.
de Probat. d. concl. 895. n. 7. et 9. et conclus. 1369.
num. 8.
11 In nonnullis tamen probatio bonæ famæ non
est conformis cum probatione infamiæ: nam te-
stes super infamia deponentes debent dicere,
aliquem esse diffamatum apud bonos, & hone-
stos viros, ac dilucidè explicare præsumptio-
nes, & coniecturas, siue factum, ex quo dicunt,
infamiam ortam esse, & tale factum debet veri-
12 ficari, aliàs non probanr: non enim probatur
infamia simpliciter ex voce populi, de qua non
est curandum, cum hæc non dicatur fama, sed
magis vox populi vana. *l. decurionum. C. de Pœn.*
cap. Osius, de elect. Bart. in d. l. de minore. §. plu-
rimum, nu. 18. et 30. et ibid. Alex. in addit. post.
nu. 19. litt. D. ff. de Quæstion. Innoc. in cap. cum
oporteat. nu. 6. de Accusat. Spec. in tit. de Inquis. §.
viso igitur. nu. 8. idem Alex. cons. 5. num. 3. lib. 1.
vbi, quod testes dicentes, aliquem esse malæ fa-
mæ, non probant, nisi dicant, eum esse malum in
eodem genere mali, de quo nunc quæritur. *Cra-*
uett. cons. 41. num. 1. Mascard. de Probat. conclus.
233. et d. concl. 895. num. 10. et seq. vbi, quod te-
13 stis super alicuius infamia deponens, non dici-
tur illam probare, si reddendo rationem dixe-
rit, scio, talem esse infamem, quia sum vici-
nus, etiamsi ralis ratio admittatur ad proban-
dam bonam famam: *ex trad. per Bart. et alios in*
l. 1. ff. si cert. pet.
14 Obterna ramen, quod in criminalibus fama
non est sufficiens inditium ad inquirendum, nisi
15 quis esset diffamatus de crimine in specie, de
quo Iudex intendit procedere, vel coadiuuetur
alia

alia coniectura, vel indicio. *Alex. ad Bart. in d. l. de minore. §. plurimum, post nu. 19. litt. d. ff. de Quæstion. & cons. 5. num. 3. lib. 1. Vermigliol. cons. 25. nu. 13.* secus si diffamatus sit de crimine in genere: hoc enim casu talis infamia ne ad inquirendum quidem sufficit. *Bald. in l. ea quidem. num. 64. C. de Accusat. & in cap. delicti, nu. 3. de appell. Alex. cons. 5. nu. 3. lib. 1.* Item ad effectum, vt fama faciat inditium ad inquirendum, probari
16 debet, quod habuerit originem tempore delicti, & non postea. *ex latè deductis per Caball. resolut. crimin. cas. 200. nu. 133.* præsumitur enim in dubio, quod orta fuerit post inchoationem processus, & post querelam partis, & ideò censetur ab ipsa parte, vel à maleuolis originem habuisse. *Boss. de mand. ad homicid. num. 38. & in tit. de Part. suppos. nu. 21.* subdens, hoc procedere, quando solum fundamentum famæ esset in personis, à quibus auditum esset; secus si post inchoationem processus manifestetur aliquid, ex quo populus deducitur in opinionem: quia tunc potest oriri fama, quæ habeat omne robur famæ, & tempore maleficij, & postea etiam ex interuallo post litem motam. *Farinac. q. 47. nu. 173. 174. & 176. Caball. resol. crim. cas. 200. num. 132. & seq. Vermigl. cons. 20. nu. 23. cons. 22. n. 9. & cons. 74. num. 14.*

SVMMARIVM.

17 *Testes aliàs inhabiles admittuntur in ijs, quæ sunt difficilis probationis, declaratur num. 20. & seq.*
18 *Mulieres non possunt esse testes, quando de crimine agitur criminaliter.*
19 *Mulieres admittuntur, quando per mares veritas haberi non potest.*
20 *Quando testes deponentes de iudicio suo, vel de credulitate admittuntur.*
21 *Vulneratus coram testibus inhabilibus, potest probare delictum per eosdem testes.*
22 *Regula, quod testes inhabiles non admittuntur, quando ex natura actus alij potuerunt interuenire, procedit, vbi quis in culpa fuit eos non adhibendi.*
23 *Qui inhabiles testes producit, & dicit, alios reperiri non posse, id probare tenetur, & qualis debeat esse probatio in tali casu.*
24 *Testes inhabiles ratione delicti contra reum non probant plenè, sed aliqualem faciunt probationem concurrentibus conditionibus, quæ hic recensentur, & n. 11. & 12. & 21. cum seq.*
25 *Iudex potest supplere ex officio, etiamsi pars contra testem infamem nihil opponat.*
26 *Testes infames, & domestici omninò repelluntur.*
27 *Iure gentium testimonium inimici reijcitur, etiam reconciliati, ignoti, vel præsumpti; etiamsi ageretur de crimine hæresis, vel læsæ maiestatis, & n. 38.*
28 *An hæc aliqualis probatio sufficiens sit ad torquendum reum.*
29 *Quando testis prorsus à lege repellitur, non facit inditium, nisi ad inquirendum, seu ad capturam, non autem ad transmittendam inquisitionem, aut ad torturam.*
30 *Fama non est sufficiens inditium ad torturam.*
31 *Fama vt plurimum est fallax, et ex dicto vnius aliquando oriri potest.*
32 *Testes inhabiles ratione delicti, an admittantur ad defensionem rei, vel ad reprobationem testium.*
33 *Quando socius criminis exculpans socium, tollat omnia inditia contra socium.*
34 *An socius criminis, si nominet socium, faciat aliquod inditium, et nu. 35. et seq.*
36 *Ad torturam, et ad condemnationem requiruntur testes omni exceptione maiores.*
37 *Socius criminis, qui patitur plures defectus, nullum facit inditium etiam in exceptis, et atrocissimis, etiamsi adhibita fuerit tortura non obstante consuetudine in contrarium.*
38 *Quid si socius criminis probetur inimicus.*
39 *Socij criminis depositio facta in tortura, an sit attendenda ad reuocationem primæ depositionis emanatæ extra torturam.*
40 *Socius criminis, qui dicatur, et quando ei diminuatur fides, et nu. 41.*
42 *Testes inhabiles non ratione delicti, sed ratione affectionis, ætatis, aut alia de causa, admittuntur indistinctè ad probandam innocentiam Rei.*
43 *Testes consanguinei non admittuntur ad reprobationom aliorum testium.*
44 *Ad probandam innocentiam rei admittuntur consanguinei tantùm transuersales, non autem ascendentes, vel descendentes.*
45 *Frater etiam admittitur ad probandam innocentiam fratris.*
46 *Testes consanguinei non torquentur, vt fidem faciant, sed relinquitur arbitrio Iudicis, quanta huiusmodi testibus fides adhibenda sit.*
47 *Vnicus testis sufficit ad probandã innocentiam.*
48 *Testes inhabiles ratione affectionis, ætatis &c. si producantur contra reum, non censentur idonei, nisi in crimine Simoniæ, hæresis, læsæ maiestatis, & alijs exceptis: declaratur num. 54. & 55.*
49 *Inditia, quæ desumuntur, ex depositionibus testium inhabilium, vt supra, non coniunguntur ad efficiendam semiplenam probationem, & ideò non sufficiunt ad inquirendam torturam, sed tantùm ad inquirendum.*
50 *Ad torturam requiritur semiplena probatio.*
51 *Vnumquodque inditium plenè, & concludenter probari debet per duos testes contestes, & omni exceptione maiores.*
52 *Ad torturam saltem duo inditia legitimè probata requiruntur.*
Et quandò sufficiat vnum inditium, vel vnius testis, ibidem.
53 *Quando inditia probata per testes singulares sufficiant ad inferendam torturam.*
54 *Testes inhabiles ratione affectionis, ætatis &c. non sunt integræ fidei ad probandum crimen hæresis, & alia excepta.*
55 *Crimen hæresis quando per testes inhabiles probetur.*
56 *Quæ crimina dicantur excepta.*

Quæstio II.

An, et quando testes inhabiles admittantur.

17 Regula est, quod testes aliàs inhabiles admittuntur in ijs, quæ sunt difficilis probationis, vt sunt ea, quæ in domo, vel in alio priuato, vel secreto loco communiter occultè fieri consueuerunt. *l. consensu. §. sin autem. vbi Doctores communiter. C. de Repud. latè Alex. cons. 24. nu. 4. 11. et 14. lib. 2.* vbi dicit, buod etsi mu-
18 lieres non possint esse testes, quando de crimine agitur criminaliter. *vt ex text. in cap. forus. §. testes, vbi glos. in ver. non fœmina, de Verb. signif. glos. in cap. tam litteris, ver. fœmina, de*
19 *Testib.* admittuntur tamen, quando per mares veritas haberi non potest; quinimmò in ijs, quæ
20 difficilioris sunt probationis, vt in filiatione, vel adulterio, admittuntur, etiamsi deponant de iudicio suo, vel de credulitate. *idem Alex. con. 152. nu. 11. et seq. vol. 5.* vbi quod vulneratus
21 coram testibus inhabilibus, potest probare delictum per eosdem testes, quia nulla culpa potest imputari vulnerato, quod alios testes habiles non adhibuerit: nam ea regula quod testes inha-
22 biles non admittuntur quando ex natura actus alij potuerunt interuenire, procedit, quando quis in culpa fuit eos non adhibendi. *Alciat. reg. 1. præsumpt. 47. n. 4. et ibi Add. litt. b.* tenetur tamen is, qui inhabiles testes producit, & dicit, alios reperiri non posse, id probare, alioquin semper quis posset producere inhabiles, dicendo, quod alios habere non potest. *Corn. cons. 42. nu. 1. vol. 1. Rolan. cons. 27. nu. 7. et seq. vol. 3.*
23 vbi, quod in tali casu constare debet de deficientia aliarum probationum, nec sufficeret, si testes ipsi deponant, id per alios testes probari non posse. *vt d. Gabr. commun. conclus. lib. 1. tit. de Testib. conclus. 7. Baiard. ad Clar. qu. 24. nu. 123. et seq. Ruin. cons. 120. n. 5. vol. 5. Osasc. decis. 79. num. 42. Cephal. cons. 75. nu. 42. et seq. Gabr. lib. 1. de Testib. conclus. 7. n. 18. Boss. in tit. de opposit. contr. test. nu. 93. et in tit. de Indit. nu. 164. et seq. Beninten. decis. 43. nu. 4. latè Baiard. ad Clar. d. q. 24. nu. 113.* vbi dicit, hanc inspectionem, quod aliter veritas haberi non potest, Iudicis arbitrio remitti, qui attenta qualitate personarum, loci, negotij, temporum, & huiusmodi poterit arbitrari, an veritas aliter haberi possit, necne. *ex trad. per Plot. in l. si quando. §. 2. nu. 8. C. Vnde ui. Mascard. de Probat. conclus. 1403. n. 4.*
24 Sed nè termini confundantur, distinguendum est inter testes inhabiles ratione delicti, & inhabiles ratione affectionis, vel alia de causa: nam si sunt inhabiles ratione delicti, contra reum non probant plenè, sed aliqualem faciunt probationem concurrentibus infrascriptis conditionibus, quarum prima est, vt torturæ subijciantur: 2. vt deponant verisimilia: 3. vt non patiantur plures defectus: 4. vt in causa procedatur ex officio, secus si ad instantiam partis. *Gramm. cons. 45. num. 12. Baiard. loco cit. nu. 122. Crot. in tract. de Testib. par. 3. num. 43. Alex. cons. 11. nu. 6. lib. 1. et cons. 152. num. 15. lib. 5.* vbi subijcit,
25 quod Iudex potest supplere ex officio, etiamsi pars contra testem infamem nihil opponat. *Mascard. de Probat. concl. 1359. nu. 10. 19. & seq. vol. 3. Baiard. ad Clar. q. 24. nu. 113. & seq.*
26 Vnde si testes sint infames, & domestici, omninò repelluntur, nec ad inquirendum sufficiunt, cum tali casu plures defectus patiantur. *Gabr. de Testib. d. conclus. 7. n. 13. Rolan. d. cons. 3. nu. 51.* vbi dicit, quod iura disponentia, vt in certis casibus stetur dicto socij criminis, debent intelligi de socio criminis aliàs non infame ex alio delicto. *& cons. 24. nu. 61. vol. 1. & cons. 57. num. 41. uol. 4. Cephal. cons. 65. nu. 27. & seq. Mascard. d. conclus. 1359. nu. 10. latè Baiard. d. q. 24. nu. 128.* vbi quod huiusmodi testes neque in crimine heresis, læsæ maiestatis, stupri violenti, nec in alijs exceptis admittuntur, præsertim si tales testes
27 essent inimici, quia iure gentium testimonium inimicii reijcitur, etiam reconciliati, ignoti, vel præsumpti, etiamsi ageretur de hæresi, vel crimine læsæ maiestatis. *ut post Gram. cons. 45. nu. 19. Bertaz. cons. 528. tradit idem Baiard. d. q. 24. nu. 117. latè Menoch. de arbitr. Iud. q. 28. Boss. in tit. de Crim. læsæ maiest. num. 111. Farinac. cons. 41. num. 13.*
28 An autem hæc aliqualis probatio sufficiens sit ad torquendum reum? affirmat *Baiard. d. q. 24. n. 118.* licèt non sufficeret ad condemnandum; contrarium tamen tenet *Clar. in Pract. crim. §.*
29 *fin. q. 24. uers. ult.* vbi dicit, quod quando testis prorsus à lege repellitur, non facit indicium nisi ad inquirendum, idest, ad assumendas informationes, vel ad capturam, non autem ad transmittendam inquisitionem, neque ad torturam, præsertim parte opponente; quemadmodum nec fama est sufficiens inditium ad torturam, cum vt
30 plurimum sit fallax, & ex dicto vnius aliquando
31 oriri possit. *Farinac. in Pract. crimin. qu. 47. nu. 7. Vermigliol. cons. crim. 72. nu. 13. & cons. 25. n. 13. Caball. tract. de homicid. nu. 302.*
32 Quæres, an huiusmodi testes admittantur ad probandam innocentiam, seu ad defensionem rei? Resp. quod admittuntur quidem, sed plenè non probant; relinquitur enim Iudicis religioni, quanta sit eis fides præstanda, facti, & personarum qualitate inspecta. *ut d. Clar. q. 24. uers. item scias &c. Baiard. ibidem, num. 129.* non tamen admittuntur ad reprobationem testium, cum sit materia odiosa. *Grammat. dec. 34. nu. 14. latè Farinac. q. 61. nu. 90. et seq. & cons. 161. nu.*
33 *1. et seq.* vbi subijcit, quod quando socius criminis non inducitur in testem ab inquisito, sed carceratus, & à Iudice examinatus, cessante omni subornationis timore socium excusat, præsertim in tortura, tunc talis exculpatio omnia tollit indicia contra socium.
34 Quæres 2. an socius criminis, si nominet socium, faciat, aliquod inditium? Resp. quod non facit inditium ad inquirendum, nisi alia indicia concurrant: nec facit inditium ad torturam, nisi tribus concurrentibus conditionibus, videlicet vt assertio, si non fuerit spontanea, sponte ratificetur: 2. vt post ratificationem iterum in tortura confirmetur: 3. vt tortura inferatur in faciem inquisiti. *Clar. in §. fin. q. 45. uers. cæterum si reus &c. Vulpell. cons. 83. num. 8. Farinac. cons. 99. nu. 47. et 61. et cons. 55. num. 4. 21. et 41.* vbi etiam obseruat, quod tortura, quæ in tali casu

caſu infertur ſocio, moderata eſſe debet, ac legitima, legitimis videlicet præcedentibus indicijs. *Natt. conſ. 18. nu. 14. vol. 1. Rolan. conſ. 73. nu. 2. vol. 1. Boer. deciſ. 319. nu. 1. & et ſeq.* vbi di-
35 cit, quod etiam in caſibus priuilegiatis, & exceptis confeſſio, aut depoſitio ſocij ſola ſine alijs indicijs, facit tantum aliqualem præſumptionem, non tamen eſt indicium ſufficiens ad tortu-
36 ram *Boſſ. in tit. de indit. n. 181. & ſeq.* vbi, quod ad torturam regulariter requiruntur teſtes omni exceptione maiores, & multo magis ad condemnationem. *Gozad. conſ. 2. num. 21. Vermigliol. conſ. 15. nu. 39. et conſ. 20. nu. 13. et conſ. 267. nu. 8. et conſ. 342. nu. 6.* vbi dicit, quod ſocius criminis, qui patitur plures defectus puta ſi ſit ſocius, & periurus, etiam in exceptis, & atrociſſimis
37 nullum facit inditium, etiamſi adhibita fuerit tortura non obſtante conſuetudine in contrarium. *Farinac. conſ. 79. nu. 1. et 23.* vbi dicit, quod quando ſocius criminis patitur plures defectus, eius depoſitio neque ſufficeret ad inquirendum, etiamſi aliter veritas haberi non poſſet, & ageretur de crimine læſæ maieſtatis, & alijs exceptis. *et conſ. 60. nu. 38.* vbi quod etiam in caſibus exceptis dictum ſocij, vel ſociorum criminis etiam cum tortura deponentium, nihil operatur, quando nominatus eſt bonæ famæ, etiamſi ageretur de crimine læſæ maieſtatis; immò ſi ſocius probetur inimicus, nullum faceret in-
38 ditium ad torturam contra ſocium nominatum etiam in caſibus exceptis, licèt ſocius nominatus ſit malæ famæ, & alia adminicula concurrant. *vide Maſcard. de Probat. concluſ. 1311. num. 9. et ſeq. Alciat. conſ. 127. uol. 4. Gram. conſ. 38. nu. 13. Farinac. d. conſ. 60. num. 40.*
39 Item ſocij criminis depoſitio facta in tortura, non eſt attendenda ad reuocationem primæ depoſitionis emanatæ extra torturam, quando ſocius non fuit examinatus ſimpliciter vt teſtis, ſed vt principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios. *vt d. Farinac. conſ. 39. nu. 7.*
40 Socius verò criminis non dicitur, quando nunquam de crimine fuit inquiſitus, aut carceratus. *Farinac. conſ. 41. num. 12.* vbi etiam obſeruat,
41 quod quando Doctores tractant de diminuendo fidem teſti propter criminis participationem, ſemper præſupponunt illius confeſſionem ſuper crimine.
42 Si verò teſtes ſint inhabiles non ratione delicti, ſed ratione affectionis, ætatis, aut alia de cauſa, vt domeſtici, conſanguinei, minores, fœminæ, & ſimiles, tunc admittuntur indiſtinctè ad probandam innocentiam Rei, & dummodò ſint bonæ conditionis, & famæ. *Innoc. in cap. in litteris, de Teſtib. Bald. in l. 1. nu. 4. C. eod. tit. Roman. conſil. 420. nu. 5. Ruin. conſ. 53. nu. 6. vol. 4.*
43 *Alex. conſ. 5. num. 8. lib. 1.* ſubdens, quod conſanguineus non eſſet idoneus teſtis, quando non deponit ad ſimplicem defenſionem, ſed ad impugnationem alterius. *Gramm. dec. 34. n. 14.* vbi, quod teſtes conſanguinei non admittuntur ad reprobationem aliorum teſtium. *Gabr. comm. concluſ. lib. 1. tit. de Teſtib. concl. 1. nu. 37. et concl. 7. num. 11. et lib. 7. tit. de maleſic. concl. 2.* vbi dicit, quod ad defenſionem admittuntur conſan-
44 guinei tantum tranſuerſales, non autem aſcendentes, vel deſcendentes. *latè Maſcard. de Probat. concluſ. 1359. num. 16. et 18. vol. 3. et latiùs*
45 *concl. 904. per tot.* vbi quod etiam frater admittitur ad probandam innocentiam fratris, præſertim ſi eſſet valdè notæ fidei, & integræ famæ, ſiue agatur de præiudicio fiſci, ſiue partis. *Baiard. ad Clar. qu. 24. num. 113. et 129. cum ſeq.* vbi
46 etiam obſeruat, quod huiuſmodi teſtes non torquentur, vt fidem faciant; relinquitur tamen arbitrio Iudicis quanta eis fides adhibenda ſit. *Viui. comm. opin. 960. nu. 10. et ſeq. Farinac. conſ.*
47 *6. num. 40. et ſeq.* vbi addit, quod vnicus teſtis ſufficit ad probandam innocentiam: quod intelligendũ eſt, dummodò teſtis ſit omni exceptione maior. *ex trad. per Boſſ. d. tit. de Indic. num. 181.*
48 Secus eſſet, quando huiuſmodi teſtes producerentur contra reum, quia tunc non cenſetur idonei, niſi in crimine ſimoniæ, hæreſis, læſæ maieſtatis, & alijs exceptis *latè Alex. conſ. 11. num. 6. vol. 1. Cepoll. conſil. crim. 32. nu. 2. & 3. Alciat. reg. 1. præſumpt. 47. n. 4. Farinac. in Pract. crim. q. 37. nu. 28. et 29. et q. 56. nu. 72.*
49 Item inditia, quæ deſumuntur ex talium teſtium depoſitionibus, tamquam in ſuo genere imperfecta, non coniungitur ad efficiendam ſemiplenam probationem; & ideò non ſufficerent ad inferendam torturam, ad quam ſemiplena
50 probatio requiritur, ſed tantùm ſufficerent ad inquirendum. *Clar. in pract. crim. §. fin. qu. 62. in princ. Farin. conſ. 34. nu. 7. et conſ. 20. nu. 47.*
51 vbi ſubijcit, quod vnumquodque inditium ſiue remotum, ſiue proximum per ſe debet plenè, & cõcludenter probari per duos teſtes conteſtes, & omni exceptione maiores, etiam in atrociſſimis, quando agitur de inferenda tortura, alioquin non coniungitur. *et in Pract. crimin. q. 37. num.*
52 *38. et ſeq.* vbi, quod ad torturam ſaltem duo inditia legitimè probata requiruntur, licèt aliquando ſufficiat vnum, ſi ſit valde proximum delicto, hoc eſt ſi inferat valdè veriſimiliter ad delictum: quemadmodum vnicus etiam teſtis ſufficit ad torturam, ſi deponat immediatè de ipſo delicto. *Caball. reſol. crim. caſ. 200. nu. 129. Vermigl. conſ. crim. 33. nu. 30. & 31. conſ. 60. num. 2. & 3.* vbi, quod etiam in delictis occultis ad effectum inferendi torturam, inditia debent legitimè probari. *vide Oſaſc. deciſ. 79. nu. 57. Rolan. conſ. 3. num. 37. vol. 3. Honded. conſ. 100. num. 5. & ſeq. lib. 1.*
53 Obſerua tamen, quod aliquando inditia probata per teſtes ſingulares ſufficiunt ad inferendam torturam, ſi infraſcriptæ conditiones concurrant, videlicet vt inditia ſint plura, ac proxima delicto, 2. vt omnia tendant ad eumdem finem, vnumque coadiuuet aliud: 3. vt teſtes ea probantes, ſint idonei, & omni exceptione maiores, aliàs ſecus, *vt poſt Blanch. in tract. de Ind. & tortu. nu. 366. et ſeq. et alios tradit Farinac. d. qu. 37. nu. 38. et ſeq. vide Add. ad eumd. Farinac. conſ. 34. litt. c.*
54 Obſerua 3. quod ad probandum crimen hæreſis, & alia excepta, admittuntur quidem teſtes inhabiles ratione affectionis, ætatis, &c. non tamen ſunt integræ fidei, & omni exceptione maiores. *Alex. conſ. 11. num. 6. vol. 1. Farinac. in Pract. crim. q. 56. num. 71. et ſeq. et q. 62. n. 81. cum*
55 *ſeq.* vbi etiam dicit, quod crimen hæreſis per

teſtes

testes inhabiles non probatur, nisi testes huiusmodi plures sint, quàm duo: vel si duo sint, cum eorum dicto concurrant alia adminicula.

56 Quæ verò sint crimina excepta, *vide Spec. in tit. de Accusat. §. 1. num. 37. Farinac. quæst. 56. num. 70.*

SVMMARIVM.

57 *Confessio, vt noceat reo, non debet esse generalis, sed specifica cum expressione loci, temporis, causa, aliisque qualitatibus, & circumstantiis delicti.*

58 *Confessio rei extorta non præcedentibus inditiis, nec probato corpore delicti, non sufficit ad torturam.*

59 *Factum alio loco, & tempore, dicitur realiter diuersum.*

60 *Quid si reus confiteatur, se plura homicidia, vel latrocinia commisisse, non exprimendo nomen personæ occisæ, vel cuius res furto subtraxit.*

61 *An talis confessio generica faciat indicium ad torturam.*

62 *An possit quis ex sola confessione condemnari, & num. 63.*

64 *Corpus delicti per confessionem rei regulariter non probatur.*

65 *Non censetur constare de facto, nisi constet de eius qualitate.*

66 *Quid si reus in tormentis delictum fateatur.*

67 *An possit reus confessionem in tormentis extortam reuocare, & nu. 68.*

69 *Quando articuli obiectiui admitti debeant.*

70 *An confessio rei cum qualitate exclusiua delicti diuidi possit.*

71 *Quando Iudex abstinere se debeat à tortura.*

72 *An condemnatus in contumaciam, & habitus à statuto pro confesso, & conuicto, possit appellare.*

73 *Conuictus, & sponte confessus de iure non appellat.*

74 *Non est facienda extensio de casu vero ad casum fictum.*

75 *Quando Bannitus non possit impunè offendi.*

76 *An Princeps possit appellationem omninò tollere.*

77 *Quis censeatur verus contumax, & quis fictus.*

78 *Quando contumax citatus non teneatur comparere.*

Quæstio III.

Quando confessio noceat reo.

57 REgula est, quod confessio siue iudicialis, siue extraiudicialis, vt confitentem afficiat, debet esse non generalis, sed specifica, tam de persona, in quam delinquitur, quam de loco, & tempore commissi delicti: generalitas enim ambiguitatem parit, & ambiguitas confitenti non nocet. *l. 1. §. quæstioni, & §. si quis vltro, vbi DD. ff. de Quæstion. Roman. cons. 455. num. 4. Boss. in tit. de Confess. nu. 43. & seq. Farinac. cons. 156. nu. 15. & cons. 80. nu. 4.* vbi dicit, quod confessio, vt noceat reo, debet esse specifica cum expressione loci, temporis, causæ, aliisque omnibus qualitatibus, & circumstantiis delicti.

58 Ex quo infertur 1. quod confessio rei extorta non præcedentibus inditiis, nec probato corpore delicti, non sufficit ad torturam, *Vermigl. cons. 113. num. 5. Hirutius relat. inter consil. Farinac. cons. 25. nu. 23. Boss. in tit. de Delict. num. 15.* vbi dicit, quod Iudex non comperto delicto debet reum absoluere. *Mascard. de Probat. conclus. 345. nu. 39. vol. 1. Bartho. Socin. in l. hæredes. nu. 10. post med. ff. de Vulg. & pup.* vbi dicit, quod si quis confitetur factum, sed negat tempus, vel locum, videtur omninò confiteri aliud maleficium, & contentum in accusatione omninò ne-
59 gare, quoniam factum alio loco, & tempore dicitur realiter diuersum. *ut tradunt DD. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de Cond. indeb.*

60 Infertur 2. quod reus non poterit condemnari, si generaliter confitetur, se plura latrocinia commisisse, non exprimendo in specie, cuius res furto subtraxerit, aut aliquem occidisse non expresso nomine personæ occisæ, etiamsi dicat, se ignorare nomen personæ. *l. 1. §. si quis vltro. ff. de Quæstion.* quod procedit, etiamsi reus esset malæ conditionis, & famæ: in delictis enim nemo potest sibi præiudicare, contra veritatem aliquid dicendo, vel asserendo. *vt aduertit. Peguer. decis. 17.*
61 *nu. 3. & 4.* vbi etiam dicit, quod talis confessio generica non facit indicium ad torturam. *Rolan. cons. 51. num. 13. & seq. lib. 1.* vbi dicit, quod si fur confitetur, plura furta se commisisse, non debet Iudex talia credere, sed tenetur omnia furta per reum confessa verificare, destinando nuntium ad habendam informationem in loco pro veritate, alioquin exponeret se periculo puniendi innocentem: contingit enim aliquando, quod etiam innocens ea, quæ vera non sunt, metu tormentorum confitetur. *l. 1. §. quæstioni, & §. si quis vltro, vbi DD. ff. de Quæstion. Farinac. cons. 156. n. 15. & seq. Crauetta cons. [illegible] n. 2.* vbi dicit, quod in delictis facti permanentis, quale est homicidium, incendium &c. non potest quis ex sua confessione
62 condemnari, nisi constet de corpore delicti; vel saltem appareant aliqua vestigia, vt si reperiatur sanguis, vel aliquid aliud in loco designato ab ipsomet reo, quod proximè referri possit ad delictum: *Clar. in Pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 55. vers. quomodo autem &c.* vbi subiicit, quod in delictis facti transeuntis, quale est fornicatio, adulterium &c. confitens, se cum certa etiam muliere copulam habuisse, condemnari non potest, nisi vltra confessionem adsit querela partis, vel aliqua alia informatio.

63 Limita, quando delictum est tale, quod solo animo perfici potest, quale est hæresis, & similia: tunc enim ex sola confessione, dummodò sit verisimilis, potest quis condemnari, cum tale delictum vix aliter probari possit, nisi per propriam confessionem. *vt d. Clar. d. qu. 55. vers. quomodo autem &c. & alij communiter.*

64 Obserua tamen, quod si reus confitetur, se cognouisse certam mulierem nuptam, non posset adulterio puniri, nisi ex parte fisci probetur matrimonium, nec obstaret, quod idem reus nuptias fateatur, quia corpus delicti per confessionem rei regulariter non probatur. *Farinac. d. cons. 156. nu. 17. & seq.* quemadmodum nec is, qui fatetur, se receptasse bannitum, posset ex causa huiusmodi rece-

receptationis condemnari, nisi fiscus aliter, quàm per rei confessionem, probauerit, eum, qui receptatus est, fuisse bannitum: non enim
65 censetur constare de facto, nisi constet de eius qualitate. *Cephal. cons.230. nu.11. lib.2. Rolan. d. cons.51. num.12. Boss. in tit. de Delict. num.4. & 15.*
66 Obserua 2. quod si reus in tormentis delictum confiteatur, adhuc stari non debet tali confessioni, nisi reus in illa perseueret, & eam ex interuallo ratificet saltem die sequenti, non quidem in carcere, sed ad bãcum iuris,& in loco,vbi reus tormenta, seu instrumenta ad torquendum videre non possit: aliter enim censeretur adhuc durare metus tormentorum, & ità obseruat consuetudo. *vt inquit Clar. qu.64. vers. cæterum & c. cum vers. seq.*
67 An verò reus confessus possit suam confessionem in tali casu reuocare? Resp. affirmatiuè, etiamsi talis confessio fuerit per torturam extorta præcedentibus inditijs, & postea extra tormenta ex interuallo legitimè ratificata, dummodò error allegetur, & eius probatio offeratur, quia non fatetur, qui errat. *l. non fatetur, vbi DD. ff. de Confess.* quo casu Iudex reo statuere debet competentem terminum ad producendum, & allegandum omnes suas defensiones, quas face re intendit contra suam cõfessionem, quia aliàs tamquam indefensus non posset condemnari. *Farin. in Pract. crim. q.81. n.315. & seq. latè Caball. resol. crim. cas.186.* subdens, quod si reus fuerit præcedentibus legitimis inditijs tortus,& confessus, & deinde legitimè ratificauerit, requiritur eo casu clara erroris probatio, nec aliàs releuatur reuocans, etiamsi reuocationem in tormentis vellet substinere: immò fatuus esset Iudex, qui tunc reum torqueret, cum adhuc remanserit sufficiens probatio ad condemnandum; confessio enim legitima nulla ex parte eliditur, nisi probetur error. secus esset, si deuentum fuerit
68 ad quæstionem, sed nondum reus ratificauit extra tormenta, & sic confessio non erat sufficiens ad condemnandum: tunc enim, cum non remaneat plena probatio, sed tantùm semiplena, nisi, reuocans probet contrarium, compellitur perseuerare in confessione per repetitionem tormentorum. *Boss. in tit. de Confess. n.57. & seq.* vbi addit, quod non requiritur probatio erroris, si incontinẽti fieret reuocatio. *Vermigliol. cons.205.*
69 *nu.1. & seq.* vbi etiam obseruat, quod articuli, quamuis obiectiui admittendi sint, si inde resultet defensio articulantis à criminalitate, quia tunc non censentur dati animo partem iniuriandi; alioquin denegatio defensionum resultans ex reiectione articulorum non solum præberet iustam causam appellandi, sed post defensiones denegatas processus, omniaque acta essent nulla ipso iure, etiamsi non fuerit appellatum. *per tex. in clem. pastoralis, de Sent. & re iud.*
70 Quæres, an confessio rei cum qualitate exclusiua delicti diuidi possit? Resp. quod alij negant, asserentes, eo casu fisco, vel parti nihilominus incumbere onus probandi delictum: *ità Boss. in tit. de Confess. n.23. & alij apud Vermigliol. cons. 282. nu.8. Caball. centur.3. resol. crim.254. nu.3. Gabr. lib.7. de malefic. conclus.19. nu.10.* vbi dicit, quod confessio scindi non potest, quando quis confitetur recepisse, & expendisse monetam falsam ignoranter, quam æstimauit bonam. *Ciriac. contr.418. num.19.* vbi dicit, quod in delicto ex causa extractionis frumenti, & aliarum mercium confessio Rei similiter scindi non potest, sed acceptari debet à fisco cum omnibus suis qualitatibus: quod est regulare in omni facto à natura, vel iure communi non prohibito, & contra se iuris præsumptionem non habente. *Boss. d. tit. de Confess. sub. nu.23. Farinac. in Pract. crim. q.81. n.149. & cons.113. numer 6.* contrarium tamen tenet *Bartho. Soci. in l. hæredes. nu.10. versus fin. ff. de Vulg. & pup.* vbi resoluit, quod ille, qui dicit, se occidisse ad sui defensionem, si non probauerit qualitatem allegatam, habetur pro confitente, licèt talis confessio non sufficiat ad imponendam pœnam ordinariam, sed tantùm extraordinariam; quod intellige, quando reus plenè non est conuictus; secus si plenè conuictus sit, & qualitatem defensionis non probauerit: tunc enim poterit in pœnam ordinariam condemnari, cum in tali casu opus non sit confessione. *l. qui sententiam. C. de Pœn. Clar. q.55. vers. posset quoque & c. cum vers. seq. latè Farinac. d. q.81. n.110. & seq. & n.131.* vbi subijcit, quod in tali
71 casu, siue reus sit conuictus, siue non, Iudex abstinere se debet à tortura propter periculum, nè reus substinendo veniat absoluendus, cum per torturam non obstante quacunque protestatione tamquam contraria facto, purgentur nedum inditia, sed etiam probationes.
72 Quæres 2. an condemnatus in contumaciam, & habitus à statuto pro confesso, & conuicto, possit appellare? Resp. affirmatiuè; quamuis enim
73 conuictus, & sponte cõfessus de iure non appellet, quando vtraque qualitas concurrit. *l. obseruare, cum ibi not. C. Quor. appell. non recip.* hoc tamen procedit, quando verè quis esset confessus, & conuictus, secus si fictè per contumaciam, cum
74 non sit facienda extensio de casu vero ad casum fictum. *Bart. communiter receptus in l. 3. §. hæc*
75 *verba siue quis. ff. de neg. gest.* vnde bannitus, qui vigore statutorum potest impunè offendi, non tamen offendi posset pendente appellatione à sententia banni, vel pendente causa nullitatis ipsius banni, seu pendente tempore ad appellandum ab ipsa banni sententia; & ideò si reus post sententiam contra se latam infra tempora ad appellandum vel captus, vel sponte ad Curiam venerit, & à sententia appellare voluerit, audiendus est iure cõmuni inspecto, ità vt sententia contra eum executioni demandari non possit, cum per appellationem sit suspensa; secus si post lapsa tẽpora ad appellandum compareuerit, quia tunc appellans non auditur. *Clar. in ver. homicidium, vers. successiuè quæro & c. Lancell. de Attentat. appell. pend. 2. par. cap.12. ampliat.4. n.3. & seq. Menoch. de Arbitr. Iud. lib.2. q.90. n.58. Farin. q.11. nu.48.* vbi subdit, quod vigore constitutionum Pij IV. & Pij V. si reus non solum infra tempora ad appellandum, sed infra annum spontè compareat, de nouo iterum auditur, ac de directo ex integro contra sententiam aduersus eum latam admittuntur; verum si captus sit quandocunque etiam infra legitima tempora ad appellandum, vel sponte compareat post annum, tunc nullatenus auditur, etiamsi non sit verus contumax: quia in

tali

tali casu vigore dictarum constitutionum sententia facit etimen notorium, & executioni demandāda est ac si in iudicatum transiuisset, dummodò legitimis præcedentibus inditijs lata fuerit: nec potest reus admitti ad nouas, uel alias defensiones absque speciali gratia Papæ, quo casu indistinctè appellatio prohibetur, *ex trad. per Flamin. Cartar. in tract. de execut. senten. capto banni to. cap. 1. num. 54. & seq. & num. 262. cum seq. Grauat. ad Vestr. in Prax. lib. 7. cap. 3. num. 53. Couar. pract. qq. cap. 23. nu. 6.* vbi, quod Prin-

76 ceps potest appellationem omninò tollere secundùm communem Doctorum sententiam. ve-

77 rus autem contumax dicitur, qui fuit personaliter citatus, & comparere contempsit; fictus verò dicitur, quando fuit citatus domi, *Grauat. ad Vestr. d. cap. 3. nu. 53. & seq.*

78 An verò contumax citatus ad comparendum in loco sibi non tuto, teneatur comparere? Resp. negatiuè, præsertim si notoriè constet, locum non esse tutum, *latè Farinac. in Pract. crim. q. 11. nu. 55. & seq. & q. 18. nu. 43.* vbi inter casus loci non tuti ponit metum Iudicis minantis, inimicorum, belli, pestis, ac tempestatis maritimæ.

SVMMARIVM.

1 *An conductor domus teneatur ad emendam damni occasione incendij sequuti ob culpam familia, & nu. 2. & seq.*
2 *An conductor domus teneatur ad casus fortuitos.*
3 *Regula, quod incendium præsumitur euenisse culpa inhabitantium, quomodo intelligatur, & num. 4.*
4 *Conductor non tenetur de culpa leuissima, sed tantùm de dolo, lata culpa, & leui.*
5 *Quid probari debeat ad hoc vt quis de incendio teneatur.*
6 *Loci congruitas culpam excludit, incongruitas includit.*
7 *Quinam teneatur ex facto, vel delicto familiæ, & nu. 8. & 9.*
8 *Quid si clarè non constet de principio ignis.*
9 *Dolus, vel culpa serui quoad ea, in quibus non est deputatus, non debet obesse Domino.*
10 *Quid si villam aliquis conduxerit, vt incorruptam redderet, præter vim, & uetustatem.*
11 *Culpa leuis quomodo probetur.*
Quando committatur dolus, lata culpa, & leuissima. ibidem.
12 *Quid si contra conductorem actum fuerit ciuiliter actione l. Aquilia ad emendam damni.*
13 *Incendium præsumitur originem habuisse in loco, in quo ignis visus fuit prius, quàm in alia parte.*
Incendium, & alij casus ambigui quomodo probentur. ibidem.



CAP. XX.

De damno dato.

Quæstio I.

An conductor domus teneatur ad emendam damni, occasione incendij sequuti ob culpam famuli, siue familiæ ipsius conductoris.

1 RESp. negatiuè, si nulla concurrat culpa vel lata, vel leuis ipsius conductoris, præser-
2 tim si tempore incendij absens fuerit ab eo loco; ratio est, tum quia incendium dicitur casus fortuitus. *l. incendium, & ibi glos. C. Si cert. pet.* casus verò fortuitus non imputatur conductori, nisi conuentio, vel culpa præcesserit *l. quæ fortuitis. C. de Pignor. act. l. si vt certo. §. nunc videndum, vbi Bart. ff. Commod.* tum quia Dominus non tenetur pro famulo, si idoneum elegit. *l. si vendita, vbi Bald. ff. de Peric. & commod. rei vendit. l. si seruus seruum. §. Proculus. ff. Ad l.*
3 *Aquil.* tum etiam quia, licèt incendium præsumatur euenisse culpa inhabitantium, nisi probetur, quod casu fortuito euenerit. *d. l. si vendita, & l. qui insulam. §. fin. ff. locat. Afflict. decis. 57. nu. 2.* tamen illa culpa incendij præsumitur leuissima, nisi aliud in oppositum probetur. *glos. in §. præterea. ver. debet. Inst. Quib. mod. re contr. oblig. latè Roland. cons. 95. num. 15. & 25. lib. 2.* de le-
4 uissima verò culpa non tenetur conductor, sed tantùm de dolo, lata culpa, & leui, quia contractus gratia vtriusque celebratur. *l. contractus. vbi Dec. nu. 33. ff. de Reg. Iur. l. si vt certo. §. nunc videndum, & ibi Bart. ff. Commod. Afflict. dec. 57. num. 4. & 9. in fin.* vnde regula prædicta locum habet in casibus, in quibus quis tenetur de leuissima culpa, vt in commodato, *Grammat. in addit. ad Afflict. loco cit. litt. a.* vbi subdit, quod
5 ad hoc, vt quis de incendio teneatur, debet probari culpa certi determinati hominis, tum quia licèt præsumatur culpa inhabitantium, tamen absque culpa determinatæ personæ fieri non potest; tum etiam quia quando non probatur culpa determinatæ personæ, temanet incertitudo, & sic non potest sequi condemnatio. *l. licet. §. fin. ff. Naut. caupon. stabul. latè Rolan. d. cons. 95. nu. 9. & seq. lib. 2.*
6 Et hæc quidem conclusio præcipuè procederet, quando res, ex qua incendium processit, conseruabatur in loco congruo, & communiter igni non propinquo, & casui ignis verisimiliter non supposito: tunc enim non potest conductori culpa leuis ascribi ratione loci, cum loci congruitas culpam excludat; sicut incongruitas includit. *d. l. si ut certo. §. sed interdum. ff. Commod. ità Gozad. cons. 63. num. 14. et seq. Anchar. cons. 348. nu. 1. et seq. Anan. cons. 71. nu. 2. et seq. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 390. nu. 19.* quod procedit, etiamsi conductor promiserit vti re locata more boni inquilini, eamque restituere potius melioratam, quàm deterioratam. *Farinac. cons. 63. nu. 1. et seq.*
7 Limita in publicanis, nautis, cauponibus, stabularijs hospitibus, & similibus; isti enim tenentur

tur ex facto, & delicto, vel quasi familiæ suæ, dummodo constet de culpa famulorum, seu familiæ: secus si non potest apparere, quis fuerit in culpa, vt quia non constat, an incendium processerit culpa hospitum, vel conductoris hospitij, vel eius famulorum. *Anan. d. cons. 71. nu. 3. Afflict. decis. 57. num. 4.* vbi dicit, quod
8 quando clarè non constat de principio ignis, debet ferri sententia absolutoria. *Gozad. d. cons. 63. num. 14.* subdens, quod aliæ personæ ità demum tenentur, si aliquis de familia deputetur ad certum officium, & in officio illo delinquat, quia tunc dicitur paterfam. in culpa, deputando ministrum non idoneum, seu non sufficientem. *ad not. per DD. in l. 1. §. familiæ. ff. de Publican. et in l. nè quid. ff. de Incen. ruin. et naufrag. vide Farinac. d. cons. 63. numer. 1. Rolan. d. cons. 95. num. 11. et seq. Rot. in Romana incendij, siue prætensorum damnorum, et interesse 17. Martij 1587. apud Farinac. post d. cons. 63. num.*
9 4. vbi, quod dolus, vel culpa serui quoad ea, in quibus non est deputatus, non debet aliquo modo obesse Domino. *Afflict. d. decis. 57. numer. 7.*
10 Limita 2. in casu *l. qui Insulam. colonus. ff. locat.* vbi colonus tenetur de incendio facto per seruum, non ex eo quod villa fuerit combusta culpa famuli, sed quia hac lege ipse villam conduxerat, vt incorruptam redderet, præter vim, & vetustatem; vnde cum duo tantùm casus exceperit, respectu aliorum censetur se obligasse, & per consequens tenetur de damno, quod illatũ fuit à seruo, *l. nam quod liquidæ, ff. de Pen. leg. Rot. in d. Romana incendij, apud Farinac. loco cit.*
11 Notandum est autem, quod ad probandam leuem culpam opus est articulare, & probare, quod reus conuentus non adhibuit illam diligentiam, quam adhibent homines diligentes eiusdem conditionis, & professionis. *gloss. in d. §. præterea, uer. debet. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig.* vbi etiam dicit, quod dolus est machinatio studiosa, lata culpa est non facere quod fieri consuetum est, leuissima verò est, quando quis quocunque modò potuit præuidere, & non præuidit. *latè Rolan. d. cons. 95. nu. 15. et seq. lib. 2.* vbi obseruat, quod culpa non est tenere ignem, nisi sit immoderatus, qui tribus dicitur modis, re, loco, & tempore: re videlicet ex nimia quantitate lignorum, propter quam ignis nimis fuit excessiuus: loco vt quia in loco incongruo, & periculoso ignis accensus fuerit: tempore, vt quia flante vento ignis immissus fuerit in loco aperto debitis diligentijs non adhibitis. *uide Anan. d. consil. 71. num. 2. Gozad. consil. 63. n. 17.*
12 Notandum 2. quod licèt conductor non teneatur ex locato, & conducto, nisi de leui culpa, tamen si actum fuerit ciuiliter actione *l. Aquiliæ* ad emendam damni, teneretur etiam de leuissima, dummodò culpa in committendo consistat, scilicet in supponendo ignem. *Afflict. dec. 57. n. 8. Rolan. d. cons. 95. n. 29. et seq.* vbi, quod quælibet minima culpa in faciendo cõmissa maior est quacunque alia commissa in non faciendo. *Crauett. cons. 97. num. 2. et 5.* vbi subijcit, quod quando agitur de culpa leui, punitur quis indistinctè *l. Aquil.* non habita distinctione, an agendo, vel omittendo commissa fuerit.
13 Notandum 3. quod incendium præsumitur habuisse originem in loco, in quo ignis visus fuit priùs, quàm in alia parte, quia à cõmuniter accidẽtibus ignis videtur in loco suæ originis, & præsũptio adaptatur ad id, quod freqẽntiùs accidit. *Bald. cõs. 174. n. 2. uers. modo est alius casus etc. lib. 2.* vbi dicit, quod incẽdiũ, & alij casus ãbigui probãtur per indicia, & coniecturas. *Alex. cons. 50. n. 3. in fin. et nu. 6. lib. 1.* vbi, quod in his, quæ occultè agũtur de nocte, quando ciuiliter agitur, sufficiunt probationes per coniecturas propter difficultatẽ. *latè Greg. dec. 427. n. 1. et seq.* vbi, quod testes deponẽtes de eorũ iudicio, & credulitate, efficacissimum præstant indiciũ: immò plenè probãt quando iudicium esset coniunctum cum sensu visus. *Campeg. in tr. de Testib. reg. 209. uers. 21. fallit ec. Caput. dec. 70. n. 6. par. 3. Farinac. in Pract. crim. q. 110. n. 73. et 74.* subdens, quod licèt causa, & origo incendij probetur coniecturis, corpus tamen delicti ipsius incendij debet probari manifestè. *Beltramin. ad Greg. d. dec. 427. litt. a.*

SVMMARIVM.

14 *An Dominus fundi possit retinere uel ocidere aliena animalia, et nu. 15. 16. 17. 18. et 19.*
20 *Quod est licitum in termino à quo, an sit etiam licitum in termino ad quem, et n. 21.*
22 *Inspicitur initium quoad locum, et quoad tempus: declaratur, et limitatur n. 23. et 24.*
25 *Quando Dominus teneatur in solidum ad damnum, et quando liberetur dando animal.*
26 *Damnum datum in messe nondum matura, quomodo sit æstimandum, & nu. 27.*

Quæstio II.

An liceat Domino fundi occidere animalia, quæ damnum inferunt in ipso fundo.

14 RESP. negatiuè. *l. Quintus mutius, et d. si boues, cum ibi not. ff. Ad l. Aquil.* immò nec posset illa retinere si sciret, cuius sint, quia maius est periculum in retentione animalium, quàm in alijs rebus, cum animalia facilius pereant, præsertim quia Dominus fundi habet actionẽ de pa-
15 stu pecoris, vel l. aquil. *ut d. Bart. in l. hoc ãplius. n. 3. ff. de Damn. inf. Spec. in tit. de Actor. §. 1. n. 59. uers. sed pone inuenio pecundem etc. Abb. ni cap. si læserit. n. 3. de Iniur. et damn. dat.*
16 Limita 1. si Dominus nesciat, cuius sint animalia, quia tunc ea retinere potest donec, fuerit satisfactus. *Specul. loco cit. nu. 60. Bald. in repet. l. 1. ff. si quadrup. pauper. fecisse. etc. et in l. Quintus mutius. ff. Ad l. Aquil. Ang. in §. animalium. numer. 11. Inst. eod. tit. si quadrup. pauper. etc. Boss. in tit. de Damn. dat. in fin. Gratian. decis. March. 57. n. 12. Cancer. var. lib. 2. cap. 10. n. 86.* vbi subdit, quod licita etiam est retentio pro pabulo animali præstito.
17 Limita 2. nisi consuetudo, uel statutum in loco concederet facultatem prædicta faciendi. *Cepoll. de seruit. rust. præd. cap. 9. de seruit. iuris pascen. nume. 30. Boss. et Gratian. locis cit.* vbi asserunt, quod statuta, & consuetudines locorum, vt plurimum

18 mũ quod statuta, & consuetudines locorum vt plurimum huiusmodi animaliũ retentionem permittunt. *uide Hypp. de Marsil. sign.225.* vbi di-
16 cit, quod stante statuto, vt vnicuique liceat propria auctoritate occidere animalia reperta in proprio fundo, potest quis ea occidere etiam extra fundum, si ea animalia in alium locum aufugerint, dummodò incontinenti id fiat. *Benign. ad Statut. nob. Artis Agricult. Vrb. cap.47.* quidquid
20 enim est licitum in termino à quo, est licitum in termino ad quem continuato actu, quando videlicet est eadem ratio, & congruitas terminorum: tunc enim propter continuationem actus, totum loci spatium reputatur idem locus inspecto ini-
21 tio; secus si esset diuersa ratio, & qualitas terminorum. *Anan. cons.11. nu.4.* vbi dicit, quod at-
22 tenditur initium. *Bart. in l. quod ait, §. fin. ff. Ad l. Iul. de Adult.* vbi dicit, quod deprehendens aliquem in domo, si eum fugientem per horam alibi ostendat, censetur in eadem domo, & incontinenti offendere. *Bald. in l. sicuti. §. Aristo. ff. si seru. uendic. Alex. cons.24. nu.28. lib.2. Benign. ubi supra. Viu. comm. opin. in uer. statutum, opin. 765. nu.11.* vbi dicit, quod edictum puniens extrahentem frumentum extra territorium, non comprehendit illum, qui ante edictum incæpit exportare. *Guid. Pap. dec.373. & ibi Add.* vbi subdunt, quod exteri bona ibi possidentes non obstante edicto possunt extrahere fructus propriorum bonorum. *Thesaur. decis.152.* vbi, quod dum magna vrget penuria, exteris permittitur, vt eam fructuum quantitatem extrahant, quæ ad eorum necessitatem sufficit, & id, quod superest, vendere coguntur ciuibus eius loci, vbi victualia orta sunt. *Cancer. uar. lib.1. cap.14.* vbi, quod statutum prohibens, nè quis ex loco extrahat frumentum, vel aliquid aliud, est intelligendum, præterquam ad proprium vsum.
23 Et hæc quidem procedunt, quando principium est licitum, & habet causam licitam, quia tunc illud principium inspicimus; secus quando vtrumque, & initium, & finis essent illicita: quia hoc casu inspicimus finem, & hoc est fauore rei, nè de vtroque puniatur; vnde apprehendens aliquem in platea, & transferens eum extra plateam, & ibi eum percutiens, punitur tamquam percutiens extra plateam. *Bart. in d. l. quod ait. §. fin. nu.3. & seq. & alij communiter.*
25 Notandum est autem, quod de iure Dominus animalium aut damnum tenetur sarcire, aut animal damnum faciens pro noxa dare. *l.1. §. cum arietes, & §. interdum. ff. si quadrup. pauper. fecis. &c. Ang. in §. animalium, nu.6. Inst. eod. tit. Bald. in. l.1. ff. eod. Benign. ubi supra cap.47.* nisi Dominus animalium sciuerit, ea esse vitiosa: tunc tenetur insolidum ad damnum, & ideò non liberatur dando animal pro noxa. *cap. si bos, & cap. fin. ubi DD. de Iniur. & damn. dat.* quemadmodum nec liberatur dando animal, si animal nocuit, culpa, vel negligentię ipsius Domini, vel custodis: Dominus enim tenetur Aquilia ad emẽdationem damni etiam propter malam custodiam, & electionem. *l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. ad l. Aquil. l.1. §. interdum. ff. si Quadrup. pauper. fecis. etc. Bart. in l. nè quid, num.1. ff. de Incend. ruin. et naufrag. Bald. in d. l.1. ff. si quadrup. pauper. etc. et in d. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. Ang. in d. §. animalium, nu.9.*
26 Notandum 2. quod damnum datum in messe nondum matura, iudicatur secundùm illud tempus, non autem ex tempore superuenienti. *Bald. cons.182. nu.4. uol.1.* vbi dicit, quod frumentum
27 tunc æstimatur quantum valet in herba tantum, & non plus, quia multa accidere possunt, quæ impediant fructus ad maturitatem, & effectum perduci, puta niues, grandines, &c. & ideò de omninò futuris non potest certem iudicari. *Crauett. cons.40. nu.10. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 149. nu.21. Ang. in d. §. animalium, nu.10. Gratian. dec. March.57. nu.5. et seq.*

SVMMARIVM.

28 *Operarij laborantes in fundo alieno regulariter excusantur: limitatur nu.29. et seq.*
29 *Quid si faciant quod de sui natura est illicitum, seu degenere probitorum.*
30 *Et quid si uert, uel præsumptiuè sciuerint, fundum esse alienum.*
31 *Item quid si eis fuit denuntiatum, nè laborarent in tali fundo, uel ut ab opere desisterent.*
32 *An, et quando excusetur qui de mandato Iudicis aliquid facit.*
33 *Mitiùs cum seruis agitur etiam in atrocioribus, si Domino parent.*

Quæstio III.

Quando excusentur operarij laborantes in fundo alieno.

28 QVamuis regulariter excusentur operarij putantes, fundum esse illius, à quo cõducti sunt, *secundùm Bart. et alios in l. in rem.24. §. signum. ff. de rei uendic.* vbi, quod tales operarij nec de damno dato, nec de turbata possessione tenentur, sed sufficit allegare nomina eorum, de quorum mandato id fecerunt, & & mandatum probare etiam per assertionem eo-
29 rum, qui eos conduxerunt: in multis tamen casibus puniuntur, videlicet si quid faciunt, quod de sui natura est illicitum, seu de genere prohibitorum, vt si violentiam aliquam committant, ædificia destruant, terram seminatam euertant, arbores non incidendos incidant maximè tempore incongruo, fructus immaturos colligant, terminos amoueant, noctis tempore, aut cum armis laborent, vel actum clandestinè faciant, vel fines mandati operis excedant, vel aliquid aliud agant, quod non fit de natura operarum locari solitarium: tunc enim, cum dent operam rei illicitæ, accusari possunt, & tenentur de damno, ac de turbata possessione, & contra eos iurari potest in litem. *latè Plot. de in lit. iuran. §. 49. nu.27. et seq. Clar. in Pract. crimin. §. fin. qu. 60. uers. solet dubitari etc. Farinac. q.97. nu.139. et seq.*
30 2. Non excusantur, quando verè vel præsumptiuè sciuerint, fundum esse alienum, quia eo casu cessat bona fides. *Plot. d. §.49. num.27. in 4. limit.* vbi dicit, quod non excusantur operarij, qui ptius laborarunt in vno prædio nomine vnius

& de inde in eodem nomine alterius. *Rolan. conf. 54. num. 2. & 3. & num. 14. cum seq. lib. 1. vbi*, quod non excusantur, quando publica fama est in loco, fundum non esse illius, à quo fuerunt conducti, dummodò de tali fama legitimè constet, *Dec. in l. velle non creditur. nu. 11. ff. de re Iur.* vbi, quod non excusantur operarij, si & ipsi fundum habent vicinum illi fundo, in quo laborarunt, quia præsumuntur ratione vicinitatis habere scientiam; nisi vicini essent infirmi, vel nouti, vel absentes; tunc enim cessaret præsumptio scientiæ, *vt subdit Plot. d. §. 49. nu. 27. vers. & idem vbi laboratores &c.*

31 3. Operarij non excusantur, quando eis fuit denuntiatum, ne laborarent in tali fundo, seu vt ab opere desisterent; quia sicut faciles fuerunt ad credendum conductori, ita etiam debent eadem facilitate credere contradicenti, *Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 354. nu. 40. Clar. d. q. 60. vers. solet dubitari &c.* quod quidem ab omnibus admittitur, quando operarij moniti fuerunt re integra ante opus cæptum, vel quando præceptum Iudicis intercessit; secus si denunciatio facta fuerit post cæptum opus, tunc enim eos excusari censet *Rolan. d. conf. 54. nu. 22. & seq. Plot. loco cit. d. §. 49. num. 27. in 2. limit.* vbi, etiam dicit, quod si non apparet, an ante, vel post locationem operarum protestatio facta fuerit, præsumitur in in dubio locatio, siue conductio operarum præcessisse. *Ruin. conf. 122. n. 12. lib. 5. Farinac. d. q. 97. n. 138.* subdens *nu. 148.* quod is, qui operarios conduxit, tenetur eis actione iniuriarum ad damna, & interesse, nisi forte excesserint fines mandati, *vt declarat idem Plot. vbi supra nu. 27. in 3. limit. in fin. & n. 29.*

32 Ex dictis infertur, quod excusatur etiam is, qui de mandato Iudicis aliquid facit. *Dec. ind. l. velle non creditur. nu. 12. ff. de Reg. Iur. Clar. d. q. 60. vers. solet dubitari &c.* vbi dicit, hoc tantùm procedere in delictis leuibus: quia in delictis atrocibus mandatum Superioris nunquam excusat quoad hoc vt in totum non puniatur, licèt excuset, vt mitiùs puniatur, *iuxta glos. communem receptam in l. 2. in ver. relegatione. C. de Sepulc. uiol.* vbi dicit, quod etiam in atrocioribus mi-
33 tiùs cum seruis agitur, si Domino parent.

SVMMARIVM.

34 *An Vniuersitas inspecto iure communi teneatur pro damno dato in suo territorio.*
35 *An valeat statuta, quod Vniuersitates teneantur emendare damnum in earum territorijs.*
36 *Referuntur quoad hoc constitutiones Pij V.*
37 *Quid si sciatur, à quo fuit illatum damnum, & is soluendo sit.*
38 *Et quid si Communitas probaret, furtum, seu damna contigisse non obstante custodia.*
39 *An in hoc stari debeat iuramento damnum passi.*
40 *Probato furto, iuramentum super quantitate defertur Domino rei.*
41 *An furtum probari possit per testes alids inhabiles.*
Quid seruetur in statu Ecclesiastico. ibid.
42 *Communitas, si emendationem damni præstiterit, absque alia iurium cessione habet regressum contra ipsum malefactorem.*
43 *Quid si is, qui damnum passus est, non iuit per iter rectum.*
44 *Articulans, maleficium fuisse commissum in uia publica, debet se refferre ad tempus maleficij.*

Quæstio IV.

An Vniuersitas inspecto iure communi teneatur pro damno dato in suo territorio.

34 AFfirmat *Bart. in l. 1. §. summa, ff. de his, qui deiecer. &c. & in l. nè quid. nu. 2. ff. de Incen. ruin. & naufrag.* vbi dicit, quod Dominus Castri, vel Villæ, & etiam ipsa Vniuersitas de iure tenetur in simplum ciuiliter, non autem criminaliter. *& ita sentiunt alij, quos refert, & sequitur Dian. resol. mor. par. 8. tr. 7. res. 38.* quia generaliter constitutum est, quemuis Magistratum curare debere, vt malis hominibus prouinciam purget, *iuxta text. in l. congruit. 13. ff. de offic. Præs.* quod procedit, si damnum illatum esset sciente Domino Castri, vel vniuersitate, & prohibere valente, *vt tradunt communiter Doctores*: & tunc pro soluenda ista condemnatione imponitur Vniuersitati collecta pro quantitate patrimonij, *l. 1. C. de Muner. patr. lib. 10. Alex. conf. 88. nu. 36. uol. 5. Farinac. in Pract. crim. q. 24. nu. 200.* vbi dicit, quod ad huiusmodi collectam tenentur etiam absentes tempore maleficij, licèt in hoc contrarium teneat *Menoch. lib. 5. præsumpt. 1. nu. 25.*

35 Sed in multis Italiæ partibus per particularia statuta cauetur, quod Vniuersitates teneantur emendare damnum in earum territorijs: quæ quidem statuta valida sunt, etiamsi Vniuersitates prædictæ nihil verè, vel præsumptiuè commiserint, quia per huiusmodi statuta hominibus municipij tacitè committitur custodia personarum, & bonorum eiusdem loci, & ideò videntur esse in culpa propter negligentiam, *arg. l. dolus, ff. mandat. Bart. loco cit. & in l. iure prouisum. C. de fabricens. lib. 11. Bald. conf. 174. n. 2. & seq. uol. 2. Luc. de Penn. in l. 1. uer. conueniri. C. de omn. agr. deser. lib. 11. Menoch. de Arb. Iud. cas. 345. nu. 11. & seq. Couar. uar. lib. 2. cap. 8. nu. 7. Osasch. decis. 88. n. 13. & seq. Grammat. decis. 47. Farinac. d. q. 24. nu. 198. Cephal. conf. 230. num. uol. 2. Natt. conf. 574. num. 11. uol. 3. Mascard. de Probat. concl. 1413. num. 21.* & ità statuit Pius V.
36 *constit. 10.* contra Barones, & Vniuersitates S. R. E. mediatè, vel immediatè subiectos, seu subiectas, vide *Clar. in Pract. crim. qu. 82. incip. Statutum primum circa damna data, uers. sed quid si damnum datum &c.* vbi dicit, quod si damnum datum sit in confinibus duarum villarum, vtraque in tali casu tenetur.

37 Obseruatamen, quod huiusmodi statuta non procedunt, quando scitur, à quo fuit illum damnum, & is est soluendo; tunc enim non debet quis grauari odio alterius; vnde hæc statuta in duobus casibus intelligi debent, scilicet quando ignoratur, à quo damnum fuerit illatum, vel si scitur, is, qui damnum intulit, non est soluendo. *Barb. conf. 66. nu. 6. quem refert, & sequitur Osasc. dec. 88. nu. 31.* licèt de hoc dubitet *Farin d. q. 24. nu. 213.*

38 Obser-

38 Obserua 2. quod talis culpæ præsumptio recipit probationem in contrarium; vnde si Communitas probaret, furtum, seu rapinam contigisse non obstante custodia, quia videlicet non poterat resistere furtum multitudini, qui damnum dederunt, non teneretur ad emendationem damni. *ut resoluit Farin. d. q. 24. nu. 207.*

39 Obserua 3. quod de damno dato, ac rebus furto subtractis aliter constare debet quàm per iuramentum damnum passi, sed per testes id probandum est, alioquin aperiretur via fraudibus; immò cum Communitas in tali casu teneatur ad emendationem damni ex alterius delicto, stari non debet iuramento damnum passi super æstimatione rerum subtractarum, licèt regulariter pro-
40 bato furto iuramentum super quantitate deferatur Domino rei. *latè Mascard. de Probat. conclus. 832. num. 1. & seq. & concl. 831. nu. 35.* sub-
41 dens, quod furtum probari potest per testes aliàs inhabiles, vt sunt familiares, domestici, & similes. *Farinac. d. q. 24. n. 215. & seq.*

42 Obserua 4. quod Communitas, si emendationem damni præstiterit, malefactore inuento habet pro releuatione indemnitatis regressum cótra ipsum absque alia iurium cessione. *vt probat Farinac. loco cit. num. 214.*

43 Obserua 5. quod Ciuitas non tenetur resarcire damnum, si is, qui damnum passus est, non iniit per iter rectum, sed per alpes, quia debebat iter facere per viam, per quam communiter itur. *Bart. in l. Prætor ait. §. summa. nu. 2. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. Dian. d. par. 8. tr. 7. d. res. 38. in fin. vbi alios refert*, non tamen sequitur, publicè itur per talem locum, ergo est locus publicus. *vt not. Bart. loco cit.* vbi etiam aduertit, quod articulans, maleficium fuisse commissum in
44 via publica, debet se referre ad tempus maleficij, non enim sufficit probare, quod aliàs fuerit locus publicus.

SVMMARIVM.

45 *Vniuersitas verè, & propriè non potest delinquere: declaratur, & limitatur. nu. seq.*
46 *Quid si ageretur de ijs, quæ per vniuersitatem expediri, & fieri possunt.*
47 *In quo loco Vniuersitas citari debeat.*
48 *Vniuersitas pœna pecuniaria regulariter punitur, & nu. 55. limitatur n. 52.*
49 *Quid si Vniuersitas non habeat bona sufficientia ad pœnam soluendam.*
50 *Quando Vniuersitas cogatur ad imponendam collectam.*
51 *An innocentes, & absentes collectari possint pro delicto Vniuersitatis.*
52 *Quando Ciuitas, & Vniuersitas puniatur morte ciuili.*
53 *Pœna Vniuersitatis non releuat singulares delinquentes.*
54 *Autores seditionis quomodo puniantur.*
55 *Quando Vniuersitas teneatur de ratificatione delicti commissi per ciues.*

Quæstio V.

An, & quando Vniuersitas puniri possit.

45 QVamuis Vniuersitas verè, & propriè non dicatur, nec possit delinquere, cum Vniuersitas sit nomen iuris, quæ non habet animum, nec intellectum, sed sit vnum corpus, & quædam persona repræsentata per Rectores, & Gubernatores. *l. 1. §. quibus, & l. 2. l. sicut. §. fin. ff. Quod cuiusque vniuers. nom. l. metum. 3. §. animaduertendum, vbi glos. & DD. ff. Quod met. caus. cap. nouit, de his, quæ fiunt*
46 *à Prælat.* hoc tamen procedit in ijs, quæ Vniuersitati conuenire non possunt, vt committere homicidium, violentiam, rapinam, & similia; secus esset in ijs, quæ per ipsam Vniuersitatem expediri, & fieri possunt, vt condere statuta, dare iurisdictionem, & similia: tunc enim verè, & propriè Vniuersitas delinquere dicitur. *auth. itẽ nulla Communitas. C. de Episc. & Cleric. Bald. cons. 367. nu. 6. lib. 3. And. Gaill. in tr. de Pac. pub. lib. 2. cap. 9. num. 1. & 2. Paris. cons. 21. num. 31. lib. 4.* id vbi intelligit, quãdo more solito, & conuocata Vniuersitate, & seruata solemnitate à iure requisita celebratur, seu fit talis actus, aliàs secus. *latè Farinac. in Pract. crim. qu. 24. num. 111. & seq. & num 129.* vbi, quod Vniuersitas potest in tali casu, sicut alia persona priuata, pro delictis citari, banniri, & condemnari. *Boss. in tit. Banniri qui poss. num. 2. Villalob. commun. opin. ver. Vniuersitas in list. V. numer. 45.* sub-
47 dens, quod Vniuersitas citari debet per edictum propositum in loco, in quo congregari consueuit.

48 Obserua tamen, quod vbi pro delicto à iure imponitur pœna mortis, vel alia corporalis, talis pœna non cadit in ipsa Vniuersitate, cum, *vt supra*, Vniuersitas sit persona ficta, sed regulariter pœna extraordinaria, hoc est pecuniaria imponitur. *Bart. in l. nẽ quid. ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. 4. §. actor. ff. de re iud.* vbi dicit,
49 quod si Vniuersitas non habeat bona sufficientia ad pœnam soluendam, cogenda est, vt imponat
50 collectam. *Boss. loco cit. nu. 1. Add. ad Cap. Tholos. dec. 347. Clar. in Pract. crimin. §. fin. qu. 16. vers. sed quomodò punitur Vniuersitas &c. Gail. de Pac. publ. lib. 2. cap. 9. num. 17. & seq. & num. 36.* vbi, quod isto casu collecta imponitur, non per capita, sed per æs, & libram. *Magon. dec. Lucen. 72. num. 7. & seq. par. 1. Ossasc. dec. 90. per tot. & præcipuè nu. 9. & seq.* vbi dicit, quod
51 eo casu innocentes, & absentes minimè collectari possunt. *Farinac. d. q. 24. num. 118. &*
52 *seq.* vbi etiam dicit, quod in delictis atrocissimis, vt in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ potest Ciuitas, & Vniuersitas puniri morte ciuili, ipsam diruendo, & aratro subuertendo.

53 Obserua 2. quod puniri possunt etiam particulares Ciues, qui verè, & realiter delictum commiserunt; pœna enim Vniuersitatis non releuat singulares delinquentes, quia Vniuersitas isto casu tenebitur tanquam mandans, singulares verò personæ tanquam Mandatarij, nec per

pœ-

pœnam mandantis, mandatarij fiunt à sua pœna immunes. *Andr. Gail. de pac. public. lib. 2. cap. 9.*
54 *nu. 33. & 34.* vbi didit, quod authores seditionis, & duces, factionum, detruncatione capitis, exilio, publicatione bonorum, condemnatione ad triremes, vel ad operas publicas ad tempus, vel in perpetuum iuxta facti, & personarum qualitatem Iudicis arbitrio plectuntur: & si grauius delictum sit, puta læsæ maiestatis, tunc de illius authoribus non solum capitale supplicium sumitur, sed etiam eorum memoria damnatur, ædificia solo æquantur, & insignia familiæ perpetuæ ignominiæ causa tolluntur. *Clar. d. q. 16. vers. sed quomodò punitur Vniuersitas, &c.*
55 Obserua 3. quod vt Ciuitas, & Vniuersitas teneatur de ratificatione delicti per Ciues commissi, tria requiruntur, videlicet quod delictum fuerit commissum nomine ipsius Vniuersitatis. 2. quod Vniuersitas delictum ratificauerit tanquam sic ipsius nomine gestum: 3. quod interueniat debita solemnitas, videlicet conuocatio, congregatio, & deliberatio consilij. *vt supra diximus, latè Osasc. dec. 138. nu. 18. 26. & seq.* vbi subijcit, quod scientia, & tolerantia in vniuersitate non præsumitur, nisi probetur. *Farinac. qu. 24. nu. 145. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *De iure communi non est probibitum loqui, vel conuersari cum bannito, vel eum receptare.*
2 *Quid si id probibeatur ex statuto, vel edicto alicuius loci.*
Statutum loquens de tenentibus practicam cum Bannitis, an comprebendat eum eis loquentes, vel conuersantes. ibid.
3 *Is, qui dat vna vice cibum bannito, vel eum semel receptat, an incurrat pœnam à statuto inflictam.*
4 *Is, qui associat se bannito inuento in itinere, an dicatur contrauenire statuto.*
5 *Statutum puniens loquentem cum bannito, an afficiat eum, qui bannito litteras, vel nuncium mittit.*
6 *Statutum puniens eos, qui bannitos receptant, an & quando comprebendat contrauenientes extra territorum statuentium.*
7 *Quando conuersantes cum bannitis incurrant pœnam à statuto impositam, & n. 8. & seq.*
8 *Dolus, & praiudicium fisci, vel Domini, debet concludenter probari.*
Dolus in dubio non præsumitur. ibid.
9 *Licitum est supplicare Superiori pro gratia banniti, non obstantibus statutis, quod eis non detur auxilium, vel quod eum eis non babeatur commercium.*
An licitum etiam sit, de boc commonere bannitum. ibid.
10 *Statutum faciens de non delicto delictum, non comprebendit minorem.*



CAP. XXI.

De Bannitis.

Quæstio I.

An, & quando conuersatio cum Bannitis sit punibilis.

1 DE iure quidem communi non est prohibitum loqui, vel conuersari cum Bannito, vel eum receptare: nam receptare proximum est actus charitatis, & homo homini iure naturali ad benefaciendum astringitur. *Farinac. q. 133. sub n. 58. Baiard. ad Clar. qu. 90. num. 36. Ciriac. contr. 345. nu. 58.*
2 Si verò id prohibeatur vigore statuti, vel edicti alicuius loci, inspicienda sunt verba statuti, vel edicti: nam si ibi sermo est de tenentibus practicam cum Bannitis recipiendo ab eis litteras, vel nuncios, vel eis mittendo, statutum huiusmodi non comprehenderet loquentes orcentes, & præsentialiter conuersantes. *l. 4. §. toties, cum ibi not. ff. de damn. inf. Farinac. consil. 70. nu. 6. in fin.* statutum enim in tali casu strictissimè est interpretandum. *Rol. cons. 55. nu. 12. & 13. vol. 1. Cephal. consil. 277. nu. 17. & seq. Hond. cons. 8. n. 69. vol. 1.* item non comprehenderet eos, qui per modicum tempus morati fuerint cum Bannito, putà à mane vsque ad prandium, quia verba illa, tenentes practicam, significant actum frequentem, & valdè continuatum. *Ciriac. contr. 345. nu. 35. & seq.* vbi concludit, pœnam similis statuti non incurri ex vno, vel duobus actibus conuersationis, nisi sit longa, diutina, & continua: modicum enim stare in loco, vel nullo modo
3 stare æquiparantur; & ideò dans vna vice cibum Bannito, vel eum semel receptans non incurrit pœnam à statuto inflictam. *Gandin. in tit. de Bannit. pro malef. num. 15. Tob. cons. 101.* vbi dicit,
4 quod si quis associet se Bannito inuento in itinere, non dicitur contrauenire statuto, quia id contingit accidentaliter, & incidenter.
5 Item si statutum puniat loquentem cum Bannito, non afficeret eum, qui eidem litteras scribit, vel mittit nuncium; *Aleiat. in l. 1. nu. 20. ff. de verb. oblig. vbi de communi. Clar. §. fin. q. 82. in 2. statut. vers. quaro si statutum &c. quicquid dicat Baiard. in addit. ad Clar. ibidem nu. 41. Ciriac. contr. 345. nu. 65.*
6 Præterea statutum huiusmodi intelligendum est de ijs, qui in territorio statuentium contrauenerunt, non autem in extero. *Bertaz. cons. 126. n. 9. Hond. consil. 88. num. 48. uol. 2. & alij, quos refert, et sequitur Ciriac. d. contr. 345. nu. 31. uers. tertio etc. et n. 58. et 61. Farinac. q. 133. nu. 67. et 68.* vbi tamen subdit, quod hæc excusatio parum prodesset in statu Ecclesiastico, attenta Bulla Sixti V. violentis, isto casu puniri subditos Ecclesiæ receptantes Bannitos, status Ecclesiastici, etiam extra statum, & territorium Ecclesiæ.
7 Item non incurritur pœna, nisi conuersatio cum Bannito fuerit dolosa, & in præiudicium Domini bannientis; secus si tractetur de negotij diuer-

diuersis fisco non præiudicialibus, *Gandin. in tit. de furib. & latron. nu. 13. in fin. Farinac. d. qu. 133. sub num. 13. 55. & 57.* vbi quod dolus, &
8 præiudicium fisci, vel Domini debet concludenter probari: & ideò Sacra Consulta sæpissimè mandauit, nè procedatur contra conuersantes, receptantes, seu quomolibet auxilium Bannitis præstantes, nisi id dolosè egerint, *Baiard. ad Clar. q. 81. n. 40. Ciriac. d. contr. 345. n. 55. & seq.* vbi quod in dubio non censetur, aliquem loquutum fuisse cum Bannito ex causa dolosa,

9 Ex quo inferunt Doctores, quod cum licitum sit supplicare Superiori pro gratia Banniti non obstantibus statutis, quod eis non detur auxilium, vel quod cum eis non habeatur commercium. *ut d. Bart. in l. infurti, § 1. §. ope, sub nu. 1. ff. de furt. latè Farinac. d. q. 133. num. 73.* licitum etiam erit de hoc commonere bannitum, cum id dolosum non sit, nec præiudiciale Principi. *l. ad rem mobilem. 56. & l. qui procuratorem. 57. & l. ad legatum. 62. ff. de Procur. cum ibi not. per glos. & DD. Ciriac. loc. supra cit. nu. 63. & 64.*

10 Inferunt 2. quod statutum huiusmodi, cum faciat de non delicto delictum, non comprehendit minorem, *Roman. singul. 816. Caualcan. de Brachio Regio par. 1. sub num. 69. Farinac. q. 92. num. 153. Ciriac. contr. 345. nu. 65.*

SVMMARIVM.

11 *Receptatio banniti, quando probari possit per domesticos, & impuberes.*
12 *An, & quando socij confessio faciat inditium ad torturam.*
13 *Quando in aliis delictis admittantur minores, & alij testes inhabiles, & nu. seq.*
14 *An, & quando pupillus in testem admittatur.*
15 *Fiscus plenè probare debet, eum, qui fuit domi receptus, fuisse capitaliter bannitum tempore receptationis.*
16 *An sufficiat confessio rei dicentis, eum, quem receptauit, esse bannitum.*
17 *Item fiscus probare debet, quod receptator habuerit scientiam de banno.*
18 *In dubio præsumitur ignorantia, nisi pro parte fisci probetur publica vox, & fama.*
An ignorantia probari possit iuramento, ibidem.
19 *Item fiscus probare debet, quod ad malum finem bannitus fuerit receptatus, & num. seq.*
20 *Receptans sine dolo, non punitur.*
21 *Quando confessio facta cum aliqua qualitate scindi nequeat à fisco.*
22 *Item fiscus probare debet, quod receptatus fuerit bannitus validè, ac iuris ordine seruato, & num. seq.*
23 *Contumax nulliter non potest dici contumax.*
24 *Si certa pœna imposita sit contra offendentes ex causa officij, hæc qualitas probari debet.*
25 *An bannimenta generalia status Ecclesiastici seruentur in Terris Baronum.*

Quæstio II.

An receptatio banniti probari possit per domesticos, & impuberes.

Præmittendum est, quod Pius V. *constit. 1c.* & Gregorius XIII. *const. 65.* & alij Summi Pontifices varias imposuerunt pœnas contra receptantes bannitos pro capitali crimine; vnde in casu occurrenti videri poterunt dictæ constitutiones,

11 Ad dubium verò propositum affirmatiuè respondet *Farinac. cons. 19. nu. 3. & seq.* vbi dicit, quod cum receptatores bannitorum vigore dictarum constitutionum incurrant in crimen læsæ maiestatis, ideò in hoc casu admittuntur domestici, familiares, socij criminis, & alij quantumuis inhabiles, quando per alios veritas haberi non potest. *l. de minore, in princ. ff. de Quæstion. cap. 1. extr. de Confess. Capic. dec. 130. num. 57. Bocr. dec. 319. nu. 2. & seq.* subdens, quod socij confessio non facit indicium sufficiens ad torturam,
12 nisi aliqua alia præsumptio concurrat. *Io. Crot. in tract. de Testib. par. 3. n. 70. & seq.* vbi dicit, quod
13 quando ex natura negotij verisimiliter habitu, vel actu plures testes habiles interuenire non potuerunt, tunc in subsidium admittitur probatio per testes minores 20. annis, & alios minus habiles, & idoneos. *Spec. in tit. de Teste. §. 1. nu. 34.* vbi, quod minor 20. annis admittitur ad iudicium, nè probationis facultas angustetur, quia quandoque admittuntur aliqui, non quantum ad plenam
14 fidem, sed quantum ad præsumptionem faciendam, in crimine verò læsæ maiestatis etiam pupillus cogit ur ad testificandum, & potest torqueri, si opus sit, dummodò sit doli capax, & facit hoc casu indicium. *latè Mascard. de Probat. conclus. 462. nu. 9. lib. 1. & conclus. 1246. nu. 4. & seq. lib. 3.* vbi dicit, quod etiam in alijs delictis impubes fidem facit, dummodò sit proximus pubertati, & ex officio Iudicis examinetur, non autem ad instantiam patris, & in actis constet, aliter veritatem haberi non possit *Campeg. de Testib. reg. 112.* vbi dicit, quod etiam pupillus quandoque potest recipi, maximè si Dominus dicatur à familia occisus,

15 Obserua tamen, quod pro parte fisci plenè, & concludenter probari debet in tali casu, illum, qui fuit domi receptus, fuisse capitaliter bannitum tempore receptationis, alioquin non esset locus pœnæ, sed potius absolutioni, vt supra diximus, *l. actor. C. de Probat. DD. in cap. si clericus, de for. comp. Boss. de delict. num. 4. Farinac. cons. 37. n. 1. 2. & 12.* vbi quod neque ad torturam deueniri potest, si id probatum non fue-
16 rit, *& cons. 205. n. 1.* vbi addit, quod nec sufficeret confessio Rei dicentis, eum, quem receptauit, esse bannitum, nisi aliter de banno constet.
17 Secundò constare debet plenè, & concludenter, quod receptator habuerit notitiam de huiusmodi
18 banno capitali, quia in dubio præsumitur ignorantia, nisi pro parte fisci probetur publica vox, & fama, eum, qui fuit receptus, fuisse capitaliter bannitum. *Bald. in l. 1. C. de His, qui latron. &c. Rolan. cons. 45. num. 9. & seq. lib. 1.*

Cheru-

Cherubin. ad constit. 10. Pij V. schol. 2. Farinac.
d. cons. 37. num. 15. Boss. in tit. de Rapin. sub num.
16. Ciriac. contr. 345. nu. 1. et 60. vbi etiam dicit,
quod ignorantia probatur, si constiterit de ab-
sentia à loco, vel Ciuitate. Baiard. ad Clar. q.
90. n. 36. et seq. vbi, quod ignorantia probatur e-
tiã ex iuramento ipsius Inquisiti, nisi probetur pu-
blica vox, & fama in cõtrarium, vt supra diximus.
19 Tertiò constare debet, quod ad malum finem
Bannitus receptatus fuerit, quia receptans sine
20 dolo non punitur; vnde excusatur qui bannitum
ad bonum finem receptauit, vt si receptauit ad
finem tractandi pacem inter bannitum, & par-
rem. Bart. in l. quicunque. n. 1. C. de seru. fugit.
vbi dicit, quod ad hoc vt quis puniatur de rece-
ptatione, requiritur dolus, quia receptatio est per
se bona. Cherubin. ad d. constit. Greg. XIII. schol.
2. et alij apud Farinac. d. cons. 37. num. 16. vbi
21 etiam obseruat, quod si aliunde non constaret
de huiusmodi receptatione, quàm ex confessio-
ne Inquisiti deponentis, se receptasse bannitum
ex causa tractandi pacem, talis confessio non pos-
set scindi per fiscum, sed in totum vel acceptari,
vel refutari debet.
22 Quarto constare debet, quod receptatus, fue-
rit bannitus validè, ac iuris ordine seruato: nam
si sententia condemnatoria esset nulla, vt si fuerit
lata banno non præcedente, receptans puniri
non potest; quia nulliter bannitus, seu condemna-
tus: habetur pro non bannito, & pro non con-
demnato. Dec. in cap. prudentiam. nu. 95. de offic.
deleg. Grammat. dec. 29. nu. 1. et seq. vbi, quod
23 contumax nulliter, non potest dici contumax.
Farinac. cons. 205. n. 2. et seq.
24 Notandum est etiam, quod si certa pœna impo-
sita est contra offendentes aliquem ex causa offi-
cij, hæc qualitas probanda est, alioquin cessaret
pœna. l. si per alium. §. docere. ff. Nè quis eum, qui
etc. Farinac. d. cons. 205. num. 20. et seq.
25 An verò bannimenta generalia status Ecclesia-
stici seruentur in Terris Baronum? negatiue re-
spondet Farinac. d. cons. 205. nu. 17. vbi etiam re-
fert, itá sæpius Sacram Consultam resoluisse.

S V M M A R I V M.

26 *An, et quando Iudex inferior absque alia Princi-*
pis licentia possit admittere bannitos ad nouas
defensiones, et num. 27. et seq.
27 *Quid si reus ad nouas defensiones de facto fuerit*
admissus, et num. seq.
28 *Refertur constitutio Pij IV. et Pij V.*
29 *Declaratur textus in l. 1. §. si quis vltrò. ff. de*
Quæst.

Quæstio III.

An Iudex inferior absque alia Principis li-
centia possit admittere bannitos ad
nouas defensiones.

26 NEgat Clar. in Prax. crim. lib. 5. §. fin. q. 94.
vers. est etiam alius modus etc. vbi dicit,
quod talis admissio non fit nisi per Principem; ra-
tio est quia Iudex sententiæ ea lata non potest
amplius se intromittere, nisi ex auctoritate Prin-
cipis sibi concessa, cum eius iurisdictio sit finita.
l. 1. §. si quis vltrò. ff. de Quæstion. l. Diui Fratres.
ff. de Pœn. l. Diuus. ff. de Re iud.
Sed in statu Ecclesiastico Iudices absque alia
Principis licentia possunt admittere ad nouas de-
fensiones bannitos spontè comparentes infra an-
num, vigore constitutionis Pij IV. & Pij V. secus
si compareat post annum, vel si intra annum capti
fuerint. latè Farinac. in Pract. crim. qu. 11. nu.
68. vbi etiam obseruat, quod si de facto, & fisco,
27 seu parte non opponente Iudex admitteret con-
demnatum, & bannitum ad nouas defensiones,
quarum vigore postea relaxaretur, vel absolue-
retur, talis absolutio valeret, & substineretur.
ex trad. per Boss. in tit. si aduers. rem iudicat. re-
stit. postul. nu. 28.
28 Contrarium tamen tenet Baiard. ad Clar. d. q.
94. nu. 66. quia dictæ constitutiones, seu motus
proprij hoc non dicunt expressè, nec tacitè, hæc
enim sunt verba constitutionis Pij IV. *Statui-*
mus, quod in contumaciam condemnati ad suas de-
fensiones faciendas admitti non possint, nisi infra
sex menses à die condemnationis; quo verò ad iam
factas condemnationes, à die publicationis præsen-
tium computandos, nec alibi, quam in loco, vbi
condemnatio sequuta est, vel in Curia generali
Prouinciæ, vbi delictum fuerit commissum; et si
secus fieri contingat, quæcunque absolutiones desu-
per obtinendæ, etiamsi uigore commissionis signatu-
ræ nostræ, nullius sint roboris, uel momenti, sed
ad ipsarum condemnationum iam factarum execu-
tionem deueniri possit, et debeat.
In constitutione verò Pij V. terminus sex men-
sium prorogatur quidem ad annum, sed in ea ex-
pressè cauetur, nè huiusmodi banniti, si post an-
num comparuerint, aut capti ad manus Curiæ
deuenerint, per Iudices ad nouas, seu alias de-
fensiones faciendas admittantur, nisi habita à Si-
gnatura Sanctissimi desuper speciali gratia; ex
quo constat, quod per dictam constitutionem Pij
V. adimitur Iudicibus facultas admittendi ad no-
uas defensiones. ut fatetur Farinac. d. q. 11. nu.
14. et 68. uers. Benè uerum est etc. qui propterea
in secunda impressione in hoc se retractauit: sub-
dit tamen ibidem, quod si reus ad nouas defen-
siones admissus quamuis nulliter, suam innocen-
tiam probasset, Iudex in tali casu principem con-
sulere debet, & interim in executione sententiæ
supersedere; verisimile enim est, quod Princeps,
qui veritati, & æquitati inniti debet, non au-
tem iuris apicibus, seu rigoribus, reum in tali
casu dimittendum, ac liberandum esse rescri-
bat.
29 Verum, quod in statu Ecclesiastico Iudex ab-
sque alio Principis rescripto possit ad nouas de-
fensiones admittere bannitos spontè comparentes
intra annum, verum, & vberiùs testatur idem Fa-
rinac. d. q. 11. nu. 68. in fin. in 2. impressione, vbi
iuncto nu. 13. obseruat, quod textus. in d. l. 1. §. si
quis ultrò. ff. de Quæstion. & alij supra allegati,
procedunt in sententia lata contra præsentem, &
ex veris probationibus, non autem contra absen-
tem contumacem ex præsumptiuis, & priuilegia-
tis probationibus, seu ex ficta confessione indu-
cta à statuto vigore contumaciæ.

SVMMARIVM.

30 *Bannitus capitaliter, & in pœnam vitæ, occidi non potest extra territorium bannientis, aliàs occidens punitur pœna ordinaria: limitatur nu. 33. & seq.*
31 *Bannitus, qui ex statuto est incapax successionis, succedit ab intestato in bonis extra territorium.*
32 *Quando quis dicatur Bannitus à loco.*
33 *Quid si territoria vni Domino subsint, vel eidem Præsidi.*
34 *Et quid si bannitus occidatur in Ciuitate confæderata Ciuitati, à qua fuit bannitus.*
35 *Bannitus vagabundus potest vbique locorum occidi.*
36 *Assassinus, si bannitus fuerit, potest extra territorium bannientis occidi.*
37 *Bannitus pro crimine læsæ maiestatis, an extra territorium bannientis occidi possit.*
Reus falsæ monetæ dicitur reus læsæ maiestatis, ibidem.
38 *An bannitus ab vna Ciuitate Ecclesiæ vigore bullarum Summorum Pontificum possit alibi impunè occidi.*
39 *Quid si in Prouincia extaret statutum, quod banniti ab vno loco, intelligatur bannitus ab omnibus locis eiusdem Prouinciæ.*
40 *Bannitus ab vna Ciuitate status, censetur bannitus ab omnibus locis eiusdem status etiam quoad effectum impunè occidendi.*
41 *Bannitus à Ciuitate Neapoli, censetur etiam bannitus ab Vrbe, & à statu Ecclesiastico.*
42 *Constitutiones de offendendo impunè bannitos, extendendæ sunt ob fauorem publicum.*
43 *Bannitus à propria patria, censetur etiam bannitus ab Vrbe, sed non è contra.*
44 *In Vrbe omnes puniuntur, & præsertim homicidæ cum animo deliberato, & per insidias.*
45 *Banniti in Regno Neapolitano, possunt impunè in Vrbe occidi.*
46 *Bannitus simpliciter in pœnam capitis comparatur deportato, nec potest de iure communi impunè occidi, & num. seq.*
47 *Deportatus non amittit ea, quæ sunt iuris gentium, sed ea tantum, quæ sunt iuris ciuilis.*
48 *Occidens bannitum extra territorium in casibus à iure non permissis, potest in illo territorio puniri pœna ordinaria.*
49 *An possit puniri in loco, à quo ille erat bannitus.*
50 *Occidens bannitum extra territorium bannientis, præmium in loco banni concessum consequi debet.*
51 *Forensis occidens bannitum in territorio bannientis, non potest puniri in loco domicilij, vel originis.*
52 *Iudices, & Magistratus non possunt aliquem bannire à loco ipsis non subdito.*
53 *Quid si aliquem ità bannirent, & alius in dicto loco talem bannitum occideret.*
54 *Occidens debet adhibere consilium, an bannum fuerit rectè latum.*
55 *Quando quis possit impunè occidi ante Iudicis sententiam, & num. 56. cum seq.*
56 *Quid si occidens non sit subditus Principi, contra quem facta est rebellio.*
57 *An lex ciuilis, & eius pœna intelligatur etiam recepta, & approbata de iure canonico contra Clericos rebelles.*
58 *Bannitus pro homicidio, non potest remitti in locum, ubi sunt hæredes occisi, nisi prius habita pace.*
59 *Bannitus existens in Ecclesia loci, vnde bannitus fuit, non censetur exilium fregisse.*

Quæstio IV.

An, & quando Bannitus possit impunè occidi extra territorium bannientis.

30 BAnnitus capitaliter & in pœnam vitæ, regulariter extra locum, seu territorium bannientis occidi non potest, siue bannitus sit subditus, siue non, alioquin occidens ordinaria pœna punitur in loco homicidij. *vt tradunt DD. in l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Bald. in l. 1. num. 9. C. de Summ. Trin. & fid. Cathol. Dec. in l. fin. n. 4. ff. de Iurisd. omn. Iud. Merlin. dec. 353. nu. 23. & seq.*
31 vbi addit, quod bannitus, & hostis patriæ, qui ex statuto est incapax successionis, succedit ab intestato in bonis extra territorium. *Crauett. cons. 409. nu. 15. Baiard. ad Clar. in §. homicidium. n. 268. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 7. nu. 28. Viu. opin. 770. n. 21. & 25. latè Farinac. in Pract. crim.*
32 *q. 103. n. 208. & cons. 113. nu. 1.* dicitur autem bannitus à loco, quando illi in eodem loco est interdicta habitatio. *Bald. in cap. 1. nu. 14. in fin. de Pac. tenen. Veronen. cons. 8.*
33 In nonnullis tamen casibus bannitus impunè occidi potest etiam extra territorium, & locum, à quo bannitus fuit, & primò quando territoria, licèt diuersa sint, tamen vni Domino subsunt, vel eidem Præsidi: tunc enim, vbicunque Bannitus occidatur, occidens immunis est ab omni pena. *Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 29. nu. 2. Crauett. d. cons. 409. nu. 15. Farinac. d. q. 103. nu. 209.* vbi dicit, quod Bannitus Perusiæ, potest occidi Tuderti, quia ambæ Ciuitates sunt sub eodem Legato.
34 Secundò quando Bannitus occiditur in Ciuitate confæderata Ciuitati, à qua fuit bannitus, si adhuc duret confæderatio: tunc enim neque punitur occidens, quamuis extra territoriũ loci banni occiderit, quia bannitus ab vno loco, censetur etiam bannitus à loco confæderato cum loco banni. *Viu. opin. 770. nu. 26. vbi de communi. Baiard. ad Clar. in §. homicidium. nu. 271. Farinac. d. q. 103. nu. 210.* licèt contrarium sentiat *Peregrin. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 7. nu. 29.*
35 Tertiò Bannitus vagabundus potest vbique locorum occidi. *Marsil. cons. 121. n. 14. Farinac. d. cons. 113. num. 11. & in Pract. crim. q. 7. n. 13. & seq.* vbi dicit, quod vagabundus ità vbique locorum potest puniri, vt Iudex non teneatur illum remittere ad Iudicem loci delicti, si iurisdictiones non sint sub eodem Principe.
36 Quartò Assassinus, si bannitus fuerit, potest etiam extra territorium bannientis occidi, quia Assassinus, licèt sit Clericus, à toto populo Christiano per legem est diffidatus. *cap. pro humani, de Homicid. in 6. Boss. in tit. de Mandat. ad homicid.*

micid. nu. 19. & in tit. de for. compet. n. 67. & 90. Baiard. loco cit. nu. 272.

37 Quintò bannitus pro crimine læsæ maiestatis etiam extra territorium bannientis occidi potest, & præmium occidens lucrabitur. *secundùm Baiard. loco cit. numer. 274. Ferrett. cons. 330. lib. 2. Carer. in Pract. crim. in tract. de Homicid. §. 4. excusatur occidens, & §. seq. Ruin. cons. 4. num. 15. ad fin. vers. & ratione confirmatur. lib. 5. Boss. in tit. de Crim. læsæ maiest. nu. 119. Farinac. d. cons. 113. nu. 2. & seq.* vbi loquitur de Reo falsæ monetæ, qui & reus læsæ maiestatis dicitur, & illius pœna punitur. *per tex. in l. 2. vbi Bald. C. de fals. monet.*

Verum hoc procedere potest, quando territoria essent sub eodem Domino, vel Principe; secus si sub diuerso Principe: tunc enim talis reus impunè offendi non potest. *l. relegatorium. §. in insulam, & §. seq. ff. de Interd. & releg. vide Farinac. d. q. 103. n. 221. Ricc. in Prax. quotid. rer tom. 1. par. 2. res. 84.*

38 Sextò Bannitus ab vna Ciuitate Ecclesiæ vigore bullarum Summorum Pontificum, & præsertim Pij IV. contra homicidas, & bannitos, censetur bannitus non solum à locis, vbi homicidia commissa sunt, & à Terris per 50. milliaria circumcirca illa distantibus, sed etiam ab omnibus alijs Terris, & locis Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis; & ideò potest impunè interfici in quolibet ex locis prædictis. *Thob. Non. cons. 98. num. 6. & seq.* vbi dicit, quod Bannitus Eugubij, censetur etiam bannitus Perusiæ, ibidemque occidi potest. *Corn. cons. 192. lib. 3. Viu. opin. 770. nu. 24. Baiad. ad Clar. in §. homicidium,*
39 *nu. 268. & seq.* vbi idem dicit, si in Prouincia extaret statutum, quod Bannitus ab vno loco, intelligatur bannitus ab omnibus locis eiusdem Prouinciæ, & cessante statuto bannitus ab vna Ciuitate status, adhuc censetur bannitus ab om-
40 nibus Ciuitatibus, Terris, & locis eiusdem status etiam quoad effectum impunè occidendi. *latè Farinac. d. q. 103. nu. 222. 225. 252. & 256.* vbi di-
41 cit, quod bannitus à Ciuitate Neapoli, censetur etiam bannitus ab Vrbe, & à statu Ecclesiastico. *& nu. 244. & 251.* vbi, quod constitutiones de
42 offendendo impunè bannitos, vtpote concernentes publicam vtilitatem, & communem quietem, extendendæ sunt ob fauorem publicum. *ex trad. per Bart. Bald. & alios in l. 2. C. Quand. lic. vnicuique sine Iud. se vind.*

43 Septimò Bannitus à propria Patria, censetur etiam bannitus ab Vrbe, quæ etiam hodie dicitur communis patria, præsertim si patria banniti esset de statu Principis Vrbem dominantis. *cap. fin. extr. de for. compet. l. Roma. ff. ad municip.* è contra verò bannitus ab Vrbe, non censetur bannitus à sua patria. *l. relegatorum. §. constitutum. ff. de Interd. & releg. l. fin. C. si seru. export. van.*
44 *Farinac. consil. 136. n. 20.* vbi dicit, quod in Vrbe omnes puniuntur, & præsertim homicidæ cum animo deliberato, & per insidias, *& ibidem nu.*
45 *16. & 17.* vbi, quod Banniti in Regno Neapolitano possunt impunè in Vrbe occidi. *& in Pract. crim. d. q. 103. nu. 223. & seq.*

46 Obserua tamen, quod simpliciter bannitus in pœnam capitis, non potest de iure communi occidi impunè, quia iste comparatur deportato,
47 qui non amittit ea, quæ sunt iuris gentium, licèt, perdat ea, quæ sunt iuris ciuilis. *Bart. et alij in l. ut uim, ff. de Iust. et iur.* vnde si quis simpliciter sit à loco delicti bannitus, reputabitur in Vrbe simpliciter bannitus; si verò esset bannitus cum qualitate, vt impunè occidi possit, eo modo censetur bannitus in Vrbe. *ut d. Farin. d. q. 103. num. 224. cum seq.*

48 Obserua 2. quod licèt occidens bannitum extra territorium in casibus à iure non permissis, possit puniri in illo territorio, in quo homicidium commisit, *ut supra diximus*, non tamen poterit
49 puniri in loco, & Ciuitate, à qua ille erat bannitus. *Bald. in l. 3. nu. 9. C. de Sum. Trin. et fid. cathol.* vbi dicit, quod si Bannitus de Aretio occiditur in territorio Florentino per Ciuem Aretinum, iste non potest puniri Aretij, cum, homicidium sit factum priuatæ personæ, & in factis priuatorum non attendatur territorium, sed solum, an sit aliquid prohibitum, vel permissum. *Boss. in tit. de for. compet. nu. 63. Clar. in §. homicidium uers. ulterius quæro etc. et ibi Baiard. n. 268. et 270. Peregr. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 7. de Bann. nu. 28. Thob. Non. cons. 98. nu. 8. Ruin. cons. 84. nu. 7. lib. 4. Vinc. de Franch. dec. 276. numer. 3. Viu. opin. 770. num. 21. et 25.* vbi, quod occidens bannitum extra territorium bannientis, præmium in loco banni concessum consequi debet. *Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 29. post nu. 2. Aym. cons. 409. num. 17. Farinac. d. quæst. 103. nu. 212. 215.*
51 *216. & 218.* vbi etiam dicit, quod forensis occidens bannitum in territorio bannientis, non potest puniri in loco originis, vel domicilij, quia in hoc casu ad effectum puniendi delinquentem attenditur locus delicti, & non locus originis, vel domicilij. *vide Boss. loco cit. num. 62. in fin vers. & quid si ego &c. Clar. vbi supra, & ibidem Baiard. num. 277.*

52 Obserua 3. quod licèt Iudices, & magistratus non possint aliquem bannire à loco ipsis non subdito *l. relegatorum. §. in Insulam. §. seq. & §.*
53 *interdicere. ff. de Interd. & releg.* si tamen aliquem ità bannirent, occidens in dicto loco non potest puniri pœna ordinaria, sed tantùm arbitrio Iudicis. *Bart. in l. si ex lege. nu. 1. ff. Ad l. Iul. de Adulter. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 1. q. 90. nu. 7.*
54 *& seq.* vbi, quod occidens debet adhibere consilium, vtrum bannum fuerit rectè latum.

55 Addit *Farinac. d. cons. 113. nu. 8.* quod in eo loco, in quo aliquis potest pro crimine ad mortem damnari, in eodem loco potest impunè occidi etiam antequam constet de delicto, & ante Iudicis sententiam: sufficit enim, si de delicto constet post mortem occisi; quæ quidem conclusio intelligenda est non de quocunque delicto capitali, sed tantùm in casibus in iure expressis, vt de transfugis est textus *in l. 3. §. transfugas. Cod. ad l. Corn. de Sicar.* vbi, quod transfugas, vbicunque inuenti fuerint, quasi hostes interficere licet ob maximum præiudicium, quod infertur ex reuelatione secretorum: & de rebellibus tradit *Bart. in tract. Qui sint rebelles. §. rebellando. nu. 22.* vbi dicit, quod rebellis ipso facto hanc pœnam incurrit. *Anch. cons. 277. nu. 2. et cons. 439. num. 3. Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 8. num. 5.* vbi, quod etiam pater rebellis occidi potest, non tamen maritus. *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 39.*

 nu. 5.

nu. 5. & seq. subdens *nu. 12. cum seq.* quod si oc-
56 cidens, non sit subditus Principi, contra quem facta est rebellio, poterit puniri oratione originis, vel domicilij à Iudice suo. *Boss. in tit. de crimin. læsa maiestat. nu. 119. Farinac. d. qu. 103. nu. 11. vers. sed nunquid &c. & num. seq. Ruin. cons. 4. nu. 9. & seq. lib. 5.* vbi, quod lex ciuilis, & eius
57 pœna intelligitur etiam recepta, & approbata de iure canonico, etiam contra clericos rebelles; & de grassatoribus viarum, & desertoribus militiæ est textus *in l. 2. C. quand. lic. vnicuiq. sine Iud. se vendic. ibi, cuncti. etenim aduersus latrones publicos, desertoresque militiæ, ius sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ vltionis indultum:* & de Assassino vide *Farinac. d. q. 163. num. 11. vers. sed nunquid &c.*

58 Obserua 4. quod Bannitus pro homicidio non potest remitti in locum, vbi sunt hæredes occisi, nisi prius habita pace. *ex constit. Pij IV. 52. in nou. Bullar. incip. Etsi cuncta &c.*

59 Obserua 5. quod bannitus existens in Ecclesia loci, vnde bannitus fuit, non censetur exilium fregisse. *Natt. cons. 643. per tot. tom. 4. Rolan. cons. 33. nu. 23. & seq. vol. 3. Anton. de Marin. quotid. resol. cap. 116. per tot. & alij, quos refert, & sequitur Dian. resol. mor. par. 4. tr. 1. res. 92. contra Io: Capiblanc. de offic. Baron. tom. 2. pragm. 8. cap. 34. nu. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Quando confiscatio fit vigore iuris communis, tunc trahitur ad bona sita extra territorium Iudicis confiscantis, & nu. 6. limitatur nu. 7.*
2 *Publicatis bonis quilibet fiscus occupat bona sui territorij: limitatur nu. 12.*
3 *Aes alienum diuiditur pro rata bonorum ad quēlibet fiscum pertinentium.*
4 *Quid si Dominus territorij non habeat ius confiscandi.*
5 *Quando bona confiscata spectent ad Vasallum.*
6 *An Iudex alterius territorij ad effectum confiscandi bona, teneatur fabricare nouum processum, & nu. 12.*
7 *Hodie bona damnatorum non publicantur, nisi in crimine hæresis, & læsæ maiestatis.*
8 *In cęteris delictis bona damnatorum applicantur ascendentibus, & descendentibus, & ex latere vsque ad tertium gradum.*
9 *An vxor damnati in tali casu ad aliquam partem admittatur.*
10 *Confiscatio, quæ fit vigore statuti, non extenditur ad bona sita extra territorium confiscantis: declaratur, & limitatur nu. seq.*
11 *Quid si vtriusque territorij vnus esset Dominus, & idem fiscus, & eadem lex, seu constitutio vigeret in vtroque territorio.*
12 *Sententia Iudicis quando ad bona extra territorium extendatur, & quando intelligatur de bonis existentibus in territorio.*
13 *Si ex forma statuti publicari debeant bona mobilia, & immobilia delinquentis, non includuntur iura, & actiones.*
14 *An bona mobilia spectent ad fiscum eius loci, in quo sunt, & nu. 15. & 16.*
17 *Nomina debitorum pertinent ad fiscum eius loci, vbi exactio de iure, & facto fieri potest, & numer. seq.*
18 *Nomina debitorum per effectum exactionis sunt in loco ipsius exactionis.*
19 *Res spectat ad fiscum eius loci, in quo est facta destinatio.*
20 *Destinatio solutionis facit, vt res dicatur eius loci, in quo est destinata.*
21 *Iura, et actiones appellatione bonorum continentur limitatur nu. seq.*
22 *Quid si diriguntur cum aliquo verbo possessiuo, & nu. seq.*
23 *Iura, & actiones, ac nomina debitorum non possidentur.*
24 *An in alijs casibus vltra prædictos bona damnatorum applicentur fisco.*

CAP. VLTIMVM.

De bonorum publicatione.

Quæstio I.

An, & quando confiscatio trahatur ad bona sita extra territorium Iudicis confiscantis.

1 DIco 1. quod quando confiscatio fit vigore iuris communis, tunc trahitur ad bona stabilia sita extra territorium confiscantis, siue bursa fiscalis sit vna, & eadem, puta quia vnus, & idem est Dominus, siue iurisdictiones, & bursæ fiscales sint separatæ, & distinctæ. *Bart. in l. cunctos populos, ad fin. sub numer. 51. vers. hoc præmisso &c. C. de Sum. Trin. & fid. Cathol.* vbi di-
2 cit, quod tunc quilibet fiscus occupat bona sui territorij. *Bald. cons. 39. nu. 1. vol. 4. Socin. cons. 101. vol. 1. Alex. cons. 31. num. 9. lib. 1.* vbi dicit,
3 quod æs alienum diuiditur non pro modo territorij, nec pro virili, sed pro rata bonorum ad quemlibet fiscum pertinentium. *Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 52. litt. B. Boss. in tit. de Publicat. bonor. num. 62. Farinac. in Pract. crim. q. 25. nu. 95. & 100. cum seq. Cepoll. cons. crim. 17. nu. 37. & seq. Rolan. cons. 78. num. 14. & seq. lib. 2. & cons. 75. num. 8. lib. 3. Clar. lib. 5. §. fin. q. 78. vers. sed hic quæro nunquid &c.* vbi subijcit,
4 quod bona non applicantur Domino, in cuius iurisdictione sita sunt, si talis Dominus non habeat ius confiscandi. *Crauett. cons. 128. nu. 3.* vbi di-
5 cit, quod Vasallo inuestito de loco cum omnibus iuribus etiam regalibus, omnis vtilitas prouenieus in ipso loco, aut eius territorio debetur. *Vrsill. ad Afflict. dec. 272. nu. 18. & dec. 282. num. 19. Guid. Pap. decis. 76.* vbi dicit, quod omnia
6 rei bona vbicunque existentia ex eadem sententia absque nouo processu censentur confiscata. *Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 29. numer. 18. tom. 1.*

7 Hæc tamen conclusio ad duo tantùm delicta, hæresis videlicet, & læsæ maiestatis applicari potest, quia hodie iure nouissimo *auth. bona damnatorum. C. de Bon. Proscript.* non publicantur bo-
8 na damnatorum, nisi pro dictis criminibus; vnde in cęteris bona non applicantur fisco, sed ascendentibus, & descendentibus, & ex latere
9 vsque ad tertium gradum: item vxor damnati debet percipere dotem, si dedit: si non, recipiet

piet tertiam partem bonorum mariti. *Cephal. conf.79. num.9. & seq. Guid. Pap. dec.437. num.4. Farinac. d. q. 25. num.10. & seq. Clar. d. §.fin. q. 78. in princ. Cravett. conf.128. nu.6. in fin. Surd. dec.280. nu.9. Alba conf.17. n.18. in fin. lib.1. Peregr. de Iur. fisc. lib.5. tit.1. nu.144. Ciriac. contr. 230. nu.9. & seq.*

10 Dico 2. quod quando confiscatio fit vigore statuti, seu legis specialis, non extenditur ad bona immobilia sita extra territorium confiscantis, quia sicut statutum non extenditur ad aliud territorium, ità neque ad illud extenditur sententia Iudicis lata vigore dicti statuti. *l. extra territorium. ff. de Iurisd. omn. Iud.* etiamsi statutum
11 diceret, quod confiscentur omnia bona vbique sita, & reperta: adhuc enim illud verbum *vbique*, restringi debet ad terminos habiles, videlicet ad dominium confiscantis, & nō vltra. *Caball. resol. crim. cas.138. n.1. & seq. Clar. d. q.78. vers. sed hic quaero etc.* quod procedit, quando bursa fiscalis est distincta, & dominia sunt diuersa. *Bart. in d. l. cunctos populos. d. num.51. vers. hoc praemisso etc. Boss. in tit. de bonor. publicat. num.62. vers. quaero quando etc. Clar. d. §. fin. qu.78. vers. sed hic quaero nunquid sententia etc. Alex. consil.31. sub num.3. vers. et ideo dicunt etc. lib.1. Cephal. d. consf.78. nu.14. et seq. Peregr. de Iur. fisc. lib.5. tit.1. num.137. et seq. Ciriac. contr.230. num.9. et seq.*

Secus esset, quando vtriusque territorij vnus est Dominus, & idem fiscus, & eadem lex, seu constitutio vigeret in vtroque territorio, quia tunc confiscatio facta vigore dictae constitutionis porrigitur ad bona sita in alio territorio, in quibus fit executio per officialem, seu procuratorem fisci loci, in quo illa sunt. *Bart. loco cit.* vbi exemplificat in pluribus iudicibus deputatis ab vno Rege per diuersa territoria regni, nam si vnus publicat bona delinquentis, secundùm constitutionem Regalem vigētem in toto Regno, omnia bona, quae sunt in Regno, dicuntur publicata. *Boss. loco sup. citato Farinac. d. q.25. nu.98. vbi de communi testatur. Caball. d. cas.138. n.4.*

12 Obserua tamen, quod in casibus, in quibus locus est publicationi bonorum etiam extra territorium Iudicantis existentium, sententia confiscationis non porrigeretur ad bona alterius territorij, nisi id exprimeret, vel vtatur verbis generalibus confiscando delinquentis bona omnia vbicunque existentia; vnde si simpliciter bona delinquentis confiscaret, de sitis in territorio ipsius confiscantis tantùm intelligeretur, prout & statutum simpliciter confiscans bona delinquentis, de sitis in eius territorio solùm intelligi debet. *Bart. in l. ex facto proponebatur. ff. de hared. instit.* Vnde in tali casu Iudex alterius territorij, cui ratione originis, vel domicilij subijcitur reus, debet nouum processum facere, & nouam ferre condemnatoriam sententiam. *Boss. in tit. de Bonor. publicat. nu.65. vers. et aduerte quando publicatio etc. Farinac. d. q.25. sub nu.101. in fin. Caball. loco cit. nu.7. et seq.* subdens, quod Iudex, cui reus non est suppositus ratione originis, vel domicilii, non posset nouum processum fabricare, & ità procedere ad subhastationem, etiamsi bona in eius territorio existant.

13 Obserua 2. quod si ex forma statuti publicari debeant bona mobilia, & immobilia delinquentis, non includuntur iura, & actiones, quia statuta sunt stricti iuris, & strictissimè, prout iacent, sunt intelligenda, nec vlterius extendenda. *Peregrin. d. lib.5. tit.1. nu.47.*

14 Dico 3. quod bona mobilia spectant ad fiscum eius loci, in quo sunt, quia censentur esse de eius loci territorio, vbi reperiuntur. *Bald. in cap.1. numer.6. de Pac. tenen. in vsib. feudor. Bursat. consf.43. num.13. Soc. consil.101. vol.1. Clar. lib.5. §. fin. quaest.78. vers. sed hic quaero nunquid etc. in fin. et ibidem Baiard. nu.143. Peregrin. de Iur. fisc. d. lib.5. tit.1. num.141.* vbi ità
15 in praxi seruari testatur; hoc tamen intelligendum est de mobilibus, quae sunt ibi perpetuò mansura: tunc enim censentur esse de territorio eius loci, vbi reperiuntur, & fisco illius loci, applicantur. *vt declarat Alex. consf.16. num.2. et 4. lib.1.* vbi idem dicit de actionibus, quae dantur ad res mobiles, quia actio iudicatur secundùm id, ad quod competit.

Secus de mobilibus, quae sunt in loco ad tempus ibi mansura: hoc enim casu sequuntur personam, non autem locum: & propterea cui est obnoxia persona delinquentis, illi etiam subiacent huiusmodi bona; vnde applicanda sunt fisco Iudicis procedentis, seu condemnantis, in cuius territorio reus deliquit, etiamsi talia bona essent extra territorium, quia persona delinquentis propter delictum magis obnoxia est Iudici loci delicti, quàm Iudici loci bonorum. *d. cap.1. §. si Iudex, de Pac. tenen. l. mercatores, vbi Bald. C. de commer. et mercator. Ar. Pinell. in rub. C. de Bon. mater. ante num.40. uers. quae restrictio etiam etc.* vbi dicit, quod non censentur esse in loco ea, quae ibi extant, vt quam citò inde amoueantur. *Alex. consil.16. nu.2.* vbi dicit, quod mobilia quae sunt extra Ciuitatem Romanam, reuersura tamen ad Ciuitatem Romanam, censentur esse de bonis Ciuitatis Romanae. *et consil.31. numer.5. eod. lib.1. Farinac. consf.71. num.7. et d. q.25. num.108. Rosentb. de feud. cap.5. concl. 52. litt. B.*

16 Si verò reus deliquerit in territorio, seu loco, vbi haec mobilia reperiuntur, tunc spectabunt ad fiscum eius loci, in quo eadem mobilia existunt, ob eandem rationem, quia persona delinquentis propter delictum, magis est obnoxia illi foro, & iurisdictioni, quàm foro alterius Iudicis. *Alex. consf.16. n.2. Bald. in d. §. si Iudex. Farinac. d. consf.71. nu.7. vbi alios refert.*

17 Nomina verò debitorum ad fiscum eius loci pertinent, vbi exactio de iure, & facto fieri potest, quia censentur esse de loco, in quo debitor, ac debita exigi potest ratione contractus, vel destinatae solutionis. *Bald. consf.357. n.5. uol.1. Alex. d. consil.16. num.4. lib.1.* vbi dicit, quod debitum mercatorum florentinorum in Italia contractum, & soluendum in Italia, annumeratur inter bona Italica: contractum verò, & soluendum in Anglia, annumeratur inter Anglica bona. *Tiraq. de Retract. lignag. §.36. glos. 3. num.16. et 17.*
18 vbi dicit, quod licèt nomina debitorum non sint in loco circumscriptinè, tamen per effectum exactionis sunt in loco ipsius exactionis, *et ità sentiunt alij apud Peregr. de Iur. fisc. d. lib.5. tit. 1. nu.142. vers. contra verò &c. vbi de communi.*

31 *Statuta Principum sæcularium super hæresis crimine in tantum seruanda sunt, in quantum approbantur ab Ecclesia.*
32 *Cui applicari debeant bona laicorum hæreticorum confiscata propter hæresim.*

Quæstio III.

Cui applicanda sint bona hæreticorum laicorum confiscata propter hæresim.

28 PRæmittendum est, quod in applicandis bonis hæreticorum confiscatis seruandum est
29 non ius ciuile, sed ius canonicum, quia hæresis crimen est merè ecclesiasticum. *cap. vt inquisitionis officium. §. prohibemus. de Hæret. in 6. Farin. cons. 117. num. 2. & cons. 118. num. 14.* vbi dicit,
30 quod Papa ratione delicti ecclesiastici potest infligere pœnam publicationis bonorum etiam in terris Imperij. *Paris. cons. 2. n. 104. & seq. lib. 4.*
31 vbi dicit, quod statuta Principum sæcularium super hoc hæresis crimine in tantum seruanda sunt, in quantum approbantur ab Ecclesia, & non vltra.
32 Ad quæsitum verò resp. quod Doctores in hoc varia senserunt: alij enim dixerunt, bona laicorum hæreticorum ipso iure propter hæresim confiscata, extra statum Ecclesiæ fisco sæculari, in Terris verò Ecclesiæ fisco Ecclesiæ esse applicanda. *ità per tex. in cap. vergentis, in princ. extr. de Hæret. resoluit glos. ibidem in figuratione casus in princ. Abb. num. 1. & 2. glos. in clem. 2. in ver. Ecclesia, eod. tit. de Hæret. Aym. cons. 128. num. 6. vers. secundò resp. Guid. Pap. decis. 76. Rol. cons. 8. num. 9. & seq. lib. 3. & cons. 75. num. 7. & seq. eod. lib. 3. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 44. nu. 3. vers. & nota etc.* vbi etiam obseruat, quod Princeps sæcularis, cuius fisco bona hæretici applicantur, non potest bonorum confiscatorum possessionem apprehendere, nisi post sententiam Iudicis Ecclesiastici, licèt lata sententia declaratoria ab Ecclesiastico Iudice, possit sine alio iussu eiusdem Iudicis Ecclesiastici occupare bona cōfiscata, quia ex sententia declaratoria inductum est ius occupandi in hoc crimine hæresis. *per tex. in cap. cum secundùm. §. confiscationis, vbi DD. de Hæret. in 6.*

Alij censent, bona hæreticorum confiscata diuidi debere in tres partes, ità vt vna pars danda sit Iudici sæculari, altera officialibus, qui in causa laborarunt, & altera Ecclesiæ Romanæ. *iuxta constit. Innocentij IV. Alexandri IV. et Clementis IV. ità Sylu. in ver. hæresis. §. 2. num. 14. Paris. cons. 2. num. 114. lib. 4. Menoch. de Arbitr. quæst. lib. 2. cas. 374. n. 4. et alij apud Farinac. cons. 117. num. 9. et seq.* vbi dicit, quod dictæ constitutiones seruari debent vbique etiam extra Italiam, & in Terris Imperij.

Alij asserunt, quod loco, vbi non adsunt Inquisitores, sed Episcopus procedit, hæreticorum bona ipso iure confiscata applicantur Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ: vbi verò adsunt Inquisitores, omnia hæreticorum bona confiscata ex generali consuetudine applicanda sunt Sancto Officio, & Inquisitoribus, quia non Domini temporales sed Inquisitores ipsi prouident carceratis, carceribus, & alijs necessarijs impensis S. Officij. *Nau. cons. 20. num. 2. tit. de Hæret. lib. 5. Boss. eod. tit. de Hæret. nu. 33. in fin.*

Alij denique asserunt, bonorum hæreticorum dimidiam Cameræ Apostolicæ, aliam verò dimidiam S. Officio applicandam esse. *Zanchin. in tract. de Hæret. cap. 26. num. 1. et 2. Tablen. in ver. hæreticus, nu. 7. Bursat. cons. 43. num. 44. et seq. Car. d. Tusch. pract. conclus. in ver. hæreticus, conclus. 102. nu. 16.*

Quid dicendum? ego censeo, in hoc seruandam esse cuiusque Ciuitatis, seu Regionis consuetudinem legitimè præscriptam. *vt sensit Clar. in §. hæresis vers. item bona condemnatorum &c. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 9. nu. 12. Peregrini de Iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 31. vers. Clericorum verò bona &c. Lauden. cons. crim. 58. nu. 1. lib. 1. & alij apud Farinac. d. cons. 117. n. 19. & seq.* vbi refert, quod in Hispania omnia hæreticorum bona confiscata applicantur fisco Regis, qui tamen talia bona in tres partes diuidit, vnam in vtilitatem S. Officij inquisitionis pro salario Inquisitorum, & aliorum Officialium mercede, aliam pro substentatione belli contra Saracenos, tertiam in pios vsus.

SVMMARIVM.

33 *In confiscatione bonorum filij existentis in potestate patris non veniūt bona castrensia, uel quasi, nec profectitia, et aduētitia ipsius filij, et n. seq.*
34 *Filio condemnato, et bonis eius publicatis, non publicatur proprietas, quam habet in peculio aduentitio.*
35 *Publicatis bonis paternis non publicatur peculiū profectitium in præiudicium filij: limitatur nu. seq.*
36 *Quid si bona patris publicentur propter crimen læsæ maiestatis.*

Quæstio IV.

An in confiscatione bonorum Filij existentis in potestate Patris veniant bona castrensia, vel quasi castrensia, profectitia, & aduentitia ipsius Filij.

33 REsp. negatiuè. *per tex. in l. si filius. C. de Bon. Proscript.* vbi peculium castrense filij deportati non debetur fisco, sed Patri: quod fortiùs procedit in bonis profectitijs, & aduentitijs, etiamsi in huiusmodi bonis pater non habeat vsumfructum: ratio est, quia filio in bonis aduentitijs interdicta est omnis alienatio sine patris consensu, propter prærogatiuam patriæ potestatis, propterquam pater præfertur fisco. *l. cum non solum. §. ipsum autem. vers. filijs C. de Bon. quæ liber. Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 12. ff. de damn. inf.* vbi dicit, quod
34 filio condemnato, & bonis eius publicatis, non publicatur proprietas, quam habet in peculio aduentitio. *Ruin. cons. 24. & 25. vol. 5. Paris. cons. 157. nu. 1. lib. 4. Couar. lib. 2. resol. cap. 8. post num. 7. Clar. qui de communi testatur, in Pr. ct. crim. §. fin. q. 78. vers. præterea quæro &c. cum vers. sequen. & hanc veriorem, & æquiorem dicit*

P

Rot. decis. 455. *nu.* 13. *et seq. par.* 5. *tom.* 2. *recent.* vbi, quod omnia patri reseruantur in solatium patriæ potestatis. *Aret. in S. actiones. nu.* 24. *Inst.*
35 *de Action.* vbi etiam dicit, quod publicatis bonis paternis non publicatur peculium profectitium in præiudicium filij. *Abb. cons.* 66. *uol.* 2. *Alex. cons.* 23. *uol.* 1. *Grauett. cons.* 39. *num.* 12. *Boer. dec.* 7. quicquid in contrarium senserit. *Osasc. decis.* 94. vbi dicit, quod proprietas peculij aduentitij filij condemnati sub confiscatione comprehenditur saluo vsufructu, quandiu pater viuit.
36 Limita quando bona patris publicantur propter crimen læsæ maiestatis ab eo commissum: hoc enim casu fit præiudicium filio, cum patris exempla in ipso filio metuantur. *l. quisquis.* §. *filiis, ubi DD. C. Ad l. Iul. maiest.*

SVMMARIVM.

37 *Statutum de confiscanda legitima, non comprehendit Patrem forensem, cuius Filius in eo loco deliquit, et nu. seq.*
38 *Pater de iure communi punibilis non est ob delictum filij.*
39 *Statuta pœnalia non comprehendunt delicta minorum 25. annorum.*
40 *Statutum, ut Pater teneatur de delicto filij, restringitur ad commissa tantùm in territorio statuentium.*

Quæstio V.

An statutum de confiscanda legitima, comprehendat patrem forensem, cuius filius in eo loco deliquit.

37 RESp. negatiuè, quia statuta odiosa respicientia personam, non comprehendunt hominem alterius territorij; quamuis enim delinquens in loco, subijciatur statutis, hoc tamen verum est quoad ipsum delinquentem, non autem quoad præiudicium tertij, maximè cum pu-
38 niat patrem, qui de iure communi non est punibilis ob delictum filij. *Bald. in l. si qua. num.* 4. *ff. de His, qui sunt sui, uel alien. iur. Viu. comm. opin.* 771. *limit.* 6. *numer.* 10. *Farinac. quæst.* 24. *num.* 162. *Merlin. de Legitima lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 40.
39 Amplia etiàm si in loco originis adesset huiusmodi statutum, nam illud non afficeret patrem, quando filius in alieno territorio delinquit. *Farinac. loco cit. nu.* 166. *Merlin. ubi supra num.* 3. subdens *nu. seq.* quod sicut statutum forensem non afficit, ità nec etiam filium minorem 25. annorum, quia statuta pœnalia non comprehendunt delicta minorum. *ex trad. per Ias. in* §. *actiones nu.* 81. *Inst. de Action. Alber. in p. par. Statut. q.* 71. *Marsil. sing.* 362. *uers. ad limitationem prædictam &c. et fin.* 481. *in sing. Viu. d. comm. opin.* 771. *nu.* 8. *limit.* 4. *Odd. in tract. de Restit. in integr. par.* 2. *q.* 80. *nu.* 68.
40 Notandum est autem, quod statutum, quo cauetur, vt pater teneatur ex delicto filij, restringitur ad delicta commissa tantùm in territorio statuentium: non enim porrigit vires extra territorium; & ideò cum extra territorium seruari debeat ius commune, pater non tenetur. *Ang. in* §. *Actiones autem. nu.* 15. *Inst. de Action. et alij communiter.*

SVMMARIVM.

41 *Bona confiscata ob delictum subditi, quando spectent ad feudatarium, et nu.* 43.
42 *Quid si Castrum datum fuerit in dotem, uel in usumfructum.*
44 *Bona deuoluta ob non solutum canonem, uel ob generationem finitam, soluto matrimonio, uel finito usufructu, uxori, et proprietario debentur.*

Quæstio VI.

An bona subditi confiscata spectent ad Principem, uel ad feudatarium.

41 RESp. quod pœnæ, mulctæ, bonorumque immobilium confiscationes applicantur Vasallis cum iurisdictione, mero, ac mixto imperio inuestitis, non tantùm quoad vtile dominium, sed etiam quoad directum, ità vt finito feudo nihil Domino sit restituendum, quia hæc sunt fructus iurisdictionis meri, ac mixti imperij. *l. usufructu legato, ff. de Usur. Bart. in l. fin nu.* 1. *et* 2. *et ibi Alex. n.* 2. *ff. Solut. matrim.* vbi dicit, quod
42 si Castrum cum iurisdictione datur in dotem, vel in vsumfructum, confiscationes, mulctæ, & & condemnationes, etiamsi consistant in bonis immobilibus, spectant ad maritum, & vsufructuarium tamquam fructus illius iurisdictionis, ità vt non teneantur ea restituere vxori, vel proprietario soluto matrimonio, aut finito vsufructu: omnes enim obuentiones marito, & vsufructuario debentur. *Tiraq. de Retract. lignag.* §. 10. *glos. un. n.* 19. *& communem dicit Peregr. de Iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 43. *latè Rosentb. de feud. cap.* 5. *conclus.* 64. *nu.* 1. *& seq.*
43 Limita in bonis immobilibus, quæ non titulo confiscationis, sed ex lege feudali, seu ex causa dominij directi tempore Vasalli ipso iure quæruntur: hæc enim finito feudo restituenda sunt Domino, quemadmodum bona deuoluta ob non
44 solutum canonem, vel generationem finitam, vel alio modo ex causa præcedentis contractus, soluto matrimonio, vel finito vsufructu, vxori, & proprietario debentur; ratio est, tum quia hæc est quædam consolidatio vtilis dominij cum directo: Vasallus verò non est directus Dominus; tum etiam quia causa reuersionis ex præterito fundatur in feudo dominante, à quo seruiens feudum mouetur, & ex eo tamquam ex radice enascitur. *ut d. Rosentb. loco cit. nu.* 4. *& seq. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de locat.* §. *nunc aliqua. n.* 116. *in uer. qui tabernas. uer. adhuc quæritur &c. Guid. Pap. decis.* 477. *num.* 3.

SVMMARIVM.

45 *Quotuplex sit gratia, seu restitutio.*
46 *Quæ differentia sit inter gratiam simplicem, plenam, uel plenissimam.*

47 Con-

47 *Condemnatus, cuius bona fisco fuerunt decreta, & assignata, si à Principe fuerit plenariè, seu liberè restitutus, recuperat bona applicata tam fisco ipsius Principis, quàm fisco Baronis: limitatur nu. 49. & seq.*

48 *An, & quando restitutus recuperet etiam fructus perceptos, & consumptos.*

49 *An gratia plenaria trahatur ad beneficia ecclesiastica alteri collata.*

Et an simplex restitutio trahatur ad beneficia. ibidem.

50 *An restitutus plenariè, recuperet pensionem Ecclesiasticam.*

51 *Pœna, & confiscationes, quæ proueniunt ex contrauentione particularis constitutionis, seu præcepti supremi Principis, siue eius Officialis, spectant ad fiscum ipsius Principis, non autem ad fiscum Baronis, & nu. seq. limitatur num. 54. & 55.*

52 *Quid si crimen læsæ maiestatis humanæ committatur per subditum feudatarij contra Dominum directum.*

53 *Confiscationes bonorum, quæ fiunt in cætris casibus à iure communi expressis, pertinent ad Vasallum cum mero, & mixto imperio inuestitum, vel cum Regalibus.*

54 *Quid si subditus feudatarij crimen læsæ maiestatis commiserit, non in Dominum directum, sed in ipsum feudatarium.*

55 *Quando bona hæreticorum confiscata spectent ad feudatarium.*

Quæstio VII.

An reintegratio, & restitutio iussu Principis Bannito concessa, comprehendat etiam bona existentia in territorio Baronis in suo Castro fiscum habentis.

45 PRæmittendum est, quod gratia, seu restitutio alia est simplex, alia plena, seu plenaria, seu libera, & alia plenissima, simplex gratia dicitur, quando Princeps simpliciter concedit indulgentiam pœnæ pro delicto impositæ: plena, seu plenaria, seu libera dicitur, quando Princeps his verbis vtitur, vel si dixerit, oratorem restituimus, aut omnem reatum, & pœnam remittimus, & condonamus, vel oratorem ad patriam, famam, gradus, & honores restituimus, vel ad eum, in quo antea erat, statum in omnibus, & per omnia reintegramus, vel processum, & sententiam contra oratorem formatam, & latam cum omnibus inde sequutis omnino cassari, & penitus aboleri mandamus; plenissima dicitur, quando Princeps his simul clausulis vtitur, vel alijs vberrimis, ac prægnantissimis verbis, vel quando Princeps restituit reum in pristinum statum non obstante aliqua condemnatione, quam vult haberi pro non facta. *vide Paris. cons. 1. n. 36. & seq. par. 4. Merlin. decis. 125. num. 2. et seq.* vbi etiam dicit, quod solum verbum *restituimus*, plenariam gratiam importat. *Rolan. cons. 45. num. 21. et seq. lib. 4.* vbi dicit, quod gratia censetur plenissima, si Princeps dixerit, in omnibus, & per omnia oratorem reponimus perinde ac si nullũ facinus commisisset, ac ipsius bona confiscata nõ fuissent. *Peregrin. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 2. nu. 22. 23. et 55.* vbi dicit, quod Princeps dicitur restituere in forma plenissima, si dixerit, quod nihil obijci possit de banno, & confiscatione bonorum.

46 Differentia verò inter gratiam simplicem, plenam, vel plenissimam est, quod gratia simplex non extenditur ad bona, sed tantùm ad pœnam personæ: plena verò, & plenissima trahitur ad bona non solùm penes fiscum existentia, sed etiam per fiscum in alium alienata, aut in offensum, vel eius hæredes translata. *Rolan. d. cons. 45. num. 21. Peregrin. loco cit. Merlin. d. decis. 125. numer. 2. et seq. Farinac. quæst. 6. numer. 28. vide infra num. 48.*

47 Ad quæsitum verò Resp. quod condemnatus, si Principis beneficio fuerit plenariè, seu liberè restitutus, & reintegratus, recuperat bona applicata tam fisco ipsius Principis, quam fisco Baronis, etiamsi in alium fuerint alienata, seu translata. *l. fin. §. fin. Cod. de Sent. pass.* vbi tantum restituto est restituendum, quantum sententia abstulit. *Bart. in l. 1. in princ. et in l. 2. num. 4. C. eod. tit. et in l. Gallus. §. et quid si tantùm, n. 13. ff. de liber. et posthum. Paris. cons. 1. nu. 36. et seq. par. 4. Roland. cons. 45. numer. 27. et seq. lib. 4. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 2. nu. 22. et seq. Card. Seraphin. dec. 998. num. 9. vbi de communi. Farinac. in pract. crimin. q. 6. nu. 28. vers. limita 1. et nu. 32. et 39. cum seq. latè Merlin. decis. 125. nu. 1. et seq. vbi contrariam sententiam reprobat*; sicut enim Princeps per suos ministros condemnando reum contulit Baroni confiscationis emolumentum, ità dum eundem reum reintegrauit, & restituit, ægrè ferre non debet Baro, si illud idem emolumentum ab eo auferatur. *arg. d. l. fin. §. fin. vbi DD. C. de sent. pass.* quod præcipuè procedit in gratia concessa à Principe non ex mera liberalitate, sed ex capite innocentiæ. *Boss. in tit. de remed. ex sola clem. Princip. numer. 1. et seq. et in tit. de litter. Princ. numer. 2. Natt. cons. 471. in fin. Menoch. lib. 5. præsumpt. 46. nu. 2. Peregrin. vbi supra lib. 5. tit. 2. n. 21. et 44. Farinac. d. q. 6. num. 29. et 44. vers. limita hanc sublimitationem etc.*

48 vbi, dicit quod restitutus ex capite innocentiæ recuperat etiam fructus perceptos, & consumptos, licèt regulariter gratia non trahatur ad huiusmodi fructus, sed tantùm ad pendentes, & extantes, nisi restitutio esset plenissima, & facta cum causa. *vide Couar. var. lib. 1. cap. 3. num. 15. Rolan. cons. 45. num. 32. vol. 4. Paris. cons. 1. n. 38. par. 4. Odd. de restit. in integr. 2. par. q. 99. nu. 130.*

49 Limita 1. in beneficijs ecclesiasticis alteri collatis: tunc enim gratia etiam plenaria ad hæc beneficia non trahitur, nisi in gratia adessent clausulæ prægnantes, & extraordinariæ; secus si beneficia alteri collata non fuerint: quia tunc plenè, seu plenariè restitutus ea recuperat. *Mohed. dec. 6. de restit. spoliat. Farinac. d. q. 6. n. 28.* simplex verò restitutio non trahitur ad beneficia, etiamsi nondum fuerint alteri collata. *ut d. Farin. loco cit.*

50 Limita 2. in pensione Ecclesiastica: hanc enim non recuperat restitutus, etiam plenariè, quia pensio huiusmodi cum beneficio consolidatur statim ac clericus capitaliter fuit condemnatus in contumaciam, vel expresè in eius priuationem. *Odd.*

Odd. loco cit. d. q. 99. n. 85. et 92. Bellemer. dec. 743. de restit. in integr. Farin. d. q. 6. nu. 28.

51 Notandum est etiam, quod pœnæ, & confiscationes, quæ proueniunt ex contrauentione particularis constitutionis, seu præcepti Supremi Principis, siue eius officialis, spectant ad fiscum ipsius Principis, non autem ad fiscum Baronis, quamuis in huius territorio bona subditi condemnati existant. *Bald. in cap. 1. nu. 15. de Capiti qu. ur. vend. Natt. cons. 580. nu. 6. et seq. Rolan. cons. 78. nu. 22. et seq. lib. 2. et consil. 73. nu. 13. et seq.*
52 *lib. 4.* quemadmodum si crimen læsæ maiestatis humanæ committitur per subditum feudatarij contra Dominum directum, de iure communi bona applicantur fisco ipsius Domini, seu Principis superioris læsi, non autem fisco feudatarij. *cap. 1. §. denique, Quæ fuit. p. caus. Rolan. cons. 78. num. 22. lib. 2. et consil. 73. per tot. lib. 4. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 1. tit. 2. nu. 94. Rosenth. de feud. cap. 5. conclus. 63. nu. 4. litt. D.* ratio prædictæ conclusionis est, quia Princeps supremus de iure communi potest ratione dominij directi in subditos sui Vasalli procedendo, & mulctando iurisdictionem exercere. *cap. dudum. §. nos igitur. de Præb. in 6.* non enim tantam iurisdictionem Vasallo attribuisse censetur, quin maiorem apud se retinuerit. *Natt. cons. 487. nu. 23. & seq. & cons. 580. nu. 2. Merlin. d. dec. 125. nu. 15. Rosenth. d. cap. 5. concl. 4. nu. 6.* subdens, quod con-
53 fiscationes bonorum, quæ fiunt in cæteris casibus à iure communi expressis, pertinent ad Vasallum cum mero, & mixto imperio, vel cum Regalibus inuestitum, etiamsi subditus feudatarij fuerit condemnatus ab ipsomet Principe superiore in confiscationem bonorum. *Boss. in tit. de bonor. publicat. nu. 63. Farin. in Pract. crim. q. 25.*
54 *nu. 102. & seq.* vbi dicit, quod si subditus feudatarij committat crimen læsæ maiestatis non in Dominum directum, sed in ipsum feudatarium, illius bona non applicantur Domino directo, sed feudatario. *Rolan. cons. 75. num. 8. et cons. 78. nu. 13. lib. 2.* vbi etiam obseruat, quod si adsit con-
55 suetudo tribuens Domino temporali certam partem de bonis hæreticorum confiscatis, & contingat, aliquem damnatum de hæresi habere bona in territorio feudatarij, ea in tali casu applicantur ipsi feudatario, non autem Domino directo. *vide Guid. Pap. dec. 76. nu. 1. Farinac. loco cit. nu. 104.*

SVMMARIVM.

56 *An filius priuetur feudo ob delictum patris, & num. seq. & præcipuè num. 66. & 70.*
57 *Delictum proximioris, propter quod aufertur ei hæreditas, vt indigno, nocet sequentibus in gradu.*
58 *Quando Vasallus dicatur delinquere contra Dominum.*
59 *Quid si pater non deliquit contra Dominum, sed contra extraneum, & pro delicto imponi debet pœna confiscationis bonorum, & n. 61.*
60 *Fiscus loco hæredis extranei habetur.*
62 *Et quid si feudum transeat ad filium suo iure, vt quia filius, non quia hæres, et num. seq.*
63 *Item quid si emphiteusis concessa fuerit pro se, filijs, eo nepotibus, et primus, vel secundus delinquat circa ipsum contractum non soluendo canonem etc.*
64 *Quando feudum dicatur ex pacto, et prouidentia.*
65 *An feudum concessum pro se, et hæredibus masculis, dicatur hæreditarium.*
67 *Quid si feudum, vel emphiteusis quęsita fuerit ex re patris, seu data pecunia à patre.*
An Emphiteusis Ecclesiastica transeat in fiscum. ibid.
Ea, quæ non transeunt in hæredem extraneum, neque transeunt in fiscum. ibidem d. nu. 67.
68 *Maritus non soluens canonem rei dotalis emphiteoticæ, an præiudicet vxori.*
69 *Quid si feudum aliàs esset hæreditarium, sed in inuestitura adsit probibitio alienandi sine licentia Principis.*
71 *Quid si Prælatus ecclesiasticus delinquat contra Dominum.*
72 *In casu, quo feudum deuoluitur Domino exclusis agnatis, de delicto feudatarij constare debet per veras probationes.*
73 *Bona feudalia non censentur confiscata, nisi in sententia fiat de illis expressa mentio.*
74 *Feudum ecclesiasticum non venit in confiscatione facta per Iudicem sæcularem.*
75 *Feudum antiquum, si alienetur sine Domini consensu, non ad Dominum, sed ad proximiores deuoluitur.*
76 *Dos uxoris, et donatio propter nuptias non uenit in confiscatione bonorum mariti delinquentis.*
77 *Dos restitui debet, cum primum incipit maritus exulare.*

Quæstio VIII.

An et quando filius priuetur feudo propter delictum Patris.

56 RESp. quod si pater delinquit contra Dominum, vel aliquid facit contra feudi conuentionem, non solùm pater, sed etiam filius feudo priuantur, illudque statim Domino deuoluitur. *cap. 1. §. denique, Quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* etiamsi feudum esset antiquum, & ex pacto, & prouidentia. *Bart. in l. cum qui. nu. 1. & seq.*
57 *ff. de Interd. et releg.* vbi etiam dicit, quod delictum proximioris, propter quod aufertur ei hęreditas, vt indigno, nocet sequentibus in gradu. *Anan. cons. 32. nu. 5. Crauett. cons. 127. num. 7. Rolan. cons. 1. nu. 10. et seq. lib. 3.* vbi dicit, quod si Vasallus priuatur feudo propter delictum, & culpam, quæ de directo offendit Dominum, siue feudum sit nouum, siue antiquum, semper reuertitur ad Dominum exclusis etiam agnatis, & hoc in iniuriæ suæ vltionem; quia cum feudum sit beneficium, in quo agnati veniunt virtute primæuæ inuestituræ, & inuestito censeatur datum cum ista qualitate, & conditione, vt si ingratitudo committatur contra Dominum, feudum ad eum reuertatur, agnati, seu descendentes non possunt conqueri, cum feudum à principio fuerit affectum hac qualitate, & conditione, videlicet si primus, cui facta fuit concessio, & ab eo successiuè descendentes erunt erga Dominum grati. *Boss. in tit.*

tit. de bonor. publicat. nu.55. & 57. Alex. conf.30.
58 *num.17. lib.1.* vbi, quod Vasallus dicitur, delinquere contra Dominum non solum quando principaliter offendit ipsum Dominum, sed etiam si cum vxore Domini iacuerit, vel dimiserit eum solum in prælio, vel si non petijt inuestituram intra tempus legitimum. *Gozadin. conf.84.nu.3. Duen. reg.346. Caball. resol. crimin. cas.182.n.15. Paris. conf.21.nu.53. & seq. et conf.1. num.16. et seq. lib.1. Socin. iun. conf.68. nu.126. et seq. vol.3. Peregrin. de Iur. fisc. lib.5. tit.1. num.108. & alij communiter.*

59 Si verò pater non delinquit contra Dominum, sed contra extraneum, vt si committat delictum, propter quod imponi debeat pœna confiscationis bonorum, distinguendum est, aut tale feudum debet transire ad filium ex persona patris tamquam ad patris successorem, seu hæredem, vt si fuit concessum pro se, & quibuscunque hæredibus, vel quibus dederit, & in tali casu filius feudo priuatur, illudque transit in fiscum: ratio est, quia tunc sine Domini licentia in quoscunque etiam extraneos transferri potest, & per consequens
60 etiam in fiscum, qui loco hæredis extranei habetur. *cap.1. de feud. non haben. propr. feud. natur. Bart. loco cit. nu.2. Clar. in §. feudum, q.84. vers. fin. Farin. in Pract. crim. qu.25. n.73. Boss. d. tit. de bonor. public. num.54. vers. tamen aduertendum*
61 *est ad duo etc.* quod intelligendum est, vt transeat in fiscum cum suo onere, vt scilicet fiscus teneatur Domino directo ad ea, ad quæ teneretur alius hæres extraneus, vel feudum cedere alicui priuato, qui iura Vasalli præstet, vel illud vendere, vt Domino præstetur æstimatio iuris sui directi, & fisco valor dominij vtilis. *vt d. Crauett. conf.128. nu.7. Peregr. de Iur. fisc. lib.5. tit.1. nu.71. vbi alios refert.*

62 Aut feudum transit ad filium suo iure, vt quia filius, non quia hæres, & in tali casu filius illud sibi retinet, excluso fisco, & Domino directo, puta si feudum ex pacto, & prouidentia in descendentes perueniat, siue feudum sit antiquum, siue nouum. *d. §. denique Bart. in d. l. eum qui. nu.2. et seq. ff. de interdict. et releg.* vbi dicit, quod in
63 contractu emphiteotico, quando quis recipit emphitensim pro se, suis filijs, & nepotibus, si primus, vel secundus delinquit circa ipsum contractum emphiteusis non soluendo canonem, vel alienando sine licentia Domini, hic non nocet sequenti; & si delictum committeret, propter quod bona publicarentur, ista bona debent remanere apud filios, & nepotes, quia non transeunt ad eos, vt hæredes, sed habẽt suo iure. *Bald. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius voc. Clar. in §. emphiteusis. qu.8. vers. sed hic etc. et in §. feudum. q. 66. vers. ego aliàs etc.* vbi dicit, quod si Vasallus non potest de feudo in præiudicium agnatorum disponere, nunquam feudum aperitur Domino, sed ipsis Agnatis, quibus iam ex tenore inuestituræ erat ius quæsitum, vt si feudum receptum fuerit ab Auo, vel à Patre ipsius delinquentis, ex-
64 pressè pro se, & liberis, seu filijs, seu pro se, & hæredibus masculis, quo casu dicitur etiam ex pacto, & prouidentia, & non hæreditarium, quia illa verba, pro hæredibus masculis, intelligenda sunt in feudis, idest pro filijs masculis ità vt non requiratur, quod filij in tali casu sint hæredes, *Rolan conf.1. nu.31. et conf.29. nu.32. vol.3. et conf.77. nu.6. et 7. vol.4. Caball. d. cas.182. nu. 15. 16. et seq.* vbi dicit, quod eo casu fructus, seu commoditas talis feudi durante vita naturali Vasalli delinquentis non ad fiscum, nec ad Dominum directum pertinent, sed ad ipsos filios, & descendentes, vel alios Agnatos in inuestitura comprehensos, ad quos feudum peruenit. *Bart. communiter receptus in l. Imperator. ff. de fideicom. libert. Alex. conf.23. nu.3. & seq. lib.1. Clar. in pract. crimin. §. fin. qu.78. uers. item quæro &c. Duen. reg. 346. per tot. Peregrin. de Iur. fisc. lib.5. tit.1. num.107. Mohed. dec. 1. nu.3. in tit. de Pœn. Afflict. dec.385. n.3. & decis. 282. num.15. Farin. in Pract. crim. q.25. num.67. 68. & 71.*

66 Nec obstant deducta per *Socin. iun. d. conf.68. n.128. lib.3.* vbi dicit, quod etiamsi delictum non fuerit contra personam Domini, sed aliàs tale, propter quod Vasallus feudo priuetur, tunc etiam liberi eius, & agnati coniuncti ipsi Vasallo delinquenti in tertio gradu, vel proximiori censentur priuati ratione magnæ propinquitatis, & tantùm admittuntur agnati in quarto gradu, vel remotiori. *per tex. in cap.1. si Vasall. feud. priuet.* nam hoc procedit, quando feudum est receptum pro se, & hæredibus, vel simpliciter concessum alicui nulla facta mentione liberorum, aut hæredum; secus si receptum fuerit pro se, & liberis, etiamsi feudum sit nouum: quia tunc admittuntur filij Vasalli, quibus non nocet in tali casu delictum patris. *Ruin. conf.23. nu.32. vol.5. Clar. in §. feudum d. qu.66. vers. ego aliàs &c. Rolan. conf.28. numer.11. uol.3. Boss. in tit. de bonor. publicat. num.55. Caball. resol. crim. cas.182. num. 16. Peregrin. d. lib.5. tit.1. nu.113. uers. sed contra &c.*

67 Limita, vt supradicta conclusio procedat, quando emphiteusis, vel feudum quæsitum fuit solo beneficio concedentis, tunc enim pater non potest filijs in inuestitura cõprehensis præiudicare non soluendo canonem, aut rem alienando irrequisito Domino. *ex trad. per Surd. dec. 290. nu.1.* secus si emphiteusis, vel feudum fuerit quæsitum ex re patris, idest data pecunia à patre, quia in tali casu potest pater filijs præiudicare, dummodò feudum sit nouum, seu habeat originem in persona ipsius patris, secus si esset antiquum, seu quæsitum ab alio ascendente pro se, & filijs. *Bart. in l.3. nu.4. ff. de Interd. & releg. Bald. in l. 1. in fin. C. Per quas person. nob. acquir. Corn. conf.281. nu.10. uol.3. Natt. conf.531. nu.43. Paris. conf.2. nu.22. lib.1. Alex. conf.28. uol.5. Vrsill. ad Afflict. dec.112. nu.6. & dec.393. num.5. Clar. in §. emphiteusis. qu. 16. ubi de communi. Surd. d. decis.290. num.1. Beltramin. ad Gregor. decis. 529. num.23.*

Obserua tamen, quod etiamsi emphiteusis, vel feudum sit nouum, & quæsitum ex pecunia patris, non tamen transiret in fiscum, quando concessum fuit etiam pro filijs, & descendentibus: quãuis enim in tali casu pater possit de eo disponere etiam in extraneum, eo tamen aliter non disponẽte, recta via, ac de sui natura transit in filios excluso fisco, ac si quæsitum fuerit solo beneficio cõcedentis: ratio est, quia talis videtur fuisse mens patris, à principio stipulantis pro filijs, vt huius-

modi

modi emphiteusis ad extraneos non transeat, nisi quatenus ipse ita disposuerit, & non aliàs, *& ita senserunt Clar. in §. emphiteusis. d. q. 16. vers. & his præmissis &c. & alij DD. citati*; regula enim est, quod ea, quæ de sui natura non transeunt in hæredem extraneum, neque transeunt in fiscum. *gloss. & DD. in l. 1. C. de bon. libert. Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. nu. 6. ff. de damn. inf. Clar. in d. §. emphiteusis. q. n. 29. & alij communiter.*

Obserua 2. quod emphiteusis ecclesiastica nunquam transit in fiscum sæcularem, etiamsi vel ex pacto, vel ex consuetudine, vel ex aliqua Pontificis constitutione ad extraneos hæredes transiret, alioquin conditio Ecclesiæ longè deterior efficeretur, tum quia fiscus est potentior, difficiliùs conuenitur, & in pluribus magis est priuilegiatus: tum etiam quia Ecclesia priuaretur spe caducitatis, ac solitis laudemijs, cum semper detur restitutio fisco non soluenti, & nunquam ipse fiscus moriatur. *Bart. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 6. Clar. d. qu. 29. Rolan. loco cit. numer. 17. quorum opinio est magis communis, vt d. Farinac. in Pract. crim. qu. 25. nu. 55. & 56.*

Dixi, in fiscum sæculare, quia nonnulli senriunt, emphiteusim Ecclesiæ transire in fiscum ecclesiasticum. *ità Farinac. d. q. 25. nu. 57. vbi citat Oltrad. cons. 17. & alios, vide Bellemer. dec. 725. vers. quarto probatur &c.*

68 An verò maritus non soluens canonem rei emphiteoticæ dotalis, præiudicet vxori? Resp. affirmatiuè: tenetur tamen maritus vxori ad interesse, & si non esset soluendo, tunc vxori in subsidium subuenitur. *Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. q. 111. nu. 136. et seq. Mandell. cons. 28. nu. 9. Surd. dec. 102. nu. 18. et seq.*

69 Notandum tamen est, quod licèt feudum aliàs esset hæreditarium, & ad extraneos transitorium, si tamen in inuestitura adesset prohibitio alienandi sine licentia Principis, eo casu non amplius retineret hæreditarij feudi ad extraneos transitorij naturam, quia tunc alteratur natura feudi, & ideò non transiret ad extraneos, nec ad fiscum. *Farinac. cons. 135. nu. 51. et consil. 209. num. 15. et seq.* quod procedit, quando negatiuè concepta sunt illa verba, vt scilicet non possit Vasallus alienare sine consensu Domini, & tunc non ad agnatos feudum spectata, sed Domino deuoluitur, quia nihil videtur actum in fauorem agnatorum, sed solùm in fauorem Principis concedentis. *vt sensit Boss. in tit. de Bonor. publicat. nu. 54. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 106. et 112. & alij Doctores citati*; secus si verba illa concepta sint affirmatiuè, quod scilicet Vasallus possit alienare impetrata licentia à Principe, quia in tali casu feudum adhuc transiret ad fiscum. *ut colligitur ex cap. 1. de feud. non haben. propr. feud. natur. & d. Boss. loco cit.*

70 Notandum 2. quod si ex tenore inuestituræ constet, concedentem noluisse, vt vnius delictum alteri noceat, vt si in inuestitura dictum fuerit, concedo de vno in alium, vel concedo omnibus principaliter, siue insolidum, vel concedo attentis meritis singulorum, vel concedo, generi tuo, tunc quia omnes considerantur principaliter per se, non tanquam successores primi inuestiti, vnius delictum alteri non nocet: & ideò in casu confiscationis, feudum non deuoluitur Domino, sed filijs, & agnatis, etiamsi offensa directè, vel principaliter tangat personam ipsius Domini. *Bald. in cap. 1. §. denique. vers. et not. quod isto casu etc. Quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* vbi dicit, quod in tali casu ad Dominum reuertitur solum ius delinquentis, & non ius reliquorum, quod ex propria persona habent quodam ordine mortalitatis, non per viam hæreditatis. *Rolan. cons. 1. n. 54. vol. 3. et cons. 15. n. 3. vol. 4. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 10. et seq.* vbi etiam obseruat, quod si tempore delicti non est ius quæsitum patri, vt quia Auus viueret, delictum patris non præiudicat filio; & ideò filius Auo succederet. *latè Farin. d. q. 25. n. 93. vbi alios refert.*

71 Notandum 3. quod si Prælatus delinquit contra Dominum, fauore Ecclesiæ feudum ad Dominum pertinet Prælato viuente, eo autem mortuo ad successorem eius reuertitur. *rap. 1. §. fin. vbi Bart. de Capitul. Corrad. Caball. d. cas. 182. nu. 20. & alij communiter.*

72 Notandum 4. quod in omni casu, in quo feudum deuoluitur Domino exclusis agnatis, de delicto feudatarij constare debet per veras probationes, non autem per eius fictam confessionem resultantem ex contumacia vigore statuti disponentis, contumaces haberi pro confessis: quia probario facta propter contumaciam, non egreditur personam contumacis. *l. eius qui delatorem. ff. de iur. fisc. Boss. in tit. de Bonor. public. num. 56. Rolan. consil. 29. num. 21. & 22. & cons. 94. n. 25. vol. 3. latè Farinac. d. q. 25. nu. 79.* vbi etiam dicit, quod quando crimen, propter quod feudatarius condemnatur, esset concludenter per testes probatum, eo casu dicitur condemnatus ob delictum, & non ob contumaciam: *Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. nu. 110.* licèt in hoc contrarium sentiat *Boss. loco cit. nu. 56. versus fin.*

73 Notandum 5. quod bona feudalia etiam in casu, in quo possunt confiscari, nunquam censentur confiscata, nisi in sententia confiscationis fiat de illis expressa mentio. *Rolan. cons. 29. num. 14. et seq. vol. 3. ubi de communi. Afflict. dec. 26. in princ. Add. ad Capell. Tholos. decis. 395. Borgn. de usufr. num. 237. Grammat. decis. 103. numer. 110. Socci. Iun. consil. 72. num. 47. et cons. 74. in princ. vol. 1. Farinac. d. quæst. 25. numer. 63. et sequent.* vbi subijcit, quod feudum ecclesiasticum non venit in confiscatione facta per Iudicem sæcularem: & propterea feudatarius ex tali confiscatione minime priuatur feudo, quod recognoscit ab Ecclesia, nisi per sententiam Ecclesiæ sit priuatus. *per text. in clem. pastoralis, ubi DD. de re iud. et trad. Bald. in l. 1. quæst. 42. ff. de rer. diuis.*

74

75 Notandum 6. quod alienato feudo antiquo sine Domini consensu, feudum non ad Dominum, sed ad proximiores deuoluitur. *ut probat Peregrin. d. l. 5. tit. 1. nu. 113.*

76 Notandum 7. quod dos vxoris, & donatio propter nuptias non venit in confiscatione bonorum mariti delinquentis. *l. si marito. ff. solut. matr. l. 1. et ibi DD. de Iur. fisc. Bart. in l. res qua. §. 1. ff. eod. tit. de iur. fisc. Rot. dec. 197. ex collect. per Farinac.* vbi subdit, quod stante clausula, *in omnem, et quemcumque casum resti-*

77

restitutionis &c. dos restitui debet, cum primum incipit maritus exulare, etiamsi bona mariti tunc publicata non fuerint. *ex trad. per Bart. in l. si constante, sub nu. 20. ff. solut. matrim.*

SVMMARIVM.

78 *Bona fideicommisso subiecta regulariter non veniunt in generali confiscatione bonorum.*

79 *Bona fideicommisso subiecta confiscantur durante vita delinqentis quoad vsumfructum: limitatur 80. & seq.*

80 *Quid si factum esset expressum fideicommissum in casu alienationis, vel si post fideicommissum adiecta sit causa, ut bona perpetuò conseruentur in agnatione, vel familia.*

81 *Trebellianica, & legitima condemnati, quando fisco applicetur.*

82 *Quando pater prohibere possit filio alienationem legitimæ.*

83 *Quid si probibitio alienationis bonorm facta fuerit fauore tantum probibiti nullo dato substituto.*

84 *An & quando dos publicetur per delictum mulieris.*

85 *An & quando testator possit in casu delicti excludere fiscum.*

86 *Bona, quæ fauore alterius probibita sunt alienanari, non publicantur, etiamsi ageretur de crimine læsæ maiestatis.*

87 *An pater possit filio prohibere alienationem trebellianicæ.*

88 *Trebellianica censetur prohibita ex prohibitione alienationis facta fideicommissariis.*

89 *Fiscus non succedit in illud ius, quod est personale filiorum.*

90 *Fiscus non potest petere, ut grauamen deducatur de legitima.*

91 *Fiscus non succedit in ius adeundi, nec potest dicere testamentum nullum ex causa præteritionis.*

92 *Fiscus potius bonis succedit, quàm personæ.*

93 *An cautela excludendi fiscum in casu delicti, admittatur in delictis comprehensis in constit. 6. Sixti V. contra Bannitos, & facinorosos.*

94 *Dicta constitutio non habet locum, nisi de delicto constito verè, & concludenter, nec est extendenda ad alios casus, & nu. 95.*

96 *Vsusfructus mulieri relictus stantibus filijs resoluitur in alimenta.*

97 *Confiscatis bonis filiorum uxor reassumit integrum vsumfructum.*

98 *Bulgari consuetudo procedit, quando apud filium bona permanent: cessat verò quando ad extraneum deueniunt.*

Quæstio IX.

An & quando bona fideicommisso subiecta transeant in fiscum.

78 RESp. quod licèt bona fideicommisso subiecta regulariter non veniant in generali confiscatione bonorum, quia censetur tacitè prohibita alienari. *iuxta tex. in auth. res, quæ. vbi DD. C. commun. de legat. latè Alex. cons. 23. lib. 1. Ruin. consil. 129. n. 3. lib. 2. Natt. cons. 528. num. 19. & seq. lib. 3. Boss. in tit. de bon. publ. n. 34. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 1. rub. de Public. bon. nu. 98. Farinac. in Prax. crim. q. 25. nu. 22. &*

79 *seq.* confiscantur tamen durante vita delinquentis quoad vsumfructum etiam in præiudicium substituti, cui postmodum adueniente morte naturali ipsius deliuqnentis, eadem bona confiscata per fiscum restituuntur. *l. ex facto. §. ex facto, vbi DD. ff. ad Trebell. Boss. loco cit. nu. 34. in fin. Rol. cons. 98. nu. 10. uol. 2.*

80 Limita 1. vt prædicta conclusio procedat, quando fideicommissum, vel substitutio facta fuit tantum in casum mortis: tunc enim fiscus potest apud se retinere bona, durante vita ipsius condemnati, *iuxta tex. in l. Statius Florus. § Cornelio felici, cum ibi not. ff. de Iur. fisc.* secus si factum esset expressum fideicommissum in casum alienationis, vel quando post fideicommissum adiecta est causa, vt bona perpetuò conseruentur in agnatione, vel familia; quo casu statim facta alienatione per delictum talia bona ne durante quidem vita eius, qui prohibitus est alienare, veniunt in confiscatione bonorum, sed admittitur sequens in gradu fideicommissi. *Bart. communiter receptus in l. Imperator. ff. de fideicom. libertat. Socin. iun. consil. 77. numer. 15. libr. 2. Rolan. consil. 98. num. 14. & seq. lib. 2. ubi de communi. Grammat. decis. 105. num. 31. & alij, quos refert, & sequitur Clar. in Pract. crimin. lib. 5. § fin. quæst. 78. uers. item quæro nunquid &c.*

81 vbi tamen subdit, quod potest fiscus detrahere ex persona condemnati trebellianicam, modò non sit eius detractio prohibita, & etiam in omnem casum solet detrahere legitimam, quando condemnatus esset filius, quia in ea non potest testator fideicommissum, neque aliud grauamen imponere, neque eius alienationem prohibere. *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam.*

82 vno tantum casu excepto, quando scilicet pater propter minorem ætatem filiorum, eis prohibuisset alienationem omnium bonorum vsque ad certum tempus: talis enim prohibitio non censetur filijs onerosa, sed potius fauorabilis; potest enim pater prouidere filij imbecillitati. *l. filys matrem, ubi Bart. Ias. & aly. C. eod. tit. de inoff. testam.* & ideò valet etiam respectu legitimæ, ità vt, si filius delinquat, confiscari non possit *uide Boss. in tit. de bonor. publie. n. 41. Ruin. cons. 23. lib. 5. Rimin. cons. 243. uol. 1. Natt. cons. 528. num. 32. & seq. Farin. q. 25. nu. 35. & seq. & cons. 159. nu. 30. & seq.*

83 Limita 2. vt dicta conclusio procedat, quando alienatio est prohibita fauore alterius: tunc enim delinquendo non potest quis alienare in præiudicium substituti; & ideò bona huiusmodi prohibita alienari, non veniunt in publicatione bonorum, sed substituto statim applicantur. *l. Imperator, ubi Bart. & alij. ff. de fideic. liber.* alioquin sequeretur absurdum, quod esset in potestate grauati per suum delictum euertere voluntatem testatoris, & priuare substitutum sibi debito fideicommisso. *contra tex. in l. id quod nostrum. ff. de reg. Iur.* Secus si prohibitio facta fuerit fauore tantum prohibiti nullo dato substituto: eo enim casu non videtur prohibita alienatio, quæ fit delinquendo, quia propter delictum

amit-

amittit fauorem, & priuilegium suum, & ideò
bona fisco in tali casu applicantur. *Bart. in l. si*
quis in tantam. nu. 12. C. Vnde ui. Alex. cons. 23.
nu. 6. lib. 1. vbi etiam dicit, quod si mulier delin-
84 quit constante matrimonio, dos non publica-
tur, nisi in casibus expressis *in l. quinque cum dua-*
bus seq. ff. de bon. damnat. quia, quod mulier non
possit alienare dotem constante matrimonio, fuit
inductum non solum fauore mulieris sed etiam
viri. *Cec. in l. furiosi n. 6. ff. de Reg. Iur. Gram. dec.*
105. *num. 31. et seq. et nu. 39. Natt. cons. 528. num.*
85 *6. et seq. uol. 3.* subdens, quod si testator prohi-
beret alienationem fauore prohibiti tantùm nul-
lo dato substituto, tunc si adderet, quod si delin-
queret, bona transire non debeant in fiscum, ta-
lis dispositio non valeret, quia dolus futurus re-
mitti non potest. *l. si unus. §. illud ubi Bart. ff.*
de Pact. & hoc ea ratione, nè detur occasio de-
linquendi. *l. conueniri. ff. de Pact. dot.* secus si
alienatio prohibita esset fauore alterius, quia
tunc attenta dipositione testatoris excludentis
fiscum in casu delicti, non fisco, sed substituto,
seu vocato in tali casu bona delinquentis statim
non expectata eius morte applicantur. *latè Pere-*
grin. de Iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 103. et seq. Surd.
86 *dec. 254. n. 14. et seq.* vbi, quod nec in crimine læsæ
maiestatis publicantur bona, quæ fauore alterius
sunt prohibita alienari. *Farin. q. 25. n. 30. et 39.*
87 An verò testator possit filijs prohibere trebel-
lianicam? affirmat *Rolan. cons. 31. nu. 30. & seq.*
lib. 1. Boss. in tit. de bonor. public. nu. 41. Mandell.
cons. 57. num. 10. Tob. Non. cons. 32. nu. 24. & seq.
vbi dicit, quod trebellianica potest hodie indi-
stinctè prohiberi etiam liberis primi gradus.
Honded. cons. 59. nu. 37. tom. 1. ubi de communi te-
statur, et hanc sententiam sequuta est. Rot. dec.
693. num. 4. par. 1. et dec. 313. par. 2. Diuers. vbi,
88 quod trebellianica censetur prohibita ex prohi-
bitione alienationis facta fideicommissarijs.
89 Notandum est etiam, quod fiscus non succedit
in illud ius, quod est personale filiorum, vt pe-
teret oneris reiectionem à legitima, cum hoc
filiorum fauore sit introductum. *Farinac. cons.*
159. num. 6. et seq. et nu. 35. et 41. cum seq. et in
Pract. crim. qu. 25. nu. 141. vbi, quod fiscus non
91 succedit in ius adeundi, neque potest dicere te-
stamentum nullum ex causa præteritionis. *Al-*
ciat. cons. 67. nu. 7. et 8. lib. 9. vbi dicit, quod li-
cet filius possit dicere testamentum nullum, &
istud ius transmittat ad descendentem, non ta-
men transmittit ad extraneos, & per consequens
92 neque transit in fiscum, qui potius bonis succe-
dit, quàm personæ. *Rolan. cons. 98. nu. 29. lib. 2.*
Thob. Non. consil. 107. nu. 4.
93 Notandum 2. quod prędicta cautela excluden-
di fiscum in casu delicti, non admittitur in deli-
ctis comprehensis *in constit. Sixti V.* edita contra
bannitos, & facinorosos: in ea enim expresse
cauetur, vt bona delinquentium confiscari pos-
sint durante eorum vita, non obstante quocun-
que fideicommisso, substitutione, & dispositio-
ne testatoris sub quauis forma verborum, ac stri-
ctissimis clausulis, & cautelis concepta, nisi te-
stator talis testamenti confirmationem à Principe
obtinuerit, vel expressè mentem suam in testa-
mento declarauit, se talem prohibitionem prin-
cipaliter fecisse non animo fraudandi fiscum, sed
causa conseruandi bona in sua familia. *Farinac.*
in Pract. crim. d. qu. 25. nu. 30. et 39. vbi etiam
94 obseruat, quod prædicta constitutio non habet
locum, nisi de delicto constiterit verè, & conclu-
95 denter aliter, quàm per fictam confessionem ex
contumaciam resultantem, nec est extendenda
ad alios casus in ea non comprehensus.
96 Notandum 3. quod licèt vsusfructus mulieri
relictus stantibus filijs resoluatur in alimenta ex
97 Bulgari consuetudine: tamen confiscatis bonis
filiorum vxor reassumit integrum vsumfructum.
l. si mulieri, ff. de usufr. accresc. Thob. Non. cons.
107. nu. 9. & seq. vbi dicit, quod prædicta Bul-
68 gari consuetudo procedit, quando apud filium
bona permanent; cessat verò, quando ad extra-
neum deueniunt. *Gabr. lib. 5. tit. de usufr. concl.*
3. num. 8. & alij communiter.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc Tractatu continentur.

A

Vi-

Fo-

Ii,

Con-

INDEX

D

Vide

Quan-

Quid

decla-

E

Que-

Quan-

G

M

Ke-

INDEX

Vide



F I N I S.